10196269

Kon. Bibl. 413

Erasmus. Annotationes 1519

van der Haeghen, 2°, 57

A. Encke.

Hülfsprediger

zu Berlin.

D. 32.

DES·ERASMI RO

TERODAMI IN NOVVM TESTAMENTVM

ab eodem denuo recognitum, Annotationes,

ingenti nuper accessione per auto-

rem locupletatæ.



BASILEAE ANNO M. D. XIX.

Apelles olim huiusmodi pictura Calumniam ultus est.

BSB
MÜNCHEN

SDD/96/139

IN ANNOTATIONES

NOVI TESTAMENTI PRAEFATIO.

DES. ERASMVS ROTERODAMVS PIO LECTORI S. D.

QVANQVÀM id pro uirili, in ipso statim huius operis uestibulo fecimus, tamen haud abs re fuerit, denuo lectorem commonere paucis, & quid illum in hisce commentariolis oporteat expectare, & quid nobis uicissim ab ipso præstari conueniat. Primum annotatiunculas scribimus, non commentarios, & eas duntaxat, quæ ad lectionis synceritatem pertinēt, ne quis ut improbus conuiua pro merenda cœnam efflagitet, & requirat à nobis, quod ab argumenti susceptí professione sit alienum. Hanc in præsentia fabulam agendam suscepimus. Proinde ut nobis argumento seruiendum fuit, ita par est, ut candidus & comis lector ceu commodus spectator, faueat agentibus & præsenti scenæ sese accommodet. Testamentum, quod uocant, nouum omni qua licuit diligentia, quáque decuit fide recognouimus, idq; primum ad Græcam ueritatem, ad quam ceu fontem si quid inciderit confugere, non solum illustrium Theologorum exempla suadent, uerumetiam toties monent Hieronymus & Augustinus, & ipsa Rhomanorum Pontificum decreta iubent: Deinde ad uetustissimorum Latinæ linguæ codicum, quorum duos exhibuit eximius ille diuinæ Philosophiæ mystes Ioannes Coletus, Paulinæ apud Londinum ecclesiæ Decanus, adeo priscis literarum typis, ut

mihi ab integro discenda lectio, & in noscitandis elementis fuerit repueraſcendum: Postremo ad probatissimorum omnium suffragijs autorum, uel citationem, uel emendationem, uel enarrationem, nempe Origenis, Chrysostomi, Cyrilli, Hieronymi, Ambrosij, Hilarij, Augustini, quorum testimonia complusculis locis in hoc adduximus, ut cum prudens lector perspexerit certis in locis nostram emendationem cum illorum iudicio consentire, in cæteris item nobis habeat fidem, in quibus haud scio an casu factum sit, ut illi nihil annotarint, aut suffragati fuerint. Verum quoniam sciebam hominum more fieri, ut cum omnibus in rebus, tum præcipue in studijs semper offendat nouitas, & ueterem illum gustum ac familiarem notamque, sicut aiunt, saliuam plerique requirant, deinde perpendens quanto facilius sit, his præsertim temporibus, emendatos libros deprauare quàm deprauatos emendare, sacris libris recognitis hos uelut indices annexuimus, partim ut lectori faceremus satis reddita ratione, quid cur mutatum sit: aut certe placaremus, si quid forte offenderit, ut uaria sunt mortalium tum ingenia, tum iudicia: partim ut operis incolumitati consuleremus, ne posthac cuiuis in procliui esset rursum uitiare, quod tantis sudoribus fuerat utcunq; restitutum. Primum igitur si quid librariorũ uel incuria uel insciția, si quid temporum iniuria uitiatum comperimus, id non temere, sed omnia quæ licuit, subodorati, germanæ reddidimus lectioni: siquid obscurius dictum occurrit, illustrauimus: si quid ambigue dictum ac perplexius, id explicuimus. sicubi uarietas exemplariorum aut diuersa distinctio, aut ipsa sermonis ambiguitas uarios gignit sensus, sic eos aperuimus, ut ostenderemus quid nobis magis probaretur, cæterum lectori iudicium deferentes. Et quanquàm ab interprete, quisquis is fuit, ob inueteratam & receptam æditionem non libenter dissentimus, tamen sicubi res ipsa palàm clamitat illum, uel dormitasse, uel hallucinatum fuisse, non ueriti sumus & hoc indicare lectori, ita patrocinantes ueritati, ut in neminem simus contumelioſi. Solœcismos euidentes ac prodigiosos submouimus, & ita sermonis elegantiam ubique, quantum licuit, secuti sumus, ut nihilo minor esset simplicitas. Neque piguit, ubi Græci sermonis uel ἰδίωμα uel ἔμφασις aliquid habet, quod ad mysterij rationem pertinet, commonstrare & aperire. Denique testimonia ueteris instrumenti, quæ non pauca citantur, uel ex interpretatione septuaginta, uel ex ipsis Hebræorum fontibus si quando illorum æditio, cum Hebraica dissentit origine, contulimus & excussimus: quanquàm id quidem δυκ ἄνευ θησέως, ut Græcorum habet prouerbium. Nihil enim alienius ab ingenio moribusq; meis, quàm ad exemplum Aesopicæ corniculæ alienis me uenditare plumis. Hac igitur in parte cum primum hoc opus æderemus, non nihil adiuti sumus operæ subsidiaria uiri non solum pietate, uerum etiam trium peritia linguarum eminentis, hoc est ueri Theologi Ioannis Oecolampadij Vinimontani, quod ipse in literis Hebraicis nondum eò processeram, ut mihi iudicandi sumerem autoritatem

Annotatiões.

Interpres uetus.

Ioãnes Oecolampadius à concionibus ecclesiæ Augustanæ.

toritatem. Equidem haud neſciebam, has minutias & ceu ſpinas longe plus habere ſudoris quàm gloriæ, neque multum gratiæ ex hoc genere laboris ſolere redire ad autorem, tum lectori magis uſui eſſe quàm uoluptati. Verum ſi nos tantum tædij publicæ utilitatis reſpectu deuorauimus, par eſt nimirum, ut lector item, uel ſuæ utilitatis cauſa non nihil moleſtiæ decoquat, & eum animum quem nos iuuandis alijs præſtitimus, ipſe præſtet ſibi ſuóque commodo. Sunt hæc quæ tractamus minutiſſima fateor, ſed eiuſmodi, ut minore pro-
pemodũ negocio magna illa tractari potuerint, quæ ſublimes Theologi ma-
gno ſupercilio, buccis typho crepantibus ſolent ἐκτραγῳδίζειν. Ad hæc, eiuſmodi, ut ob has minutiſſimas minutias, & illa maxima fuerint aliquoties excutienda. Minima ſunt, uerum ob hæc minima, uidemus maximos etiam Theologos nonnunquàm & labi turpiter & hallucinari. Quemadmodum & locis aliquot indicabimus, non uti quenquàm inſectemur (qui morbus ab opere Chriſtiano, imò à tota uita Chriſtiana quàm longiſſime debet abeſſe) ſed ut paucis exemplis citra cuiuſquam contumeliam adductis, noſtram fidem lectori probemus, ne quis has ceu nugas contemnat, quandoquidem iuxta Flacci dictum, hæ nugæ ſeria ducunt. Cur in ciborum apparatu tam moroſi ſumus, in cultu minimis etiam offendimur, in re pecuniaria nihil eſt tam minutum, cuius non habeatur ratio, in ſolis literis diuinis diſplicet hæc diligentia, placet neglectus? Vt ne dicam interim eam eſſe rei maieſtatem, ut nulla pars tam humilis eſſe poſſit, quæ ſit homini pio faſtidienda, imò quæ non reuerenter ac religioſe tractanda. Humi reptat inquiunt, in uerbulis ac ſyllabis diſcruciatur. Cur ullum eius uerbum contemnendum ducimus, quem uerbi titulo colimus & adoramus? Præſertim cum ipſe ne minutiſſimum quidem Iota, aut apiculum in uanum abiturum teſtatus ſit. Infima pars eſt, quam uocant literam, ſed huic ceu fundamento myſticus innititur ſenſus. Rudera ſunt; Litera.
ſed his ruderibus admirandi illius ædificij moles auguſta fulcitur. Diuus Hieronymus eximios aliquot Græciæ ſcriptores taxat, quod hiſtorico contempto ſenſu, ſuo arbitratu maluerint in allegorijs ludere, ſéq; ipſum deplorat, quod calidus adhuc iuuenta, prophetam Abdiam allegorice fuiſſet interpretatus, cuius neſciret hiſtoriam. Vt in uiliſſima concha pretioſum latet margaritum, Similia
ut ſub friuola ſiliqua nobile tegitur granum, ut ſub arida minutáque tunicula, tam miranda ſeminis uis latet, ita in uerbis, ut apparet plebeis, in ſyllabis, in ipſis denique literarum apiculis, ingentia diuinæ ſapientiæ myſteria condita ſunt. Qui miratur, cur ſpiritus ille diuinus ſuas opes his inuolucris tegere uoluerit, idem miretur, cur æterna ſapientia pauperis, humilis, & contempti damnatiq; hominis perſonam aſſumpſerit? Vt hæc minuta ſciret diuus Hiero- Hieronymus.
nymus, nec Iudæum, eumque nocturnum aſpernatus eſt doctorem, nec ullum fugit laborem. Ob has minutias diuus Auguſtinus, iam epiſcopus, iam Auguſtinus.
ſenex, ad puero ſibi faſtiditas Græcas literas reuerſus eſt. Ob has Origenes. Origenes.

iam canus & ſenex ceu repueraſcens ad Hebrææ linguæ deſcendit elementa, Catonem etiam illum Rhomanum ſuperans. Ad has minutias libenter allu/
Ambroſius. Hilarius. Io. Chryſoſtomus. Cyrillus. dit Ambroſius, reſiſtit Hilarius. Has paſſim excutit, in his pia curioſitate phi/loſophatur, ille non ore tantum aureus Chryſoſtomus. Et Cyrillus hunc ſe/cutus, grande myſterium ex articulo Græco, id eſt unica literula ὁ, depromit, hinc uelut ineuitabile telum mutuatur, quod torqueat in hæreticos. Vt ne di/cam interim, quod dum hæc ex profeſſo curamus, illa tamen aliquoties obi/ter aperiuntur, ut quemadmodum qui ſententias enarrant, coguntur ali/quoties uerborum explicare rationem, ita nos dum in uerbis explicandis uer/ſamur, cogimur interim & ſententiarum uim aperire. Denique hæc grauiori/bus orſis & cœptis iam olim in Paulum commentarijs præparamus. In qui/bus fortaſſis apparebit, utrum iudicio, an caſu ad has minutias deſcende/rim. Sed age, fingat me qui uolet, nihil aliud præſtare potuiſſe, & uel ob in/genij tarditatem, & frigidum circum præcordia ſanguinem, uel ob eruditio/nis inopiam, infimam hanc ſumpſiſſe prouinciam, tamen Chriſtiani pecto/ris eſt, qualecunque officium boni conſulere, quod pia ſedulitate præſtatur. CHRISTVS coniectum in gazophylacium à paupercula quadrantem lauda/uit, rem per ſe uiliſſimam, animo æſtimans offerentis. In re uehementer præ/clara, uel extrema functio ſplendida eſt. In regijs, & qui uerrunt, & qui co/quunt habentur honeſti. Cæterum in domo dei, quæ tandem functio faſti/dienda uideri poteſt? Nos rudera comportauimus, ſed ad ſtructuram tem/pli dei. Alij locupletiores, ebur, aurum, marmor, & gemmas addituri ſunt. Nos uiam ante ſalebris ac lamis moleſtam, induſtria noſtra conſtrauimus, ſed in qua deinde magni Theologi commodius eſſedis ac mannis uecten/tur. Nos circi ſolum æquauimus, in quo iam inoffenſius prædaras illas ſuæ ſapientiæ pompas ædant. Nos noualem antehac ſpinis ac lappis incommo/dum ſarculo repurgauimus, quo facilius illi felicem exerceant ſegetem. Nos campum aperuimus, amoliti quæ obſtabant, in quo qui uolent poſthac ar/canas explicare literas, uel colludant liberius, uel congrediantur expeditius. Quibus uetus illa Theologia magis arridet, ij magnum habent adminicu/lum, quò nituntur eluctandi. Rurſus qui iuxta parabolam Euangelicam di/cit, uetus uinum melius eſt, & huius recentioris Theologiæ ſtudio ueterem negligit, habet is quoque quo ſua quæ mauult, certius ac fidelius tractet. Et ut nihil hinc accedat commoditatis, nihil certe perditurus eſt de ſuo, ſi hæc acceſſerint, ijs qui malunt diuinas literas è puriſſimis fontibus, quàm ex qua/libuſcunque riuulis ac lacunis haurire, toties aliunde aliò tranſfuſis, ne dicam
Simile. ungulis ſuum & aſinorum perturbatis. Vt gratius eſt pomum, quod tuis ma/nibus ex ipſa matre decerpſeris arbore, ut dulcior aqua, quam ex ipſa uena ſubſcatentem hauſeris, ut iucundius uinum, quod ex eo deprompſeris do/lio in quo primum fuerat conditum, ita diuinæ literæ, neſcio quid habent

natiuæ

natiuæ fragrantiæ, neſcio quid ſpirant ſuum ac genuinum, ſi eo ſermone legantur, quo primum ſcripſerunt ij qui partim è ſacro illo ac cœleſti hauſerunt ore, partim eiuſdem afflati ſpiritu nobis tradiderunt. Si CHRISTI ſermones extarent Hebraicis, hoc eſt, ijſdem uerbis proditi quibus ille locutus eſt, cui non cordi foret in illis philoſophari, & non ſolum uerborum uim ac proprietatem, uerum ſingulos etiam apices excutere. Certe quod huic eſt proximum habemus, & negligimus. Si quis oſtentet CHRISTI ueſtem, aut pedis ueſtigium, procumbimus, adoramus, exoſculamur. Atqui ut uniuerſas illius ueſtes, & totam maternæ domus ſupellectilem proferas, nihil eſt quod CHRISTVM expreſſius, efficacius, abſolutius referat, exprimat, repræſentet, quàm Euangeliſtarum & Apoſtolorum literæ. Proinde ſi cui aut non licet, aut non libet, in his ſacris uerſari delicijs, certe ne obſtrepat, ne obturbet, ne inuideat meliora conantibus. Amplectantur ipſi quod amant, habeant, fruantur. Nemo uetat. Nos illis hæc non ſcripſimus. Sed erunt è diuerſo, quibus hæc admodum pauca uideantur, & malint nihil cum æditione uulgata conuenire. Verum non hoc egimus, ut ſermo politior eſſet, ſed ut emendatior, ac dilucidior: nec erat hic in ſcyrpo, quod aiunt, quærendus nodus. Quin illud potius optandum eſt omnibus, ut nihil uſquam ſit obuium in ſacris literis, quod hanc operam poſtulet. In Euangelijs, quoniam per ſe dilucidus ac propè ſemet explicans hiſtoriæ tenor ſimplici & inaffectato ſermone profluit, ne fieri quidem potuit, ut admodum multa uitiare potuerit, uel interpres uel librarius. Quanquàm hæc ipſa, ſi quis ad ſummam expendat, nimium etiam multa ſunt, illic ubi nullum oportebat ſubeſſe ſcrupulum. Cæterum in epiſtolis Apoſtolicis ob ſermonis pariter & ſententiarum obſcuritatem, plura neceſſe fuit immutare. Nos interim adnotandi diligentiam ita moderati ſumus, ut nec ſuperſtitione moleſti, nec indiligentia diminuti uideremur. Rem autem omnem quàm potuimus pauciſſimis uerbis indicauimus magis quàm explicuimus, ne negocio ſuapte natura parum amœno, loquacitatis quoque tædium adderemus. Pium eſt opus, Chriſtianum eſt opus. Proinde te quæſo lector optime, ut tu quoque uiciſſim pias aures, & Chriſtianum pectus ad legendum adferas. Ne quis hæc eo animo in manus ſumat, quo fortaſſis ſumit noctes Gellianas aut Angeli Politiani miſcellanea, uidelicet quo neruos ingenij, uim eloquentiæ, & eruditionem retruſam, uelut ad Lydium exigat lapidem. In re ſacra uerſamur, & in ea re, quæ ſimplicitate puritatéque potiſſimum eſt orbi commendata. In qua, ridiculum ſit humanam eruditionem oſtentare uellé, impium humanam iactare eloquentiam, quam etiam ſi forſan adeſſet, diſſimulare conueniebat, ne quis merito poſſit obijcere τὸ, ἐν φαηῖ μύῤῥον. Simplici puróque ſtudio tradimus hæc Chriſtianis auribus, quo poſthac in ſacroſancta hac philoſophia, & plures uerſarentur

Euangelia.

Epiſtolæ apoſtolicæ.

Lector.

res uersarentur, & lubentius, denique ut minore cum negocio, ita maiore cum fructu. CHRISTVM ipsum, quo teste simul & adiutore molimur hæc, parum mihi propitium imprecor, nisi ex hisce laboribus adeo nihil uenamur emolumenti, ut magnam etiam certamque rei pecuniariæ iacturam scientes ac uolentes acceperimus. Porrò famæ dulcedine tantum abest, ut titillemur, ut ne nomen quidem nostrum fuerimus asscripturi, ni ueriti fuissemus, ne hac ratione operis minueretur utilitas, quod apud omnes suspecta res sit liber ἀνώνυμος. Nos ad utrunque iuxta parati sumus, ut uel rationem reddamus si quid recte monuimus, uel ingenue confiteamur errorem, sicubi lapsi deprehendimur. Homines sumus, & humani nihil alienum à nobis esse duximus. Hoc igitur animo cum ego dederim hæc optime lector, fac ut tu quoque simili accipias. Ea res utrique nostrum commodo futura est. Nam & tu plus capies utilitatis, si libenter & candide quod donatur acceperis, & me mearum uigiliarum minus pœnitebit, si cognouero bonis usui fuisse. Quod si quis existet, uel adeo præfractus ac morosus, uel adeo durus & iniquus, ut nullis incantamentis deliniri queat, ab hoc certe uel precibus illud impetrare nitar, ut hoc saltem æquitatis tribuat pijs studijs, quod tribunalia tribuunt parricidijs & sacrilegijs. Illic tur pe iudicatur, si cognitionem anteuertant calculi, nec pronunciatur, nisi causa diligenter excussa. Le gat prius ac inspiciat, deinde si uideatur, damnet ac reijciat, Superbum est de libro ferre sententiam, quem non intelligas, superbius & de eo quem ne le/ geris quidem. Vale Le/ ctor quisquis es, quem etiam atq; etiam rogo, ut si quid fructus è nostris excerpseris lu/ cubratiõibus, officij memor ut Chri stiano dignum est, me uicissim pijs uotis CHRISTO cõmendes, à quo uno solidũ labo/ ris huius præmiũ expectamus. Basileæ. An. M. D. XV.

Calculi ne cognitionem anteuertant.

IN NOVVM TESTA-

MENTVM, PRIMVM AD GRAECAM VERITATEM, DEINDE AD VE tustissimorũ Latinæ linguæ codicum fidem, postremo ad probatissimorũ scriptorum citationẽ & enarrationem diligenter recognitũ, cumq; suis collatum fontibus, adnotationes ERASMI ROTERODAMI, in quibus aperitur, quibus in locis nostra uulgata æditio, cum Græcorum uoluminibus, uel congruat, uel dissonet, ubi deprauatior, ubi castigatior. Quod deprauatũ erat, emẽdatur, quod obscurum, explanatur, quod anceps & impeditum, expeditur. Quod intolerabili solœcismo fœdum, restituitur. Et non solum id agitur, ut castigata sit lectio, sed ne in posterum quoque facile deprauari possit.

EVANGELIVM secundum Matthæum) εὐαγγέλιον Græce sonat bonum nuncium. Quanq; Homerus in Odyssea hoc uerbo est usus, pro præmio quod dari solet lætum adferenti nuncium. Igitur historiam euangelicã, nec prophetiam uocauit, nec aliud simile, sed rem nouam, nouo uocabulo signauit, quẽadmodum & CHRISTVS apostolis uocabulũ innouarat. Matthæus hebraice sonat מַתִּתְיָהוּ hoc est, donatus domino ipse, qui idem dicitur לֵוִי leui, quod hebraice sonat additum siue applicatum.

Liber generationis) Nominatiuus est absolute positus, ceu uice tituli. Nã Matthæus, & Marcus prophetico more ingressi sunt euangelicam historiam, siquidem prophetæ solent à titulo exordiri. Visio Esaiæ filij Amos. Et uerba Hieremiæ filij Helciæ. Ita & Marcus. Initium euangelij IESV CHRISTI. Quanq; uideo Herodotum ad consimilẽ modum suam exorsum historiam, Ἡροδότου ἁλικαρνασσέος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε: & Lucianum libellũ de Astrologia, Ἀμφί τε οὐρανῶν, ἀμφί τε τῶν ἀστέρων ἡ γραφή, ut appareat gentis etiam fuisse consuetudinem. Quanq; hic titulus non est uniuersi argumenti, nec enim complectitur summam historiæ euangelicæ, sed initium ac fontem duntaxat.

Filij Dauid, filij Abraam, Υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. Græcus sermo nõ nihil habet ambigui tatis, potest enim hic esse sensus, filij Dauid, qui Dauid fuit filius Abrahæ, potest & sic accipi, ut intelligatur, CHRISTVS esse filius utriusq;. Porrò filium uocat nepotem, quemadmodum fratres uocant Hebræi, nõ solum ijsdem prognatos parentibus, sed & alias ex eadem generis serie propagatos. Illud obiter adnotandum, Matthæum genealogiæ recensionem accommodasse, ijs quibus scripsit hoc euangeliũ. Scripsit enim Hebræis, nimirum ut creditur hebraice, quorum affectibus sciebat fore gratissimum, si perspexissent CHRI-

 stum esse

Christ⁹ cur Abrahæ ac Dauid filius dictus.

stum esse filium Abraham ac Dauid, quorum memoria apud illos erat sacrosancta, & ad quos de CHRISTO præcesserat pollicitatio. Contra Lucas, quia gentibus scripsit euangelium, ab Adam ad ipsum usq; deum porrigit genealogiæ seriem, ut intelligerent CHRISTI gratiã, non ad Iudæos solũ, sed ad uniuersum quoq; mortaliũ genus pertinere. Indicauit hoc & Chrysostomus. Porrò Dauid priorem nominat, non solum ob id quo commodius citráq; repetitionem genealogiæ series texeretur, quã causam reddidit diuus Hieronymus, uerumetiam quod huius esset apud Hebræos & reuerẽtior, & celebrior memoria, quod adfert Chrysostomus.

Euangeliũ Matthæi an Hebraice scriptum.

Genuit Isaac) ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ. Græcus interpres quisquis is fuit. (Nam autore Hieronymo) constabat olim hoc euangelium à Matthæo scriptum hebraice fuisse, quod tamẽ Chrysostomus non audet asseuerare, sed dicitur, inquit, quod quantumuis constet, ego tamen malim extare q̃ constare. Etiam si sunt qui putent à Ioanne uersum in linguã græcam. Etenim quãtum ipse memoria consequor, nusq; Hieronymus indicat se uidisse Matthæi euangelium hebraice scriptum, maxime cum profiteatur se quatuor euãgelia ad græcam ueritatem emendasse, cumq; in hoc unum scripserit cõmentaria. Tum quod in hoc euangelio nõ pauca citentur ex libris ueteris testamenti, quæ uideantur ab ipsis fontibus dissidere, ut uel hæc occasio compulsura fuerit Hieronymũ, ad archetypum Matthæi cõfugere, maxime cũ id alijs in locis frequenter, nõ admodũ graui de causa soleat, gaudeatq; facere. Porrò quis ex hebraico sermone uerterit in Græcum, ne id quidem ullo modo cognitum. Adeo uacabat illa ætas omni ambitione. Sed ut cœperam, quisquis fuit interpres, hebraicis nominibus diligenter suos addidit articulos, ut quoniam barbarica sunt uocabula, nec ulla casuum inflexione uariãtur, lector hoc modo sexum & casum posset distingue re, τὸν Ἰσαὰκ ἐκ τῆς Θάμαρ. Iam illud minutius uideri poterat, q̃ ut admoneretur, nisi nũc potissimum in eo negotio uersaremur, uariare Græcos codices, in quibusdam addi μ ἐφελκτικὸν, in plerisq; non addi, ἐγέννησε non ἐγέννησεν. Siquidem Attici perpetuo addunt, siue sequatur consonans, siue uocalis. Ionες contra. Argumento est illud apud Aristophanem in Pluto, καὶ μάντις ὥς φασιν σοφὸς. Etenim si φασὶ legas nõ constabit metri ratio. Posterioris exemplũ est illud Homericum ἀντίμνοθαρσητῆρα pro ἀντίμνησεν ἀρητῆρα. Et quod passim est apud Græcos ἐσθότε pro ἔστιν ὅτε. Proinde nõ est quod ea res magnopere moueat lectorem, siue reperiat additum μ, siue secus. Etiamsi nos cõmunem Græcorum linguam in hoc secuti sumus, addito μ, quoties sequitur uocalis, omisso quoties sequitur consonans, præsertim cum uideremus in hoc plerosq; Græcorum codices consentire.

N. Ephelcticon.

Hebræã aspiratione Græci exprimũt per χ.

De Thamar) ἐκ τῆς Θάμαρ, de Rahab ἐκ τῆς Ῥαχάβ, Mirum cur interpreti latino magis placuerit præpositio de q̃ ex. Quis enim dicitur genuisse aut suscepisse filium de illa, ac non potius ex illa? Cæterum Græci, quoniam non habent quo aspirent uocalem, nisi in principio dictionis. Hebraicam aspirationem ח quomodo possunt exprimunt per χ sic רָחָב Ῥαχάβ, & ad eundem modum hodiéq; sonant Iudæi Hispani eam literam. Indicauit & hoc Hieronymus alicubi.

Dauid cur solus cognominet rex.

Dauid regem) Interpres addidit articulum τὸν βασιλέα ueluti discernẽs eum ab alio quopiam Dauid, qui non fuerit rex, uel hoc agens, ut hic insignite rex intelligatur, cum alios multos reges commemoret, nulli tamen asscribens regij cognominis honorem. At mox cum Dauid repetit, inculcat ad eundem modum regis cognomen articulo præmisso, ut recentem illius ac celebrem apud Iudæos memoriam, tituli quoq; honore commendaret.

Ex ea quæ fuit Vriæ) ἐκ τῆς τοῦ οὐρίου, id est ex uxore Vriæ, siue ex ea quæ fuerat uxor Vriæ. Nam in huiusmodi græcus articulus fungitur uice nominis quod subauditur. Cũ autem paulopost uertat τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, filium Zebedæi: quæ tandem erat religio hic uertere uxorem Vriæ? Illud adnotandũ, cur maluerit hac nota signare Bethsabee, q̃ proprio uocabulo, siue quod res ipsa notior esset ipso mulieris nomine, siue quod ad mysterium CHRISTI & ecclesiæ pertinebat, eius facti refricuisse memoriam.

Bersabeæ nomen cur nõ ponatur.

In transmigratione Babylonis) A nobis quidem satis percipitur sensus, sed quibus ex Hebræorum annalibus cognitum est Iudæorum gentem per Nabuchodonosor regẽ, Babylonem ductam fuisse captiuam, ac rursus per Esdram suis sedibus restitutam. Cæterum

ex his

ex his uerbis, nihil aliud intelligi poteſt, q̃ uel Babylonẽ ipſam aliquò demigraſſe, uel Babylonem alios aliquò traduxiſſe, ſi trãſmigrationem uſurpes actiue. Atqui ſermonis uſus in hoc adhibetur, ut per eum cognoſcant, diſcantq; rem, ij quibus antea fuerat incognita, non ut agnoſcamus, ac diuinemus, quod prius noueramus. Recte monet Fabius amphibologias eſſe uitandas, quoad fieri poteſt, etiam ſi ſenſus nihil recipiat ambiguum, ueluti ſi quis dicat, uideo ſtruthiocamelum deglutire ferrum. Nec enim periculum eſt, ne ferrum deglutiat ſtruthiocamelum. Id igitur multomagis cauendum, quoties aut anceps redditur ſententia, aut abſurda, aut nulla. De quo diligenter admonet Auguſtinus libro de doctrina Chriſtiana tertio. Verti poterat, poſteq; demigratum erat Babylonem, & cum demigraſſent Babylonem, aut poſteaq; deducti fuerant Babylonem, ſi cui placet μετοικεῖν uſurpare tranſitiue, aut in demigratione Babylonica. Quanquàm planius etiam erat in exilio ſeu captiuitate Babylonica, & poſt exilium aut captiuitatem Babylonicam. Siquidem euangeliſta, rei acerbitatem, uerbi lenitate temperauit, captiuitatem & exilium, demigrationem appellans μετοικησίαν, quod conuenit & in eos, qui ſua ſponte ſedes ac domicilia mutant. Et hoc quoque tempus quod actum eſt apud Babylonios imputari in rationem genealogiæ putat Chryſoſtomus.

Omnis Amphibologia uitanda.

Tranſmigratio p exilio.

Iechonias genuit Salathiel) Admonet diuus Hieronymus, ſi Iechonias ad finem ſuperioris τεσσαρακαιδεκάδος referatur, in proxima non eſſe quatuordecim, ſed tredecim duntaxat, unde putat hunc Iechoniam, qui eſt Salathiel non fuiſſe filium Ioſiæ, quem in proxima ſerie poſtremum recenſuit, ſed illius filium. Cæterum Iechoniam uocari, qui idem uocetur Iehoiachim, uerum patrem à filio diſtingui duabus literulis. Nam illum יְהוֹיָקִים Iehoiakim dici per ק & ם, id eſt, per k & m, hunc יְהוֹיָכִין Iehoiachin per כ ch & ן n. Tametſi fatetur, hanc ſcripturæ differentiam apud Græcos, pariter ac latinos, ſcriptorum uitio, & longitudine temporum prorſus eſſe confuſam, alioquin & בַּת־שֶׁבַע Bathſcheba pro Berſabee dicendum, unde ne nos quidem quicq; auſi ſumus immutare.

Virum Mariæ) τὸν ἄνδρα Μαρίας. dicere poterat & æque latine, & haud ſcio an uerecundius, maritum Mariæ. Etiam ſi non ſim neſcius, & apud Latinos inueniri uirũ pro marito. Nam hæc affinitatis ſunt nomina, nõ coitus. Porrò quæ Valla cauillatur hoc loco de Maria & Mariam, minutiora iudicaui, q̃ ut his lectorem uoluerim onerari. Præſertim cũ ſi qui forte requirant, ab illius commentarijs per nos olim æditis petere poſſint.

Vallæ annotationes.

De qua natus eſt Ieſus) ἐξ ἧς ἐγεννήθη. Ex qua genitus fuit IESVS, eſt enim paſſiuũ eius uerbi, quod toties uertit genuit ἐγέννησεν. Nihil enim eſt quod quẽq; moueat ille ſcrupulus, improprie dici gignere mulierem, cum idoneis argumentis declarauerit Valla, tum apud Græcos, tũ apud Latinos gignere & gigni, tam mulieri competere, q̃ uiro. Nec abs re ridet hoc in loco quorundam inſcitiam, qui uelut oraculum pronunciant diſcrimen inter has duas præpoſitiones, de & ex, quaſi ſic loquendum ſit perpetuo, conceptus de ſpiritu ſancto, natus ex Maria uirgine, cum apud Græcos eadem ſit præpoſitio ἐκ, quam interpres ſuo arbitratu nunc de uertit, nunc ex, utcunq; uiſum fuerit. Certe hic locus palàm refellit friuolam & commentitiam illorum diſtinctionem.

Gignit & mulier.

Qui uocatur Chriſtus) ὁ λεγόμενος χριστός. Quoniam apud Hebræos plures fuerũt huius nominis, ut Ieſus filius Naue, & Ieſus ſacerdos, idcirco cognomine addito diſcreuit à cæteris. Quanq; uideõ doctos aliquot in hac eſſe ſentẽtia, ut exiſtimẽt ſeruatoris noſtri IESV nõnihil diuerſum eſſe, à ducis Ieſu & Ieſu ſacerdotis uocabulo, quod Hebræis ſcribitur, יְשׁוּעַ, Cæterum noſtri IESV nomen ijſdem ſcribi literis, quibus olim ineffabile dei nomen ſignabatur, interpoſita una duntaxat conſonante ſyn. Quod utinam tam doceri poſſit ſolidis argumentis, q̃ dictu plauſibile eſt & gratioſum auribus Chriſtianorũ. Optarim equidem uel hanc unam ob cauſam extare euangelium Matthæi uerbis & literis hebraicis ſcriptum. Quod ſi eſſet, nihil negocij foret, hãc de nomine Ieſu opinionem, uel refellere, uel aſtruere. Porrò CHRISTVS Græce unctum ſignificat, quo uocabulo Hebræi ſignant regem, quod apud illos inungi ſoleant, qui regni ſuſciperẽt honorem, atq; hoc nomine ſuum illum nimium iam diu expectatum appellant מְשִׁיחַ Meſſyah Hebræi, uno uocabulo ſimul & regis & ſacerdotis dignitatem explicantes. Nam utriq; communis eſt unctio, & utraq; dignitas uni competit Chriſto. Illud tametſi leuiculum eſt, tamẽ obiter

Chriſt' græce, Meſſiah hebraice, unctus latine.

Christe,non Cristæ pronunciandū.

admonuisse;non abs re fuerit,clericorū uulgus in templis primā Christi syllabā exilē sonare,hoc est,per cappa,nō per chy,ut quoties Christū uocādi casu compellant, cristas alloqui uideantur,non Christum. Atqui non offenditur ille barbarismis, fateor,at idem non delinitur. Detur sanè uenia,ijs qui per inscitiā simpliciter errauerint. At si iure optimo tantum honoris defert ecclesia huic nomini, ut eo pronunciato,corpus inflectat,caput aperiat,genua curuet,qui sit piæ mentis,non grauabitur opinor,tantillum operæ sumere,ut uoces illas sacrosanctas,quoad potest integre,& emendate pronunciet. Et sicuti Christianæ mansuetudinis est,non acerbius insectari conuicijsue percellere simpliciter errantium imperitiam,nec in huiusmodi leuiculis erratis atroces mouere tragœdias,ita rursus Christianæ simplicitatis est,eruditiorum monitis libenter obsequi. Alioqui siquis admonitus obstinate persistat in erratis,ac monitorem cui gratiam debebat,ultro rideat & incessat, atq; id deniq; postulet,ut illi secum errēt potius,hoc est,ut uidentes cæcum sequantur errantem, citius q̄ ipse errorem mutet, quis non intelligit quantū hic absit ab illa Christiana simplicitate,cui uenia debebatur? Et si deus odit fastuosam imperitiam, quātopere tandem credimus illum auersari supercilijosam,& intractabilem inscitiam? Non ferant ipsi, si quis pro Petro Phetrum,aut pro Philippo Pilipphum appellet,nec aliam ob causam id non ferāt, nisi quia sic ipsi non soleant loqui. Et tamen in ijs, in quibus fœdior est lapsus, admoneri se non patiuntur.

Omnes generationes) πᾶσαὶ γενεαί. Græca uox πᾶς anceps est ad oīne,ad quidlibet & ad uniuersum,unde hic magis quadrabat uniuerso, quādoquidē significatur rei sūma.

Generationes quatuordecim) Origenes in cōmētarijs quos scripsit in epistolā ad Rhomanos,& diuus Hilarius in expositione canonis in Matthæum indicant à Dauid,usq; ad id temporis,quo deducti sunt Babylonem non quatuordecim,sed septemdecim deprehēdi generationes.idq; neq; mendacio,neq; negligentiæ uitio, sed consulto factum, ut tres in medio generationes præteritæ fuerint. Nam iuxta Matthæum Ioras genuit Oziam,cui is quartus ab illo sit. Siquidem ut refertur libro Regum quarto,Ioras genuit Ozochiam, Ozochias Ioan,Ioas Amasiam, Amasias Oziam, quem eundem nonnunq; & Azariam uocant, Origenes contemnit literam, idq; facit suo more. Hilarius ideo putat præteritas quod Ioras ex gentili fœmina suscepisset Ozochiam. Præterea quia per prophetam erat prædictum,non sessurum in throno regni Israelis, usq; ad quartam generationem,labem ethnici generis,euangelista uoluit abolere silentio. Sed hæc ad institutū proprie non pertinent,præsertim cum consentiant omnium Græcorum & Latinorum exemplaria. Nam quod scribit Hilarius in quibusdā inueniri codicibus,de Regum libris sentit opinor. Verum hac de re diligentius tractat diuus Hieronymus hunc enarrans locum. Illud expendat diligens lector, qui conueniat hic euangelistam offensum fuisse quorundam impietate,cum ante Ruth posuerit & uxorem Uriæ, & Rahab scelere nobiles fœminas.

Cur in genealogia prætriti quidam.

CHRISTI autem generatio) ἡ γένεσις. Mea sententia rectius erat natiuitas quàm generatio, uel ob id quo uitaretur amphibologia,etiam si nobis nō est ambiguum. Alioqui generatio non solum ad nascentem,uerumetiam ad generantem pertinet. Et latinius erat,sic habebat q̄ sic erat,sensu nihil immutato. Eleganter autē hac ceu præfatiuncula excitauit auditoris animum, rem inauditam ac prodigiosam narraturus.

Cum esset desponsata) Deest apud nos coniūctio γάρ, id est,enim, μνηστευθείσης γάρ. Quanquàm ea nihil habet momenti, nisi quod narrationem cum pollicitatione præcedēti connectit. Est autem apud Græcos uox ei rei quam declarat accōmodatior,magisq; peculiaris. Siquidē illi μνηστῆρας uocant, qui puellæ nuptias ambiunt,qui latinis dicuntur proci. Et μνηστεύειν tradere sponsam proco.

Exemplaria uetustissima

Mater IESV Maria) Mater eius est græce. Nam CHRISTI paulo ante meminit,ne uideatur de alio quopiam ordiri sermone τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Atq; ita scriptū legitur in pene uetustis latinorū exēplaribus,nominatim in duobus, quæ mihi in hac posteriore recognitione aderant,Paulino & Corsendoncensi. Et ad eū modū citat Origenes in homilia quæ uulgo legitur in cultu ecclesiastico,uarijs nominibus explicans uim eius pronominis eius. Neq; secus legit Chrysostomus homilia in Matthæum quarta. Mariam autem Syrorum lingua dominā sonat. Hebræi sic scribūt מִרְיָם, sunt qui illuminatricē maris interpretātur.

Priusq̄

Priuſq; conuenirent) πρὶν ἢ συνελθεῖν. Verecunde ſignificat coniunctionem uxoris & mariti. Alioqui conueniunt potius qui concordant, aut qui in eundem congregantur locum. Cõgredi tamen & congreſſum legimus pro conſuetudine mariti & uxoris. Quanq; & coire quondam uerbum uerecundum, poſtea factum eſt uſurpatione parum caſtũ. Eos uero qui ex hoc loco ſumunt anſam inſaniendi, ut dicant Mariã poſtea more uulgari fœminarũ peperiſſe filios, abũde refellit Hieronymus ſcribẽs aduerſus Heluidiũ, & Chryſoſtomus hũc ediſſerens locũ. Deniq; ſuffragatur & Laurentius exemplis aliquot ex ethnicorum quoq; libris in medium adductis. Nam id additum eſt ab euangeliſta, nõ ut quod ſecutum eſſet ſignificaret, ſed ut inuſitatæ rei miraculum aperiret. Perinde quaſi dicat aliquis, iudices de cauſa pronunciaſſe priuſq; cauſam cognoſcerẽt, cum iuxta ſolennem morem prius audiant iudices & ferant ſententiam. Vt igitur illic priuſq; cauſam cognoſcerẽt, nihil aliud eſt & non cognita cauſa, & citra cauſæ cognitionem, ita hic priuſq; coirent, nihil aliud eſt, & ſine congreſſu cõnubiali, ſiue abſq; coitu. Cæterum ut res eſt geſta, ita enarrat euangeliſta, non ut ipſe nouerat. Nondum intelligebat Ioſeph myſterium, grauidam uidet, congreſſum non interceſſiſſe nouit, & idcirco nondum euangeliſta pronunciat uirgineum eſſe conceptum, donec angelum id aperientem producit. Quis enim hominum ſuſpicaretur, mulierem è ſpiritu cæleſti concepiſſe fœtum humanum? Sed minus offendiculi habiturus erat ſermo, ſi uertiſſet per præteritum tempus, priuſq; conueniſſent, ſiue ut nos uertimus, priuſq; cõgreſſi fuiſſent. Siquidẽ mollius eſt, priuſq; cognouiſſent cauſam, damnauerũt reum, & priuſq; cognoſcerent. Iam enim magis uidetur cognitio ſecutura.

Conuenire, pro coire.

Inuenta eſt in utero habens) εὑρέθη. Cur non potius deprehenſa eſt, aut certe reperta? Nam inuenimus quod quærimus, deprehẽdimus, quod latebat, præſertim in flagitijs. Reperimus, uel caſu obuia, uel præter ſpem oblata. Porrò participium ἔχουσα uice uerbi infiniti poſitum eſt. Deprehenſa eſt habens, pro eo quod eſt deprehenſa eſt habere. Annotauit ſuper hoc uerbo nõnihil & Chryſoſtomus homilia quarta, ſignificans id reperiri, quod nouum præter ſpem, ac præter expectationem compertum ſit. Mirum eſt autem quam ob cauſam interpretem latinum, delectauerit ea περίφρασις, in utero habens, pro grauida, ſiue prægnante, cum hæc non ſolum idem ſignificent, ſed & uerecundius. Nam ferre uterum dicunt latini. Quanq; enim in utero habere Græcis eleganter & uſitate dicitur, at latinis non itidem. Proinde Matthæus, aut huius interpres Græcus eleganter dixit, ἐν γαστρὶ ἔχουσα. Quandoquidem Athenæus libro Dipnoſophiſtarum decimo ſcribit hunc in modũ de Iſthomacho mimo, Καὶ πτωχῆς τινὸς τῆς γαστέρος ὠνούσης, ἐπεὶ ὁ ἰατρὸς ἐπυνθάνετο, μὴ ἐν γαστρὶ ἔχῃ, σῶσγε εἰπεῖν, τριταία. μὴ βεβρωκῆα; id eſt, Et cum pauperculæ cuidam doleret uterus, ac medicus interrogaſſet, num in utero haberet, qui poſſet, inquit, cũ triduo nihil ederit. Cauillum in hoc eſt, quod medicus ſentiret, num grauida eſſet mulier, mimus ex ambiguo ſumpſit anſam iocandi. uerũ de hoc mox paulo plura dicemus.

Priuſq; quo modo accipiendum.

Inuenire, reperire, deprehendere.

Ioc⁹ Mimi ex Athenæo.

De ſpiritu ſancto) ἐκ πνεύματος ἁγίου, id eſt, è ſpiritu ſancto. Nihil eſt enim quod nos moueat factitia quorundam differentia. Quanquàm hic quoque, loco uiri poſitus eſt ſpiritus ſanctus. Siquidem lector audiens illam cum marito non fuiſſe congreſſam, & iam ferre uterum, ſtatim cogitaturus erat, ex quo igitur alio uiro? Proinde mox excludit hanc cogitationem, non ex uiro inquiens, ſed ex ſpiritu ſancto. Illud perpendat uelim, prudens, ac uigilans lector, num hoc loco locus ſit diſtinctioni diui Auguſtini, quam tradidit libro de natura boni, quem ſcripſit aduerſus Manichæos cap. uicel. ſexto. Ex aliquo recte dici, quicquid de illo ſit, at non retrorſũ. Ex deo ſiquidẽ omnia ſunt, uelut ab autore, at non de deo, quod res conditæ, non ſint participes ſubſtantiæ diuinæ. Sed humanus ille fœtus, quatenus erat humanus, iuxta prædictam diſtinctionem accommodatius opinor dicetur è ſpiritu ſancto, & de ſpiritu ſancto. Certe apud Græcos eadẽ eſt præpoſitio, quam nos nunc de, uertimus, nunc ex.

Cum eſſet uir iuſtus) δίκαιος ὤν. Quoniam Græcus ſententiam extulit per participiũ, liberum nobis reliquit, addere cõiunctionem, quæ commodiſſime faceret ad ſenſum. Sed hæc uox cum, magis ſonat aduerſum quiddam. Vt cum ſis pauper, tamen faſtu turges. At hic ceu cauſam adducit, cur noluerit illam traducere, quod iuſtus eſſet. Mire uero iuſtum uocat, ob id, quod in ius trahere noluerit, neq; punire, quod lex punire iubet. Iuſtum autẽ

Iuſtus pro bono.

uocat, non ob unam uirtutẽ, quæ prima eſt inter quatuor morales, ſed ob abſolutã omnibus numeris probitatem. Sic Ariſtoteles in Ethicis, iuſtitia, inquit, in ſeſe uirtutem amplectitur omnem, & ἀδικίαν pro quouis peccato uſurpãt ſacræ literæ. Subnotauit hoc Chryſoſtomus. Nam prorſus raræ cuiuſdam ac prodigioſæ probitatis erat, cum ſponſæ tumentem uterum, & indubitata conceptus ſigna uideret, nec expoſtulare cum uxore, nec queri apud affines, nec zelotypia diſcruciari, nec in ius ire, & ad pœnam rapere, ſed ſuos æſtus apud ſe duntaxat premere, tantum in animo ſecum de ſecreto diuortio cogitare. Grauidã uidebat & myſterium, ut dixi, nondum nouerat, quod mox ab angelo diſcit.

Nollet eam traducere) παραδειγματίσαι. Illud demiror hoc loco, qui factum ſit, ut interpreti latino, ſermonis politiem alias negligere ſolito, tam elegans uerbum in mentem uenerit. Nam ad uerbum uertendũ erat exemplificare, ſiue per periphraſim, exemplũ facere. Siquidem elegantior uſus huius uerbi fuit in cauſa, ut celebres aliquot Theologi fœde lapſi ſint hoc loco. Quorum de numero eſt haud aſpernandus theologus Petrus Lombardus ξαφωδός eius operis, quod uocant Sententiarum, quem arbitror equidem & probum fuiſſe uirum, & ut illa ferebat ætas, eruditum. Atq; utinam illius labor tam feliciter ceſſiſſet orbi Chriſtiano, cẽq; ab illo ſuſceptus eſt pio ſtudio. Siquidem apparet illum hoc egiſſe, ut ſemel collectis quæ ad rem pertinebant, quæſtiones omnes excluderet. Sed ea res in diuerſum exijt. Videmus enim ex eo opere, nuncq; finiendarum quæſtionum, non examina, ſed maria prorupiſſe. Is in quarto ſententiarum libro ſemel atq; iterum ſic uſurpat hoc uerbum, quaſi tum ſponſus traducat ſponſam, cum rem habuerit cum illa. Sic enim habet diſtinctione uigeſima ſeptima. Quidam tamen aſſerunt uerum coniugium non contrahi ante traductionẽ & carnalem copulam, nec uere eſſe cõiuges aliquos, niſi intercedat commixtio ſexus. Rurſum aliquanto poſt: Sed quia nondum traducta, nec res uxoria interceſſerat, id eſt, concubitus coniugalis. Neq; me fugit, quoſdam ſic hinc elabi uelle, ut dicãt traductionem hic accipi pro conſenſu ad cohabitandum, quod aliquanto etiam eſt abſurdius, perinde quaſi quis refellens eum qui diceret cucurbitam ſignificare tergum aſini, neget ſignificare tergũ ipſum, ſed clitellas tergo impoſitas. Quod ſi traductio eſt conſenſus ad cohabitandum, cur is ſeparatur à reliquis officijs coniugum, aut quod erit coniugium ſine conſenſu domeſticæ conſuetudinis? Denique cum hic conſenſus ſit mutuus, traductio tam ſponſæ tribuetur cẽq; ſponſo. Quis autẽ unq; legit traduci ſponſum? Iam ubi apud iureconſultos de matrimonio tractãtes fit mentio traductionis? Quod ſi contẽdant ſponſam traduci, cum in ædes ſponſi deducitur, iam Ioſephus & Maria iunctim in unis ædibus habitabant, imo Maria in ædibus Ioſeph ſponſi ſui habitabat, id quod clare teſtatur Chryſoſtomus homilia in Matthæum quarta, addens id ueteri cõſuetudine receptum, ut ſponſæ in ſponſorum ædibus haberentur. Et aliquanto inferius in eadem homilia, Neq; enim, inquit, expellere de domo uoluit, ſed à ſe tacite dimittere. Expellere de domo uocat traducere, quod id citra infamiam ſponſæ fieri nõ poſſet, maxime cum eſſet grauida. Proinde res ſatis indicat, Petrum Lombardum, aut alium quem is ſecutus eſt autorẽ, ex hoc loco ſumpſiſſe occaſionẽ erroris, qui intellexerit Ioſeph ob ſuſpicionẽ adulterij noluiſſe coitu cõfirmare matrimoniũ. Pudendus quidem lapſus, præſertim in ijs, qui ſe totius orbis doctores profiteantur, ſed ætati magis imputandus cẽq; homini. Quid enim poterat eo ſæculo, quo prorſus extincta lingua Græca, maxima ex parte & latina, Literis Hebraicis pluſcq; ſepultis, obliteratis omnibus fermè uetuſtis ſcriptoribus, ſiquid erat explicandum ad Iſidorum uelut ad ſacram ancoram confugiebatur, quem idem ſecutus μετρόπολιν interpretatur à μέτρον menſura, & πόλις ciuitas, & Acolytos, ſiue ut ego ſanè legendum arbitror acoluthos, ſic enim Græci famulos à corpore uocant, interpretatur ceroferarios, aliáq; conſimilia, niſi quod magis arbitror hæc à recentioribus aſſuta, qui ferè mos eſt, præſertim in hoc ſcripti genere. Quin & illud demiror, quis indicauerit Nicolao Lyrenſi, traducere idẽ eſſe quod propalare. Sic enim interpretatur. Et in gloſa quã uocãt ordinariam adiecit neſcio quis, pro traducere Græci habent propalare, perinde quaſi propalare, Græca uox ſit. Hugo traducere interpretatur in damnũ ſuum ducere. Quanq; multis argumentis colligere licet, temporum illorum pleroſq; ſcriptores, Græcorũ etiam cõmentarijs adiutos fuiſſe, quitum ferè quomodocũq; uerſi fuerant in latinũ ſermonẽ, ut ſuis indicabimus locis. Alioqui

qui potuit

Petrus Lombardus notatus.

Traductionẽ nõ recte accipi pro cõſenſu ad cohabitãdũ.

Iſidorus Metropolis Acoluthi.

qui potuit Thomas diuinare ex ea translatione quid sentiret Aristoteles, quã nec ipse fuerat Aristoteles intellecturus, etiam si Rhomane calluisset? Neq; uero damno, quod aliorum monumẽtis adiuti sint. Illud demiror, cur ceu data opera, cælent eorum nomina, per quos profecerant. Magis autem, cur libri quoq; suppressi sint, unde decerpserant. Verum hæc aliàs. Magister sententiarum uidetur hallucinatus ex uerbis Hieronymi, qui locũ præsentẽ edisserens, scribit in hũc modũ, Si quis fornicariæ coniungitur, unũ corpus efficitur. Et in lege scriptum est, non solum reos, sed & conscios criminum, obnoxios esse peccato. Quasi Ioseph ideo noluerit Mariam traducere, hoc est coniũgi cum ea, quod adulteram iudicaret, ne fieret unũ corpus cum ea. Non enim illic agit Hieronymus de coniunctione connubiali, sed causam aperit, cur Ioseph uir iustus, noluerit illam accusare, & populi fabulam reddere, quod palàm testantur ea quæ mox consequuntur. Nempe hæc, sed hoc testimonium Mariæ est, quod Ioseph sciens illius castitatem, & admirans quod euenerat, cælat silẽtio, cuius mysterium nesciebat. Est autem uarius usus apud Latinos huius uerbi, traducere, uerum ut nullus elegantior, ita nec rarior alius, q̃ cũ significat promulgare quempiam, & in publicum uulgi sermonem efferre. Sic enim Martialis:

Rideris, multóq; magis traduceris Afer,
Quam nudus medio si spatiere foro.

Et Arbiter Petronius, Néue traducere uelitis tot amicorũ cõsilia secreta, quæ uix mille homines nouerunt, hoc est ne uelitis in uulgus efferre. Appositè usus est hoc uerbo Seneca in epistola ad Lucillium centesima. Volo luxuriam obiurgari, libidinem traduci, impotentiam frangi. Quoniam enim libido latebris gaudet, ac lucem, hominumq; cõspectum fugitat, optat ut traducatur hic morbus, quo uel pudoris remedio sanetur. Trãslatum apparet ab ijs, qui quo conspicui sint omnibus, per celeberrima urbis loca producũtur, id quod uictis, aut facinoris alicuius damnatis ignominiæ causa fieri solet. Ita Liuius libro ab urbe condita secundo, Vos omnibus ciuibus peregrinis populis spectaculo abeuntes fuisse, uestras coniuges, uestros liberos traductos per ora hominũ. Vtitur in eũdem sensum Tranquillus in Vespasiano. Diuus Chrysostomus hunc edisserens locum apertissime uim indicat huius uerbi cum ait: Non solũ noluit eam damnare, sed ne publicare quidem, nam hoc uerbo usus est interpres Chrysostomi. Rursum idem uerbum traducere, in iudicium trahere, item publicare, & in iudicium tradere interpretatur. Nec ab hoc multum abhorret Hilarius, qui παραδειγματίσαι, putat legum exemplũ ædere in quempiam, sic enim ait in expositione canonis, quẽ composuit in Matthæum, Quia iustus ipse nollet in eam lege decerni. Quin libro Numerorum cap. 25. quæ nostra habet æditio: Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, Diuus Augustinus iuxta illius regionis æditionem legit hunc in modum: Ostenta domino duces populi contra solem. Cæterum quod ille uertit ostenta, Græcus uerterat παραδειγμάτισον, uelut in exemplum æde, quo cæteri hoc exemplo terreantur. Idem hunc ipsum adducens locum epistola 54. pro traducere legit, diuulgare. Quin & diuus Ambrosius, enarrans psalmũ Beati immaculati, sermone septimo palàm à nobis stat, scribens hunc in modum, Quia iustus seipsum accusare malit, & alium deformare. Dehiq; de Ioseph cui desponsata erat Maria mater domini scriptum est, quod cum eam grauem utero uidisset, cum esset iustus, noluit eam traducere, & utiq; nullum adhuc audierat oraculum. Itaq; non solum ab ultionis atrocitate, sed etiã ab accusationis seueritate iusti aliena persona est, potiusq; ducit, suã remissionẽ accusari, quod nõ indicauerit, & alienũ crimen arguere. Atq; his omnibus consentiẽs Vulgarius Græcus, παραδειγματίσαι, inquit, τοῦτ' ἔστι φανερῶσαι καὶ κολάσεως, id est, palàm facere ac punire. Sed ob morosos quosdã, diutius immoror his euincendis, & eruditus lector laturus sit. Sensus igitur est, Cum Ioseph esset uir probus, uideretque sponsam grauidã, nec tamẽ mores eius paterentur, ut posset adulterium credere, cælãdum esse duxit, quod admirabat. Quanquàm reperio Vulgarium græcum euangeliorum interpretem in hac esse sententia, ut dicat Ioseph ob id clanculum uoluisse diuertere, quod se iudicaret indignum consuetudine coniugis, quæ iam è spiritu cælesti concepisset. Verum hæc interprætatio coactior est, nam si complexim légas, reperta est, nimirum ab Ioseph, in utero habens è spiritu sancto, ut sit sensus: Iam tum fuisse compertum Iosepho, quod sponsa cõceperat non

Traducere quid sit latinis.

Cur Ioseph uoluit Mariam dimittere.

ex ullo uiro, ſed è ſpiritu, quorſum poſtea opus fuit angelo, qui moneret in ſomnis? Porrò cum hanc addit cauſam, cur timere non debeat, quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt, ſatis indicat metum Ioſeph, non è reuerentia, ſed uel è ſuſpicione, quod non ueritus eſt dicere Chryſoſtomus, uel certe ex admiratione fuiſſe profectum. Alioqui ex ſermone angeli magis debuerat timere, certior factus de myſterio cœleſti. Quod ſi cui durius dictũ uidetur Ioſeph quicq̃ addubitaſſe de caſtitate Mariæ, is audiat Auguſtinũ durius etiam loquentem in epiſtola 45. ad Macedoniũ. Vnde Ioſeph inquiens cui mater domini fuerat deſponſata, cum eam comperiſſet eſſe prægnantem, cui ſe non nouerat eſſe commixtum, & ob hoc nihil aliud q̃ adulteram credidiſſet, puniri tamen eam noluit, nec approbator flagitij fuit. Vſus eſt hoc uerbo duobus in locis diuus Paulus apoſtolus in epiſtola ad Coloſſenſes cap. 2. καὶ ἐκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ. id eſt, exutos principatus ac poteſtates oſtentauit palàm, quod uicti ſole ant in triumphis circumduci, palamq̃ oſtendi populo, Et in epiſtola ad Hebræos cap. 6. ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ παραδειγματίζοντας. Interpres proximo loco uertit traduxit, hic uertit oſtentui habentes. Quanquàm mihi ſanè nonnihil intereſſe uidetur inter δειγματίζειν & παραδειγματίζειν. ſiquidem δειγματίζειν eſt ſimpliciter, exempli cauſa oſtẽdere, παραδειγματίζειν ob præpoſitionẽ additã, in malam partẽ ſonat. Etiamſi utrũq̃ deducitur à δεῖγμα, quod eſt exemplũ, & δεῖγμα à δείκνυω ductũ eſt, quod eſt oſtendo.

Dimittere. p repudiare.

Occulte dimittere) ἀπολῦσαι græcis ambiguum eſt uerbum. Dimittimus exercitum inſtructũ, dimittitur ſenatus, dimittitur cõcio, cum unicuiq̃ poteſtas fit quo uelit abeũdi. Dimittimus & amicũ uolentẽ proficiſci. At hoc loco latinius ſimul & apertius erat amittere à ſe, ſiue repudiare, ſiue diuortiũ cũ ea facere. Id eñ ſenſit euãgeliſta, idq̃ clanculũ, quod palàm nõ poſſet citra periculum ſimul & infamiã uxoris. Etiamſi me non fugit, apud Suetoniũ dimiſſam dici, quæ ſit repudiata. Neq̃ par eſt quenq̃ offendi, ceu duriore uerbo repudiãdi, cum Hilarius eruditus iuxta ac pius autor, nõ ueritus ſit uti duriore, ſic eñ ait exponens canonẽ Matthæi, uolenti eã abiicere. Id nimirum atrocius eſt quàm repudiare.

In ſomnis) κατ' ὄναρ id eſt, per ſomniũ. Quanq̃ ſenſum elegãter expreſſit interpres. Nã quod in ſomnis apparet, per ſomnium appareat neceſſe eſt.

Vxor Ioſeph Maria.

Accipere Mariam coniugem) παραλαβεῖν. id eſt, adiungere in conſuetudinẽ uitæ, iam enim acceperat, ſed diuortium meditabatur. Rurſus interpres abhorruit à uocabulo uxoris, cũ euangeliſta non uereatur Ioſeph patrem uocare IESV. Certe diuus Hieronymus uxorem legit, non coniugem. Id quod & interpretatio illius atteſtatur. Excuſat enim uxores in diuinis literis aliquoties dici quæ ſponſæ ſint. Alioqui Græci ſponſam appellant νύμφην. porrò γυνὴ græcis nunc uxorem ſonat, nunc quamcunq̃ mulierem. Chryſoſtomus homilia in Matthæum quinta, indicat nomen hoc parum competere in uirginem, ſed tamẽ crebro tributum ab euangeliſtis quo myſteriũ cælarent, & arcerent ſtupri ſuſpicionẽ.

Natũ, pro cõceptum.

Quod enim in ea natum.) τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθέν. id eſt, genitum. Sic enim appellat id quod cõceptum eſt in utero, & nondum enatum. Natum enim dicitur etiam id, quod quocunq̃ modo cœpit eſſe. Nos tamen conceptum uertere maluimus, ne quem torqueret ſermo minus uſitatus. Porrò natum hic poſitum pro conceptum fatetur & indicat diuus Auguſtinus libro primo quæſtionum in Geneſin.

De & ex apud Græcos eadem.

De ſpiritu ſancto) ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου, id eſt, è ſpiritu ſancto eſt, ſiue ut nos uertimus, à ſpiritu ſancto profectum eſt, ut autorem indicet præpoſitio. Iam diximus, quod recentiores aliquot Theologi, ingens myſterium ſubeſſe uolunt in hiſce præpoſitionibus ex & de, cum apud Græcos eadem ſit præpoſitio, apud nos diuerſa, tantum quia libuit interpreti, qui frequenter affectat uarietatem, ubi nihil opus.

Pariet autem filium) Annotauit Chryſoſtomus, non eſſe dictũ pariet tibi filiũ, quemadmodum ſolet dici patribus: Et tamen dictum eſt, uocabis nomen eius IESVM, quod autoritas imponẽdi nominis ſoleat eſſe penes maritũ. Id tametſi ſit à ſuſcepto negotio alienius, tamen admonere uiſum eſt, quod ad tuendã lectionis integritatẽ pertinere uideret.

Ieſu ſeruatoris nomẽ idẽ eſſe cũ nomine Ioſue.

Et uocabis nomen eius IESVM) Vel hinc refelli poteſt Iudæorum noſtræ tempeſtatis uæſania, qui uolunt CHRISTO diuerſum fuiſſe nomẽ, à nomine ducis Ioſue, & Ioſue ſacerdotis. Certũ eſt enim יְשַׁעְיָ ſiue additis duabus literis Vau & He יְשׁוּעָה Hebræis ſonare

sonare salutem, & angelus uocabuli rationem exponẽs, Ipse enim, inquit, saluum faciet populum suũ: Id quod annotauit & Hieronymus. Et diuus Chrysostomus homilia prima testatur in ipso statim euangelij frontispicio: Liber generationis IESV CHRISTI filij Dauid, studio ab euangelista additum Christi cognomen, ut eo discerneretur à duce Iosue. Rursum additum filij Dauid, quod ille Iosue de tribu Dauid non fuerit. Porrò si nomen erat diuersum, quorsum attinent hæ notæ, nomen à nomine secernentes? Cæterũ latinius erat, à peccatis suis, q̃ eorum. Verum interpres opinor uitauit amphibologiã, sed dũ uitat hoc in commodum, in aliud incidit incõmodum. Neq; uero periculum erat, ne quis acciperet IESVM liberasse suos Iudæos à suis ipsius peccatis.

Per prophetam dicentem) Sermo Græcus bifariam accipi potest. Altero modo sic ut impleretur, quod dictum erat à domino, qui locutus est per prophetam. Altero sic, ut impleretur, quod dictũ erat à domino per os prophetæ, cuius hæc sunt uerba: Hæc amphibologia Græcis hinc nascitur, quod utraq; præpositio ὑπὸ & διὰ, id est, à & per, eundem nominis casum ascisc unt. τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου, διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος. Verum posterior sensus mihi magis probatur, quod uideam hanc sermonis figuram solennem esse sacris literis, quoties aliena uerba recitant, id quod Latini faciunt per inquit & inquam. Iam uerbum impleretur, pro perficeretur, ut ignotum est latinis auribus, ita ex Hebræi sermonis proprietate relictũ est. Quod genus permulta licebit in apostolorũ literis animaduertere.

Ecce uirgo.) ἰδοὺ ἡ παρθένος. Apud prophetam Hebræum nomen est non בְּתוּלָה Bethula, quod proprie uirginẽ significat, & intactam uiro, sed עַלְמָה Alma siue Alama, quod puellam siue adolescentulam significat. Hoc ætatis est nomen, illud integritatis. Cæterum Hieronymus negat usq; inueniri in ueteri testamẽto uocabulum alma, nisi de uirgine. Certe Genesis cap. 24. Rebeccam adhuc uirginem alma uocat. Et Deuteronomij cap. 22. Lex punit raptorem Alma, id est puellæ, haud dubium quin de uirgine sentiens, quem locum adducit & Origenes aduersus Celsum. Proinde Septuaginta uocẽ hãc interpretati sunt ἡ παρθένος, id est, uirgo, cæteris licet omnibus puellam interpretantibus. Quanq; apud Hebræos uox est anceps, ut quæ tum puellam significet, tum absconditã, quod עָלַם Alam Hebræis sonet, abscondit. Vnde quod in titulo noni psalmi positũ est עַלְמוּת pro quo cæteri interpretes transtulerũt pro adolescentia, Septuaginta transtulerunt pro absconditis, ut alma non solum uirginem significet, sed κατ' ἐπίτασιν uirginẽ absconditam, & à uirorum conspectu seclusam, qui mos & hodie ferè manet Italis. Quin & Punica lingua, quam nonnulli uolunt ab Hebræis ortam, alma uirgo dicitur. Nam quod adiecit Hieronymus latinis quoq; quod sanctum sit almum dici, ioco uerius q̃ serio locutus uidetur. Neq; tamẽ alma uocabulum competit in quamuis uirginem, potest enim & anus esse, sed in eam uirginem duntaxat, quæ puella sit, & iam nubilis, ac nondum nupta, hoc est cognita uiro. Verum si cum contentiosis agatur, quantumuis constet alma significare uirginem, non tamen euincemus ex his uerbis uirginem fuisse quæ conceperit, sic enim de infantula liceat loqui hæc pariet liberos, at nõ protinus infantula pariet. At cum ceu nouum signum polliceatur deus, quid noui fuerat, si quæ prius erat uirgo, postea congressa uiro conciperet ac pareret, id quod est omnium commune? Postremo nec illud arbitror negligẽdum, non dictum esse simpliciter παρθένος, sed ἡ παρθένος, ut non de quauis uirgine possit accipi, quod nihil erat monstri, sed certa quæpiam ut insignis uirgo denotetur, quæ sit paritura. Proinde uertendum erat, Ecce uirgo illa concipiet. Ad quẽ modum nos locis aliquot articuli uim expressimus. Et ה apud Hebræos hoc loco præpositum articuli uim habet.

In utero habebit) ἐν γαστρὶ ἕξει, prõ eo quod est grauida siue prægnans erit. Nã apud Esaiam cap. 7. unde locus hic citatus est, הָרָה habetur, quod diuus Hieronymus concipiet uertit, cum tamen, ut Hebraici apices duo scilicet camez indicãt, præsentis sit temporis, præteriti autem esset si unum foret camez. Cæterum diuus Hieronymus hunc enarrans locum legisse uidetur ἔχει præsentis temporis, non ἕξει futuri, quasi propheta ceu rẽ futuram prædixerit, & ob id scripserit, accipiet, Euangelista respexerit ad id quod iam erat factum. Eáq; gratia scripserit habet, quod uerbum tametsi præsentis sit temporis, tamẽ respondet uerbo præteriti tẽporis. Neq; enim aliud pollet, habet in utero q̃ concepit. Ostẽdit simile

Impleretur, pro perficeretur. Alma quid sit Hebræis.

Virgo, illa.

dit simile quiddām factum à Paulo,qui cum adducat testimonium psalmi 67. Ascendēs in altū, captiuam duxit captiuitatem,accipiet dona in hominibus, accipiet futuri tempo ris uerbum,uerterit in dedit. Ad hæc haud scio an hic locum habeat ulla Hieronymi ex/ cusatio, quod quæ propheta prædixerat futura, hic narrat facta, cum Matthæus ipsum prophetam adducat suis uerbis loquentem, Vt impleretur,inquit,quod dictum fuerat à domino per prophetā ita loquentē.Postremo si euangelista narrat id quod gestū est, nō dicēdum erat habet in utero, sed habuit.Iam enim Maria desierat esse grauida. Hi nodi non uideo, qui possint explicari, nisi succurrat Hebræi sermonis proprietas, quem quis/ quis ignorat,multis in locis aut hæreat,aut impingat necesse est.Hic quoq; locus argumē tum præbet,hanc æditionem qua uulgo utimur,nec in usu fuisse Hieronymo, nec ab illo castigatam. Nam si usus fuisset, legisset & hic habet. Si castigasset,haberemus quod ille probat, ac sequitur. Verū ut pace Hieronymi dicā,cur magis respexit huc, in habebit q̄ in pariet,ubi tēpus futurū relinquit? At quid pactū est Paulo,postea q̄ mutauit accipiet in dedit, cū dedit præteriti temporis uerbum maneat? Nā si prophetæ scribentis tempus respicias,nondum CHRISTVS ascenderat in altum, neq; captiuam duxerat captiuita tem. Hæc attingere uisum est,quo præberem eruditis,ac studiosis qualemcunq; uestigan di occasionem. Nō grauabor autem & hoc indicare lectori pio,locum hunc in commen/

Emendatus in Hierony/ mo locus.

tarijs Hieronymi,in omnibus quæ uiderim exemplaribus,haberi deprauatum,etiā in hac quoad licuit elaboratissima æditione Basilienſi.Lectio restituetur ad hūc modū.Sed pro/ pheta quia futura prædicit,significat quid futurum sit,& scribit accipiet, Euangelista quia non de futuro,sed de præterito narrat historiā,mutauit accipiet,& posuit habet. Qui em̄ habet, nequaq̄ accepturus est. Certe ex hac clausula,qui em̄ habet, nequaq̄ accepturus est,palam̀ est Hieronymum legisse habet,non habebit.

Vocabūt nō uocabitur.

Et uocabitur nomen eius.) καλέσουσιν, id est, Vocabunt,non uocabitur. Atq; ita scri/ ptum comperitur in antiquissimis simul & emendatissimis latinorū exemplaribus. Quin & Hieronymus commentatiorum in Esaiam libro tertio,& illud adnotauit,euangelistam nonnihil immutasse de uerbis huius prophetiæ, quippe qui pro וְקָרָאתָ quod Hebræis sonat & uocabis in masculino,siue uocabit in fœminino, ut referatur ad ipsam quæ pepe/ rit uirginem, uocabūt mutarit,nam uocabūt legit & Origenes testimonio hoc utens ad/ uersus Celsum.Et Chrysostomus clarissime testatur uocabūt esse legendū,homilia quin/ ta.Sed uocabunt ponens multitudinis numero Matthæus respexit populi personā,cuius illa uox est nobiscum deus,nimirum sibi gratulantis de tali partu.Qua de re nonnihil eti/

Vulgarius.

am meminit Vulgarius Græcus interpres etiam si recētior,haud aspernandus tamē.Ema/ nuel autē Hebræis sonat,nobiscum deus.Nam עִמָּנוּ nobiscum, אֵל deus, עִמָּנוּאֵל no biscum deus.Cæterum quod scripsit interpres latinus quod est interpretatum, nec ad uer bum reddidit græcum sermonem,nec latinitati satis consuluit, unde nos periphrasi malui mus reddere,quod siquis interpretetur,sonat nobiscū deus.Apud Esaiam uaticiniū illud si quis forte requirat, in hunc modum legitur, חִנֵּה הָעַלְמָה הָרָה וְיוֹלֶדֶת בֵּן וְקָרָאתָ שְׁמוֹ עִמָּנוּ־אֵל

Exurgens autem Ioseph) διεγερθεὶς, id est,experrectus,siue expergefactus,aut excita/ tus. Quanquàm huius uerbi usus ad tria solet accommodari,ad eum qui surgit, qui reui uiscit,& qui expergiscitur.

Et accepit coniugem) Hoc est adiūxit sibi.Pugnat enim παραλαμβάνειν cum eo quod est ἀπολύσαι, id est,reijcere. Sic enim usus est & diuus Paulus scribens ad Rhomanos, τὸν δὲ ἀσθενοῦντα πίστει, προσλαμβάνετε, id est,eū qui infirmus est fide,ne reijcite, sed ad/ mittite,& adiungite uobis.

Donec quo/ modo accipiendum.

Filium suum primogenitum) τὸν πρωτότοκον. Græcus articulus fauere uidetur Helui/ dianis,qui sic additur,quasi distinguat hunc filium à cæteris. Sed magis accipiēdus inter/ pretatiue,pro eo quod est,qui est primogenitus,ut intelligas eundem illum filium,de quo prius est locutus,& quem è spiritu dixit conceptum. Eadem de causa addit αὐτῆς, id est, suum. Alioqui quæ mulier parit alienū filium? ut interim sileam de mysterio, quod subest in uocabulo primogeniti. Cæterū quod ait donec peperit, latinius erat, donec peperisset. Ex his quoq; uerbis Heluidiani uenantur erroris sui patrocinium,haud animaduertentes Hebræi

Hebræi ſermonis proprietatem. Ad eundē modum legis de coruo emiſſo Geneſis cap. 8. qui egrediebatur, & non reuertebatur donec ſiccarētur aquæ ſuper terram, cum ſignificet auem nunc̄ fuiſſe reuerſam. Quanc̄ hac de re ſuperius item nonnihil attigimus.

EX CAPITE SECVNDO.

CVm ergo natus eſſet) Græci codices, autem, habent, non ergo. τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος, id eſt, nato autem IESV, atque ita legit Chryſoſtomus, quanquàm refragantibus antiquis exemplaribus latinis. Neque magni refert ad ſententiam.

In Bethlehem Iudæ) Iudææ legendum eſt, non Iudæ, ſuffragantibus uetuſtiſſimis exemplaribus noſtris. Siquidem Iuda hominis nomen eſt, Iudæa regionis ἡ Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, Cæterum obſcuri uiculi nomen, quo magis agnoſceretur addito regionis uocabulo illuſtrauit. Eſt em̄ Bethlehem oppidulū ſitū in tribu Iuda, unde Iudæa dicta eſt, haud procul ab Hieroſolymis. Solemus autē regionis nomen addere, etiam diſcernēdi gratia, uelut Antiochiā Paleſtinæ, quod altera ſit eiuſdē nominis in Aſia, id quod hic quoq; locum habet. Siquidem alteram eſſe Bethlehem in Galilæa, indicat liber Iudicū. Conſimiliter deprauatum eſt quod paulo poſt ſequitur in Bethlehem Iudæ pro Iudææ. Hieronymus tamen arbitratur librariorum errore factum, quod ſcriptum ſit Iudææ pro Iuda, cum in Michea legatur Iuda, uſus hoc argumento, quod non ſit altera Bethlehem aliarum gentium, ſed in Iudæa duæ ſint, altera in tribu Iuda, altera in Galilæa. Conſentiūt quidem exemplaria, quæ uiderim, tum Græcorum, tum Latinorum cum opinione Hieronymi, licet argumentum illius refelli poterat, quod ille Iudæam pro uniuerſa regione accipit, quæ duodecim tribus complectitur, cum Iudæa proprie dicenda ſit pars Iuda. Quod ſi quis neget, Iudæam non uſurpari, niſi pro uniuerſa Iudæorū regione, is protinus ex ipſius Matthei refelletur autoritate, qui paulo poſt ſcribit in hūc modum: Cū audiſſet Archelaum regnare in Iudæa, loco Herodis fratris ſui, timuit illuc abire, ſed oraculo admonitus in ſomnis, ſeceſſit in parteis Galilææ. Nam qui cōſiſtet, eum fugiſſe è Iudæa, & Galilæam adiſſe, ſi & Galilæa Iudææ pars eſt? Sed hæc ad ſenſum euangeliſtæ perpuſillum habēt momēti. Proinde ſiue Iuda legamus, ſiue Iudææ, nō eſt quod aliquis digladietur, cum ſenſus ſit idem, & cōſtet olim etiam Iudææ ſcriptum fuiſſe in uulgatis exemplaribus. Certe in uaticinio prophetæ, quod mox adducetur, Iuda legitur non Iudææ, magno conſenſu codicum, tum Græcorum tum Latinorum. Cæterum בֵּית־לֶחֶם Bethlehem hebræis ſonat domum panis לֶחֶם lehem panis בַּיִת domus. יְהוּדִי Iudæus confitens, quo nomine nunc indigni ſunt, qui Chriſtū pertinaciſſime pernegant. Porrò quod magi nominantur, nemo maleficas artes, quas uulgo magicas dicimus ſomniet. Siquidem quos Græci ſophos aut philoſophos, Chaldæi magos uocant, ut teſtatur & Diuus Hieronymus in Danielem. Illud minutius, quod παρεγένοντο, id eſt, acceſſerūt, uertit uenerūt. Venerūt Hieroſolymā, dicētes, nomen urbis apud Græcos ferè neutro genere pronūciatur ἱεροσόλυμα & σόλυμα, populus ipſe Hieroſolymi dicuntur, maſculino genere numero multitudinis, quemadmodum & Solymi. Semel dūtaxat, quod equidem meminerim Hieroſolymā lego, idq; apud Cornelium Tacitum libro Auguſtæ hiſtoriæ xxi. Solymos, inquit, carminibus Homeri celebratam gentem, conditam urbem Hieroſolymam nomine ſuo feciſſe, plurimi autores cōſentiunt. Verum haud ſcio an hic appoſitiue uſurparit Hieroſolymam, quemadmodū Iuuenalis in Satyris, Interpres legū Solymarū. Suetonius in Tito Veſpaſiano, Cuius breui compos, & ad perdomandā Iudæam relictus, nouiſſima Hieroſolymorū oppugnatione, &c. Quanc̄ autem hoc leuius eſſe duco, c̄ ut ea gratia quiſc̄ cum alio digladietur, tamen quoniam ita reperio ſcriptum ab ipſis, ut opinor euangeliſtis, quomodo ſæpius obuium eſt apud probatos autores, præſertim apud Tacitū eo quem modo citauimus libro, nos ſequi maluimus. Nōnūc̄ placuit periphraſis, utpote mollior, ac dilucidior, ſicuti mox & tota Hieroſolymorum urbs.

Qui natus eſt) ὁ τεχθεὶς non γεννηθεὶς participium eſt à uerbo pario, quaſi dicas partus eſt. Nos uim articuli cupientes exprimere uertimus. Vbi eſt ille qui natus fuit, rex Iudæorum? Et rurſum in ſtella appoſuit articulum αὐτοῦ τὸν ἀστέρα. ut certam ſtellam intelligas, & non quamlibet, ſed eximiam.

Et uenimus

Bethlehem duæ.

Expēſa opinio Hieronymi.

Magi qui.

παρεγένοντο

Hieroſolyma, orum, & Hieroſolyma, æ.

Et uenimus) Venimus prima acuta pronunciãdum eſt, utpote præteriti temporis ἦλθομεν,, quod ego minutius eſſe ducerem, & ut admoneretur, niſi paſſim audirem multos in hoc & ambigere, & errare. Proinde nos uertimus acceſſimus. Ad hæc (uenimus adorare) Græcanice dixit magis & Latine, uenimus ut adoremus, ſiue ad adorandum. Minutius & illud, quod ἀκούσας participium præteriti temporis, uertit audiens, rectius erat cum audiſſet, ſiue ut nos uertimus, auditis autem his Herodes. Ad hæc, quod hic in pronominis caſu uariant Græca exemplaria, dum in nonnullis legitur προσκυνῆσαι αὐτῷ, in alijs προσκυνῆσαι αὐτὸμ, nõ eſt quod quenq; moueat, quod uerbum προσκυνέω apud Græcos autores utriq; caſui iunctum reperiatur, id exemplis quoq; docerem, ni per ſe clarum eſſet. Præterea quod omnis Hieroſolyma poetice magis & hiſtorice, pro tota dixerit Hieroſolyma, nec id citra uicĩ amphibologiæ, quaſi plures ſint Hieroſolymæ. Rurſum quod fecit in ἀκούσας idem fecit in συναγωγὼμ, Verum hæc quoniã leuicula ſunt, & ad ſenſum nõ ita multum habent momenti, non eſt animus paſſim admonere.

Principes ſacerdotum.) Ἀρχιερεῖς, id eſt, Primarios ſacerdotes, quos alias ſæpe uertit pontifices, & nos alicubi ſecuti ſumus, quod uereremur ne non ferrent aures Chriſtianorum, ſi dixiſſem põtifices maximos, more latinorum. Alioqui princeps ſacerdotũ eſſe poſſit, qui ipſe non ſit ſacerdos.

Et tu Bethlehem.) Teſtimonium hoc ſumptum eſt ex Micheæ capite quinto, Diuus Hieronymus ingenue fatetur, id quod refertur à Matthæo, neq; cũ æditione Septuaginta, neq; cum Hebraica ueritate per omnia conuenire, ſiue quia uoluerit Euangeliſta ſtudioſe referre, ſicut ab illis fuit reſponſum, ut oſtenderet ſcribarum & phariſeorum in diuina ſcriptura negligentiam, ſiue iuxta quorundam opinionem quod ipſi Euangeliſtæ teſtimonia huiuſmodi non è libris deprompſerint, ſed memoriæ fidentes, ita ut fit, lapſi ſint, quandoquidem deprehenditur aliquoties in ſenſibus quoq; nonnulla diuerſitas, ut uerba prudentes neglexerint. Atq; hic ſanè ne quis offendi poſſit infirmior, aut etiam moroſior, nõ grauabor ipſa Hieronymi uerba aſſcribere ex hiuus loci commentarijs. Quod, inquit, teſtimoniũ nec Hebraico, nec ſeptuaginta interpretibus conuenire, me quoq; tacente perſpicuum eſt, & arbitror Matthæum uolentem arguere, ſcribarum & ſacerdotum erga diuinæ ſcripturæ lectionem, negligentiam. ſic etiam poſuiſſe, ut ab eis dictum eſt. Sunt autem qui aſſerunt, in omnibus penè teſtimonijs, quæ de ueteri teſtamento ſumuntur, iſtiuſmodi ineſſe errorem, ut aut ordo mutetur, aut uerba, & interdum ſenſus quoq; ipſe diuerſus ſit, uel apoſtolis, uel euangeliſtis, nõ ex libro carpentibus teſtimonia, ſed memoriæ credentibus, quæ nonnũq; fallitur. Hactenus Hieronymi uerba recenſuimus. Apparet autẽ hoc loco uirum eruditiſſimum magnis fuiſſe conſtrictũ anguſtijs, unde uix explicare ſeſe potuerit. Nã prior illa ratio, quam ſuo nomine refert, ut cũ ſanctiſſimi uiri pace dixerim, coactior uidetur & affectatior, Primum enim id quod ſequitur, ſic enim ſcriptum eſt per prophetam non minus commode poteſt ad Euangeliſtæ & ad phariſeorum perſonam referri. Deinde nuſq; reperire licet phariſeos & ſcribas in hoc notatos, quod legem ignorarent, ſed quod ambitione & auaritia corrupti, uidentes non uiderent. Etenim alio in loco rogati à Chriſto, quid legerent de magno mandato, reſponderũt incontãter, Diliges dominum deum tuũ &c. & ille approbato illorũ reſponſo, hoc fac, inquit, & uiues. Porrò Saducceis dictum eſt, non intelligentes ſcripturas. Iam altera defenſio, quam aliorum nomine recenſet Hieronymus, aliquanto etiam eſt durior, uidelicet memoria lapſos Euangeliſtas, ſæpenumero diſſentire uerbis ab hebræo, nonnunq; & ſenſibus. Et hanc ſententiam ita refert aliorũ titulo, ut tamen nõ inſectetur uelut impiã. Notauit hũc locũ idẽ Hieronymus in libello ad Pãmachium de optimo genere interpretandi, palàm oſtendẽs euangeliſtam nõ ſolum uerbis diſſidere à prophetæ uerbis, uerumetiam ſenſum prorſus eſſe contrariũ. Nam quod eſt in hebræo, Paruulus es in milibus Iuda, & ſeptuaginta uerterũt, modicus es ut ſis in milibus Iuda, Euangeliſta dixit, nequaq; minima es in milibus Iuda. Et tamen prophetæ ſenſum magis approbare uidetur Hieronymus, oſtendens eum conſentire cum uerbis diui Pauli: Elegit infirma mundi deus, ut confundat fortia. Atq; hũc locum ita claudit Hieronymus: Hæc replico, nõ ut Euangeliſtas arguam falſitatis (hoc quippe impiorũ eſt, Celſi, Porphirij, Iuliani) ſed ut reprehenſores meos arguam imperitiæ, & impetrem ab eis ueniam

Pẽſitata Hieronymi opinio.

An lapſi ſint alicubi memoria Euangeliſtæ.

eis ueniam,ut concedant mihi in ſimplici epiſtola, quod in ſcripturis ſanctis,uelint nolint apoſtolis conceſſuri ſunt.Hactenus Hieronymus. Certe Hieronymus non id poſtulat ſibi concedi,ut ſenſum reddat contrarium, ſed ut aliis uerbis eandem efferat ſentẽtiam. At in Euangeliſta fatetur ſenſum prorſus eſſe pugnantem cum ſenſu prophetæ. Quod ſi conceditur euangeliſtæ,multo magis ignoſcendũ ſit Hieronymo. At falſitatis crimen abominatur in Euangeliſtis, τὸ μνημικὸν ἁμάρτημα, nõ item. Neq; enim continuo forte uacillet totius ſcripturæ ſacræ autoritas,ſicubi uariant,uel in uerbis,uel in ſenſu, modo ſumma cõſtet earum rerum de quibus agitur,& unde cardo pendet noſtræ ſalutis. Vt enim ſpiritus ille diuinus mentium apoſtolicarum moderator,paſſus eſt ſuos ignorare quædam,& labi errareq; alicubi iudicio ſiue affectu,non ſolũ nullo incommodo euangelij, ſed hunc etiam ipſum errorem uertit in adiumentũ noſtræ fidei, ita fieri potuit, ut ita temperarit organũ apoſtolicæ memoriæ,ut etiam ſiquid humano more fugiſſet, id non ſolũ deroget fidei diuinæ ſcripturæ,uerũetiam fidem arroget,apud eos,qui alioqui de compoſito ſcriptũ calumniari poterant. Quod genus ſit,ſi nomen pro nomine ſit poſitum,id quod alicubi factũ fatetur Hieronymus,aut ſi quid non ſuo narretur ordine,in quo ſæpenumero torquentur ueteres interpretes,& Hieronymus in præfatione commentariorum,quos ſcripſit in Matthæum, teſtatur Marcũ ea quæ audiuit à Petro iuxta fidem geſtorum retuliſſe potius q̃ ordine.Spiritus ille cæleſtis totũ hoc ſalutis noſtræ myſterium arcanis conſilijs & abſtruſis humano ingenio ratiõibus moderatus eſt, neq; noſtræ facultatis eſt,neq; Chriſtianæ modeſtiæ, quibus modis ſuũ negocium tẽperarit præſcribere. Solus Chriſtus dictus eſt ueritas,unus ille caruit omni errore. Adfuit ſpiritus diuinus & diuo Cypriano,ut eſt probabile,& tamen quædam illius reijciuntur ab orthodoxis:adfuit & Hieronymo, reijciũtur & huius nonnulla:adfuit Auguſtino,atq; ipſe quædam ſua recantauit.Prima quidem autoritas debetur apoſtolis & euangeliſtis,ſed fieri potuit ut Chriſtus occulto nobis conſilio,quiddã humanũ in his quoq; reſidere uoluerit, perſpiciens hoc ipſum ad humani generis reſtitutionẽ conducere. Poterat ſuos ſemel omni ignorantia,omi liberare errore,at iuxta Auguſtinum & poſt acceptum ſpiritum ſanctum deliquit Petrus,& ita deliquit,ut à Paulo meruerit acriter obiurgari.Diſſenſit à Barnaba Paulus,quod fieri non potuit, niſi altero errante. Quod ſi prorſus exiſtimemus labefactari ſcripturæ totius autoritatem,ſi uel leuiſſimus error uſq; inſit, certe pluſq; probabile eſt, in omnibus exemplaribus, quibus nunc utitur eccleſia catholica,nullum eſſe tam emendatum,cui non uel caſus,uel ſtudium alicuius,mendi nõnihil aſperſerit. Iã ſi placet ſuperior ratiocinatio,aut hoc planè negandũ eſt, aut labaſcet uniuerſa fides diuinæ ſcripturæ. Atq; hæc dixerim optime lector, non quod huius ſententiæ uelim uel autor eſſe,uel patronus,ſed ſi qui forte ſunt,qui putent huiuſmodi nodos, quos aliquot nectit Hieronymus explicari nõ poſſe,ne protinus ſic interpretẽtur,ob unum,aut alterum uerbulum,labefactãdam totius ſcripturæ ſacræ autoritatem,iniquiores erga ſacros libros,q̃ prophanos.Grauis autor eſt Suetonius, etiam ſi in uno,aut altero loco lapſus eſſe comperiatur. Quod ſuffugium ſi non recipitur, equidem malo credere,uel apud Hebræos,uel apud nos locum eſſe deprauatum, aut ſi quid mutatum eſt,diuino conſilio mutatũ in melius, aut deniq; ſcripturam quidem eſſe ſyncera,ſed noſtram imbecillitatem non aſſequi myſteriũ. Illud adijciam,ſi Hieronymo fuiſſet euãgelium Matthæi ſcriptum Hebraice, hoc ſanè loco teſtimonium illius adduxiſſet. Quanq; autem impudens uideri poſſit, ſi nos conemur explicare nodum,quem Hieronymus ipſe non explicat,explicaturus haud dubie,ſi potuiſſet, tamen illud ſecũ perpendat uelim lector pius ac diligens,num hac ratione poſſit ex his anguſtijs emergi, ut dicamus,ſubito in medio ſermone perſonam cõmutatam,quod aliàs quoq; factum animaduertimus in ſacris libris. Imaginemurq; prophetæ uerba ſic recitari,uel à phariſeis, uel ab Euangeliſta,ut de ſuo nonnihil admiſceat,quod tamẽ haud quaq; aduerſetur ſenſui prophetiæ. Siquidem cum propheta ſentiret antea Bethlehem humilem, contemptamq; fuiſſe præ cæteris Iudæ ciuitatibus,tamẽ futurum ut eiuſmodi partu ædito, ſuperet omnes felicitate,celebritateq;, quod à propheta dictum erat,tacuit Euangeliſta,quod ſenſit explicuit, non ad id tempus reſpiciens quo hæc ſcripſit propheta, ſed ad ſua tempora, quibus ædito IESV,deſijt eſſe minima Bethlehem,ac maxima cœpit eſſe. Perinde quaſi di-

Exculſa quædã Hieronymi.

Errarunt & apoſtoli,ut homines, at non in iis, quæ ad ſalutem noſtrã pertinebant.

Hieronym:

Nodus explicat⁹, quẽ Hieronym⁹ nõ explicuit

xisset: Quod olim prædictum est à uate, fore, ut ex omnium minima fieres omnium maxima, id iam contigit. Adijciã & illud, quo lectori copiosiorem commentandi materiam suppeditem. Haud scio an per hyperbolen dictum accipi possit: Nequaq; minima es in principibus Iuda, ut quam uehementer humilem intelligi uoluit, negaret uel minimã esse inter principes: perinde ac si extremæ notæ hominem, negemus esse in hominum numero, & quẽadmodum, Paulus supra modũ contempta, uocat ea quæ nõ sunt. Subindicat & tale quiddã diuus Hieronymus Micheæ locũ enarrãs, Et tãtis, inquit, milibus comparata, uix paruus es uiculus. Hæc uisum est in medium afferre, partim quo liberum sit lectori sequi, quod maxime probandum existimarit, partim ut ex his aliquid forte succurrat melius, ut solent alia ex aliis in mentẽ ueuire studiosis. Septuaginta uerterunt ad hunc modum: Et tu Bethlehem domus Ephrata, nequaq; minima es, ut sis in milibus Iuda, Ex te mihi egredietur, ut sit in principẽ Israhel. Hebraica ueritas sic habet, וְאַתָּה בֵּית־לֶחֶם אֶפְרָתָה צָעִיר לִהְיוֹת בְּאַלְפֵי יְהוּדָה מִמְּךָ לִי יֵצֵא לִהְיוֹת מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל, Quod hunc in modũ transtulit Hieronymus: Et tu Bethlehem Ephrata, paruulus es in milibus Iudæ: Ex te mihi egredieẽ, qui sit dominator in Israhel. Cæterũ quod latine dicitur paruulus, Hebræis צָעִיר nõ simpliciter paruulũ significat: sed adulescentulum & iuuenculum. Vnde & in psalmo: Adulescentulus sum ego, & contemptus, pro adolescentulo est צָעִיר. Ad hæc notat Hieronymus eandẽ ciuitatulã Bethlehem, quæ sita est in regione Ephrata nunc uendicari sorti Iudæ, nunc Simeonis, nunc Beniamin. Porro Ephrata אֶפְרָתָה Hebræis sonat furorem, siue καρποφόρον, id est, frugiferam, autore Hieronymo. Illa quoniã leuicula sunt satis est indicasse, quod in principibus dixit, pro inter principes, & exiet pro exibit. Item pro dux esse ἡγούμενος participium eius uerbi, unde deductum est ἡγεμὼν, quod principem, ac ductorem significat, ac modo uerterat principem. Vnde forte melius uertisset, Exibit qui dux sit populo meo.

Quõ possit accipi, Bethlehẽ nõ esse minimam.

Paruula quid ꝓprie sit Hebræis.

Qui regat populũ meum.) ὃστις ποιμανεῖ, id est, qui recturus est, siue reget futuri temporis, suffragantibus & latinis exemplaribus uetustis, nominatim eo quod exhibuit Coletus. Id significat nõ simpliciter regere, sed pascere, ut aliquoties transtulit, & regere quo modo pastor gregem, Quanq; Græca uox nõ respondet Hebraicæ, quæ hoc loco dominatum magis significat. Cæterum in psalmo: Quare fremuerunt gentes. Reges eos in uirgã, ποιμανεῖς, quod uerterunt Septuaginta, respondet Hebraicæ quæ est תִּרְעֵם de quo nonnihil annotauit & Hilarius psalmum hunc enarrans.

Regere bifariam.

Interrogate diligenter,) ἀκριβῶς, id est, Exacte, quod absolutam quandam significat diligentiam. Inde uerbum ἀκριβόω, quo mox usus est, ἠκρίβωσεν παρ' αὐτῶν, id est, Diligẽter didicit ab illis. Id significat accurate, exactaq; cura quippiam agere, ubi quis omnibus neruis incumbit. Nec est interrogate, sed exquirite, siue examinate ἐξετάσατε. Quin & illud parum commode reddidit, tempus stellæ quæ apparuit eis, τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος, quæ apparuisset, siue apparuerat. Nos quo dilucidior esset sermo, uertimus hũc in modum, quo tempore stella apparuisset. Nec additur apud Græcos eis: Cæterum pronomen interpres addidit, quo dilucidior esset narratio.

Inuenerunt puerum.) Minutula sunt & illá, quod Græce nõ παῖς est, sed παιδίον diminutiuum, quasi dicas puellum, quemadmodum & superius, diligenter interrogate de puero, περὶ τοῦ παιδίου. At Paulo superius præcedebat eos προάγει, quod ita est præcedere quempiam, ut sit ceu dux uiæ. Præterea gaudio magno, χαρὰν μεγάλην, id est, gaudium magnum Atticorum more dictum est, quod tamen latine uertit interpres. Etiam si Terentius dixit: Solidum gaudere gaudium. Et Vergilius, furere furorem. Item quod intrantes domum, pro ingressi domum, ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν. Nam quod πεσόντες, id est, prostrati, uertit procidẽtes, propè coactus fecit, & mollius est. Hæc & id genus minutula multa sciens prætereo, ne lectori sim fastidio.

Et responso accepto.) Dicat aliquis, Quid responsum est his, qui nihil interrogauerant? χρησμοὶ dicuntur oracula, quæ redduntur à numine aliquo, sed petentibus aut consulentibus. Vnde commodius uertisset oraculo moniti, siue oraculo accepto. Deinde ne redirent Græce est μὴ ἀνακάμψαι, id est, ne reflecterent, uerbum aptum, ac peculiare facientibus iter nauigio aut equis. Ac mox (apparuit in somnis) φαίνεται κατ' ὄναρ, id est,

Responsum ꝓ oraculo.

apparet per

apparet per somnium, uerbo præsentis temporis. Quanꝯ interpres latine ac probe uertit. Rursus illud, surge & accipe, ἐγερθεὶς παράλαβε, id est, experrectus adiunge tibi, siue assume comitem. Ac mox, ὁ δὲ ἐγερθεὶς, at ille experrectus siue excitatus. Quanꝯ ante iã admonuimus hanc uocem cõmunem esse expergiscenti, surgenti, & reuiuiscenti.

Ex Aegypto uocaui filium meum) Ex hoc testimonio quod Matthæus adduxit ex Oseæ cap. undecimo Iulianus ansam arripuit calumniandi Christianos, quod Euangelista uiolente detorserit ad Christum, quod dictum sit de Israele, nimirum secutus æditionem septuaginta, qui locum hunc transtulerunt in hunc modum, quia paruulus Israel, & ego dilexi eũ, & ex Aegypto uocaui filios eius. Sicut uocaui eos, ita abierunt a facie mea, ipsi Baalim immolabant, & sculptilibus adolebant incensum. Cæterum iuxta fidem Hebraicam diuus Hieronymus ita transtulit, Quia puer Israel, & dilexi eum, & ex Aegypto uocaui filium meum, uocauerunt eos, sic abierunt a facie eorum. Baalim immolabant, & simulacris sacrificabant. Hebræa, si quis forte requiret, habẽt ad hunc modum, כִּי נַעַר יִשְׂרָאֵל וַאֹחַבֵּהוּ וּמִמִּצְרַיִם קָרָאתִי לִבְנִי לָהֶם בֵּן חָלְכוּ מִפְּנֵיהֶם לַבְּעָלִים יִזְבָּחוּ וְלַפְּסִילִים יְקַטֵּרוּן. Verũ hisce de rebus, neqꝫ enim nos in præsentia hoc agimus, Hieronymus copiose disserit, hunc enarrans locum, idemqꝫ proprium super hac quæstione tractatum ædidit, nec prætermisit locum hũc in libro ad Pammachium de optimo genere interpretandi. Idem indicat, posse uideri sumptum è libris Numerorum, cap. uicesimoquarto dicente Balaam, Deus ex Aegypto uocauit eum gloria eius quasi gloria unicornis. Illic sic legitur, אֵל מוֹצִיאוֹ מִמִּצְרַיִם כְּתוֹעֲפוֹת רְאֵם לוֹ

Dissentio Septuaginta ab Hebraica ueritate.

Et mittẽs) καὶ ἀποστείλας, id est, missis carnificibus, aut ministris, aut satellitibus. Neqꝫ enim alioqui recipit latini sermonis consuetudo. Quanꝯ Græcis ἐπιστέλλειν dicitur absolute, qui mittit epistolam: & ἀποστέλλειν, qui mittit mandatum aut nuncium.

ἐπιστέλλω ἀποστέλλω absolute.

Et in omnibus finibus eius) τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, eius non refert Herodem, sed Bethlehem, id quod in Græcis indubitatum est. Eam ambiguitatem quo nos effugeremus, uertimus, in omnibus confinijs Bethlehemiticis.

A bimatu & infra.) ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, id est, omnes qui bimuli essent, aut minores. Nam διετὴς Græcis duorum annorum spatium est. Rursum ἠκρίβωσε quod supra uertit diligenter didicit, hic transtulit exquisierat. Quæ nam est copiæ sitis in hoc nõ admodum uenusto interprete?

Vox in Rama audita est) Testimoniũ desumptum est ex Hieremiæ cap. tricesimo primo. Quanꝯ Euãgelista nec iuxta Hebræum retulit, nec iuxta septuaginta æditioem, Quemadmodum clare fatetur Hieronymus prophetiam edisserens, nequis mihi succenseat. Siquidem iuxta septuaginta sic legimus. Vox in Rama audita est, lamentatio & fletus, & luctus. Rachel plorantis filios suos, & noluit conquiescere, quia non sunt. Iuxta ueritatẽ Hebraicã, ita uertit Hieronymus. Vox in excelso audita est, lamẽtationis & fletus, & luctus, Rachel plorantis filios suos, & noluit cõsolari super filijs suis, quia nõ sunt. Hebraica sic habent, קוֹל בְּרָמָה נִשְׁמַע נְהִי בְכִי תַמְרוּרִים רָחֵל מְבַכָּה עַל בָּנֶיהָ מֵאֲנָה לְהִנָּחֵם עַל־בָּנֶיהָ כִּי אֵינֶנּוּ. Hieronymus admonet hic Rachel positũ nõ ꝓ muliere, sed pro loco ipso, quod Rachel enixa Beniamin, sepulta fuerit iuxta Bethlehẽ. Itaqꝫ propter corpusculi hospitiũ locus nomẽ accepit sepultæ: Præterea Rama non esse uocabulũ loci, quemadmodum uidetur. Sed רָמָה Rama Hebræis excelsum sonat, ut claram, ac longe latéqꝫ sonantem plorantis uocem intelligas. Proinde mirum est interpretem, quisquis fuit, Græcum, nam Matthæus Hebraice scripsisse creditur, reliquisse uocem Hebraicã רָמָה nisi forte pro loci uocabulo transtulit. Nam est omnino huius nominis locus in tribu Assur, iuxta Gabaa.

Rama quid Hebræis ex Hieronymo

Ploratus & ululatus) pro duobus quæ nos legimus, Græci codices habent tria, θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς, id est, lamẽtatio, ac planctus ac fletus. Ac totidẽ recenset Hieronymus, idqꝫ iuxta autoritatem septuaginta, & Hebraicam ueritatem. Sunt autem nominandi casu posita, cum per genitiuũ uerterint & septuaginta, & diuus Hieronymus. Cæterũ quod sequitur noluit consolari, uel amphibologiæ uitandæ gratia potius uertendũ erat, Noluit consolationem admittere. Illud leuiculum, quod ἰδοὺ φαίνεται, id est, ecce apparet, uerterit, ecce apparuit, mutato uerbi tempore. Cum præsentis abusus aptus sit rem

Amphibilogia semper uitanda.

ceu iam geratur narranti. Nam de hoc ἐγερθεὶς παρέλαβε superius admonuimus. Rursum, audiens ἀκούσας δέ, pro cum audisset autem, id quod passim negligit interpres, nec id tamen perpetuo, ut intelligas χαθυμίαν fuisse potius, & iudiciũ aut inscitiã. Illud recte mutauit, quod regnaret, ὅτι βασιλεύει, quod græcus interpres Hebraice magis & Græce dixit, quod regnat. Cæterũ Herodes, hic Herodis filius, frater fuit Archelai, quo Lugdunũ relegato per Tiberiũ Cæsarẽ, substitutus est in regnũ pater eius Herodis, à quo fuit irrisus Christus. Iudæam hic pro parte regionis Iudaicæ positum admonuimus antea.

Hebraismus genus expressit

Herodes quis.

Timuit illò ire) ἐκεῖ ἀπελθεῖν. Illò aduerbiũ est, etiamsi in uetustissimis codicibus scriptum est illuc. Nec est ire, sed abire, ἀπελθεῖν.

χρηματισθεὶς δὲ κατ' ὄναρ. Miras huius interpretis delicias, quod modo uerterat responso accepto, nunc transfert, admonitus. Diuus Hieronymus putat χρηματίζειν dici, quoties deus per se respondet. Nec est. Et responso accepto, sed, Sed accepto responso, licet reclamantibus exemplaribus latinis. Quanquàm minutius hoc, uelut & illud, ἐλθὼν κατῴκησεν, profectus habitauit, siue uenit & habitauit. Etiamsi in nonnullis codicibus est ἀπελθὼν.

χρηματισμὸς quid ꝓprie.

Per prophetas, quoniam Nazaræus.) διὰ τῶν προφητῶν. Solitus citare nominatim autorem prophetiæ, nunc in genere dixit per prophetas, quod נזיר Hebræis sanctus siue consecratus dicitur iuxta Septuaginta, & non uno in loco, sed passim Christus sanctus dicitur, quãdo de illo scriptum est, Cum uenerit sanctus sanctorum, cessabit unctio uestra. Symmachus separatum uertit. Alij floridum exponunt נֵצֶר, nezer enim Hebræis flos uel germen, ut Septuaginta uerterunt, dicitur, uerum hoc per צ illud per ז scribitur. Huc respicientes aliqui, dum conantur hoc testimonium ad certum referre locum, sumptũ putãt ex Esaiæ cap. undecimo, וְיָצָא חֹטֶר מִגֵּזַע יִשַׁי וְנֵצֶר מִשָּׁרָשָׁיו יִפְרֶה, & egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet. Porro גֵּזַע quod soli Septuaginta trãstulerunt radicem, Aquila Symmachus ac Theodocion uerterunt κορμὸν, id est, stirpem siue truncum. In hanc fermè sententiam Hieronymus, qui locum hunc annotauit, & in libello ad Pammachium de optimo genere interpretandi. Chrysostomus homilia in Matthæum nona, existimat hoc oraculum adductum ex aliquo uoluminum, quæ uel negligẽtia, uel impietate Iudæorum, uel temporum, ac bellorum iniuria, perierunt. Illud addam, ὅτι, id est, quia, coniunctio hoc sanè loco fuerat omittenda, nisi reddidisset hunc ad modum, quod Nazaræus uocandus esset.

Nazaræus quid Hebræis.

EX CAPITE TERTIO.

Poenitentiam agite.) μετανοεῖτε. Quod plerunq; uertit: Pœnitentiam agite, opinor, quod pœnitete siue pœnitemini parum latinũ uideretur, quãq; & sic uertit alicubi. At nostrum uulgus putat esse pœnitentiam agere, præscripta pœna quapiam luere commissa, quod apud Christianos, qui publice peccassent, eiecti è cõsortio, propalàm affligerentur. Eáq; satisfactio siue pœna, pœnitentia uocari cœpta. Qua quidem ex re, nõ mediocris error Theologis quibusdam, qui quod Augustinus de pœnitẽtia, hoc est, publica satisfactione scripsit, ad animi dolorem, quam contritionem uocant, detorquent. Alioqui μετάνοια dicta est à μετανοεῖν, hoc est, à posterius intelligendo, ubi quis lapsus, re peracta, tum demum animaduertit erratum suum. Quæ iuxta prouerbium Homericum prudentia stultorum est, ut & μεταμέλεια, quum socordes in re peragenda, sero incipimus esse attenti, iam admoniti nostris malis. Meo iudicio commode uerti poterat, Resipiscite, siue ad mentem redite. Siquidem resipiscit, cui uita superior displicet. Cæterum pœnitentiam agere, pro affici ducíq; pœnitudine, ut nolim pronũciare barbarum ac solœcum, ita nõ memini legere apud probos autores. Actus pœnitentia pro ductus pœnitudine semel est apud Suetonium.

Resipiscere ꝓ pœnitentiam agere.

Appropinquabit enim.) ἤγγικεν. Dubium non est, quin errore librariorum acciderit, quod perpetuo pene legatur futurum pro præterito, in hoc sanè uerbo, cum sit appropinquauit, Atq; ita citat Chrysostomus homilia decimaquarta. Quanq; in huiusmodi uerbis Græci nonnunq; abutuntur præterito uice præsentis. Mollius erat instat, siue adest, siue in propinquo est, regnum dei. Nam id est appropinquasse, in propinquo esse. Siquidem Iudæis adhuc in umbris & ceremonijs uersantibus aduentabat quidẽ, sed eminus.

Certe

Certe appropinquauit præteriti temporis ſcriptum reperi in uetuſtiſſimis exemplaribus latinis in hoc cõſentiẽtibus, atq; etiam in exculis pleriſq; caſtigatioribus, Subindicauit & Origenes uerbum appropinquauit non ad tempus, ſed ad actum referri, homilia in Matthæum prima. Appropinquabit non recte.

Vox clamantis.) Ipſe Ioannes Baptiſta, apud Ioannem euangeliſtam teſtatur hoc de ſe dictum. Eſt autem apud Eſaiam capite quadrageſimo, conſentiente hebraica ueritate cum æditiõe Septuaginta, niſi quod ſeptuaginta non repetunt in ſolitudine. Hebraica ſic habent סוֹל סוּרָא בַּמִּדְבָּר פַּנּוּ דֶּרֶךְ יְהוָה יַשְּׁרוּ בָעֲרָבָה מְסִלָּה לֵאלֹהֵינוּ. Cæterũ parate, Græce eſt ἑτοιμάσατε, hoc eſt promptã, paratã, & expeditã reddite. Hebraica uox פַּנּוּ proprietatem habet, ut ſignificet uiam apertam, & oculis intuentium conſpicuam facere, à uerbo פָּנָה quod eſt reſpexit. Obſtant enim affectus mundani, quò minus homines uideant Chriſtum aduenientem: quibus ſublatis, iam ceu præparata uia domini, conſpicitur aduenies ſalus.

Habebat ueſtimentum de pilis.) ἔνδυμα αὐτοῦ, id eſt, Indumentũ ſuum, & è pilis magis q̃ de pilis, deinde cameli, non camelorum. Quanq̃ hæc non magnopere faciunt ad ſententiam, tamẽ quo ſcripturæ ſeruaretur integritas, non ab re putauimus admonere, & zonam Græce dixit, pro cingulo.

Eſca autem.) τροφή, id eſt, Cibus, ſiue alimonia, à τρέφω, nutrio. Cogor hoc loco deſyderare prudentiam in nonnullis ſcriptoribus, quorum de numero eſt Nicolaus Perottus, qui nolunt locuſtas hoc loco animal eſſe, ſed fruticem neſcio quem, aut ſurculum delicatum, & ceu rem uehementer impiam execrantur, ſi Ioannes uir tantus, tam uili cibo paſtus dicatur. Atq; hic deum immortalem q̃ inſulſe rhetoricatur Calepinus, rogans, cur amicus dei nõ eadem opera, muſcas ederit, & cætera portenta, quibus deus afflixit inimicos ſuos. Primum conſtat non Parthos ſolum, ſed & alias nationes locuſtarum eſu uictitaſſe. Siquidem Plinius libro undecimo, cap. uiceſimonono, teſtatur hoc iſtis tam abominandum animal, Parthis in delitijs etiam fuiſſe. Idem libro ſexto, cap. triceſimo, refert quoſdam Aethiopiæ populos non alio cibo uiuere, q̃ locuſtarum, quas in hunc uſum fumo ſalęq; durarẽt. Nec id negat Perottus, tantũ uilitate cibi offenditur. Atqui hoc ipſum Euangeliſta retulit in laudem Ioannis, quod uili, parabiliq; cibo uixerit, non quod affectarit Ioannes eum cibum, quem, opinor, cũ apud Herodem ageret, quibuſlibet cibis uſum fuiſſe, ſed quod eremus hunc cibum, & hunc ueſtitum ultro ſuppeditaret. Deniq; quos cibi uilitas offendit, cur ijdem non offenduntur pilis camelorũ, & cingulo coriaceo? Qua ſi uero magis conuenerit, ut præco pauperis Chriſti, & ad crucem deſtinati, placentis & Atticis bellarijs ſaginaretur, & ſericis ac mileſijs ornaretur ueſtibus. Verum hæc non minus ethnice dicta ſunt, q̃ Platina crimen Gregorij pontificis Rhomani huius nominis primi deprecatur, cuius cauſam ſic agit, quaſi ille prorſus uir impius ſit futurus, ſi conſtet ſaxa ab eo ſubmota fuiſſe. Notatus Perottus & Calepinus. Locuſta quid? Notatus Platyna.

Et omnis regio circa Iordanem.) καὶ πᾶσα περίχωρος τοῦ ἰορδάνου, id eſt, Et omnis regio undiq; finitima Iordani. Omitto leuicula illa quod ἰδὼν uertit uidens, pro, cum uidiſſet, quod πολλοὺς τῶν φαρισαίων, id eſt, multos phariſæorum, Græce magis q̃ latine dixerit, pro multos è phariſæis, ſiue multos phæriſæos.

Progenies uiperarum.) γεννήματα τῶν ἐχιδνῶν, idem eſt quod alias uertit, genimina uiperarum, ſed parum latine. Nam progenies dicuntur ab alio progeniti, atq; idem ſonat Græca uox, poterat dicere filios, ſiue germina. Nam genimẽ haud arbitror uſquàm comperiri apud probatos autores.

Quis demonſtrauit uos) In uetuſtis & emendatioribus codicibus ſcriptum eſt, uobis, non uos, ὑπέδειξεν ὑμῖν, & magis ſubindicauit, ſiue ſubmonſtrauit, q̃ demonſtrauit, quaſi dicas clanculum indicauit, & admonuit, ut fugeretis imminẽs periculũ. Nam quod ἀπὸ μελλούσης ὀργῆς, id eſt, A futura ira, uertit à uentura ira, recte mutauit, niſi quod apertius erat, ab ira quæ futura eſt, ut certam intelligas iram iam inſtantem.

Fructum dignum pœnitentiæ,) καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, id eſt, Fructus dignos pœnitentia. Quanq̃ ambiguum eſt, utrum genitiuus pœnitentiæ pertineat ad nomẽ fructus, an ad dignos, quod raro iungitur apud Latinos paterno caſui. Et ita poſitum eſt, ut Dignus cui caſui adiungatur.

magis uideatur referēdum ad proximam uocem dignos, ut sit sensus, Si uere uos pœnitet, ut præ uobis fertis, sic uiuite, ut appareat uos resipuisse, & ex animo pristinæ uitæ pœnitentia teneri. In eum fermè sensum Chrysostomus enarrat.

μὴ δόξητε. Et ne uelitis dicere.) καὶ μὴ δόξητε λέγειν, id est, Ne uideamini dicere, ut sit sensus, Ne sic uiuatis, ut uideamini totam fiduciam pietatis collocasse in affinitate patrum. Quanq; potest & sic accipi. Ne sitis in hac opinione, ut dicatis uos esse filios Abrahæ: tanq; id sufficiat ad iusticiam, è sanctis esse prognatos. Et mox: quoniam potens est, ὅτι aut omittendum erat, aut uertendum in quod, non in quoniam, aut quia.

Filios Abrahæ.) τέκνα τῷ ἀβραάμ. Articulus Græcus indicat Abrahæ, datiui casus esse, non paterni. Quasi dicat, Abrahæ nō defuturos filios, etiam si illi non sint nati.

Iam enim securis.) ἤδη γὰρ ἡ ἀξίνη, id est, Iā enim & securis. Nec est ociosa coniūctio, indicat enim cum epitasi proximū instare periculum. Siquidem quamdiu spes est remedij, stercoratione, aut putatione subuenitur arborum uicijs: Cæterum ultimæ desperationis indicium est, quoties securis admouetur radici. Diuus Hieronymus citat subinde ad radices, non ad radicem, licet reclamantibus Græcorum exemplaribus.

Excidit mittitur

Excidet & in ignem mittetur.) Vtrunq; uerbum Græcis præsentis temporis est. Exciditur, & mittitur, ἐκκόπτεται, καὶ βάλλεται. Primū ut sentētia sit generalis, deinde, quod abusus temporis magis facit ad emphasim periculi proxime imminentis, uelut admota radicibus securi, iam iam futurum sit, ut funditus excidatur arbor. Atq; ita legisse Cyprianum conijcere licet ex ipsius uerbis, quæ scribit in expositione orationis dominicæ. Nam cum omnis, inquit, arbor non faciens fructum, excidatur, & in ignem mittatur, utiq; & sermo &c: Alioqui dicturus erat: Cum omnis arbor sit excidenda, & in ignem mittēda. Illud leuius, quod, εἰς μετάνοιαν, uertit in pœnitentiam, pro ad pœnitentiam.

Qui autem post me uenturus est.) ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος. Qui uenit, præsentis temporis, aut qui uenturus est. Est enim hoc participium, quemadmodum & illius uerbum, anceps, ut intelligas uel ætate iuniorem Christum, uel successurum in munus prædicandi. Illud minutulum (Non sum dignus) οὐκ εἰμὶ ἱκανός, id est, Non sum idoneus. Et fortior ad uires refertur, non ad animi magnitudinem, ἰσχυρότερος, id est, ualentior, siue plus potens, quàm ego. Et ὑποδήματα soleas sonat, magis quàm calceamenta, hinc dicta Græcis, quod pedibus subligentur.

In spiritu & igni baptisimus.

In spiritu sancto.) Quod in nostris additum est, & igni, in nonnullis Græcorum exemplaribus erasum est, fortassis odio quorundam hæreticorum. Certe Hieronymus legit, In spiritu, & igni: atq; itē Hilarius, cumq; his Cyprianus, & in nōnullis Græcorū codicib⁹ additū cōspicitur. Atqui Chrysostomus homilia in Matthæū undecima legit & interpretatur, in spiritu & igni. Licet, in, præpositio iuxta idioma Hebræi sermonis addita est.

Cuius uentilabrum.) πτύον Græcis instrumentum, quo grana repurgant à paleis. Augustinus ediſſerens Psalmum nonagesimum secundū, legit palam pro uentilabro, quod idem pala quoq; fieri cōsueuerit.

Triticum in horreum suum.) τὸ σῖτον αὐτοῦ, id est, triticum suum, ut suum pertineat ad triticum, non ad horreum. Atq; ita scriptum est, non solum in omnibus Græcis exemplaribus, uerumetiam emendatis, ac uetustis Latinorum codicibus nō solum calamo descriptis, uerumetiam formulis excusis. Deinde paleam est, non paleas. τὸ δὲ ἄχυρον, licet reclamantibus nostris exemplaribus.

debeo pro op⁹ habeo.

A te debeo baptizari.) Non est debeo, sed χρείαν ἔχω, id est, opus habeo, ut abs te baptizer. Porrò uerbo baptizandi tametsi Græco, tamen quoniam res ipsa noua eo ad nos permanauit, placuit constanter uti. Quanq; Cyprianus in epistola ad Cecilium ausus est ita legere. Docete omnes gentes, tingentes eos in nomine patris & filij & spiritussancti.

Sine modo.) ἄφες ἄρτι, quod hic uertit, sine, mox transfert, dimisit. Cum utrobiq; sit idem uerbum, quanq; non est idem sinere & dimittere. Rogo quæ est ista supinitas in literis diuinis? Aut dicendum erat omitte nunc, ut intelligas id, quod est consentaneum, Ioannem iniecta manu conatum uetare Iesum: Ac mox, tunc omisit illum, aut, sine nūc, & tunc sinit illum. Nam ἀφίησιν, præsentis temporis est, non præteriti.

Sicut colūba

Sicut columbam.) ὡσεὶ περιστερὰν. Oscitanter reddidit interpres. Videtur enim dicere,

more

more columbæ deſcendiſſe ſpiritũ ſanctum, cũ ſentiat, eum ſpecie columbæ deſcendiſſe.

Et uenientem ſuper ſe.) Ex græco ſermone non liquet utri ſint aperti cœli, Chriſto an Ioanni, tum uter uiderit columbam deſcendentem. Atq; ex Euangeliſtæ uerbis magis uidetur ad Chriſtũ referri, q̃ ad Ioannem, niſi quod ſequitur, ἐπ' αὐτὸμ, quod interpres uertere debuiſſet ſuper eum. Alioqui ſi ſuper ſe ſentiẽdum erat, dixiſſet ἐφ' αὐτόμ. Ad hæc nõ referebat, ut Chriſtus hæc uideret, quæ fiebant propter Iudæos, ut euidenti ſigno intelligerent eum eſſe Meſſyam, non Ioannem, ad quem alioqui uox patris miſſa uideri poterat, niſi columba palam̀ deſignaſſet Ieſum. At Marcus qui Matthæum redegit in compendiũ aliquanto etiã obſcurius facit, & niſi res ipſa loqueretur, & obſtarent hæc duo uerba ἐπ' αὐτὸμ prorſus intelligeremus Chriſtum uidiſſe, non Ioannem. Lucas ita recenſet, ut quis uiderit non aperiat. Solus Ioannes palam̀ explicat, Ioannẽ Baptiſtam uidiſſe.

Marcus Matthæi abbreuiator, autore Auguſtino.

In quo mihi complacui.) ἐν ᾧ εὐδόκησα: Verbũ eſt peculiare diuinis literis, quo propenſum animum, ac præcipuum quẽdam affectum ſignificant: Perinde ſonat quaſi dicas, in quo bonam de meipſo habeo opinionem, & ut ita loquar, ipſe mihi placeo, ſiue in quo mihi complacitũ eſt. Auguſtinus ſermone ſexageſimotertio legit, in quo bene ſenſi: nam εὐδοκεῖμ id Græcis ſonat. Cærerum illud dilectus, quod mox præceſſerat, ἀγαπητὸς eſt Græcis, quod plerunq; uertere ſolet, chariſſimus. Eſt enim nomen, non participium, & omnino plus quiddam indicat, q̃ dilectus. Atqui ſi uſq; erat chariſſimus dicẽdum, hic certe dicendum fuerat: cum de filio Chriſto loquatur, & ita citat aliquoties Hieronymus.

EX CAPITE QVARTO.

Vnc ductus.) ἀνήχθη, id eſt, ſubductus, ſiue ſublatus, uelut è medio abductus. Nec enim protinus cœpit prædicare, ſed abdidit ſeſe dies aliquot. Porrò quod ſimpliciter dixit, à ſpiritu, ſolitus addere ſanctum, palam̀ eſt eum loqui de ſpiritu, cuius modo meminerat, & ob id addidit articulum, ὑπὸ τοῦ πνεύματος, Nam quoties is accedit, ferè de ſpiritu ſancto ſentiendũ eſſe docet Didymus in opere de ſpiritu ſancto. Etiamſi πνεῦμα, pro quocunq; ſpiritu, nõnunq; & pro mentis impetu uſurpetur, cũ πνοὴ nõ aliter q̃ pro flatu poſitũ reperiatur in arcanis literis, ſubnotãte Auguſtino libro de ciuitate dei decimotertio. Rurſũ diaboli nomẽ ubiq; reliquit interpres, & in Paulinis epiſtolis aliquoties, ubi nõ ſpiritum impiũ, ſed ſimpliciter delatorem aut calumniatorẽ ſignificat, id enim Græcis ſonat διάβολος, à uerbo διαβάλλω, quod eſt deferre, ſiue infamem reddere. Cæterum quod in Hilario pro à diabolo legitur, à zabulo, fortaſſis errori librariorum eſt aſſcribendũ, tametſi eadẽ uox, & alias apud hunc legitur. Ad hæc quod hic uertit poſtea ὕςερον, ſæpe uertit nouiſſime, uerti poterat tã dẽ eſurijt, ſiue deniq; eſurijt, ut intelligas eum tum demum ſenſiſſe famem.

πνεῦμα, πνοὴ, quid differant.

zabulus, p diabolo.

Accedens tentator.) ὁ πειράζων, id eſt, Is qui tẽtat. Ad eundẽ modũ Paulus apoſtolus, μή πως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων, id eſt, Ne quo modo tentaſſet uos, ille qui tẽtat, hoc eſt. ille q ſolitus eſt tẽtare. Quã q̃ nomẽ uideri poterat πειράζων, ueluti, εἰρών, p diſſimulatore.

Non in ſolo pane.) Teſtimoniũ eſt Deu. cap. octauo, quod ad uerbum penè retulit Chriſtus. Vt oſtenderet tibi, quod nõ in ſolo pane uiuat homo, ſed in omni uerbo, quod egreditur de ore domini. Cæterũ tã græce, q̃ hebraice, uiuet eſt futuri tẽporis, ζήσεται, יִחְיֶה.

Tunc aſſumpſit.) παραλαμβάνει, id eſt, Aſſumit, hoc eſt, comitem abducit. Ac rurſum paulo inferius, παραλαμβάνει eſt præſentis temporis. Cæterum pinnaculum, πτερύγιον eſt, diminutiuum ab ala, quod in alarum morem motetur.

Angelis ſuis mandauit.) ἐντελεῖται, id eſt, mandabit, futuri temporis, atq; ita ſcriptum comperi in exemplari Corſendoncenſi. Similiter & apud Hebræos, יְצַוֶּה. Atq; ita legitur in pſalmo nonageſimo, unde locus hic deſumptus eſt, כִּי מַלְאָכָיו יְצַוֶּה לָךְ לִשְׁמָרְךָ בְּכָל דְּרָכֶיךָ׃ עַל כַּפַּיִם יִשָּׂאוּנְךָ פֶּן תִּגּוֹף בָּאֶבֶן רַגְלֶךָ. Calumniatur autem Hieronymus hoc in loco calumniatorem, quod perperam citarit ſcripturæ teſtimonium, decerpẽs quod erat commodum, & prætermittens quod offendebat. Omiſit enim illud, Vt cuſtodiant te in omnibus uijs tuis. Deinde tacuit, quod ibidem ſequitur, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis. Poſtremo quod de quouis uiro bono dictum eſt, id detorſit ad Chriſtum, cum ei totus pſalmus non queat accommodari. Verum opinor diabolum non ob hoc uocandum in ius, quod inerudite citarit ſcripturam, ſed quod malicioſe & impie. Ad

Vetuſtũ exemplar Corſendoncẽſe.

πάλιν Græcis bifariam accipitur.

hæc μήποτε, quod ſuo more uertit, ne forte, rectius erat, ne quando.

Dixit illi Ieſus rurſum.) πάλιν ita poſitũ eſt, ut utrouis referri poſſit, Dixit rurſum, aut rurſum ſcriptum eſt. Deinde uox ea nonnunq; ſonat iterationem, nonnunq; contrarietatem. Si ad dixit referatur, iterationẽ ſignificat. Nam ſemel ante reſponderat. Si ad ſequens uerbum, contrarietatẽ, quaſi dicas, è diuerſo ſcriptum eſt, ut opponat ſcripturam illius ſcripturæ. At mox haud dubie ſignificat iterationem, πάλιν παραλαμβάνει.

Non tentabis.) Locus eſt Deuteronomij capite ſexto. Apud Hebræos pluratiuo numero legitur לֹא תְנַסּוּ אֶת יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם כַּאֲשֶׁר נִסִּיתֶם בַּמַּסָּה. Ne tentetis dominum deum ueſtrum, ſecundum quod tentaſtis in loco tẽtationis. Et hic Chriſtus tantum decerpit, quantum erat commodum. Reliquit enim quod ſequitur, Sicut tentaſti eum in loco tẽtationis, quod ea pars non competebat, niſi in populum Iſraeliticum.

Si cadens.) ἐὰν πεσὼν, id eſt, Si proſtratus, ſiue pronus, Qui geſtus eſt adorantis. Eodem uerbo uſus eſt de Magis.

Vade ſatana.) Quid eſt uade? Num eum aliquò mittit Chriſtus, ut dicat uade? Græce eſt, ὕπαγε, id eſt, abi, ſiue diſcede. Et additum eſt in Græcorũ codicibus uulgatis, ὀπίσω μου σατανᾶ, id eſt, poſt me ſatanas, at perperam ſiquidem Origeni credimus. Is enim annotat hanc differentiam homilia prima, Petro dictum eſſe, uade poſt me, ſatanæ tantum dictum abi, quod prius illud competat in diſcipulum, iuxta illud, Venite poſt me, faciam uos fieri piſcatores hominum. Poſterius conueniat in eum qui tantum reijciendus eſſet, nõ etiam ad morem gerẽdum inuitandus. Nec addit hæc uerba, poſt me, Chryſoſtomus hunc enarrans locũ homilia decimatertia: Cõtra apud Vulgarium addũtur. Proinde noſtris exemplaribus hac in parte aſſentiendum puto, quod conijciam eas uoces ex altero Matthæi loco huc additas à ſcriptore memori ſciolóq; quod locis aliquot factum oſtendemus. Auguſtinus enarrãs pſalmum nonum, legit, Redi retro ſatana. Atq; ita legitur nõ ſolum in pleriſq; codicibus per typographos excuſis, uerum etiam in uetuſtiſſimo codice ex bibliotheca Paulina apud Londinum, ſed diſſentiente exemplari Corſendoncenſi. Apparet retrò poſitum pro ὀπίσω μου, ſed mihi, ut dixi, probatur Origenis annotatio, præſertim cum uideam Ambroſium aliquoties hoc citato loco, ſuffragari. Porrò שָׂטָן Hebræis ſonat aduerſarium, & qui obſiſtit, atq; obturbat. At qui à tergo eſt, non obſiſtit. Proinde Petro quia iam præire domino conabatur, increpans ne ſubiret mortem, dictum eſt, Sequere me, diſcipulum agens non aduerſarium.

Vade & uade poſt me.

Satan Hebræis quid.

Dominum deum tuum.) Locus eſt Deuteronomij capite ſexto. Niſi quod illic pro adorabis ſcriptum eſt, timebis, in æditione uulgata. Apud Hebræos ita legimus. אֶת יְהוָה אֱלֹהֶיךָ תִּירָא וְאֹתוֹ תַעֲבֹד. Cæterum qui adorat, is reueretur ac timet quẽ adorat. Præterea quod additũ eſt ſoli, μόνῳ, Hebræus expreſſit per articulũ אֶת יְהוָה, id eſt, ipſum dominum, וְאֹתוֹ & illi ipſi ſeruies, ut intelligamus nullum præterea adorandum, ac nulli præterea ſeruiendum. Cæterum quæ de λατρεία, Laurentius diſſerit aduerſus Theologos, qui uolet ab ipſo petat. Nos breuitati ſtudemus.

Laurentius aduerſus rheologos de latria.

Tunc reliquit.) ἀφίησιν, id eſt, Relinquit, præſentis temporis, idem uerbum quod ſuperius uertit, dimiſit, homo nimirum copioſus.

In ciuitate Capharnaum.) εἰς καπερναούμ. Ciuitatẽ interpres latinus addidit de ſuo. At id magis factum oportebat in Nazareth, ob græcum articulũ appoſitum. τὴν ναζαρέθ.

Via maris.) Græcis accuſandi caſus eſt, ὁδὸν θαλάσσης, id eſt, Viam maris. Vulgarius græcus interpres ſubaudiendam putat præpoſitionem κατὰ aut παρὰ, hoc eſt, iuxta uiam maris. Nam hic mare uocat lacum Genezareth, in cuius littore ſitæ ſint Capernaum, Tyberias, Bethſaida & Chorozaim.

Præpoſitio Græca ſubaudita.

Galilæa gentium.) τῆς ἐθνῶν. Expreſſius erat, ἡ τῆς ἐθνῶν, articulo appoſito. Sunt enim duæ Galilææ, altera cognomento gentium, in ſorte Tribus Neptalim, finitima Tyrijs, in qua Solomon uiginti ciuitates donauit Chiram regi Tyriorum. Altera eſt in tribu Zabulon è regione Tyberiadis ac ſtagni Genezareth, autore Hieronymo.

In regione umbræ mortis.) Græci ſecus legunt. ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, id eſt, In regione & umbra mortis. Etiamſi iuxta Hebraicam ueritatem, ita uertit Hieronymus, Habitãtibus in regione umbræ mortis. Et Hebræis unica dictio eſt, צַל־מָוֶת compoſita ex umbra &

umbra & morte,ut intelligas altiſſimam caliginem,qualis eſt apud inferos. Illud annotandum,habitantibus mutatum eſſe in ſedentibus,etiam ſi ſedes habitacula dicuntur. Alioqui qui ſedent, iidem qui modo ambulare dicebantur? Quanꝯ etiã pro illo ambulabat, poſitum eſt, καθήμενον ſedens. Vnde liquet ſeu Matthæum,ſeu huius interpretem, ſententiam reddere uoluiſſe,potius ꝯ annumerare uerba prophetæ. Hieronymus enarrans hunc locum apud Eſaiam,teſtatur à Matthæo iuxta Hebraicam ueritatem citari, etiamſi uerbis nonnullis præteritis. Omittit enim Euangeliſta: Primo tempore alleuiata eſt, & nouiſſimo aggrauata eſt.

Sedere pro habitare. Sedes, pro habitatione.

Pœnitentiam agite.) μετανοεῖτε, Reſipiſcite. De quo ſuperius dictum eſt. Et ἤγγικεν, appropinquauit, ſiue inſtat & adeſt,aut in propinquo eſt.

Mittentes rete) βάλλοντας ἀμφίβληστρον, eſt retis genus, quemadmodum & ſagena, hinc dictum,quod undiqꝯ complectatur. Nam rete græcis, δίκτυον eſt.

Vos fieri piſcatores.) Fieri redundat. Græce eſt, Faciam uos piſcatores. Porrò piſcatores hominum mollius eſt apud Græcos, ἁλιεῖς ἀνθρώπων, Nam piſcator à piſcibus dictus eſt, ἁλιεὺς à mari, quaſi iuxta Gallorum linguam dicas marinatores, quod in mari uenentur. Quanꝯ hoc minutulum uelut & illud aliquanto poſt, Relictis retibus & patre. Græci addunt ſuo, αὐτῶν.

Et ſanans omnem languorem.) θεραπεύων. Quod ſæpe uertit, curans, & omnino θεραπεύειν eſt mederi pharmacis. Vnde Galenus opus ſuum de morborũ remediis, θεραπευτικὸν appellat. Proinde miror Euangeliſtæ interpretẽ hoc uerbo abuſum, quod magis uidebatur fugiendum. Deinde νόσον, quod planè morbum ſignificat, hic plerunqꝯ uertit languorem. Rurſum μαλακίαν, quod ad uerbum ſonat molliciem, nõ male uertit infirmitatem, rectius tamen uerſurus languorem. Eſt enim languor, leuis ac lentus morbus, qui nõ affigit quidem lecto, ſed tamen facit, quo minus firma ſimus ualetudine. Denique fortaſſe melius erat quemuis morbum, ꝯ omnem. Neqꝯ enim ſanauit omnes ægrotos, ſed quemuis morbum, quoſdam enim morbos medici putãt immedicabiles. Niſi quod omnis pro quiuis abutuntur nonnulli latinorum.

Apoſtoli nõ ſanabant pharmacis.

Abiit opinio.) ἀπῆλθεν ἡ ἀκοή, id eſt, abiit auditus, ut uerbum uerbo reddam. Nec inficior opinionem inueniri pro fama, uerum non omnia quouis loco quadrant. Nos uertere maluimus, Dimanauit fama eius, uel ob hoc, quo uitaremus amphibologiam.

Opinio pro fama.

Tormentis comprehenſos.) βασάνοις συνεχομένους, id eſt, qui cruciatibus ſiue torminibus coarctabantur, ſiue contrahebantur. A morbis ſeparauit tormina, quorum uiolentia corpus omne contrahitur. Torminibus ego malim, ob uitãdam amphibologiam, ſunt enim & quæſtionum tormenta.

Tormina & tormenta.

Qui dæmonia habebant.) δαιμονιζομένους, Vnica uox eſt, qui à dæmonibus agebantur. Simile eſt, quod ſequitur, σεληνιαζομένους, quod interpres uertit, lunaticos, quod certis interuallis furor illos repeteret. Diuus Hieronymus negat hos uere affectos fuiſſe ui ſyderis Lunæ, cum eſſent dæmoniaci, ſed arte dæmonum factum quo creaturam dei infamarent. Arbitror ob id lunaticos dictos, quod furor non eſſet perpetuus, ſed certis recurreret interuallis.

Lunatici qui.

De trans Iordanem.) πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Trans Iordanẽ. Interpres addidit de. Reperiuntur enim huiuſmodi, ſic poſita, ut motum à loco ſignificent. Vt Quintilianus, Salutem publicam trans mare petendam, id eſt, E tranſmarinis regionibus. Et peregre rediit, id eſt, ex peregrinatione. Et foris acceſſit, id eſt, aliunde. Nam, de ſub pede, de poſt fœtantes, orationes ſunt inauditæ latinis. Poterat explicare periphraſi, à regionibus ultra Iordanem ſitis.

EX CAPITE QVINTO.

Videns autem Ieſus.) Ieſus hoc loco non additur, nec in Græcis, nec in uetuſtis Latinorum codicibus, ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, id eſt, Cum uidiſſet autem turbas.

Beati pauperes ſpiritu.) Video theologorũ uulgus id interpretari de tenuitate facultatũ, cũ potius referẽdũ ſit ad animi celſitudinẽ ac ferocitatẽ. Siquidẽ Græci μέγα πνεῦμα dicũt elato eſſe animo ac præferoci, cuiuſmodi ferè ſũt principes, aut qui

Pauperes ſpiritu qui Chriſto dicti.

aut qui regnũ ambiũt. Atq; hic ferme malorũ omniũ fons. Ad hũc ſenſũ facit & id, quod annectitur, Quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Porrò pauperes ſpiritu dixit, quod diuitum familiaris ſit ferocitas. Certe diuus Auguſtinus palàm in hanc ſententiam interpretatur, commentariorum, quos in hunc domini ſermonem ædidit libro primo, ac rurſum enarrans Pſalmũ ſeptuageſimum tertium. Neq; diſſentit Hieronymus, ita ſcribens, adiunxit ſpiritu, ut humilitatem intelligeres, non penuriam. Itidem interpretatur & Chryſoſtomus homilia in Matthæum decimaquinta.

Beati qui lugent.) In Græcis codicibus prius eſt, qui lugent, poſtea, Beati mites. Id opinor caſu factum, quod in huiuſmodi recenſionibus ſubinde labi ſoleant librarij.

Miſericordiam conſequentur.) ἐλεηθήσονται. Cur non eſt auſus uti periphraſi in conſolabuntur, cum hic non uereatur facere. Hilarius longiore ſed dilucidiore circumitione eſt uſus, quia ipſis, inquiens, miſericordiam præſtabit deus.

Beati mundi corde.) καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, id eſt, mundi corde. Pro quo Auguſtinus dictione compoſita legit mundicordes, cum Græcis duæ ſint dictiones. Fortaſſis hic nõ parum quadraſſet puri corde, quod mundicies ſordibus magis opponatur. Purum autem proprie dicatur quod nullius admixtiõe ſit uiciatum, nã oculorum uice poſuit cor, Et alias oculum ſimplicem uocat.

Pacifici, qui pacem conciliant.

Beati pacifici.) εἰρηνοποιοί, ut intelligas haud ſatis eſſe Chriſtianis, ipſos eſſe pacatos, niſi acceſſerit & inter alios pacis cõciliandæ ſtudiũ. Annotauit hoc diligẽter Chryſoſtomus.

Et perſecuti uos fuerint.) Haud perperam interpres de ſuo repetit, uos, quod apud Latinos maledicere & perſequi, non recipiant eundem caſum quem apud Græcos.

Omne malum.) Græci codices addũt uerbum, πᾶν πονηρὸν ῥῆμα, id eſt, quoduis malum uerbum. Nam quod mox πολὺν, id eſt, multa, uertit copioſa, probe fecit. Atq; hæc ſunt illius ſacroſanctæ philoſophiæ dogmata, quæ Chriſtus tanta cura, tantáq; autoritate tradidit, neq; id promiſcuæ turbæ, ſed peculiariter ſuis, hoc eſt, ſacerdotibus, & epiſcopis, imo omnibus ingenue Chriſtianis, neq; quouis loco, ſed in monte. Nec fruſtra addidit Matthæus aperiens os ſuum. His nominibus ipſa ueritas, quæ neq; fallit, neq; fallitur nobis felicitatem promiſit. Et tamen mirum quàm ad hæc frigemus omnes. Imo non pudet quoſdam abſolutam profitentes religionem hæc eludere, uelut antiqua iam & obſoleta. Impium ferè habetur, non conſtabiliſſe rem, quocunq; modo. Bellum etiam in templis laudatur ab epiſcopis, à theologis, à monachis. Nam ipſe noui quoſdam, qui decantandis belli laudibus ad epiſcopatum emerſerunt. Ariſtotelis decreta nos magis commouent q̃ Chriſti. Atqui hæc eſt illius cæleſtis doctoris propria, peculiariſq; doctrina, quã nemo philoſophorum unq̃ efficaciter tradidit. Audiui quoſdam qui ſibi uehementer theologi uiderentur, ad hæc adoranda nobis, ſi modo uere Chriſtiani ſumus, naſum ſanna corrugantes, & ea modis omnibus abominantes, quæ Chriſtus felicitate penſat. Neq; ueritus optimus ille Chryſoſtomus ad ſingulos beatitudinis gradus interpretari, quod Chriſtus pronunciauit beatum, etiam hac qualicunq; uita beatius eſſe, quàm illud quod mundus beatiſſimum eſſe iudicat. Nos qui nobis uidemur pluſq; ſeſqui Chriſtiani, ne id quidem æquis auribus accipimus, ſi quis ſimpliciter accipiat eorum, quæ Chriſtus docuit hic præſtanda, præmiũ ab ipſo reponendum in futuro. Et cum nobis permittamus, ut in his, in quibus totius religionis noſtræ cardo eſt, impune ſimus impij, blaſphemiq;, dictu mirũ quas tragœdias excitemus, ſi quis ad cõmentitias quorundam propoſitiones audeat hiſcere. Sed his deplorandis alius fortaſſe commodior dabitur locus.

Peculiaris Chriſti philoſophia.

Sal euanuerit.) μωρανθῇ. Vt nihil cauiller de genere ſalis, quid eſt euaneſcere? Qua uoce reddidit in Paulo, ἐμωράνθησαν. Hic cum de ſale loquatur, dicere debuit, Infatuatus fuerit, ſiue inſipidus factus fuerit, aut certe, ut Valle placet, deſipuerit: Quandoquidẽ Martialis & betas, quod inſipidæ ſint, fatuas uocat. Porrò quod cauillatur Valla, πολὺν non urbem, ſed ciuitatem, eſſe uerſum, non ſolum minutius eſt, uerum etiam iniquius. Quod genus eſt & illud, ὑπὸ μοδίον, id eſt, ſub modium, ſiue ſubter modium, cum alioqui Græcis μέδιμνος modius ſit. Annotandum autem interpretem, aut fortaſſis Euangeliſtã ipſum Rhomana uſum uoce, quod & aliàs ſæpicule facit, uelut indicabimus ſuis locis.

Sal fatuus.

Vt luceat.) καὶ λάμπει, id eſt. Et lucet. Oſtendit enim quid conſequatur, non quid affectandũ

fectandum sit. In exemplari Paulino scriptũ erat, Et luceat, fortassis Græce erat, ἡ λάμπη.

Quoniam ueni soluere.) ὅτι ἦλθον, id est, quod ueni, siue quod uenerim. Siue quod latinius est. Ne putetis me uenisse, & ad soluendum potius ꝙ̃ soluere. Quanꝙ̃ hoc ipsum καταλύσαι potius significat, destruere ac demoliri ꝙ̃ soluere.

Amen dico uobis.) אמן, quod apud Hebræos sonat fiat, siue uere, ceu uocẽ Hebræis peculiarem nemo uertit. Est autem uox confirmantis & asseuerantis.

Iota unum aut apex.) Cum probabile sit Iesum Hebraice fuisse locutum, dubium nõ est quin quod hic Iota uocat, ea sit litera, quam Hebræi iod, appellant, omnium minutissima; quæ sic nõnunꝙ̃ adijcitur, ut propemodum superuacanea uideri queat. Sed quid apicẽ dixit? Cum ne Græcorum quidem uetustissimis mos fuerit apicibus uti, & sero apud Hebræos receptum sit, accentiuncularum notas ascribere, quibus tamen hodie non utuntur, nisi forte summum elementi fastigium apicem uocauit, aut eam notam quæ nonnullis addita facit o, ׂ. Mihi uidetur hic sermo καθ' ὑπερβολὴν dictus, neꝙ̃ enim laboratur de literarum apiculis, cum constet non pauca etiam uolumina ueteris instrumẽti intercidisse, quorum nomenclaturam adhuc uidemus in canonicis uoluminibus, sed asseueratur nihil omnino promissum aut proditum in lege Mosaica, quod euangeliũ non absoluat. Iota & apex quid sit in Euangelio. Hyperbole.

Non intrabitis.) οὐ μὴ εἰσέλθητε. Apparet positum esse δʼωνικῶς, ob geminatam negationẽ. Etiam si non negarim hæc aliquando significare tempus futurum, præsertim conduplicata negatione.

Reus erit.) ἔνοχος ἔσται, id est, Obnoxius erit. Quanꝙ̃ & rei dicuntur obnoxij, uelut reus uoti: qui uoto sese astrinxit, ac debitorem constituit.

Qui irascitur fratri suo.) In nõnullis Græcorum codicibus ascriptum est, εἰκῆ, id est, temere, aut sine causa. Verum Hieronymus edisserens hunc locum, iteꝙ̃ secundo dialogo aduersus Pelagium, negat id in uetustis, ac bonæ fidei exemplaribus repertum. Et additũ uidetur ab audaculo quopiam, qui ceu mitigare uoluerit, quod alioqui durius dictũ uidebatur. At quin eadem opera in cæteris idem adiecit, εἰκῆ. Qui dixerit racha sine causa, qui dixerit fatue sine causa. Proinde diuus Hieronymus duas has uoces, sine causa, iubet eradi. Quanꝙ̃ prior lectio magis probatur Laurentio. Et Chrysostomus homilia in Matthæum decimasexta, legere uidetur εἰκῆ, distinguẽs iram opportunam ab intempestiua, & negans affectum penitus eximi nobis, sed cohiberi duntaxat ac regi. Sine causa additum autore Hieronymo.

Qui dixerit fratri suo racha.) Apud Hebræos cõtumeliæ uox est, quasi latine dicas cerebrosum, aut cerebro carentem, In psalmo quarto, exponitur ריק per uanitatem: Decidam merito ab inimicis meis inanis. Atꝙ̃ in hac quidem sententia est Hieronymus, qui perinde ualere putat racha, ac si Græce dicas κενός. Quin & Græci hominem nihili, ῥάκος appellant, à ueste detrita, reijculáque sumpto conuicio, quod indicat & diuus Augustinus commentariorum, quos in hunc ædidit locum libro primo. At uidetur racha, magis esse uox indignantis, uelut interiectio. Alioqui quid intererit, inter racha & fatuum? Consentaneum est enim Christum gradus quosdam ostendere, quorum primus sit irasci, secũdus sono aliquo incerto motum animi significare, tertius in manifestum conuicium prorumpere. Atꝙ̃ ita sentit Augustinus eo loco quem paulo ante adduxi, Addens se id à Iudæo quopiam accepisse, Racha Hebræis interiectiõis instar esse, eáꝙ̃ uoce nihil certi, sed tantum animi indignatiõnẽ significari. Chrysostomus homilia decimasexta, tradit racha, non esse uocẽ grauioris aut atrocis conuicij, sed ab impatiẽtia, stomachóꝙ̃ loquentis proficisci, quomodo seruis nonnunꝙ̃ stomachosius loquentes dicimus: Abi tu, dic illi. Quin & Syriacæ linguæ testimonium adducit, in qua racha ponatur pro eo quod est, tu. Racha quid iuxta diuersos interpretes. Excussa Hieronymi opinio.

Consilio.) τῷ συνεδρίῳ. Non est βουλῇ, quod & ipsum significat consilium, sed συνεδρίῳ, quod consessum iudicum significat, id quod indicatũ est & à Chrysostomo. In huiusmodi consessibus, uelut apud Græcos Amphictyonum, grauiores causæ solent agitari.

Gehennæ ignis.) εἰς γέενναν τοῦ πυρός, id est, ad gehennã ignis. Sed Hebraice magis ꝙ̃ Græce aut latine dictũ est, gehennæ ignis, pro gehẽnæ incẽdio, siue gehenna ardente. Porrò apud Hebræos gehẽna גיא־הנם sonat Vallis ennon, de quo inferius plura dicemus. Gehenna quid.

Reconciliari fratri tuo.) Palam est hic uerbi modum errore librariorum fuisse mutatum, reconciliari, pro reconciliare, imperatiui modi, διαλλάγηθι. Vnde nos uertimus reconcilieris

cilieris,ne perinde facilis esset deprauatio. Certe reconciliare legitur & in peruetustis Latinorum exemplaribus, uelut in Paulino Et in Corsendoncensi manifestum rasuræ uestigium indicabat, & illic scriptum fuisse,reconciliare.Omittam ὕπαγε, abi potius uertendũ fuisse ꝯ,uade.Nec esse offeres,sed πρόσφερε, id est, offer siue adfer.

Latina dictio usurpata a græco scriptore.

Esto consentiens.) ἴλθι εὐνοῶμ, id est,esto beneuolus,siue quod addit Hieronymus, benignus,etiamsi nõ uideam quid benignus respondeat ad εὐνοῶμ, Et aduersario) ἀντιδίκῳ, non absolute sonat aduersarium,sed aduersarium causæ,siue litis.Siquidem actorem sentit,qui reum facit,& in ius trahit.Rursus autem μήποτε, ne forte uertit,cum rectius sit,ne quando,aut simpliciter ne.Præterea ὑπηρέτῃ, quod hic uertit ministro,nonnunꝯ carnificem transtulit,alias exactorem.Est autem is qui exequitur iudicis sententiam.

Triuncius & teruncius

Nouissimum quadrantem.) ἔσχατον κοδράντλω. Cur non potius extremum ꝯ nouissimum? Nec em̃ de tẽporis agitur ordine,sed de summa. Deinde apparet hic quoq; Rhomanam uocem usurpatam ab exteris,id quod in plerisq; fit, sed deprauate. Est autẽ quadrans nummulus,quarta pars assis,quam à tribus uncijs Plinius triuncium uocat. Gulielmus Budæus immortale suæ gentis decus,utpote uir non solum omnium quos unꝯ Gallia genuit eruditissimus,uerumetiam diligentissimus,eundem esse putat, qui Ciceroni dicitur teruntius. Atq; eum nummum uulgo ceu minutum contemptui fuisse, prouerbio quoq; testatum est,id quod in chiliadibus nostris adnotauimus.

Adulterat eam.

Mœchatus est eam.) Vt dissimilem interim,quod toties iam uertit quia pro quod,ut demus mœchari latinis esse receptum,Nam & Catullus mœchari dixit,& Terentius mœchum: quis unꝯ latinus dixit, mœchatur illam? Proinde si mœchari hoc loco significat adulterium committere,uertendum erat ad hunc modum, Qui uiderit uxorem siue matronam ad concupiscendum eam,iam adulterium cum illa commisit.Sin mœchari positũ est pro fornicari,quemadmodum aliquoties inuenitur, pro mœchatus est dicẽdum erat, stuprauit eam,siue ut Suetonius loquitur,adulterauit eam.

Scandalizat te.) Mirum est Græcam uocem usqadeo placuisse,cum dicere licuerit,offenderit,siue obstaculo,aut offendiculo fuerit.Nam quod ἔξελε, id est,exime,siue extrahe, uertit,erue,reprehendi non potest.

ꝯ,Græcis subauditur.

Quàm totũ corpus tuũ.) Huiusmodi sermonis character apud Græcos inuenitur, & apud nonnullos latinos,sed græcissantes,uerum id,cum additur ἤ, ut subaudias μᾶλλον. At hic secus habetur, ἢ μὴ ὅλον, & non totum &c.Atq; itidẽ in parte proxima.Proinde mirum est interpretem affectasse græcanicum schema, quod sermo græcus non habebat. Nec est,eat in gehennam, sed βληθῇ, id est,conijciatur.Etiã si sic loquuntur Græci βάλλες κόρακας, abi ad coruos,sed subaudientes σεαυτὸν, quasi dicas,abijce teipsum,siue aufer te.

ἀποστάσιον.

Libellũ repudij.) quod Græce unico uerbo dicitur ἀποστάσιον, quasi dicas diuortionale,hoc est,libellũ diuortij.Annotauit hoc loco Chrysostomus,quod præcipit de uxore nõ relinquẽda,pẽdere ex superioribus,inter tales em̃,quales pauloante descripsit, neq; quisꝯ eijciet uxorẽ nisi adulteram, neq; quisꝯ recipiet alienã cum iniuria prioris mariti. Moxꝯ subiungit de non iurando,quod ita uetuit,ut nihil omnino exceperit. Et tamen quasi non sit hoc à Christo serio dictũ passim iuramus. Certe uotis omnibus optãdum, ut tales sint Christiani,ut neq; diuortio sit opus,neq; iureiurando.

Qui dimissam duxerit,adulterat.) μοιχᾶται, quod uerterat mœchatur,tandẽ transfert adulterat. Quãꝯ aliud est adulterare,ꝯ adulterium cõmittere. Augustinus de adulterinis coiugijs ad Pollentium,indicat hãc clausulã,Et quicunq; dimissam duxerit,mœchatur,in nonnullis codicibus Græcis ac Latinis non ascriptam fuisse, quod ex superiore satis conse quatur. Quod tamen apud neminẽ alium reperi, uel scriptum,uel annotatum.

Iterũ audistis.) πάλιν ἠκούσατε, Rursũ audistis.Nec em̃ iterationẽ significat,sed ordinẽ.

Neq; per cœlum.) μήτε ἐν οὐρανῷ, id est,neq; in cælo,quam tamẽ præpositionẽ opinor iuxta proprietatem Hebræi sermonis,apostoli subinde usurpant pro per,ut in digito dei. & in nomine tuo prophetauimus,quemadmodum suis indicabimus locis,

Nαί.

Est,est,non,non.) ναὶ, ναί, οὔ. οὔ. Quod hic uertit est,Græcis est aduerbium affirmandi, ναί, sed quod usurpetur & à latinis.Interpres aliquoties uertit,etiam,quod uulgo,parũ erudite dicunt ita,quasi ita respondeat negationi,nõ.Ac reperitur quidẽ apud Terẽtium ita,sed

ita,sed dictum ab improbius respondente,quod genus est illud, sic erit. Cæterum nemo putet conduplicationem ad eundem pertinere, sed prior pars ad interrogantem pertinet,posterior ad respondentem. Nisi sic accipias, si sermo uester affirmat,uere affirmet, sin negat,uere neget. Quod secus habet apud istos,qui quod pollicentur nō præstant,& quod se negant facturos,faciunt.

Ita quō affirmat.

His abundantius est.) τὸ δὲ περισσὸν τούτων, id est,quod præter hæc accesserit. Mire torquent hunc locum theologi quidam,à malo est,alij interpretantur, à malo diffidentis, nō à malo iurantis,alij à malo pœnæ,non à malo culpæ. Verum opinor Christum simpliciter sensisse,perfectis,nam de his loquitur,omnino nō esse iurandum,pro rebus hisce, pro quibus uulgus deierat. Nam in causa fidei,aut pietatis, etiam Christus & apostoli iurant. Vult enim suos esse tales,ut non sit opus ullo iureiurando. Quorsum enim attineat iurare,si nemo sit,qui quenq; uelit circumuenire,etiam si id possit impune, uerum si quisq; alterum è suo æstimans animo nemini diffidat? Nam qui uere sit Christianus,etiam suo incommodo cōsulit commodis alienis, tantum abest,ut ullum uelit fallere. Et charitas adeo credit omnia,adeóq; non diffidit,ut parum etiam honesta, quoad potest interpretetur in bonum. Hac autem ratione multarum quæstionum nodi dissolui poterūt,si intelligamus Christum non simpliciter hæc uetuisse, sed uetuisse eo more fieri,quo uulgato more hominū fiebāt, sic uetuit salutare quēquam in uia,sic uetuit ditescere,sic uetuit resistere malo, sic uetuit appellari magistros, sic uetuit uocare patrem in terris. Verū hæc ad hoc institutum proprie non pertinent.

Excussum præter ueterum expositionū, quō uetemur iurare.

Dentem pro dente.) Græci addunt coniunctionem,&, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος. Eadē additur in uetustis exemplaribus latinis. Illud obiter adnotandum, in huiusmodi orationibus ne posse quidē apponi Græcū articulū, quod quilibet oculus,& quilibet dens significetur. Nō resistere malo.) μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ. Malū uel ad rē referri potest,uel ad hominem. Præterea potest ablatiuus esse instrumēti. Nolite resistere cuiq; malo, hoc est, iniuria,siue uersutia. Mirum est autē hic additus articulus quam uim habeat, τῷ πονηρῷ, quasi certum malum significet. Nisi forte uoci appositiuæ adiunctus est,quasi dicas ei qui malus est. Quis autem sic loquitur, Dico tibi nō abire,pro eo quod est,iubeo ne usquàm abeas? Deinde quid facient huic loco,qui lites, qui bella calculis omnibus approbant inter Christianos? Christus absolute uetuit resisti malo, nimirum uulgari uia, ut malū malo repellatur,hoc est,conuicium conuicio,uulnus uulnere,bellum bello,cædes cæde. Illud leuiculum,quod ὅστις uertit,siquis,pro quisquis,nisi forte legit,εἴτις. Item quod στρέψομαι, id est,uerte,siue obuerte,transtulit præbe. Augustinus alicubi legit para..

Quō prohibemur resistere malo.

Præbe ei & alteram.) Hæc Christi hyperbole mea sententia nihil aliud docet,quàm summam patientiam, animiq; moderationem, utq; tantum absimus à cupiditate ultionis dictæ,ut ultro parati simus alteram potius iniuriam admittere,quàm malum malo pensemus. Atq; hoc fortasse sensit Augustinus, cū in libello de mendacio,& libro uigesimo secundo contra Faustum,scribit illam præparationem alterius maxillæ in corde faciendam, non in corpore. Nec enim hoc sensit Christus obuertendam sinistram malam, ei qui dextram percusserit, sed ea nos uoluit esse lenitate, ut ad alteram iniuriam accipiendam simus paratiores,quàm ad retaliandam priorem. Neque uero continuo cum mendacio coniunctum uideri debet, quicquid habet hyperbolen. Quam & aliàs annotauit præter Originem,Hieronymum,& Chrysostomum,diuus Augustinus in diuinis literis. Quod genus illud in libro Iudicum: Camelis eorum non erat numerus,& erant sicut arena, quæ est in littore maris. Rursum illud in Psalmis: Ascendunt in cœlos, & descendunt usq; in abyssum,nempe de undis maris uicissim attollentibus sese,ac deprimentibus. Certe schema hoc palā annotauit Augustinus in epistola ad Marcellinā 5. ostendens, si quis tropū sermonis reijciat,magis conuenire, ut in sinistram primus ictus dicatur exceptus, quod in hanc magis, q; in dextrā fertur impetus ferientis. Idem admonet in Luca non fieri ullam sinistræ,dextræue mentionē,ut intelligamus hoc loco sinistram ac dextrā nihil aliud esse,q; unā & alteram,quemadmodum in alia quadam parabola: quinq; talenta posuit pro plurimis dotibus,duo pro mediocribus,unū pro minimis. Cæterū animaduertēdū est, ut subito mutarit numerū. Ego aūt dico uobis: Sed quisquis percusserit te in ma-

Præbere maxillā,quō intelligendū.

Dextra ac sinistra pro una aut altera.

Numerus cur aliqñ mutatur.

xillam &c. Non ob aliud, niſi quod hic numerus accommodatior eſt ad infigendum animo quod dicitur, dum quiſq; ſibi dici putat, quod dicitur.

Et pallium.) καὶ τὸ ἱμάτιον. Hic recte diſtinxit ueſtimenti genus. Siquidem χιτὼν tunica, ueſtis eſt interior, ἱμάτιον exterior, quæ Rhomanis eſt toga, Græcis pallium.

Mille paſſus.) μίλιον ἕν, id eſt, miliarium unum. Alioqui nō reſpodet quod ſequitur, alia duo. Ne illud quidem, alios duos. Atq; hic rurſus Græcus uſurpauit uocem latinam.

Lapſus interpretis.

Nec eſt alia duo Græcis, ſed ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο, ut intelligas duplum oportere concedi, ſimplum extorquenti, quemadmodum docuit de maxilla, & ueſte. Nam quod ἀπούντι σε, id eſt, poſcenti te, uertit petenti abs te, recte fecit.

Ne auertaris.) μὴ ἀποστραφῇς. Ne auerſeris, hoc eſt, ne reiicias. Quanq; & auertor reperitur, ut ſit uerbum depoſititium, ſed in carmine uſitatius, ut apud Bœotium, Eheu eh ſurda miſeros auertitur aure.

Diliges proximū tuum.) Græci τοὺς πλησίον appellant familiares, & quibuſcum habemus arctam, ac domeſticam conſuetudinē. Neq; enim eſt ſuperlatiuus gradus apud illos.

Diligite inimicos ueſtros.) Poſt hæc uerba, particulā addunt græci codices, inter quos & Vulgarius, quā in noſtra æditiōe non reperio. εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς. id eſt, Be precemini deuouentibus uos. Quā ſanè nec Hieronymus addidit, nec Chryſoſtomus. Proinde haud ſcio, an eam ſtudioſus aliquis ob affinitatem ſententiæ, ex epiſtola pauli ad Rhomanos huc aſcripſerit. Nam hac occaſione comperimus locos aliquot immutatos.

Additū aliunde.

Qui ſolem ſuum.) ὅτι τὸν ἥλιον, id eſt, quia ſolem ſuum. Licet refragantibus exemplaribus latinis, & fieri poteſt, ut interpres pro ὅτι legerit ὃς, ſiue ὅσις. Quanq; hoc nihil refert ad ſenſum, & ἀνατέλλει recte circūlocutus eſt, oriri facit, ſiue expromit. Itē pluit, Græcis eſt βρέχει rigat. Rurſum, quā mercedem habebitis. Græce eſt, ἔχετε, id eſt, habetis, præſentis temporis, ut rei ſignificatio ſit, non temporis. Porrò mercedem pro gratia poſuit.

Et publicani. τελῶναι, id eſt, qui uectigalia redimunt, unde & redemptores dicuntur. Genus hominum olim infame apud Iudæos, nunc apud Chriſtianos, cum primis honeſtum. Nec id ſane mirum, cum inſtitores, ac menſarij omnibus penè anteponantur, quos nec Ariſtoteles, nec Tullius inter honeſtos ciues haberi uult. Nec eſt, hoc faciūt, ſed τὸ αὐτό, id eſt, idem faciunt. Et ſalutaueritis, eſt ἀσπάσησθε, quod nō eſt ſimpliciter ſalutare, ſed oſculo & complexu ſalutare, quod olim ex more fiebat inter amicos, non ſolum apud Iudæos, uerū etiam apud Græcos, & Rhomanos.

Publicani olim infames, nūc in primis honeſti habiti.

Fratres ueſtros.) Pleriq; Græci codices habent, τοὺς φίλους ὑμῶν, id eſt, amicos ueſtros. Verum Iudæi fratres appellant quōlibet cognatos. Atq; ita legit Hieronymus.

Quid amplius facitis.) τί περισσόν. i. quid eximium, aut quid ultra cæteros.

Nonne & ethnici?) Rurſus hoc loco nonnulli græci codices habent τελῶναι, id eſt publicani. Cæterum ex interpretatione Chryſoſtomi, deprehendere licet illum ethnici legiſſe, cū ait: Propter quod etiam hic gentiles, & publicanos producit in medium, ut talibus diſcipulos comparando perſonis, etiā pudore ad uirtutem accendat. Nam ethnicus gentilem ſonat, qua græca uoce uidetur interpres delectatus, ob id opinor, quod gētilis aliud quiddam ſignificet latinis auribus, nempe gentis affinitate coniunctum. Ac rurſum non eſt hic, hoc faciunt, ſed ſic faciunt, οὕτως ποιοῦσιν.

Gētilis quid proprie Latinis.

Eſtote igitur uos.) ἔσεσθε, id eſt, eritis. Interpres legiſſe uidet, ἐστε. Omitto, quod ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quod uertere ſolet, Qui eſt in cœlis, nūc mutauit, cœleſtis. Cæterum coiunctio &, ſicut & pater, nō addit apud Græcos. tantum eſt ſicut pater ueſter cœleſtis.

EX CAPITE SEXTO.

NE iuſtitiā ueſtrā.) Græcis eſt, ἐλεημοσύνην, id eſt, Eleemoſynā, nō iuſtitiam, ut reſpondeat quod ſequit. Cū ergo facis eleemoſynā. Tametſi Hieronymus iuſtitiā legit, ſed interpretās eleemoſynā. Atq; itē Auguſtinus ſermōe. 2. de uerbis domini ex Matthæo. Illud obiter admonendū, Latinos uſurpantes græcā eleemoſynæ uocē, fraudare illā una ſyllabā, cū Græcis habeat ſex ſyllabas.

Eleemoſyna ex ſyllabis.

Vt uideamini ab eis.) Auguſtinus eo quē modo citauimus loco, indicat hanc particulā ſic addendā orationi ſuperiori, ut finē ſignificet coniunctio ut, non ſequelā. Neq; enim uetat conſpici recte facta, ſed non uult hoc animo fieri. Rurſū in eo q̄d ſequit, mercedē non habebitis,

Vt aliquoties ſequelā ſignificat, nō finem.

habebitis, uerbi tempus mutauit, οὐκ ἔχετε. id est non habetis.

Sicut hypocritæ.) Hæc quoq; de uocũ est numero, quibus interpres uidet delectatus. Alioquin ὑποκριτὴς Græcis histrionẽ significat, hoc est, qui ficta persona fabulã agit apud populũ, quos eosdẽ actores uocamus. Vnde quã nos pronũciationẽ, aut actionẽ dicim⁹, illi ὑπόκρισιν appellãt. Quancũq; quisquis quouis modo simulat, ac fingit, hypocrites uocari potest. Vnde Paulus. ἀγάπη ἀνυπόκριτος. id est, charitas nõ ficta, simulandi nescia. Cæterũ quod ad histrionicã gesticulationẽ attinet, belle quadrat quod modo dixerat πρὸς τὸ θεαθῆναι, id est, ut spectentur, quod actorũ est, & hinc theatrũ. Quis em̃ mimus, quis histrio minus est id quod uidet, q̃ isti, qui inani labiorũ motu, & uocũ strepitu uideri uolũt precari deũ, cũq; illo colloqui? Aut qui Iudaicis ceremonijs sanctimoniã mẽtiunt? Rursũ qd' hic uertit, in synagogis, apertius erat in cõciliabulis. Significat em̃ cõuenticula, quæ solẽt fieri in plateis, ac foro seu triuijs. Et uicos hoc loco intellige, nõ eos qui nõ sunt oppida, sed in quos diuidit urbs. Ad hæc, Nesciat sinistra tua, Græce duæ sũt dictiões, μὴ γνώτω, ne sciat.

Hypocrita Græcis histrio.

Synagoga conciliabulum.

Receperũt mercedẽ) ἀπέχουσιν, id est, habent, siue tulerũt. Nã ἀπέχουσι sonat, quod alicunde sit acceptum. Nesciat sinistra tua quid f.d.t.) Nõ absq; figura dictũ est, sed ὑπερβολικῶς, quasi dicas, ipse nescias, quod facis, si fieri potest, tantũ absit, ut alijs ostẽtes. Figurã annotauit & Chrysostomus homilia decimanona. Et addũt Græci ἐν τῷ φανερῷ, id est, in propatulo, siue in aperto.

Reddet tibi.) Græce est, αὐτὸς ἀποδώσει σοι, id est, ipse, siue idẽ reddet tibi.

Et cum oratis.) καὶ ὅταν προσεύχῃ, id est, cũ oras. Nã & paulo ante usus est numero singulari, Cũ facis eleemosynã. Etiamsi mox uariat. Nec est, nõ eritis, sed οὐκ ἔσῃ. i. non eris.

Qui amãt.) φιλοῦσιν, quod licet significet, amãt, tamẽ Græcis frequẽter usurpat pro solẽt. Hoc certe loco magis quadrabat, solẽt. Rursũ est, Synagogis, qd' nos uertim⁹ cõciliabulis. Et anguli uocant nõ recessus, ut uulgus accipit, sed flexus uiarũ, ueluti cõpita, ac triuia.

Amãt Græce pro solẽt.

Vt uideant ab hominibus.) ὅπως φανῶσιν τοῖς ἀνθρώποις, id est, Conspicui sint hominibus. Cæterum in cubiculum, est ταμεῖον, quod latine penu, siue cellã appellãt, ubi reconduntur, quæ ad usum domesticum pertinent. Nos conclaue uertimus. Interpres Origenis quisquis fuit, nã Hieronymũ nõ esse stilus arguit, Homilia in Matthæũ uigesimatertia, uertit promptuariũ, qd' tamiæ Græcis dicant, quos nos promos cõdos appellamus, ταμεῖον tñ utrũq; significare uel cellã prõptuariã, uel cõclaue seu cubiculũ, testis est Hesychi⁹,

Tamias, promus cõdus.

Clauso ostio.) Græca addũt, tuo, σου. Atq; itẽ uetusti latinorũ codices, qd' suæ q̃q; domi maxime in occulto sit. Præterea, Patrẽ tuũ in abscondito, nonulli codices habebãt, τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ, id est, patre tuo, qui est in abscondito. Ac rursũ addit, In manifesto, ἐν τῷ φανερῷ. Atq; ita legit Chrysostomus hom. 16. Annotauit & hoc loco tropũ sermõis Chrysostomus. Neq; em̃ hoc sensit Christus, nõ esse Christianis precandum, nisi in penuario domus, sed nõ magis affectandũ, ut homines prædicent precantẽ, q̃ si abditi in retrusissima ædiũ parte soli precarentur.

Nolite multũ loqui.) μὴ βατταλογήσητε. Græcis est dictio composita prouerbialis, à Batto quodam poeta, qui cõscripsit hymnos, in quibus eadẽ subinde inculcauit, quemadmodũ copiosius explicatũ est in Chiliadibus nostris. Huc allusit Ouidius, cũ Battum indicẽ eadem facit iterantẽ. In illis montibus, inquit, erant, ut erãt in montibus illis. Cuius βαττολογισμὸν ridicule imitatus Mercurius, Et me mihi perfide prodis me mihi prodis, ait. Sũt qui malint Battũ fuisse quempiã balbum, & hæsitanti ore, impeditáq; lingua, cui uidelicet hominũ generi, peculiare uidemus, cũ ne semel quidẽ, quod cupiũt, possint effari, uoces easdẽ iterũ atq; iterũ repetere. Vnde quod hic docet Christus, nõ solũ pertinet ad immodice prolixas preces, cũ alioqui Paulus iubeat nos citra intermissionẽ orare, & ipse Christus legatur orasse prolixius, ueruetiã ad illos, qui superstitiose preculas easdẽ sine fine iterãt. Quo quidẽ morbo usq; adeo non uacãt Christiani quidã, ut in his summũ pietatis fastigiũ collocent. Porrò quod hodie uidemus sacerdotes, nihil dicã qualibus, sed certe nimiũ prolixis precib⁹, hisq; præscriptis, aliquoties ineptis, ac ridiculis, ne dicã impijs, oneratos, quid super hac re sentiã, satius est non attingere, partim quod res paucis explicari nõ possit, partim quod fortassis nec citra periculũ, ne dũ huic malo mederi conamur, alterũ inuitemus grauius, ut sunt, qui uicijs suis patrociniũ undelibet aucupentur. Illud dicã, nõ

Battologia ex prouerbijs

Superstitio quorundã in precibus.

esse prudentis cũ suo sæculo pugnare,& bonæ mentis est,maiorum decretis libẽter ac simpliciter obsequi. At rursus illorũ est,ut summa uigilãtia,quod sit optimũ, & cũ Christi dogmatis maxime cõsentiens statuãt. Hieronymus admonet,ex hoc loco natã hæresim quorundam qui Christianorum precationes ueluti superuacaneas in totũ aspernabãtur. Fuit his diuersa factio Psallianorũ,siue Euchitarum,nomẽ inditum ab orando, qui totos dies ociosi,tantum precularum emurmurabãt,mira linguæ uolubilitate,ut Augustinus id scripserit incredibile. Monachos uetabant sustentandæ uitæ causa manibus operari, ne quando cogerẽtur precationes interrumpere. Vtinam quicunq; Christi philosophiã profitentur,sic abhorreant ab hac superstitione,ut precum purã,& illibatam uictimam,Christóq; gratam offerant. Nam cantiuncularum,clamorum,murmurũ, ac bomborum ubiq; plus satis est,siquid ista delectant superos. Abunde satis erat hoc indulgere idiotarũ, ac stultorum affectibus,ut cuiq; liberum esset priuatim quæ uellet,aut quantũ uellet precari. Cæterum publicas preces optarim esse moderatas,nec in his quicq̃ admisceri, non deprom ptum ex sacris libris,aut certe ab his uiris profectum,quorum scripta spiritum apostolicũ resipiunt. Nunc cuiusmodi est,compelli tanta censura, ut deliri senis, aut mulierculæ nenias legas sacris admixtas?

Euchitæ psalliani.

Publicas preces cõuenit moderatas esse,& sanctas.

1. In multiloquio. Hic non est βαττολογία,sed proprio usus est uerbo πολυλογία,uelut exponens quid dixerit βαττολογεῖμ.

Petatis eũ.) πρὸ τ ὑμᾶς αἰτῆσαι α᷑υτόμ. Et latinius, & apertius dixisset, priusq̃ petatis ab eo. Deinde, προσεύχεσθε ὑμεῖς, id est,orate uos,non uos orabitis. Maior enim est pronominis emphasis in fine appositi, quo discernat illos ab ethnicis.

Qui es in cœlis.) Articulus Græcus ueluti distinguit illum patrem à patre terrestri, ὁ ἐν τοῖς ο᷑υρανοῖς, Perinde quasi dicat,nos in terris patrem nescimus,ex te uno pendemus pater cœlestis:à quo nobis petenda sunt omnia,quibus opus est ad ueram uitam.

Sanctificetur nomen tuum.) ἁγιασθήτω,sanctum dicitur non solum purum, & impolutum,uerumetiam uenerandum,& inuiolatum. Et Augustinus explicans tropos ueteris instrumenti libro quarto, ostendit hic sanctificetur dictũ, non pro eo quod est fiat sanctũ,sed pro declaretur sanctũ. Quanq̃ apud Hieremiam queritur deus nomẽ suũ pollui inter gentes culpa suorum. Nullum autẽ probri genus intolerabilius ingenuis animis, q̃ parentũ ignominia. Siquidẽ uerissime dictũ est apud Græcum tragicum σ᷑υλοῖ γαρ᾽ α᷑νδρα κἂμ θρασύστολαγχνός τις ᾖ ὅταν συνεσθῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά. Rursũ nulla res æque fulcit, & exhilarat filiorum animos, ac parentum gloria. Nam hos affectus quos hominũ uulgus habet aduersus corporeos parentes transfert in deum. Quod genus est & illud quod mox sequitur: Adueniat regnum tuum. Si patres ad amplos honores prouehantur, sub eorum umbra regnant & filij,& sibi putant accrescere,quicquid dignitatis, aut autoritatis accreuit patri. Iã ut regni,ita & familiæ in hoc sita est felicitas, ut autoritati patris,aut regis morigeri sint omnes,nec ulla sit factio,dissidiumúe, sed ab unius uolũtate pẽdeant omnia.

Sanctificare pro illustrare.

Rursum (Sicut in cœlo & in terra.) ὡς ἐν ο᷑υρανῷ, κ᷑αὶ ἐπὶ τ γῆς, id est, quemadmodũ in cœlo,sic etiam in terra. Interpres dum exprimit græcam figuram,obscurius extulit sententiam. Sensus autem est: Sic fiat,quod tu uis in terris,hoc est,in tuo populo cœlesti, quemadmodum fit in cœlo,ubi nemo repugnat uoluntati tuæ.

Sicut &.

Panem nostrum cotidianum.) τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον, quod alibi uertit supersubstantialem,ad uerbum superessentialem sonat, Id autore Hieronymo Septuaginta plerumq; transferunt περιούσιον, pro quo apud Hebræos reperitur סְגֻלָּה, quod Symmachus ἐξαίρετον, id est eximium, siue egregium uertit,quanquàm idem alicubi uerterit peculiare. In Euangelio,quod appellatur Hebræorum, pro supersubstantiali pane repperit Hieronymus מָחָר quod dicitur crastinum. Equidem ut nihil horum improbo, ita quod postremo loco positum est,mihi maxime probatur. Nec enim in precatione tam cœlesti Christus de hoc opinor loquitur pane, quem à suis parentibus accipiunt,& gentes. Et apud Græcos ἐπιοῦσα crastinus dicitur dies. Sic enim usus est & Lucas in actibus apostolorum capite septimo. Et indicat Augustinus nõnihil tale,sermone uicesimooctauo,ut hic sit sensus. Quemadmodum patres terreni prospiciunt liberis suis panem, quo corpus alatur,etiam in posterum diem; ita tu nobis prospice panem cœlestem animi cibum, qui pater es cœ-

Cotidianũ quid Græcis

Et dimitte.) ἄφες. Cur non potius remitte? Nam græca uox polysemos est. Audio quosdam offensos, quod pro dimittite uerterim remittite. Cur isti non item offenduntur, quod in symbolo apostolorum, ut uocatur, credamus remissionem peccatorum potius, q̃ dimissionẽ. Quod si usq; adeo sanctum existimant male latine loqui, non obstamus, quo minus isti fruantur suo dimittite. Quod queso est istud hominũ genus? Nos modestissime duobus uerbis annotauimus, quod rectum est, neq; cuiq; unquàm uel uerbo molesti fuimus, si cui magis arrideat, dimitte. Isti recte admoniti, quiritantur in concionibus apud indoctam plebeculam, ad lapides prouocantes, debacchantur in conuiuijs, latrant in gyneceis, in nauibus, in uehiculis, & ubi non? Clamant actum esse de religione Christiana, se frustra theologos esse, repertum qui non ueritus sit precationem dominicã corrumpere. O linguas execandas, & indignas, quibus euangelium Christi prædicetur, Ad hoc explicandum infantes, & insulsi, ad lacerandam hominis benemerentis famam, & diserti sunt, & uenusti scilicet, Sycophantas præstant, hierophantas professi. Quid autem arrogantius? per nos illis licet, quantum libitum fuerit σολοικίζειν, nullus obstrepit, nullus reclamat, nobis per illos emendate loqui non licebit? Sed præstat id quod erat institutũ persequi.

Dimitto, p remitto.

Sycophãtæ pro hierophantis.

Sicut & nos.) ὡς καὶ ἡμεῖς. Hoc loco non condicio, sed similitudo significatur, id quod euidentius explicat Lucas. Sentit enim alterum fieri inter filios cœlestis patris, alterum rogat, ut fiat. Neq; enim rogant, ut uicissim inter sese sibi dẽt ueniam, quod in ipsis situm est. Sed quemadmodum ipsi inter sese mutuis erratis ignoscunt, ut par est eiusdem familiæ filios, ita sit & ille propitius pater, nec ulcisci uelit, siquid forte aduersus illum deliquerunt.

A malo.) ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Potest & ad rem referri quasi dicas, à malitia. Verum articulus additus suadet, ut magis referatur ad diabolum. Nam huius est tentare. Et hunc opponit patri, unde cœpit præcatio. Ita docet Chrysostomus, hunc edisserens locum.

A malo, quõ accipiendũ.

Quia tuum est regnum.) Hanc coronidem in omnibus Græcorum exemplaribus adiectam comperio, & interpretatur eam Vulgarius, ὅτι σοῦ ἐστὶν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν, id est, Quoniam tuum est regnum, & potestas, & gloria in sæcula amen. Verum quando nec in ullis Latinorum exemplaribus ascriptum uisitur, nec exponitur ab Hieronymo, aut ullo prorsus interpretum, præter Chrysostomum, & huius abbreuiatorem recentem Vulgarium, apparet ex solenni consuetudine sic additum, ut angelicæ salutationi quædam adiecerunt, nec ab angelo dicta, nec à quopiam alio. Nam, Benedicta tu in mulieribus, Elizabeth uerba sunt. Et: Quia peperisti saluatorẽ animarum nostrarum, à nemine dictum est. Consimili studio adiectum est in fine Psalmorum, Gloria patri. Proinde non est cur Laurentius Valla stomachetur bonam precationis dominicæ partem fuisse decurtatam. Magis taxanda fuerat illorum temeritas, qui non ueriti sint, tam diuinæ precationi suas nugas assuere. Nugas enim iure dixerim addiuinam doctrinam, quicquid ab hominibus profectũ fuerit, præsertim si quod ab hominibus annexum sit, ad Christum autorem conferatur. Quod si quis contendat, hoc ab ipso Chisto fuisse additum, necesse est, ut fateatur omnes nostros, ac totam Rhomanã ecclesiam hactenus fugisse bonam partem dominicæ precationis. Cæterũ Amen, quod Aquila interpretatur fideliter, & hic simili modo uideri poterat adiectum, Hieronymus admonet orationis dominicæ esse signaculum.

Adiecta pars precatiõi dominicæ apud Græcos.

Peccata eorum.) παραπτώματα, id est, delicta, ut mox uertit, siue errata, siue lapsus. Siquidem à labendo uox dicta est. Et latinius sua, quàm eorum, id quod constanter contemnit interpres. Ac rursum, dimittet, pro remittet.

Amen, quid

Hypocritæ tristes.) σκυθρωποὶ, id est, tetrici, parumq; alacres. Latine uertit interpres, modo intelligatur, tristis, non qui doleat, sed qui uultu sit inamœno, ac seuero. Nam aliàs tristis est anima mea, pro dolente uertit, & contristare pro dolore afficere λυπεῖσθαι.

Exterminant enim.) ἀφανίζουσιν. Quod Chrysostomus interpretatur διαφθείρουσι καὶ ἀπολλύουσιν, id est, corrũpunt ac perdunt, quod uidelicet odiosius putat personis histrionum, Siquidem illi natiuam faciem persona tegunt duntaxat, isti uero corrumpunt, ac perdunt propriam faciem, & citra personam agunt fabulam. Qui sic interpretantur hoc

Exterminare quid Græcis.

mihi uidentur ſecuti, quod qui perit, è medio ſublatus dicitur etiam Græcis. Diuus Hieronymus uertendum putat demoliuntur, addens exterminandi uerbum inſcitia interpretum frequenter obuium eſſe in ſacra ſcriptura, cum aliud quiddam ſignificet, quàm illi ſentire uolunt. Siquidem exterminare eſt è terminis, ac finibus profligare, quemadmodum eliminare, extra limen, ac foras efferre. Hilarius hoc loco ἀφανίζειν interpretatur conficere, nec id ſane ineleganter. Eſt enim obſcurare, ac uelut è conſpectu tollere, uelut qui fucis utuntur, cœlant ſuam faciem, ac ceu perſona tegunt, ita qui ficta macie, triſtiq; pallore ſanctimoniam ſimulant. Nam & pietas ſuam habet tenuitatem, ſuum pallorem, ſed in quo Chriſti reluceat alacritas.

Exterminare uerbũ interpretis dãnatũ ab Hieronymo.

Vt pareant hominibus.) ὅπως φανῶσιν. Quod modo uertit, ut uideantur, nunc uertit, ut pareant, mire laſciuiens ſua copia. Cæterũ ὑπερεύοντες participium infiniti uice poſitum uidetur, more Græcorum, unde nos ita uertimus, quo perſpicuum ſit hominibus ipſos ieiunare. Nec enim in hoc reprehenduntur, quod ſtuderent uideri ieiunare, cum nõ ieiunarent, ſed quod ieiunium omnibus cõſpicuum eſſe uellent, quod potius erat diſſimulandum. Itidem mox, ne uidearis hominibus ieiunãs, ne conſpicuum ſit hominibus te ieiunare. Receperunt mercedem.) Rurſus eſt ἀπέχουσι. id eſt, habent, ut ante commonſtrauimus.

Parere, pro aparere.

Reddet tibi.) Et hic addunt Græci codices ἐν τῷ φανερῷ, id eſt, in propatulo, ut apponatur ei, quod eſt in occulto. Cæterum, hic quod ἀφανίζει uertit demolitur, ex ſententia Hieronymi facit. Quanquàm ego malim corrumpi, cum de tineis loquatur & blactis. Nam demoliri potius eſt parietem, aut murum deſtruere, Verbum à mole dictum.

demoliri,

Theſaurizate.) Mirum cur Græca uox uſque adeo delectarit θησαυρίζετε, cum dicere potuerit reponite, recondite, colligite, coaceruate. Theſaurus enim proprie diuitiæ ſunt ſepoſitæ, & in longum tempus reconditæ, quam Perſæ gazam appellant. Neque tam eſt effodiunt, quàm perfodiunt διορύσσουσι. Siquidem perfoſſo pariete, fures ad ſcrinia penetrant. Nec eſt theſaurus tuus, ſed ueſter. ὑμῶν. Etiamſi mox numerum mutat. Si oculus tuus ſimplex. Nec eſt, eſt cor tuum, ſed ἔσται, erit.

Thesaurus? Vel Da

Lucerna corporis tui.) Nec additur in Græcis exemplaribus, tui, ſed tantum corporis, & ſententia pluſculum habet dignitatis, ſi omittatur, ut ſit abſoluta. Quod lucerna eſt in domo, id eſt, oculus in corpore, non in tuo ſolum, aut meo, ſed in quouis hominis, aut animantis corpore. Atque ita legit diuus Chryſoſtomus in his homilijs, quas Baſileæ uidimus Græce ſcriptas, atque ita citat Hieronymus ſcribens aduerſus Luciferianos. Denique ſic ſcriptum comperimus, & in peruetuſtis Latinorum codicibus. Sumitur enim ſimilitudo ab oculo corporis ad oculum mentis. Quod eſt oculus in corpore animantis, id eſt, affectus in animo, qui ſi purus fuerit, totus animus erit ſyncerus. Proinde prior illa pars, lucerna corporis eſt oculus, pertinet ad id, unde ducitur collatio. Poſterior, ſi oculus tuus fuerit ſimplex &c. pertinet ad ea, ad quæ accomodatur ſimilitudo, unde addit, tuus, qui ſpiritualis es, & cuius oculos ſynceros requiro.

Tui, redundat.

Si oculus tuus nequam.) πονηρὸς, id eſt, malus, ſiue peruerſus. Nam Græca uox magis ſonat uerſutum, ac malicioſum, ut opponatur ſimplici. Simplex oculus eſt nulla rẽ uiciatus, puta lemis, aut pituita, aut morbo. Cæterum lippus, aut ſtrabus, aut luſcioſus, dè prauatus eſt. Alioqui nequam oculus magis ſonat libidinoſum, q̃ uiciatum.

Nequã, pro malus.

Ipſæ tenebræ quantæ.) Τὸ σκότος πόσον. Quod addidit ipſæ, rectè explicuit uim articuli græci. Cæterũ feſtiuior erat oratio, ſi non addidiſſet erunt, quod apud Græcos non additur: Tantum eſt, tenebræ quantæ!

Vnum odio habebit.) τὸν ἕνα μισήσει. Obſcure, ac (ut liberius dicam) inepte uertit interpres. Duos enim ponit, puta, Demeam, ac Mitionem, quorum alterutri ſit adhærendum, nam utrique ſimul non poteſt. Aut Demea diligendus eſt, ut oderis Mitionem, aut Mitio diligendus, ut oderis Demeam. Proinde rectius uertiſſet per hunc & hunc, quam per unum & unum. Deinde non eſt ociosus græcus articulus, certum enim ſignificat, perinde quaſi demonſtret aliquem. Proinde nos ita uertimus, aut enim hũc habebit odio, & alterum illum diliget, aut huic adhærebit, & alterum illum negliget. Annotauit ſuper ea re nonnihil & Chryſoſtomus homilia uigeſimaſecunda.

Vnum & unũ obſcure.

Et nam

Et mammonæ.) Mammona neq; Græca uox est, nec Hebraica, Sed Syriaca, ut ostendit diuus Hieronymus, idem apud eos significans, quod apud Græcos πλοῦτον, quem illi deum faciunt. Est enim uox singularis numeri, generis masculini. Diuus Augustinus indicat linguam pœnorum affinitatem habere cum Hebræorum lingua, id quod alicubi fatetur & Hieronymus. Porrò pœnorum lingua mammon uocari lucrum. Cæterum quod idem mammona uocem putauit Hebraicam cum syra sit, mirum non est, cum inter Hebræam quoque & Syram nonnulla sit cognatio. Afrorũ lingua finitima Hebraicæ.

Animæ uestræ.) τῇ ψυχῇ, Animam pro uita posuit, uelut & aliàs, Qui perdiderit animam suam. Cæterum (Quid bibatis) etiamsi reperitur additum in nonnullis codicibus, superfluum est, quod cibi nomine potus contineatur, & aquæ potus nemini non pateat. Certe nec apud Chrysostomum additur, nec apud Hilarium. Hieronymus indicat in nonnullis codicibus ascriptum fuisse, uerum ediserens negligit. Nos passi sumus adijci, ne latina non responderent Græcis. Certe in peruetustis exemplaribus non ascribitur, licet paulo inferius etiam potus fiat mentio. Nolite esse solliciti dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus. Ac rursum (Nonne anima) apertius erat, nonne uita. Anima pro uita. Cibi nomine & potus continetur.

Quam esca.) τῆς τροφῆς, id est, cibo siue alimonia, ut potum quoq; complectatur, etiamsi Aristoteles potum esse neget, qui nutriat, ut cuius uis sit cibum in membra digerere. Cæterum pro πλεῖον pluris, recte mutatum est: & latinitatis habita ratio.

Respicite uolatilia.) ἐμβλέψατε τὰ πετεινά, id est, intuemini ad uolatilia, ut uerbum uerbo reddam. Certe respicit qui in tergum deflectit oculos, unde maluimus circumloqui (uertite oculos ad uolatilia cœli.

Quæ non serunt.) Sic enim legitur in plerisque codicibus: ὅτι, id est, quia non serunt. Et diuus Hieronymus legit quoniam. Ego malim quod, ut accipiatur εἰδικῶς. Si quidem idipsum est, quod nos uult intueri, quod non faciunt sementem cum tamen hominum more uiuant: cũ nulla distringantur sollicitudine parando uictu.

Magis pluris estis.) μᾶλλον διαφέρετε, id est, magis antecellitis siue præstatis illis. Siquidem διαφέρειν Græcis non solum est differre, sed & præcellere, quoniam in ipso uerbo uis est comparatiui: aut congeminatio epitasin habet eminentiæ, aut μᾶλλον positum est pro potius. Proinde nos uertimus. Nonne uos longe præcellitis illa? Nam interpres uidetur etiam affectasse sermonis absurditatem. Augustinus de tropis ueteris testamenti demonstrat apud Hebræos aduerbium comparandi nonnunquàm adijci ex superfluo. Et fieri potest, ut hanc quoq; sermonis formam expresserit græcus interpres. Magis pluris.

Quis ex uobis cogitans.) μεριμνῶν plus est q̃ cogitans, sed anxie ac sollicite cogitans, participium eius uerbi quod sæpe uertit sollicitum esse. Porrò, quod sequitur ad staturam suam, Græcis est ἡλικίαν, quæ & ætatem significat, quasi dicas granditatem. Vnde & maior & minor, & grandis ad ætatem referuntur, quod ex auctu corporis ætas deprehenditur in adolescentibus.

Lilia agri.) τοῦ ἀγροῦ, Non ociose addidit, ἀγροῦ quod hortensia lilia nonnihil debere uideri poterant curæ humanæ, quemadmodum ante dixerat, uolucres cœli, ut distingueret ab altilibus. Nec est consyderate, sed καταμάθετε, id est, cognoscite siue cognoscitis. Nam græca uox anceps est. Vt omittam, quod ὅτι rursum uertit, quoniã pro quod, tametsi præstabat omitti. Ac rursus coopertus est, pro amictus fuit, siue indutus, περιεβάλετο. Ad hæc, pro unum, rectius uertisset unumquodlibet horum.

Quanto magis.) οὐ πολλῷ μᾶλλον, id est, an non multo magis, ubi quæso quid erat causæ, cur interpres uariaret Græcum sermonem? Porrò modicæ fidei, Græcis est dictione composita, ὀλιγόπιστε, quod in Luca uertit, pusillæ fidei, ἀξιόπιστος est grauis & idoneus cui fides habeatur, ὀλιγόπιστος, siue cui parum fidendum, siue qui parum fidit. Sunt enim in sacris literis uoces aliquot, receptiores, quàm ut possint loco moueri, quarum est, fides, quæ latinis magis pertinet ad eum qui pollicetur aut præstat, quàm ad eum qui fidit, nisi cum dicimus fidem habere: pro credere. Proinde magis hic quadrabat, exiguæ fiduciæ, q̃ modicæ fidei. Quædã uocabula sic recepta, ut tolli nõ possint.

Scit enim pater uester.) Hoc loco Græci addunt, ὁ οὐράνιος, id est, cœlestis. Nec est in plerisq; sollicitus erit sibi, sed curam habebit suijpsius μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς, id est, cura-

bit ſua. Auguſtinus in libro aduerſus Adimantum,Nolite cogitare de craſtino,nam craſtinus dies ipſe cogitabit ſibi.Et nonnulla exemplaria habẽt, μεριμνήσει ἑαυτῆς.

κακία & κάκωσις quid differant.

Sufficit diei malicia ſua.) ἡ κακία, Malum, ut apud Græcos κακὸν, itidem apud latinos anceps eſt,ad afflictionem,& improbitatem.At κακία uirtuti opponitur,quam latini nõ nulli maliciam uocant,alij uicium. Cæterum κάκωσις afflictionem ſonat,à uerbo κακόω, quod eſt malis afficio.Abuſus eſt igitur κακία pro κάκωσις, ut indicat Hieronymus,ediſſerens hunc locum. Preterea in commentarijs eccleſiaſtæ. Rurſus in commẽtarijs Amos. Et Chryſoſtomus homilia uiceſimatertia.Satis malorum adfert ipſum tempus,ut non affligamus noſmetipſos ſollicitudine futurorum malorum.In hanc ſententiam adducit hũc Euangeliſtæ locum Auguſtinus in ſecundo commentario ſermonis Chriſti in monte dicti,maliciam interpretans malum pœnale.

EX CAPITE SEPTIMO.

NOlite condemnare, & non condemnabimini.)Hæc uerba nec in ullis Græcorum exemplaribus reperi,nec apud Hieronymum referuntur, nec apud Chryſoſtomum, nec apud Hilarium, deniq; nec in uetuſtiſſimis codicibus latinis. Vnde uidentur è ſpatio marginali delata in contextum, Interpretatus eſt aliquis,quod dixit iudicare,hoc loco nihil aliud eſſe q̃ damnare,ſicut & apud Paulum ſubinde iudicium pro condemnatione ponitur. Nec eſt paulo ante, Et non iudicabimini,) ſed ne iudicemini, ἵνα μὴ κριθῆτε. Atq; ad eum modum legit Hilarius. Vt diſſimulem,quod pro κρίνετε & μετρεῖτε, id eſt, iudicatis & metimini, uerterit, iudicaueritis,& menſi fueritis,quodq; pro μετρηθήσεται uerterit,remetietur uobis, reclamante latinitate,nã addito nomine,dicere porerat, alij metientur uobis. Verum haud ſcio an ſatis caſte dici poſſit,iudicabimini,Neq; enim opinor iudicatus dicitur, de quo pronunciatum eſt,ſed res iudicata,& iudicata cauſa,de homine iudicatum,niſi addas iudicatur inſanus,pro habetur.Proinde mea ſententia tolerabilior eſt Auguſtini lectio.Nolite iudicare,ne iudicetur de uobis,quo enim iudicio iudicaueritis,iudicabitur de uobis. Optimum autem fuerit ſi legamus,nolite condemnare,ne condemnemini.

Iudicare. Hebræis pro cõdemnare.

Et trabem in oculo tuo.) τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς, id eſt, quæ uero eſt in oculo tuo trabem non animaduertis. Præterea,frater ſine,nec aſcriptum eſt in Græcis,nec in latinis antiquis, ſed tantum, ἄφες ἐκβαλῶ, id eſt,ſine eijciam. Rurſum, Et ecce trabes eſt in oculo tuo.) Græce feſtiuius eſt,ſubaudito uerbo ſubſtantiuo, καὶ ἰδοὺ ἡ δοκὸς ἐν ὀφθαλμῷ σου, id eſt,& ecce trabes in oculo tuo.Ad hæc (Videbis eijcere,) nimium græcanice dixit, διαβλέψεις ἐκβαλεῖν, id eſt,diſpicies ut eijcias.

Videbis eijcere græce.

Nolite ſanctum dare.) μὴ δῶτε, id eſt,ne detis,Id quod ad eundem modum perpetuo uariat.Et rectius erat proijciatis q̃ mittatis βάλλετε. Vt ne dicam, quod μήποτε, id eſt, ne quando uertit, ne forte,parum tempeſtiuiter, extenuans periculum, quod auctum magis oportuit.Nec eſt pedibus ſuis,ſed ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, id eſt, inter pedes ſuos.niſi placet,ἐν uſurpatum pro per more Hebræorum.

Et canes conuerſi.) Canes apud Græcos nõ additur,nec attingitur ab interprete Chryſoſtomo,neq; in emendatioribus latinorum exemplaribus.Poteſt autem conculcatio & laceratio ad canes pariter & porcos referri.Sæuiunt enim & apri.Canis prophanum animal,& ſus immundum,quod ab unguentis peculiariter abhorret.Cæterum margaritis ſiue unionibus olim ſummum fuiſſe precium,abunde teſtis eſt Plinius. Denique quod dixit conuerſi ῥηξάντες, apertius erat, uerſi in uos.Nec eſt dirumpant,ſed ῥήξωσιν, id eſt, lacerent, ſiue lanient.

Data. δόματα.

Bona data.) δόματα ἀγαθὰ,id eſt,donationes bonas,ſiue bona dona.Eſt autem hic tropus ex idiomate ſermonis Hebræi,quod genus eſt illud in numeris.Ego accepi fratres ueſtros leuitas, de medio filiorum Iſrael,dationẽ datã domino. Sic enim legit Auguſtinus, indicãs tropos huius uoluminis,cum Græci legant δόμα δεδομένον. Nec em̃ hic data participium eſt,ſed nomen.Alioqui qui datur,quod iam datũ ſit? Ac maluerã dona q̃ data, niſi quod δόμα recte dici poſſit,quocunq; modo datũ,ut medici ſua pharmaca δόσεις uocant, cum donum ſit gratuitum,quod Græci ſua uoce δῶρον appellant. Rurſus & illud

(dare

(dare petentibus se) quod nos explicuimus, si petatis ab illo. Item & uos facite illis, omisit, οὕτως καὶ ὑμεῖς, id est, sic & uos facite. Atq; ita legit Chrysostomus, Augustinus ite cõmentario secundo in hunc locum, Idem ait in uulgatis codicibus scriptum fuisse, Omnia quæ uultis ut faciant uobis homines bona, ita & uos facite illis. Putatque bona additum ab interprete latino explicandæ rei gratia, cum in Græcorum exemplaribus non habeatur. Quanquàm ea dictio additur & apud Cyprianũ in expositione precationis dominicæ. Rursum (quæ ducit) ἀπάγουσα, id est, quæ abducit. Ac mox (quàm angusta porta) ὅτι στενὴ, id est, quia angusta porta, Quanquàm dissentientibus exemplaribus latinis. Interpres legisse uidetur, ὡς στενὴ. Certe in Paulino codice utrobiq; scriptum erat, quia.

Varietas exemplariorũ.

ἀπαγουσα

A falsis prophetis.) ψευδοπροφητῶν, Græcis una est dictio, sicut pseudochristi, & pseudapostoli, ψευδὸς graece mendacium est. Ac magis sonat falsos prophetas, q̃ falsos. Et mox (ἐπιγνώσεσθε) agnoscetis est potius q̃ cognoscetis. Et (nunquid colligunt) quidam habent, μήτινες, id est, num qui. Rursus (Arbor mala) σαπρὸν est, non πονηρὸν, quod magis putrem sonat & carie uiciatam, q̃ malam, si quid Suidæ credimus. Vt ne commorem, quod utrunq; uerbum præsentis temporis uertit per futurũ, ἐκκόπτεται καὶ βάλλεται, id est, exciditur & mittitur. Atq; ita scriptũ est in peruetustis exemplaribus. Nec eñ Christus prædicit, quid sit futurum malis arboribus, sed quod uulgo fit uiciosis arboribus, idem ostendit euenturum infrugiferis hominibus.

Pseudopropheta qui.

ψευδος

Domine domine.) κύριε κύριε, Non solum rettulit βαττολογίαν precantium, quam ante taxauit, uerumetiam expressit sermonis Hebraici proprietatem, quæ quod exaggerat, congeminatione auget, quod genus illud apud Hieremiam capite septimo, Templum domini, templum domini, templum domini. Cæterum hæc uerba (Ipse intrabit in regnum cœlorum) in græcis codicibus non adduntur, nec repetuntur ab Hieronymo. Refragantibus licet exemplaribus latinis. Nec est in nomine tuo, sed per tuum nomen, ἐν σῷ ὀνόματι, quanq; id nihil refert ad sensum.

Coduplicatio apud Hebræos.

Hebrei p geminabo in exaggerãdo

Virtutes multas.) δυνάμεις, ut intelligas potenter facta, quæ uim diuinam demonstrarent. Item (omnes qui operamini) omnes nec est in Græcis codicibus, nec in antiquis latinis, sed tantum οἱ ἐργαζόμενοι, id est, qui operamini. Rursus (& irruerunt) καὶ προσέκοψαν, id est, impegerunt, diuersum est ab eo quod mox præcessit, προσέπεσαν.

Virtutes Hebræi uocant potenter facta.

Et admirabantur.) Græcis est uehementius, ἐξεπλήσσοντο, id est, stupuerunt, siue attoniti facti sunt: siue stupore perculsi sunt.

Sicut potestatem habens) ὡς ἐξουσίαν ἔχων, ut condonem, quod pro tanquam uertit, sicut. (potestatem) non est hic δύναμιν, sed ἐξουσίαν, quod magis sonat autoritatem, hoc est potestatem & ius aliquid faciendi. Non ut scribæ qui sibi uindicabãt autoritatem. Rursus in (scribæ) Eorum additur apud Græcos γραμματεῖς αὐτῶν, & de pharisæis hoc loco nulla mentio, in græcis quæ uiderim exemplaribus.

ἐξουσία & δυνάμις differunt.

EX CAPITE OCTAVO

CVm autem descendisset.) Iesus hic apud Græcos non additur, ut illa dissimulem, ἐὰν θέλῃς, si uelis, quod transtulit, si uis. Et extendens manum, pro extensa manu, ἐκτείνας τὴν χεῖρα. (Volo, mundare) καθαρίσθητι, mundare passiuum uerbum est imperandi modo. Proinde uertimus, uolo, mundus esto. Cæterum ἑκατόνταρχος, quem hic centurionem uocat, sic enim græce sonat, qui decem decurijs præsit, Hilario tribunus dicitur. Et (rogãs eum) παρακαλῶν, id est, obsecrans. Est enim uehementius hoc, illud δεόμενος abiectius.

ἑκατόνταρχος Hilario tribunus dictus.

Puer meus.) παῖς μου. Ea uox & ætatem significat, & filium & ministrum. Tametsi Lucas δοῦλον, id est, seruum, appellat uoce non ambigua. Nec est simpliciter iacet, sed βέβληται, & aliquanto post βεβλημένον ubi quis toto corpore prostratus iacet, id quod in grauibus accidit morbis. Nec est (male torquetur) sed δεινῶς βασανιζόμενος, id est, graiter, siue acerbe discruciatus. Vt ne dicam, quod ἄλλῳ pro alteri uertit alio, contempta grammatica.

παῖς puer δοῦλος seruus

Non inueni tantã fidem) οὐδὲ ἐν τῷ ἰσραὴλ, id est, ne in Israel quidem, ut intelligas centurionem non fuisse Israeliten, id quod indicãt Hilarius & Hieronymus: Atq; item Chrysostomus

Cẽturio an idem fuerit

ſoſtomus homilia uiceſimaſeptima. Putaíq; eundem hunc eſſe Centurionem cum eo de quo meminit Lucas, licet in nonnullis à Matthæi narratione uideatur diſcrepare.

In tenebras exteriores.) Græci ſubinde uſurpant comparatiua uice ſuperlatiuorum. Vnde nos uertimus tenebras extremas. Neq; tamen eſt ἐσχάτας, ſed ἐξωτέρας, quaſi dicas extimas, ut intelligas in regno lumen eſſe, à quo quo longius abſit aliquis, hoc magis uerſari in tenebris.

In illa hora.) Poſt hæc in nonnullis exemplaribus aſcripta reperi, καὶ ὑποστρέψας ὁ ἑκατόνταρχος εἰς τὸν οἶκον ἑαυτοῦ, ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ, ἔυρε τὸν παῖδα ἑαυτοῦ ὑγιαίνοντα, id eſt, & reuerſus centurio in domum ſuam in illa hora offendit famulum ſuum ſanum. Nos ea ſe qui maluimus, quæ cum noſtris conſentiunt.

Dæmonia habentes.) δαιμονιζομένους, id eſt, dæmoniacos, ſiue qui à dæmonibus agebantur, ſed addunt græci codices, ſimiliter & uetuſti latini πολλούς, id eſt multos.

Ipſe infirmitates noſtras.) Adduxit hoc teſtimonium Matthæus ex Eſaiæ capite quinquageſimotertio, nonnihil ad ſuum deflectens negocium. Etenim quod illic dictum eſt de paſſione Chriſti, & ſublatis hominum peccatis, hic accommodat ad ægrotos ſanatos, quanq; hæc ſanatio, illius typum habebat. Ad hunc modum excuſat Euangeliſtam Chryſoſtomus homilia uiceſimaoctaua, Hebræi ſic habent, אָבֵן חֳלָינוּ הוּא נָשָׂא וּמַכְאוֹבֵינוּ סְבָלָם, Hieronymus ita reddidit, Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros portauit. Pro languoribus ſeptuaginta uerterunt peccata.

Vaticiniũ nõnihil deflexum.

Iuſſit diſcipulos ſuos ire.) Diſcipulos ſuos addidit interpres explicãdæ rei gratia, ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν. Cum enim turbam cuperet effugere, dubiũ nõ eſt, quin diſcipulos uoluerit comites, certe è turba pauciores, uerti poterat p impersonale uerbũ. Iuſſit abiri ſiue diſcedi. Et quod ſequitur (Trans fretum) εἰς τὸ πέραν, etiã ad montem referri poterat, aut ſimile quippiam, niſi mox fieret mentio nauiculæ. Significat enim ulteriorem ſtagni ripam.

Addita quædam.

Filius hominis.) τοῦ ἀνθρώπου, ut nihil ex his uerbis agat Auguſtinus, qui putat Chriſtum non dici filium Adæ. Atq; huc torquet, quod dictũ eſt in pſalmis, Ego ſum uermis & non homo: Cum aliàs, tum epiſtola 120. Rurſus agens contra Fauſtum libro quinto, locum hunc adducit, probans Chriſtum natum ex fœmina. Verum haud difficilis eſt huius noduli ſolutio. Siquidem Chriſtus ſe filium Adæ uocat, quod ex eius poſteris prognatus eſſet, ex quo prodiſſent & cæteri mortales uniuerſi. Diuus Hieronymus ediſſerens caput Eccleſiaſtæ nonũ admonet iuxta ſermonis Hebraici proprietatem, uulgus hominũ, filios hominis dici, nam ijs quoq; locis ubi nos legimus, filij hominum, apud Hebræos haberi, בְּנֵי הָאָדָם hoc eſt filij hominis, uidelicet Adam.

Filius hominis pro filio Adæ.

Vbi caput ſuum reclinet.) Suum pronomen nec additur in Græcis codicibus, nec in antiquis latinis. Et abſolutior eſt ſermo, ut intelligas adeo nõ eſſe ubi totum corpus acquieſcat, ut nec ſit, ubi uel caput acclinet. Vt diſſimulem, quod paulo poſt ἄφες pro ſine uertit, dimitte. Nec eſt ſimpliciter ſuus, ſed τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς, id eſt ſuos ipſorum mortuos.

Et aſcendẽte eo.) ἐμβάντι αὐτῷ, id eſt, ingreſſum eum. Nec eſt nauiculam, ſed nauim, πλοῖον. Ne quis hic ingens ſomniet ſubeſſe myſterium, quod nauiculam dixerit, non nauim, Sanè nauiculam dixit non Euangeliſta, ſed interpres haud ſcio quis, & incertum quid ſecutus, certe τὸ πλοῖον, id eſt, nauigiũ ſiue nauim ſcribunt Euangeliſtæ cæteri, quos Græce ſcripſiſſe cõſenſus eſt omnium, ut donemus Matthæo Hebraice ſcriptum euãgelium, quod ipſum mihi nõ fit ueriſimile, cũ nemo teſtetur ſe uidiſſe ullũ illius Hebraici uoluminis ueſtigium. Siquidem illud quod Nazarænorum uocant, nec Hebraice ſcriptum teſtatur Hieronymus, ſed chaldaice, formulis duntaxat Hebraicis, inter apocrypha cenſetur. Deinde ſtilus Matthæi, cum ſtilo Marci planè conſentit, haud admodum diſſentiẽs à dictione Ioannis. Proinde mihi uidetur probabilius hoc euangelium eadem ſcriptum fuiſſe lingua, qua cæteri ſcripſerunt Euangeliſtæ. Idẽ ſentio de epiſtola ad Hebræos, quæ non ob aliud uiſa eſt quibuſdã primũ Hebraico ſermone conſcripta, niſi quod ad Hebræos ſit inſcripta, quaſi uero neceſſe ſit, ſi ipſe nunc librum ædidero aduerſus Iudæos, me Iudaice fuiſſe locutum, aut ſi ad Scotos, Scotice. Verum demus (ut dixi) Matthæum Hebraice ſcripſiſſe, non Græce, certe apud alios itẽ euangeliſtas πλοῖον legimus hoc loco, nõ πλοιάριον, id eſt, nauim, non nauiculam. Et tamen hinc ortum arbitror, quod paſſim iam nauiculam

Euangeliũ Nazarænorum.

culam appellent Petri, quoties ecclesiam significant. At magis conueniebat ingentem esse nauim, quæ uniuersum hominum genus reciperet, magisq; responderet ad typum arcæ, quæ capacissima fuisse describitur. Ad consimilem modum concilium distinguunt à conciliabulo, existimantes conciliabulum esse diminutiuum, aut compositum, quasi dicas concilium diaboli, cum apud Hieronymum in partem bonam pro concilio positum reperiatur. At hæc pluribus fortassis admonemus q̄ res ipsa postulat, nisi quod uideo quosdā in huiusmodi nugis, uelut in re seria mire philosophari, uel somniare potius. Nec mirū si labūtur in his ignari sermonis Græcanici. Quis enim suspicaretur hūc toties frustra dicere nauiculam pro nauí? Et tamē si quis interpretem percontetur cur toties nauiculam dixerit, nō habiturus sit quòd respondeat, nisi forte quod apud Lucianū in insulis fortunatis respondet Homerus, sic mihi tū libuit. Rursus paulopost pro nauí nauiculā uertit parū tempestiuiter ὑποκορίζωμ. Itē pro fluctibus, à fluctibus est ὑπὲρ κυμάτωμ. atq; ita legit Chrysostomus, ut omittam quod hic dè suo addidit aliquot uoces, ut & mox addidit Iesus, utiq; dè suo.

Non statim Hebraice scribit, qui scribit Hebræis.

Nauicula Petri, cuius typus arca Noe.

Imperauit uentis.) ἐπετίμησεμ, id est, increpauit. Atq; ita primitus fuisse scriptum opinor. Cæterum aliquis offensus dandi casu, uentis, quē tamen hic more græcanico solet addere, mutauit, imperauit. Hieronymus hunc explanans locū, utriusq; uerbi meminit, creaturæ inquiens, quas increpauit, & quibus imperauit, sentiunt imperantem, quod quisquis ἐπιτιμᾷ imperat quidem, sed pœnam comminans, ni pareatur. Atque illud qualis, non est ποῖος quo simpliciter interrogamus, sed ποταπὸς, quod admirationis habet ἔμφασιμ. Mox autem perperam omisit græcam coniunctionem (quia uenti & mare) ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα, quia & uenti & mare. Etiam si prior coniunctio, non tantum connectit, uerumetiam auget, quia mare quoq; & uenti obediūt ei, quæ nulli solent obedire. Rursus. Et cum uenisset Iesus) καὶ ἐλθόντι αὐτῷ, id est, cum uenisset, nec additur Iesus.

Imperauit, p increpauit.

ποῖος & ποταπὸς differunt.

Modicæ fidei.) Græcis unica dictio est, ὀλιγόπιστοι. Cogimur autem frequenter abuti hoc nomine fidei, sic recepto à Christianis ut mutari nō possit. Nam latinis fides, est præstantis, non confidentis, quæ fiducia magis dicitur. Nos igitur uarie circumlocuti sumus, quo sensus esset dilucidior, etiam ijs qui tantum latine sciunt.

Geraſenorum.) Græci legunt γεργεσηνῶμ, id est, Gergesenorum. Hieronymus in locis Hebraicis prodidit, sua etiamnum ætate uiculum extitisse in monte situm, haud procul à lacu Tiberiabis, ubi porcos in mare præcipites isse memorabant. Quanq; apud Marcum hic ipse locus Gadarenorum uocatur, & eodem nomine apud Lucam, unde colligere licet, eidem urbi, quæ regioni dedit nomen, diuersa fuisse nomina, & eandem dictam Gerasam, ac Gadaram, id quod indicat & diuus Hieronymus in locis Hebraicis, addens Gerasenorum mentionem fieri in euangelio. At idem mox in Gergessa refert illic porcos præcipites isse in mare, ut cōsequatur aut Gergessam uiculum esse in regione Gadarenorum, aut eandem esse Gergessam & Gadaram.

Gergessa eadem quæ Gadara.

Sæui nimis.) χαλεποὶ λίαμ, Hilarius legit periculosi pro sæui. Nam Græcis χαλεπὸς uox est πολύσημος, nunc sæuum, nunc molestum, ac difficilem, nunc atrocem, nonnunq; & periculosum significans.

Quid nobis & tibi.) Imo quid hīc interpreti cum græca figura? Vertēdum erat, Quid tibi rei nobiscum est? Ac mox (Erat autem non longe) Græci habent longe, ἦμ δὲ μακρὰμ, magno quidem consensu codicum quos ego uiderim, sed reclamantibus item magno cō sensu nostris. Ex Chrysostomo non potest certum colligi quid legerit, ne ex Hieronymo quidem, ex Hilario tantundem. Apud Vulgarium reperio ἦμ δὲ μακρὰμ scriptum, licet ex interpretatione parū liqueat, quid legerit. Nec est (si ejicis nos hinc) sed εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, id est, si ejicis nos, cōsentientibus & latinis exēplaribus peruetustis. Rursus, ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖμ εἰς τοὺς ἀγέλας, id est, permitte nobis, ut abeamus in gregem porcorum, ille uertit, mitte nos in porcos.

Diuersa lectio.

Magno impetu abijt.) unicum uerbum græcum, tribus est circumlocutus ὥρμησεμ, id est, ferebatur, siue ruebat. Nam omnino ὁρμὴ impetum significat. Ac rursum (hæc omia) hæc pronomen addidit aliquis de suo, quod nec in græcis extat codicibus, nec in uetustioribus latinis. Ac mox, καὶ τὰ τῶ δαιμονιζομένω, quod commode uerti poterat, & quæ acciderant dæmoniacis. Et aliquanto post, à finibus eorum, dixit pro à finibus suis.

ὁρμάω quid.

Ex capite

EX CAPITE NONO.

ET ascendens Iesus.) Iesus hoc loco non reperitur, nec in Græcis, nec in antiquis latinorum codicibus. Etiamsi in prima æditione, haud scio quo casu fuerat additum. Facit enim iteratio mox positi nominis, ut de altero quopiam Iesu loqui uideatur. Nec est ascendens, sed ἐμβὰς, id est, ingressus, siue conscensa naui, pro quo hic rursus nauiculam, quasi nauis non sit latinum. Præterea διεπέρασεν, id est, traiecit, rectius quàm transfretauit. Nam ut lacus mare dicatur, fretum haud uideo quomodo dici possit. Ac mox, Iacentem, βεβλημένον, de quo superius admonuimus.

Videns autem Iesus.) ἰδὼν, id est, cum uidisset autem. Et mox suo more, dimittũtur, pro remittuntur.

Dixerunt intra se.) Sermo græcus anceps est, potest enim accipi ut intelligamus illos inter se murmurasse. Sed satius est ut accipiamus, illos tacitos sic in animo fuisse locutos, propter id quod sequitur, Iesus sciẽs cogitationes illorum. Ac paulo post, Et cum uidisset Iesus.) ἰδὼν, Chrysostomus legit, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, id est, cum sciret Iesus, si tamen ij commentarij græci sunt eius, cuius habent titulum. Præterea (ut quid cogitatis) omisit uos, ἵνα τί ὑμεῖς, id est, ut quid uos. Et (quid est facilius) τί γάρ ἐστιν. i. utrũ enim est, Cõsentientibus & latinis uetustis, quod ad coniunctionem pertinet. Sed quod hic diminuit, mox repensat. Siquidem (dimittuntur tibi peccata tua) tua addidit de suo, quod nec apud Græcos, nec est in uetustis latinis.

Amphibologia in græcis.

Vt autem sciatis.) Subito mutata persona, duriusculam facit orationẽ, sequitur enim, tunc dicit paralytico.

Turbæ timuerunt.) Græcis est ἐθάυμασαν, id est, admiratæ sunt. Ita legit Chrysostomus homilia tricesima, & huic cõcinens Vulgarius. Etiã si Hilarius legit timuerunt. Addit eñ, opus istud admiratio consequi nõ metus debuit. Vnde apparet in quibusdam scriptũ fuisse pro ἐθάυμασαν, ἐθάμβησαν, Quarum uocum magna inter se affinitas est.

Duplex lectio.

In Telonio.) ἐπὶ τὸ τελώνιον, id est, ad Telonæum, locus est in quo sedet Telones, id est publicanus exigens tributũ, quod græcis τέλος dicit. Vt ne recenseam illa minutula, quod Matthæum nomine pro ματθαῖον λεγόμενον. Quod in (Ecce multi) coniunctionem & omiserit, Quod ἀκούσας uerterit uidens. Quod non uitarit amphibologiã (Non est opus medico ualentibus) cum licuerit dicere, Non egent qui recte ualent medico.

Misericordiam uolo.) Locus est Oseæ capite sexto. Hebraica sic habent כִּי חֶסֶד חָפַצְתִּי וְלֹא זָבַח, Hieronymus uertit ad hunc modũ. Quia misericordiam uolui, & non sacrificium. Ac paulo post (sed peccatores) Græci addunt ad pœnitentiam εἰς μετάνοιαν, etiamsi non addit Hieronymus, apud Chrysostomum tamen reperio. Nam leuiculũ est, quod mox προσέρχονται, id est, accedunt, uertit accesserunt.

Misericordia pro beneficentia.

Filij sponsi.) υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, id est, filij thalami nuptialis, id quod plus est quã sponsi, hoc est, filij sponsi domestici ac proximi. Ac aliquanto post. Immittit commissuram, ἐπιβάλλει ἐπίβλημα, id est, ut ad uerbum reddam, immittit immissuram, siue ut alibi uertit, assuit assumentum. Horatius pannum uocat. Assuitur inquiens pannus. Vulgus petiam uocat. Ac mox. Et peior scissura fit) σχίσμα, quod rupturam uertere poterat. Nonnunq; uocem græcam relinquit, ut apud Ioannem, & erat schisma inter eos, cum potuerit dicere dissensio.

νυμφῶν quid?

Panni rudis.) ῥάκους ἀγνάφου, quod modo dixit ἐπίβλημα, hic uocat ῥάκος, quæ est particula panni, ἄγναφον, quod nondum est à fullonibus apparatum, ueluti cum pannus à textore uenit. Quanq; γναφεῖς, id est, fullones, ueteres etiam uestes, aut sordidatas renouant ac repurgant, & rude dicitur, quod recens est. Sic enim uocat animos nondum humanis traditiunculis infectos. Operæprecium est uidere ac ridere, quantum hic tumultuetur Hugo, disputans, num hinc colligi possit, neophytis non esse indicendum ieiunium. Imo putat hæc ipsa ad monachos quosdam pertinere, qui quoslibet illectãt in nassam sui instituti. Deniq; notari & istos, qui uersicolari amictu utuntur, O scriptorem copiosum sic nascuntur ingentia uolumina.

ῥάκος & rudis quid.

Plenitudinem eius.) τὸ πλήρωμα, id est, supplementum. Sic enim appellant pannum additum

additum uesti,ad sarciẽdam rupturam.Offensus enim dissimilitudine noui panni,postea detrahit,& maior ac deformior fit ruptura.Item (uinum nouum in utres nouos) Nouũ & nouos nõ respondent eidem uoci apud Græcos.Nouum enim dicitur νέον, quod proprie respondet senio,& competit ijs quæ sentiũt ætatem. καινοὺς opponitur uetustati. Est autem & uinis sua quædam ætas, utribus aut panno non item.Porrò (quæ sanguinis fluxum patiebatur) Græcis unica dictio est, αἱμοῤῥοοῦσα ab αἷμα sanguis,& ῥόος fluxus,sanguinis profluuio laborans.Omitto minutiora illa,quod ἐν ἑαυτῇ intra se uerterit, pro intra sese,quod λέγει dicit,dicebat,quod ὀπισθεν, id est, à tergo,transtulit,retro. Cæterum θάῤῥει, quod hic male uertit confide, quodq; nos aliquoties uertimus bono animo esto, Ambrosius enarrans psalmum,Beati immaculati,sermone tertio,legit. Constãs esto filia.

Nouus νέος. Nouus. καινὸς.

Et dixit puella surge.) Hæc quinq; uerba,nec habentur in græcis exemplaribus,nec in uetustis latinis,nec adduntur ab Hieronymo.Ac paulo post:Et dixit eis Iesus, καὶ λέγει, id est, dicit, consentientibus & uetustis codicibus latinorũ.

Quia possum hoc facere uobis.) uobis non additur apud Græcos,& ὅτι perperã uertit,quia, pro quod possim,siue creditis me posse.Ac mox,utiq;,Græcis est ναί, quod alias uertit etiam.Est enim aduerbium affirmantis.Ac paulo post:Et comminatus est eis, non est ἐπετίμησαν,quod aliquando uertit increpare,aliquando comminari,sed ἐνεβριμήσατο, quod proprie significat acriter, ac uelut iracunde cõminari cum austeritate,ut euidentius sit,quod sequitur,illos omnia diuulgasse, sic enim rectius opinor transtulisset διεφήμησαν, & diffamauerunt: Certe circumloqui poterat,sparserunt famam eius.Item (nunc& apparuit) recte omisit ὅτι, quod tamen libenter solet addere. Vt dissimulem quod hic κώμας uertit castella,cum alibi frequenter transferat uicos,cum uici mœnibus careãt, castella minuta sint oppida,sed mœnibus cincta.Et quod νόσον lãguorem pro morbo.Nam quod μαλακίαν infirmitatem transtulit tolerabile est. Siquidem & Græci dicunt μαλακῶς ἔχειν, pro parum commode habere. Misertus est eis.) Plusculum emphaseos habet græca uox ἐσπλαχνίσθη, id est,affectu tactus est.Siquidem Hebræi uehementem ac pium affectum uiscera uocant.Et rectius erat erga eos,& eis. Ac mox (quoniam erant uexati) Ad eum modum legit & interpretatur diuus Hieronymus,& item Hilarius. Chrysostomus quoque legit ἐσκυλμωνοι, quod sonat diuulsos & diuexatos, quandoquidem grammatici uexare dictum uolunt à ueho,Nonnulli codices habebant ἐκλελυμωνοι, id est,dissipati seu dissoluti. Alterum uenit à λύω, alterum à σκύλλω. Iam quod protinus sequitur, ἐῤῥιμμωνοι, quod hic uertit iacentes, rectius uertisset dissectos siue sparsos,à uerbo ῥίπτω, quo participio usus est,& Lucianus,agens de stellis toto cœlo passim,temere,nullóq; ordine sparsis. Quanq; potest ἐσκυλμωνοι, pertinere ad ouium uellera sentibus dilacerata,& hoc posterius ἐῤῥιμμένοι, ad oues huc & illuc dispersas,id quod accidere solet, cum abest pastor. Nec enim aliud est animal destitutius, magisq; pendens de præsidio pastoris, & oues,id quod etiam prouerbio testatum est, προβάτειον ἦθος, id est,ouilli mores.

Cõminari uarie Græcis.

ἐσκυλμωνοι. ἐκλελυμένοι.

Ouilli mores.

Vt mittat operarios.) ὅπως ἐκβάλη, id est,ut eijciat,ut scriptum reperi in peruetustis codicibus,atq; ita uertit paulo superius interpres. Nos maluimus extrudat, ut intelligamus uel celeriter mittendos, ac uel inuitos & cõtantes extrudendos in opus dei,id quod alicubi notauit Hieronymus hunc citans locum.Hilarius pro mittat legit eijciat.

EX CAPITE DECIMO.

ET conuocatis duodecim.) καὶ προσκαλεσάμενος, ita fermè uertit,nec omnino perperam,nec apte tamen,cũ græca uox sonet ad se uocatis.Proinde nos uertimus accersitis duodecim.Et græcus articulus additus, τοὺς,indicat non posse accipi,de quibuslibet duodecim,sed de certis, nempe illis quos delegerat Iesus. Potestatem spirituũ immundorũ.) Plericq; græci codices habent, ἐξουσίαν τῶν πνευμάτων ἀκαθάρτων, id est,potestatem aduersus spiritus immundos. Quanq; apud Chrysostomum,si modo liber mendo uacat, non reperio additam præpositionẽ.Alioqui potestas spirituum intelligi poterat potestas,quã habent illi,nisi quod græcis potestas est, ἐξουσία, id est,ius in aliquem & autoritas.Proinde Hilarius offensus amphibologia legit,potestatem eijciendorũ spirituũ immundorũ,quanq; & hoc mox addidit euãgelista.Subinde rursum omnẽ languorẽ,languorẽ uertit νόσον, de quo iã dictũ est.

potestas spirituũ,sicut potestas maris an recte.

Primus Simon.) Indicat diuus Hieronymus non eodem ordine recenseri apostolos ab alijs euangelistis quo a Matthæo, ne quis ob hoc omnium primũ faciat Petrum, quod hic primo loco ponitur. Nam cæteri primum locum tribuunt Matthæo, proximũ Thomæ. Et Hieronymus existimat eius esse, ordinem ac merita singulorum apostolorum distribuere, qui illos delegit, innuens, ut uidetur, autoritatem apostolis omnibus parem fuisse, quod ad apostolici muneris functionem attinet. Cæterũ ordo qui extat in nostris uoluminibus, nonnihil dissidet à Græcis, at Græci consentiunt cum Hieronymo, qui per iuga digerit apostolorum numerum, sic ut primo loco iungat Petrum & Andream. Proximo Iacobum Zebedæi & Ioannem fratres. Tertio Philippũ ac Bartholomæum. Quarto Thomam & Matthæum. Quinto Iacobũ Alphæi, & Lebbæum cognomento Thaddæum. Sexto Simonem Cananæum, & Iudam Iscariotem. Simonem Petri cognomine distinguit à Simone Cananæo: & Iacobum Zebedæi filium, ab Iacobo Alphæi filio. In quo obiter illud admonendum τὸν ζεβεδαίου, articulum græcum uertendum fuisse in id nomen, quod in articulo subauditur. Cæterum cum unus fuerit Matthæus, ut opus non esset nota, qua discerneretur, & si fuisset opus, habebat & alterum nomen, nempe Leui, tamen addidit, ὁ τελώνης, siue ut se deijceret, siue ut ostenderet omnibus aditum patere ad Christũ. Etiam si græcus articulus patitur, ut uertatur, qui fuerat publicanus, aut ille quondam publicanus. Cæterum Iudæ proditori, cognomen addidit, siue ut discerneret ab Iuda Iacobi filio, qui idem Thaddæus ac Lebbæus dictus est, ut sit trinominis, siue ut ex cognomine significaret eum ei facinori natum, quod Isachar יִשָּׂשכָר Hebræis sonat mercedem, atque à tribu unde fuit oriundus nomen sortitus uidetur. Quanq̃ non desunt, qui à uiculo cognomen deductum malint. Nec est Schariotes, quemadmodum habetur in nostris codicibus, sed Iscariotes. Nam idẽ facimus latini cognomẽto Iudæ, quod Græci faciunt Hispaniæ, σπανίαν pronunciantes, cum teste Plinio terra sit insigni fertilitate. Opinor id à Prænestinis natum, quibus, ut ait Plautus, Conia est Ciconia. Apud Chrysostomum Iscariotes legitur. Ad hæc (Lebbæus cognominatus.) In latinis exemplaribus non legitur, sed tantum Thaddæus.

Trinominis.

Iscariotes.

Misit Iesus.) ἀπέστειλεν, id est, emisit, siue potius emandauit. Siquidem id est proprie ἀποστέλλειν, cum mandatis emittere, à quo uerbo dicti sunt apostoli. Nec est in ciuitates Samaritanorum, sed in ciuitatem, εἰς πόλιν, quod efficacius est, ut intelligas in nullam ciuitatem illorum eundum. Rursus (ad oues quæ perierunt,) πρὸς τὰ πρόβατα ἀπολωλότα, id est, ad oues perditas, ut frequenter citat hunc locum Hieronymus. Vt ne dicam, quod ὅτι ἤγγικεν, primum omittenda fuerit coniunctio græca, deinde appropinquabit non esse futuri temporis, sed præteri, uertendum, adest, siue instat, siue in propinquo est. Qua de re iam admonuimus.

Nolite possidere.) μὴ κτήσασθε, quod magis significat parare, quàm possidere, ut hæc tria simul referantur ad id quod sequitur, in zonas. Siquidem ex hisce tribus rebus solet cudi moneta, quæ primum ærea fuit ac ferrea, nam utrunque significat χαλκὸς, deinde argentea, postremo aurea, ut contra acciderit pecuniæ, ac moribus hominum, qui ex aureis degenerarunt in pluscq̃ ferreos. Porrò quod dixit εἰς τὰς ζώνας, id est, in cingulos, iuxta ueterum morem locatus est: Iuxta quem milites, si quid erat æris, id in zonis gestabant. Vnde prouerbium illud apud Flaccum, zonam perdidit, de eo cui nihil erat pecuniæ, quemadmodum in Chiliadibus nostris copiosius explicatum est.

Zona pecrumena.

Neque duas tunicas.) δύο χιτῶνας, Latinius erat, neque binas tunicas. Nam Græci nesciunt hanc elegantiam, quæ tamen non erat negligenda latino interpreti.

Interrogate.) ἐξετάσατε, id est, exquirite. Et ἄξιος, dignus posuit absolute pro idoneus, quod nonnulli latini perperam imitantur. Donec exeatis.) ἕως ἂν ἐξέλθητε, id pertinet ad illud quod proxime præcessit εἰσέλθητε, & utrunq; refertur ad ciuitatem. Nam præceptũ eo spectat, ne crebro mutet hospitium, néue ambiant apud quem diuersentur: Neq; rursus temere in quamuis irruant domũ, quæ paulo post sit mutanda.

Dicentes pax huic domui.) Horum uerborum nihil est in græcis exemplaribus, nec addūtur ab Hieronymo, Tantum est salutate eam. Imo cum ait, occulte salutationem Hebraici, ac Syri sermonis expressit, indicat salutationem non fuisse explicatam. sed ex hoc colligi, quod sequitur, ueniet pax uestra supra eam. In uetustissimo quodã exemplari latino

Additum quiddam in euangelio.

latino aſcriptum reperi, ſed in margine. Primum dicite, pax huic domui. Vnde coniȝcio, quod ferè fit, hoc ex alijs Euangeliſtis huc additum fuiſſe. Quanquàm ne quid diſſimulem, additur apud Hilarium in canone, & apud Chryſoſtomū homilia triceſima tertia. Rurſus apud Vulgarium non additur. Porrò ne quis exiſtimet nouum hoc ſalutationis genus primum à Chriſto fuiſſe repertum, qui ſic uſus eſt omnibus rebus uulgatiſſimis, ut eas longe aliò traheret. Quēadmodum Græci ſolenni more dicunt χαῖρε, Latini ſalue, ſic Hebræi Syriȝ שָׁלוֹם לָךְ Scholom lecho, id eſt, pax tibi. Eam ſalutationem nunc ſibi, ceu peculiarem uendicant epiſcopi, parum decoram ijs, qui non ſolum ipſi belligerantur, uerum etiam alios ad bella concitant. Cæterum in (domus illa) illa addidit interpres de ſuo, cum non ſit nec in Græcis codicibus, nec in antiquis latinis.

Pax tibi, ſalutatio uulgaris apud Hebræos.

Veniet pax ueſtra.) ἐλθέτω, id eſt, ueniat. Nec eſt reuertetur, ſed reuertatur, ἐπιſτραφήτω, Suffragantibus & uetuſtiſſimis latinorum codicibus. Ac paulo poſt (de domo uel ciuitate) Græci addunt ἐκείνης, id eſt, illa. Et ſimplices.) Non eſt ἁπλοῖ, ſed ἀκέραιοι, quod alias uertit ſynceri. Mire uero pinxit Chriſtus hac ſimilitudine ſimplicem prudentiam, ac prudentem ſimplicitatem, hominum uere Chriſtianorum. Innoxium animal columba, & cui totum ſalutis præſidium in alarum pernicitate ſitum eſt. Eſt enim hæc auis perniciſſimi uolatus, Et arte magis ȝ uiribus ſuam incolumitatem tuetur ſerpens. Nam hactenus conſiſtit collatio. Cauete autem ab hominibus.) ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, id eſt, ab illis hominibus, id indicante articulo. Neque enim monet omnes homines obſeruandos, ſed malos, de quibus mox dixerat, ac paulo poſt loquitur.

Simplex bifariam dicit Græcis.

In conſilijs.) εἰς συνέδρια, id eſt, in concilia, hoc eſt conſeſſus ſenatorum, ac iudicum. Ac rurſus ſynagogas, rectius uertiſſet conciliabula, ſiue conciones, nec enim tantum loquitur de templis Iudæorum (Ad præſides autem.) græce eſt ἡγεμόνας, quod omnino præſidē, ſeu præfectum prouinciæ ſignificat aliquoties. Cæterum illud, nolite cogitare, græce eſt, μὴ μεριμνήσητε, id eſt, ne ſitis anxij, ſiue ſolliciti, Et rurſum (odio omnibus) μισούμενοι ὑπὸ πάντων, id eſt, odio habiti ab omnibus, uariauit, ſed recte. Non conſummabitis ciuitates.) οὐ τελέσητε, quid eſt non conſummabitis? Num illi ædificabunt ciuitates? Cur autem hic ueritus eſt à uerbis aliquantum recedere, cum idē ſæpenumero faciat ſine cauſa? Nam ſenſus eſt, Filium hominis cito uenturum, & priuſq; illi poſſint peragrare omnes ciuitates Iſraeliticas. Ac rurſum donec ἕως durius poſitum, ȝ in initio huius euangelij. Ad hæc, ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, ὑπὲρ τὸν κύριον, ſuper magiſtrum, ſuper dominum, Cur non potius ſupra præceptorem, ſupra dominum, ſiue ſuperior aut potior domino.

Conſūmabitis obſcure uerſum.

Beelzebub.) Mirum cur Græci perpetuo mutent b in l in hac dictione, beelzebul ſcribentes pro beelzebub, cum neutrum elementum apud illos finale ſit μ & λ. Alioqui hæc uideri poterat cauſa, præſertim cum neq; uocum, neq; figurarum ulla ſit affinitas, ut auriū, aut ſcribarū errore factū uideri poſſit. Diuus Hieronymus indicat, idē eſſe beel, & baal, & ſonare Hebræis idolum, בַּעַל & zebub, זְבוּב muſcam, quaſi dicas idolum muſcæ, atq; hoc nomine ſpurciſſimum idolum fuiſſe Accaronitis, qui ſunt quidem in regione Iudææ ſed impij. Ab hoc Hebræi principem dæmoniorum Beelzebub appellaſſe.

Beelzebub quid ſonet Hebræis.

Quod non reueletur.) ἀποκαλυφθήσεται, id eſt reuelabitur, atque ita legit Hilarius. Etiamſi nondū redditur græcarū uocū inter ſeſe affinitas κεκαλυμμένον & ἀποκαλυφθήσεται, id eſt, tectum & retegetur. Ac rurſum γνωσθήσεται, id eſt, ſcietur, non, ſciatur.

Prædicate.) κηρύξατε, quod proprium eſt præconum, & publicitus apud populum ſua uoce promulgantium aliquid. Gehenna uero uocabulum negat hieronymus in antiquis inueniri libris, ſed primum à Chriſto proditum. Locus eſt in ſorte tribus Beniamin, ſed ab impijs poſſeſſus, in quo filios exuſtos igni deuouebant & immolabāt dæmonio Moloch, quemadmodum ethnici nonnulli Saturno: Is uocabatur Tophet, ſitus in ualle filij Ennon, quemadmodum legis quarto Regum Cap. uiceſimotertio. Cæterū גֵּיא He bræis uallem ſignificat. Et dominus apud Hieremiam Cap. ſeptimo, comminatur ſe commutaturum nomen loco, ut non amplius dicatur uallis Tophet aut Baal, neq; uallis Ennon, ſed πολυάνδριον, id eſt, tumulus multorum cadauerū. Vnde locus apud Iudæos execrabilis habebatur, quemadmodum apud Græcos κυνόσαργες, de quo dictum eſt à nobis in Chiliadibus. Apud euangeliſtas uſurpatur pro loco in quo cruciantur impij.

Gehenna quid & unde dicta.

Passerculi. Duo passeres.) Δύο στρουθία, id est, duo passerculi, & diminutio facit ad emphasin. Ac mox rursum ἀσσαρίῳ asse diminutiuum est, quasi dicas teruntiolo. Quanq; Rhomanam uocem effinxit, siue interpres, siue Euangelista. As enim siue assis, qui & libella dicitur, nummulus erat, cuius uilitas etiam prouerbijs testata est. Catullus, Omnes unius æstimemus assis. Illud mirum, Hilarium subinde repetisse unum pro unus, quod στρούθιον apud Græcos neutri generis sit, nisi forte malumus hoc imputare librarijs. Cyprianus citat, neuter, quod duorum esset facta mentio. Mirum autem quid secutus Chrysostomus legat, & unus ex illis non cadet in laqueum sine patre uestro. Et ad eundem sanè modum legit Origenes homilia in Lucam trigesima secunda. Nam ut Origenis non sit hoc opus, tamen hominis est eruditi. Vulgarius nobiscum legit super terram.

Ἀσσάριον.

Cadet in laqueũ pro cadet in terrã.

Vestri autem.) Vestri hoc loco primitiuum pronomen est potius q̃ deriuatiuum, quasi dicat, de uobis. Nam Græci carent hac distinctione. Significat autem uilissimam hominis partem. Interpres, aut certe scriba omisit græcam coniunctionem, καὶ, &: Et capilli, seu magis pili, quæ tamen ad emphasin facit, cum sentiat, adeo nos non esse neglectui patri cœlesti, ut is capillos etiam nostros habeat numeratos. Paulóque post meliores estis, διαφέρετε, id est, præstatis, quod alibi uertit, pluris estis. Nec est (confitebitur me) sed in me ἐν ἐμοί. Hoc est in nomine meo. Item confitebor in eo ἐν αὐτῷ. Sic legit & Chrysostomus.

Et pro etiã.

Separare hominem aduersus &c.) διχάσαι, quod significat in duo diducere quæ prius erant coniuncta, quod subnotasse uidetur & Chrysostomus hunc edisserens locum. Vnde Græci διχοστατῆν uocant per seditionem inter se contendere, & seditionem διχοστασίαν, quoties scinditur incertum studia in contraria uulgus. Locus autem est apud Micheam cap. septimo, iuxta ueritatẽ Hebraicam. Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui, quia filius contumeliam facit patri, & filia cõsurgit aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam, inimici hominis domestici eius.

διχάσαι.

Qui inuenit.) ὁ εὑρών, id est, qui inuenerit. Est enim præteriti temporis, ut & illud, ὃ ἀπολέσας, qui perdiderit, sic paulo post, (mercedem prophetæ accipiet.) Neq; prophetæ, neque iusti apud Græcos additur articulus τοῦ, unde non potest accipi de certo prophetaue iusto, sed de quocunq;, non de eo qui recipitur, ut sensus sit, ipsum quoq; qui prophetam receperit, fieri prophetam, qui iustum receperit fieri iustum.

Ex minimis his.) τῶν μικρῶν τούτων, id est, è pusillis his, siue è paruis, ne frustra sibi placeant quidam qui se minimos uocant, cum alij minorum occuparint cognomen. Quanq; minimis legit & interpretatur Hilarius. Ex Hieronymi, Chrysostomiq; interpretatione, non satis liquet quid legerint. Et huius ipsius euangelistæ cap. uicesimo quinto, ἐλαχίστων legitur. Quamdiu fecistis uni ex minimis istis &c. At mox (Calicẽ aquæ frigidæ) Græce est ποτήριον ψυχροῦ, id est, poculũ frigidæ, ut subaudiendũ sit ὕδατος. Sic em̃ loquuntur & latini, frigida lauat: Et frigidã poposcit. Porrò μόνον, id est, tantũ, quod proxime sequit̃, referri potest, uel ad superiora, ut sit sensus, sufficere si quis uel frigidã duntaxat aquã exhibeat, uel ad sequentia, ut intelligas satis esse quiduis, modo id fiat tanq; discipulo Christi.

Frigidã poposcit.

EX CAPITE VNDECIMO.

Cõsũmauit præcipiens.

Vm consummasset præcipiens.) Græcânicam figuram male reddidit interpres. Est enim iuxta sermonis proprietatem participium positum uice uerbi infiniti, ἐτέλεσε διατάσσων, pro διατάσσειν. Quemadmodum, μέμνημαι ἐλθών, id est, memini ueniens, pro memini uenisse. Proinde nos uertimus, cum finem fecisset Iesus mandandi, siue præcipiendi.

In uinculis.) ἐν δεσμοτηρίῳ, id est, in carcere. Nomen est à uinculis dictum. Nam est aliud φυλακή à custodia dictum. Et mox τὰ ἔργα, cur nõ potius facta q̃ opera? Nam opus est quod extat, ueluti domus. Quanq; in his minutulis sæpe conniuemus. Vt ne dicam quod in πέμψας mittens uertit, pro missis duobus, non obseruata temporis ratione.

Tu es qui uenturus es.) σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, id est, tu es ille ueniens siue uenturus. Est enim Græca uox ad utrumlibet tempus anceps. Illud maioris est momenti, quod ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε, id est, auditis & uidetis uertit, quæ audistis & uidistis. Est enim plenior sensus, ut de omnibus, quæ faciebat Iesus, intelligatur. Et Cœci uident.) ἀναβλέπουσι, Græcis expressius est, quasi dicas reuident, seu recipiunt usum.

Pauperes

Euangelizo te græce dũtaxat.

Pauperes euangelizantur.) εὐαγγελίζονται. Planè Græcorum more locutus est interpres, qui cum dicant bene facio te, & benedico te, proinde & passiuis horum ἀναλόγως utuntur, bene patitur abs te, benedicitur abs te. Nam utroq; modo loquuntur, εὐαγγελίζω σοι & εὐαγγελίζω σε, ut indicat Theodulus de dictionibus rhetoricis. Proinde nos uertimus, pauperes letum accipiunt nuncium. Allusit enim ad uerba prophetæ. Euangelizare pauperibus misit me. Illa leuicula sunt, quod σαλευόμενον uertit (agitatam) pro eo quod est, quæ agitatur siue mouetur, sed huc & huc undarum more. Vnde Hilarius, ut temporis etiam rationem obseruet, uertit, arundinem uento moueri. Et quod οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, uertit, qui mollibus uestiuntur, pro mollia gestantes, ut subaudias, uestimenta.

Etiam dico uobis.) ναὶ, id est, certe, aduerbium confirmantis, quod paulo superius uertit utiq;. Cæteris enim abnegatis, postremũ hoc confirmat. (Et plusq; prophetam.) Bene uertit, si περισσότερον legas genere neutro, sin masculino, sonat præstantiorem propheta. Nec hic liceret articulum apponi, τὸν προφήτην, quod ad nullum certum prophetam possit accommodari, cum illum omnibus anteponat.

Nati mulierũ qui cõtra opinionem Hieronymi.

Inter natos mulierum.) ἐν γεννητοῖς γυναικῶν. Absolute dixit, ut ad omnia pertineat, quæ possint è mulieribus nasci. Non quod alios sentiat q; homines, sed quod schema sermonis habeat epitasin. Iam tametsi pie ratiocinatur Hieronymus, Christum non teneri hac formula, quod ex uirgine sit natus, tamen ad reuincendum contentiosum nõ satis haberet ponderis, cum alibi Christus ipse matri loquens dicat, γύναι, id est, mulier. Deinde, quorsum opus erat mox excipere seipsum, si non tenebatur hac formula? Ait enim de se, sed qui minor est in regno cœlorum, maior est illo.

Regnũ cœlorũ uim patitur, secus interpretatũ q; plerisq; accipiunt.

Vim patitur.) βιάζεται, id est, ui inuaditur, siue occupatur, uel ob turbam irruentium, ac ui conantium irrumpere, adeo iam urgebat tempus euangelij. Etiam si me non fugit Hieronymum, Augustinum, cumq; his plerosq;, secus hunc locum interpretari. Verum liceat & à probatissimis autoribus alicubi dissentire, quandoquidem illi non solum fuerunt homines, uerum permisere sibi in tropologia nonnunq; abuti scripturæ testimonijs. Primum illud liquet opinor, hoc loco regnum cœlorum dici, nouam euangelij doctrinam, ad quam iam ultro confluebat turba, ceu pertesa Mosen. Nec enim in hoc uim patitur doctrina Christi, neq; ui rapitur, si nos uim admouemus affectibus nostris, sed magis uim facit. Ad hæc quid hic senserit, ipse mox explicat. Omnes enim prophetæ & lex usq; ad Ioannem, uidelicet causam reddens, cur ita cupiant irrumpere, cum Mosaicæ legis tempus iam præteriisset. Ita cõnectit sermonis consequẽtiam & Chrysostomus homilia trigesimaoctaua. Nec Hilarius ab hac nostra sententia admodum discrepat, interpretans cœlorum regnum Iudæis uelut debitum ex pacto, uiolentia fidei occupandũ à gẽtibus. Eius uerba si quis requiret, subscribam. Vt rerũ, inquit, natura exigit, uim potentior affert, minoriq; erit cui uis affertur. Quid est ergo, quod diripiens est, quodq; uim patitur, contuendũ est. Infidelitatẽ discipulorum Ioãnis dominus animaduerterat, turbæ etiã opinionẽ de eius nuncio intellexerat, in cuius scandalo ingens fidei periculũ sentiebat, ire potius apostolos ad oues perditas Israel iusserat. Ipsos institui oportebat in regno, & in Abrahæ, ac Isaac & Iacob familia retineri. Sed omnis hæc prædicatio profectum publicanis & peccatoribus afferebat. Ex his em̃ iam credentes, ex his iam apostoli, ex his iam regnũ cœlorum. Cæterũ Ioanni à plebe nõ creditur, autoritatẽ Christi opera nõ merentur. Crux futura erat scandalo, iam prophetia cessat, iã lex expletur, iam prædicatio omnis includitur, iam Heliæ spiritus in Ioannis uoce præmittitur, Alijs Christus prædicatur, & ab alijs agnoscitur, Alijs nascitur, & ab alijs diligitur. Sua eum respuunt, aliena suscipiunt. Proprij infectantur, complectuntur inimici. Hæreditatem adoptio expetit, familia reijcit. Testamentũ filij repudiant, serui recognoscunt. Itaq; uim regnum cœlorum patitur, inferentes diripiunt illud. Quia gloria Israel patribus debita, à prophetis nunciata, à Christo oblata, fide gentium occupatur & rapitur. Hactenus Hilarij uerba retulimus.

Hilarius, unus nobiscũ faciens.

Ipse est Helias.) Locus est in calce Micheæ prophetæ, Ecce ego mittã Heliã prophetã, anteq; ueniat dies domini magnus & horribilis.

Helias apud Micheam.

Helias qui uenturus est.) Mollius erat, qui uenturus erat, Nã quo pacto uenturus est, qui iã prædicationẽ suã peregerat? Notũ est autẽ participia præsentis temporis, etiam ad præteriti imperfecti significationẽ pertinere.

Simile æstimabo.) ὁμοιώσω, id est, assimilabo

Forum duplex. assimilabo, siue quod latinius est, similē esse dicam. Hieronymus annotauit hic græce esse, ἐν ἀγορᾶις, id est in mercatibus siue foris. Nā latinis forū est etiā in quo aguntur causæ. Cæterum ἀγορὰ Græcis proprie forum est rerū uenaliū. Vnde uerbū ἀγοράζομαι, id est, emo: Nec est (damantes) sed προσφωνοῦντες, id est, acclamantes, siue alloquentes. Rursum, non est (coæqualibus) sed, ἑταίροις, id est, sodalibus. Hilarius habet, & clamantibus inuicē, ex quo coniicio illū legisse ἑτέροις pro ἑταίροις. Nec est simpliciter cecinimus, sed ἠυλίσαμεν, id est, cecinimus tibijs. Ita sanè citat diuus Augustinus libro quæstionū euangelicarū secundo, capite undecimo, Cantauimus tibijs & non saltastis. Quis autem unq̄ dixit lamētauimus? ἐθρηνήσαμεν, id est, lamentati sumus, siue luximus, aut, ut sensū magis exprimā, lugubria cecinimus. Siquidē ueteres uarijs harmoniarū modis, quos appellāt Phrygiū, Doriū, Lydiū, uarios mouebāt affectus. Tibijs ad alacritatē incitabant, & legimus ἀδμήτου μέλος; pro lugubri cantione. Sensus igitur est, diuersis rationibus tētauimus uos excitare, nec ulla pacto potuistis cōmoueri. Porrò planxistis, Græcis est ἐκόψασθε, quod inde dictum est, quod olim in luctu seipsos cederent manibus, qui proprie planctus dicitur. Apparet aūt uulgarē fuisse cantiunculā, quā pueri inter se canerēt. Quēadmodū & Pittacus consulto rē suū ad pueros trocho lusitantes mittit, ut audiat τὰ ἑαυτοῦ ἕλα. Quēadmodū copiosius dictū est in Chiliadibus nostris. Dæmoniū habet.) In nōnullis scriptum erat, ὅτι πνεῦμά ἐστιν, id est spiritus est. Sed dissentiētibus cæteris omnibus. Erat aūt & hoc unū è criminibus Socratis, quod geniū haberet peculiarē, qui uocatur Socratis dæmoniū.

Filius hominis, id est, Adæ.

Venit filius hominis.) ὁ ἄνθρωπος, ut ad Mariā referri nō possit, cum articulus sit generis masculini, ne quis hic frustra philosophet in filio hominis, quod alicubi facit Augustinus.

Homo uorax.) Græcis est φάγος, quod magis sonat edacē siue comedonē. Deinde quod sequitur (Vini potator.) apud Græcos iucūdius est ob dictionē compositā οἰνοπότης quasi dicas uinibibus, cui pugnat ὑδροπότης, aquæbibus. Atq̄ hinc uerba composita, οἰνοποτεῖν ὑδροποτεῖν. Horatius: Quæ scribūtur aquæ potoribus. Ac rursum plurimæ uirtutes δυνάμεις est, de quo iā admonuimus. Nec est, corazam apud Græcos, sed χωραζεὶν, id est, Chorazin. Sunt autē castella Galilææ Bethsaida & Chorazin. Itē ἀνεκτότερον, remissius, quod ante uerterat tolerabilius. Nunquid usq̄ in cœlū.) Interpres legisse uidetur ἢ pro ἢ, hoc est coniunctionē pro articulo. Et diuus Hieronymus admonet hūc locū bifariā haberi in exemplaribus. In his quæ nos uidimus sic est scriptū, ἢ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα; ἕως τοῦ ᾅδου καταβιβασθήσῃ, id est, quæ ad cœlū usq̄ exaltata es, siue elata, usq̄ ad inferos deduceris. Et sic adducit Chrysostomus homilia in Ioannē uicesima secunda, ac rursus in Matthæū tricesimaoctaua.

Forte pro utiq̄ nō recte.

Forte manssissent.) ἔμειναν ἄν. Quorsum opus erat hic forte, nisi quod interpres omnino abusus uidet passim, forte, uice cōiunctionis expletiuæ. Paulo superius eandē prætermisit. In cilicio & cinere pœnitentiā egissent. Et quā nunc dubitantis esse uult, alibi facit cōfirmantis, ut in epistola ad Hebræos, si illud prius culpa uacasset, nō utiq̄ secūdi locus quæreretur. Obsecro quid sibi uult hæc tā auida uarietatis affectatio, uel cū ipsius incōmodo sensus? Nā hic confirmationē res ipsa desyderabat potius, q̄ addubitationē. Quin & illud excutiendū, quomodo Iesus scribatur respondisse, cū nullus quicq̄ interrogarit, nisi forte ideo responsum dicitur, quod superiori sermoni subijcia-

Stulti cognomen in literis diuinis.

tur. Ac paulo post, Quia abscōdisti, rectius erat, quod abscōderis. Et cōfiteor dixit, iuxta sermonis Hebræi proprietatē, pro laudo, seu gratias ago, unde & nos ita uertimus, quo sensus esset dilucidior. Confitet enī & agnoscit beneficiū, qui gratias agit. Ac mox (paruulis) est νηπίοις, qd & stultū significat & infantē, hoc est q ætatis uitio nōdū sapiat. Nō enī dixit μωροῖς, qd annotauit & Chrysostom⁹. At hic magis quadrabat stultis, ut opponat sapiētibus. Nec est qd quēq̄ offendat stulti cognomē, cū palam dicat Paul⁹: Quæ stulta sūt mūdi elegit deus. Nec enī hic sapientes uocat, qui uere sapiūt, sed qui mūdo uidentur sapere.

Ita pater.) Ναὶ ὁ πατήρ, Quod aliàs uertit etiam, aliàs utiq̄, nūc uertit ita. Preterea pater nominandi casus est, non uocandi, quo tamen haud scio, quam ob rem in diuinis literis abutuntur, ut deus meus, ὁ θεός μου. Porrò (sic fuit) recte omisit coniunctionē ὅτι. Etiā si quidam habent, quoniā sic fuit. Et (placitū fuit) ἐγένετο εὐδοκία, id est, fuit bona uoluntas, siue beneplacitū. Et (ante te) ἔμπροσθέν σου, id est, coram te, siue in oculis tuis. Rursus illud (reficiā uos) est ἀναπαύσω, id est, refocillabo, siue recreabo. Nec enī, ad cibū est referendū,

sed ad

sed ad remedium lassitudinis,cum ab hoc uerbo deductum sit nomen, quod mox uertit requiem ἀνάπαυσιν,quod in psalmis uertit refectionem, super aquas refectionis. Cæterũ

Iugũ suaue.

(Iugum meum suaue) χρηστὸν magis sonat facile,commodũ, aut humanum,siue blandum & suaue,quod aliàs uertit bonum,siue bonitas,ut suo demonstrabimus loco. Nam iugum appellat imperium,quod mite, blandum,ac minime asperum, minimeq; seuerum uult intelligi.Mirum quid secutus Augustinus,q locũ hũc sic adduxit libro quæstionũ ad Simplicianum primo: Iugum enim meum leue est,& sarcina mea suauis est, nisi forte id librariorum incuria fuit inuersum.Ambrosius explanans psalmum,Beati immaculati,uocis huius proprietatem annotauit,uertens χρηστὸν suaue,sed in psalmo pro eo quod nos legimus bonitatem,ille iucunditatem legit. Mouet hoc loco diuus Hieronymus quæstionem,quomodo iugum Euangelicæ legis leuius ac mollius dicatur lege Mosaica,cum hæc factũ duntaxat puniat,nostra uoluntatem quoq;, neq; soluit quod proposuit. Certe Mosaicam legem superstitioso,ac rebelli populo pro tempore impositã,Petrus in actis apostolorũ aperte uocat onus durũ,& graue,quod nec ipsi, nec maiores ipsorum portare ualuerint.Neq; dubitari potest, quin uerum sit quod ueritas ipsa pronunciauit. Vere blandum est iugũ Christi,& leuis sarcina, si præter id quod ille nobis imposuit, nihil imponeretur ab humanis constitutiunculis. Præter mutuam charitatem nihil ille præcipit, neq; quicq; tam amarum est, quod non condiat, condulcetq; charitas. Facile toleratur, quicquid est secundum naturam. Nihil autem magis congruit cum hominis natura, quàm Christi philosophia,quæ penè nihil aliud agit, q; ut naturã collapsam suæ restituat innocentiæ,synceritatiq;. Sed quemadmodum apud Iudæos legem per se molestam aggrauabant hominum constitutiones, ita cauendum est etiam atq; etiam, ne Christi legem per se blandam ac leuem,grauem & asperam reddant humanarum constitutionũ,ac dogmatum accessiones.Quæ sic primũ obrepunt,ut uel tanq; pusilla negligantur,uel pietatis specie commendata libenter amplectantur etiam,homines probi magis q; prouidi. Semel recepta paulũ glisscunt,augescunt,donec in immensum aucta,iã nolentes premant, & obruant,seu cõsuetudinis,cuius uiolenta tyrannis est,præsidio,seu principũ autoritate,quod temere receptũ est in suũ emolumentũ abutentiũ,mordicusq; retinentiũ. Quàm pura, q; simplex fides à Christo nobis tradita,q; huic simile symbolum,siue ab apostolis ipsis, siue à uiris apostolicis proditũ? huic deinde multum adiunxit ecclesia, dissidijs hæreticorum dissecta,uexatáq;:quorum etsi quædam sunt,quæ citra fidei dispendiũ poterant omitti,tamen pleraq; uidebantur etiã mnũ ad rẽ perinere. Tot iam erant symbola,quot homines, nihilo melius bonæ fidei signũ, q; cũ in cõtractib⁹ res multis,ac uerbosis syngraphis agit, quæ cũ ad excludẽdas captiones adhibeant, quo circumspectius scriptæ sunt,hoc plus captionum solent ferè gignere. Postremo res eò paulatim deducta est, ut scholasticorũ alii quot placita,ut articuli Parisienses,ut homunculorum quorundam noua quædã ad fastũ comminiscentiũ,uel opiniones,uel somnia,propemodum æquentur articulis fidei apostolicæ. Atq; ex his Christiani aut non Christiani censemur,quæ ne tantulum quidẽ ad Christianam attinent pietatem. Iam q; popularis,q; expedita est doctrina Christi,apostolica, & patrũ apostolicorum,q; nunc impedita,spinosa,ne dicã tenebricosa facta,partim admixtu legum,ac disciplinarũ humanarũ, partim somnijs, & inuẽtiunculis ambitiosorũ hominũ, Postea q; sacræ theologiæ ꝓfessio scenica quædã ac theatrica res esse cœpit. Tota hominis ætas non sufficit quæstiunculis,& inutiliũ argutiarum labyrinthis. Inter hæc quando Christianæ uitæ studiũ? si iam octogenarij tantũ dubitare didicimus? Nã de humanarum constitutionum onere,quid attinet dicere,cum iã olim diuus Augustinus in epistola ad Ianuarium stomachet̃ ac deploret ecclesiã Christi sic premi, ut tolerabilior ꝓpè fuerit Iudæorũ q; Christianorũ cõditio? Et th̃ ille ob friuola quædã nudipedalia nescio quæ destomachat̃. Quid si uideret liberũ illũ Christi pop̃ulũ,tot legibus,tot ceremonijs,tot laqueis irretitũ? neq; simplici hominũ tyrãnide oppressũ? principũ ꝓphanorũ,episcoporũ, cardinaliũ,pontificũ? multóq; maxime,horũ satellitũ? Ipsis sacramentis ad hominũ salutẽ institutis,ad quæstũ nostrũ,ad fastũ,ad tyrãnidẽ, ad opprimendũ plebeculã abutimur q̃dã. Iudæis nullũ uestis genꝰ erat interdictũ, preter id qđ esset è lino,lanáq; cõtextũ. Nũc quot de cultu constitutiones, quanta uestiũ, colorũq; superstitio? Quàm ex huiusmodi

Chriſti iugũ per ſe leue, quõ aggrauatum a nobis.

Obrepunt onera.

Fides quõ aggrauata.

Doctrina aggrauata.

Cõſtitutionũ onus.

Veſtitus.

nugis,quæ per ſe nec honeſtatem habent,nec turpitudinem, ſed pro temporum ratione, pro mortalium opinione mutantur, cenſentur Chriſtiani,de quibus nihil unq; meminit Chriſtus: Pauca erāt Iudæorū ieiunia,& tamē nemo capitale eſſe dixit,ſi quis illis ipſis ſta tis dieb⁹nō ieiunaſſet. Nos quot grauamur inediīs? ad quas nō inuitamur,ſed cogimur ſub pœna,ut aiūt,æternæ dānatiōis. Iudæis certa piſciū & animātiū genera ſūt interdicta, ſed ad eſū nō admodū expetēda.Nos bonā āni partē piſciū eſu cōtabeſcimus, inedia diſ rūpimur.Nec ætati ſubuenitur,nec morbo,niſi legis relaxatio nūmis redimatur.Quin & feſtorum apud Hebræos mediocris erat numerus. Aetas Hieronymi præter diem dñi cū pauciſſima nouerat feſta.Nūc feriarū,neq; finis, neq; modus, quæ cū primitus ad pie tatis uacationē paucæ ſint inſtitutæ,nūc ad ſcelerū excluſionē tolli debebant, niſi ſacerdo tū auaricia ſuis rebus conſuleret potius, q; ueræ religiōi. Quid loquar de pplexis & inex tricabilibus uotorū uinculis,quorū alia redimi poſſunt,ſed immēſa pecunia,alia nullo mo do poſſunt.Iā matrimoniī cōditio quāto cōmodior Iudæis,q; nobis? Quot laqueis,quot tricis coniugiū inuoluimus? Pœnitētiæ & cōfeſſiōis ſacramentū quibus modis arctauim⁹, quot hominū decretis impeditū reddidimus? ut ne quid dicā interim de onere precū,quæ quotidianis etiā acceſſionibus aggrauant. Ad hæc quaſi parū ſit legū, & conſtitutionū de cretalium,indies nouarū conſtitutionū examina prorumpūt, imo uelut hoc quoq; parū ſit,grauari nos uolunt iure neſcio quo conſuetudinis, quæ primū à duobus deliris profe cta paulatim inualuerit.Excommunicationis fulmen ubiq; promptū & intentatū, irregu laritates,anathematizatiōes occurſant undiq;. Pōtificis Rhomani ſacroſancta autoritate, quæ nō, niſi ſubleuandis eccleſiæ rebus ualere debet, ſic abutunt quidā in abſolutionibus, in diſpenſationibus,in condonatiōibus,in executionib⁹,ut permulta ſint,quæ uere pīj ſine gemitu ſpectare nō poſſint. Sacerdotiorū adeo perplexa res eſt, ut Ariſtotelicā philoſo phiā omnē perdiſcas citius,q; praxin ſacerdotiorū. In templis uix uacat Euangeliū inter pretari. Concionis bona pars ad cōmiſſariorū arbitriū cōſumenda eſt. Nōnunq; & ſacro ſancta Chriſti doctrina,aut ſupprimenda,aut ad illorū rē detorquenda. Ad hæc qui mo deſte pīj ſunt,taciti ſecū ingemiſcūt.Qui populi malis alunt,& quorū intereſt Chriſti gre gem,quē ille ſuo ſanguine liberū reddidit,q; maxime ſeruū eſſe,& obnoxiū,adeo nō recla māt,ut modis oīnibus exaggerēt.Accedūt iīs,qui uel ambiūt præmiū aliquod obſequiī, uel timēt pœnā libertatis. Ita dū nēo ſuccurrit,res paulatim eò ꝓlabit,ut penè nihil iā pu deat.Et charitas qdē iuxta Paulū oīa ſuſtinet. Fateor. Sed hæc mala multo mitiora ſunt, quoties ab hoſtib⁹gregis Chriſtiani ingerūt.Olim ſæuiebat tyrānus impi⁹, ſæuiebat hære ticus.Epiſcopi cōſolabantur,ipſi mutuis hortatibus animabāt ſeſe. Titulus honeſtus ſola tiī pars erat.Deniq; graue nō erat,quod Chriſti nomine perpetiebātur. Verū intolerabile eſt (ut inquit Auguſt.) cū eadē hæc à membris,imo à moderatoribus eccleſiæ, corpus ec cleſiæ patit. Ab iīs potiſſimū iniīciūtur laquei,unde par erat impeditis ſubueniri.His ma lis medicādis una ſupereſſe ſolet ancora ſacra,generale concilium.At nunc hæc ipſa uertū tur in reipub.caput.Nec ulla ſupereſt medendi ſpes, niſi ſi Chriſtus ipſe uertat, aut certe excitet pontificum,ac principum animos,ad ea quæ ueræ ſunt pietatis, aut Theologi, & concionatores,non ſeditioſis clamoribus, ſed ſobrie placideq; quæ Chriſto digna ſint ma gno cōſenſu doceant & inculcent.Nam ut Turcus, aut Tyrannus quiſpiam per tumul tū ſubuerſo rerum ordine,per occaſionem reſtituat rem Chriſtianā,non opinor ullis pīis optandū. Ego certe abominor etiam. Vnum illud etiam atq; etiam admonendi ſumus omnes,ut iuxta Pauli doctrinā ſic libertatem à Chriſto datam amplectamur,ne eam oc caſionem demus carni,& ſub libertatis prætextu, turpius ſeruiamus uiciīs.Sed ſic excutia mus iugum hominū graue,ut uere blando Chriſti iugo premamur. Verū hæc pluribus à me diſſerta uideo, q; uel propoſuerā, uel annotationes profeſſo conueniebat.

Ciborū diſcrimina.

Ieiunia.

Feſta.
Vota.
Confeſſio.
Matrimonium.
Conſtitutiones humanæ.

Suppreſſa Chriſti doctrina.

Perſecutrix eccleſia non perſecutionē patiens.

EX CAPITE DVODECIMO.

ABiīt Ieſus) ἐπορεύθη, cur non potius ambulauit, ſiue iuit.Itidem uertit & in primo pſalmo.Abiīt in conſilio impiorum,Nec eſt,(ſabbato) ſed ſabbatis σάββασι,ut legit & Hilarius.Siquidē & totum illud tempus ſeptē dierū ſab batū appellabatur,& ſinguli ſabbata.Ac mox inuertit, ἐν σαββάτῳ.i.in ſabba to,uertēs ſabbatis,Chryſoſtomus admonet hoc eſſe ſabbatū,qd Lucas ap pellat

pellat δευτερόπρωτον, id est, secundo primum, de quo suo dicetur loco.
Deinde (quod non licet eis)eis addidit de suo uel interpres uel librarius. Nam absolutius est non licet. Ac mox paria fecit, esurijt Dauid, omisso αὐτὸς .i. ipse, ipse & qui cum eo erāt. Et (sabbatum uiolāt) βεβηλοῦσιν, id est, prophanant. Siquidem βέβηλοι prophani dicunt.

Sacerdotes in templo) Perijt apud nos iucunda uocū inter se redditio, ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ, quasi dicas sacrifici in sacro, quæ seruata est, in sabbatis & sabbato. Item (Et sine crimine sunt) ἀναίτιοί εἰσιν, id est, inculpati sunt, siue nihil eis imputatur, aut ut nos uertimus, crimine uacant. Quanq; aptius est, quod hic uertit interpres, sine crimine, q̄ quod alicubi citat Hieronymus, sine culpa sunt. Siquidem αἰτία crimen est potius, q̄ culpa, etiamsi nō sim nescius apud Græcos ἀναίτιον aliquoties accipi pro innoxio, siue insonte, quemadmodum mox uertit. Nequaquam condemnasse tis innocentes. ἀναιτίους.

Quia templo maior est hic.) ὧδε. Hic, hoc loco aduerbium est demonstrandi, nō pronomen, quod admonuit & Hieronymus, ut intelligas eum locum esse sanctiorē templo, qui templi dominum teneret. Quidam græci codices habebant pro μεῖζον μεῖζον, id est, maius, quod plenius esset, ut sit sensus, est hoc loco, quod sit maius templo. Hic aduerbium.

Et si ceciderit.) ἐμπέσῃ, id est, inciderit. Nec est habeat, sed habebit ἔχει. Et mox (Quanto magis melior) πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος, id est, quanto igitur præstat homo, siue præstantior est. Quorsum opus erat hic affectare sermonis absurditatem? Et aliquanto post (Restituta est sanitati) ὑγιὴς, id est, sana, quanq; interpres hoc sanè bene uertit.

Tunc dicit homini) In Euangelio quo quondam utebantur Nazaræni, & Ebionitæ, quodq; locis aliquot citatur ab Hieronymo, testaturq; à se ex Hebræo sermone uersum in Græcum, neq; defuerunt qui putarint, ipsius Matthæi autenticum esse, scriptum fuit, hunc hominem fuisse cæmentarium, atq; huiusmodi uocibus Iesu opem imploraſſe. Cæmentarius eram, manibus uictum quæritans. Precor te Iesu, ut mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendicem cibos. Euangeliū Nazaræno rum.

Faciebant consilium) ἔλαβον, id est, cœperunt, & συμβούλιον concilium, hoc est, consultationem inter se. Et: Recessit.) ἀνεχώρησεν, Laurentius mauult, secessit, quod aptius sit subducenti se. Vnde & à secessu dicti anachoritæ, Et: Secuti sunt eum multi) Græci addunt, ὄχλοι, id est, turbæ multæ.

Ne manifestum eum) Latinius erat, ne se manifestum facerent. Argutatur hic nescio quid Laurentius, nimirum ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ποδῶν, Christum ob id interminatum ne se proderent, quod profugisset à Pharisæis, quasi metueret, ne ab illis deprehenderetur. Aliud in hisce rebus mysterium. Nam non semel hoc à Christo factum legimus. Rursum legimus eum mandasse, ut narrarent omnibus quod accidisset. Notatus Laurentius.

Ecce puer meus.) Testimonium est apud Esaiā cap. quadragesimosecundo. Quanq; Matthæus aliquanto diuersius citat, q̄ uel apud Septuaginta legatur, uel apud Hebræos: Nam Hebræa diuus Hieronymus reddidit ad hūc modū: Ecce seruus meus, suscipiā eū. Electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meū super eū. Iudiciū gentibus proferet. Nō clamabit, neq; accipiet personā, nec audiet foris uox eius, calamū quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. In ueritate educet iudicium. Nō erit tristis, neq; turbulētus, donec ponet in terra iudicium, & legē eius insulæ expectabūt. Ea Septuaginta uertunt hunc in modum: Ecce Iacob puer meus, assummā eū. Israel electus meus, suscepit illū anima mea. Dedi spiritū meū super eū, iudicium gentibus educet. Non clamabit, neq; dimittet, neq; audietur foris uox eius. Calamū quassatū non cōteret, & linum fumigans nō extinguet. Sed in ueritate reducet iudiciū. Splendebit & non conteretur, donec ponat super terram iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt. Cæterū quod una uaticinij pars in medio prætermissa sit, Non erit tristis, neq; turbulentus, donec ponat in terra iudiciū: Siue iuxta Septuaginta, Splēdebit, & nō conteretur, donec ponat sup terrā iudiciū: Id Hieronymus putat scriptoris errore factum, qui (qd' sæpenūero fit) ea uerba, quæ interceſſerant inter iudicium & iudicium, oblitus omiserit. Verum hac de re qui cupiet edoceri copiosius, legat enarrationem Hieromymi, in hunc prophetæ locū, ad hæc, libellū eiusdem ad Agalsiam quæst. 2. Illud admiror, quid Lyrano uenerit in mentē, ut scriberet hoc testimoniū à Matthæo adductū, iuxta interpretationē Septuaginta, cū longe magis consentiat cū Hebraica ueritate, etiamsi ab hac quoq; nonnihil discrepās; sed uerbis Omissum aliquid in Euangelio.

Cõmẽtaria in Matthæũ Hieronymi uideri decurtata.

ſed uerbis potius, & ſenſu. Annotandum obiter & illud, cum Hieronymus ediſſerens præſentem prophetæ locum, releget nos ad ſuos in Matthæum commẽtarios, in quibus plenius ſuper hac re diſſeruerit, atq; in ipſis commentarijs, uix ſummis, ut aiunt, digitis rẽ attingat, in coniecturam uocor (id quod ſæpenumero ſum ſuſpicatus) eos cõmentarios, à faſtidioſo quopiã lectore decurtatos, prætermiſſis in medio quæ nõ intellexerit. Quod idem factum arbitror in commentarijs, quos idem ſcripſit in Pſalmos, quanquam in hos quiſquis is fuit, gemina debacchatus eſt iniuria: Primum quod quæ libuit, prætermiſerit. Deinde quod compluribus locis, ſuas nugas, ceu purpuræ pannum aſſuerit. Nam quod in Marcum habemus commentum, præter titulum nihil habet Hieronymi. Cæterum cõmentarij in Lucam, quos ipſe locis aliquot citat, prorſus itercidерũt. Viſum eſt obiter oſtẽdere lectori, quomodo Cyprianus adducat hunc locum in libello, quem ſcripſit aduerſus Iudæos. Ecce puer meus, filius meus, dilectiſſimus: ſuper eum ponam ſpiritum meum, & iudicium gentibus nunciabit. Non clamabit, neq; contendet. Arundinem quaſſatam nõ cõfringet, & linũ fumigans nõ collocabit, quoaduſq; expellat in cõtentione iudiciũ, & in nomine eius gẽtes credant. Etiãſi hunc ipſum locũ aliquãto ſecus adducit libro aduerſus Iudæos ſecundo, cap. 12. Porrò quod nos pro puero uertimus filiũ, Septuaginta δοῦλον .i. ſeruum, ut Græcis, ac latinis παῖς & puer ambigua uox eſt, itidẽ & Hebræis עֶבֶד. Quod ſi uſq; conueniebat παῖδα, uertere filium, certe hic quadrabat, cum de Chriſto loquatur.

Cæcus & mutus.) τυφλὸς καὶ κωφὸς, id eſt, Cæcus & mutus. Quanq; κωφὸς Græcis ſurdum ſignificat, ob id opinor, quod qui natura ſurdi ſint, ijdem & muti ſint oportet. Ac mox. Ita ut loqueretur, & uideret.) Hic repetunt Græci codices cæcus & mutus.

κωφὸς Græcis & ſurd⁹ eſt & mut⁹

Nunquid hic eſt.) Hic nonnulli Græci codices addunt, ὁ χριστὸς, id eſt, Num hic eſt ille Chriſtus, filius Dauid. Quanq; hic quoq; ὁ υἱὸς articulus appoſitus facit, ut non poſſit de quouis filio Dauid intelligi, ſed de certo quodam, nempe qui prophetarum oraculis promiſſus expectabatur. Et (in ſe diuiſum) καθ' ἑαυτῆς, & fidelius, & apertius reddidiſſet, diuiſum aduerſus ſemetipſum, ut mox uertit, contra ſe.

Spiritus autem blaſphemiæ.) Id certe palam eſt librariorum uicio corruptũ eſſe, quod tamen in omnibus fermè codicibus inoleuit. Nam apud Græcos eſt ἡ τοῦ πνεύματος βλασφημία, id eſt, Sed ſpiritus blaſphemia, ut intelligas maledictũ, quod fiat aduerſus ſpiritũ.

Erratũ inexcuſabile in uulgatis codicibus.

Iuxta ſynceram, ac germanam lectionẽ adducit hunc locum Auguſtinus ſermone de uerbis dñi ex Euangelio Matthæi, undecimo, idq; iterũ atq; iterũ, ne quis caſum eſſe cauilleť, hoc tm̃ diſputans, blaſphemiã non pro quouis accipi maledicto, nec ſpiritus, pro quouis ſpiritu. Sed quod hic confuſius dixit ſpiritus blaſphemia, alibi clarius expreſſum eſt, qui blaſphemauerit in ſpiritũ ſanctũ. Etiã ſi non negem in græcis uerbis amphibologiã eſſe: quod intelligi poſſit, cõuiciũ ab ipſo ſpiritu profectũ. Carrenſis hũc enarrans locũ, Quid ergo inquit, aliud eſt ſpiritus blaſphemiæ, q; affectatio, & deſyderium uituperationis diuinæ? Spiritus blaſphemiæ ſpirat ad odiũ dei, Spiritus ſanctus ſpirat ad amorẽ dei. Atqui ne quis Græcorum codicum autoritatem impudenter contẽnat, conſentiunt cum Græcis uetuſta latinorum exemplaria, & inter excuſa typis ſuffragatur, & gloſa quam uocant ordinariã, ædítio Maguntinenſis. Rurſum eſt σαπρὸν, de quo diximus. Et γεννήματα, quod aliàs uertit genimina, recte uertit progenies. Et ἐκβάλλει, quod hic uertit, profert, aliàs uertit, eijcit, aliàs, emittit. Nos expromit, ac depromit, tranſtulimus.

Tribus diebus, & tribus noctibus.) Licet latinus extulerit per ablatiuũ caſum, tm̃ Græcis eſt accuſatiu⁹, ut iã nõ poſſit accipi ſpecies tẽporis, ſed ſpaciũ, τρεῖς ἡμέρας, καὶ τρεῖς νύκτας. Proinde, diuus Hieronymus quæſtionẽ explicat per tropũ qui grãmaticis Synechdoche dicitur. Siquidẽ cũ unus dũtaxat dies huius triduí fuerit integer, nempe Sabbati cũ nocte adiuncta, nec Chriſtus in ſepulchro fuerit, niſi ueſpera paraſceues, ac diluculo dominicæ quo ſurrexit, tres tamen dies in ſepulchro ſcribiť egiſſe. Ad eandẽ rationẽ explicat diuus Auguſti. li. de quæſt. Euãgeliorũ. 1. quæſt. 7. Etiãſi Faber uſq; adeo faſtidit Synechdochen libello de tribus Magdalenis, odio opinor grammatices, cum qua illi parum conuenit: ut ipſa indicat res, ne cui parũ philoſophus uideatur.

De triduo quod Chriſtus egit in ſepulchro.

Pluſq; Ionas hic.) Item, pluſq; Solomon hic.) Vtrobiq; eſt ὧδε aduerbiũ, nõ pronomen, ut ante monſtrauimus. Quod ueteres orthographi ſolent diſtinguere, hic pronomen ſcribẽtes per i ſimplex, hic aduer-

aduerbium per Græcam diphthongum ει, heic, id quod Valla teſtatur ſibi compertum, in aliquot peruetuſtis marmorum inſcriptionibus. Hic nomen, heic aduerbium.

Per loca arida.) Non eſt ξηρῶν, ſed ἀνύδρων, id eſt, aquis carentia, & ſiticuloſa. Nã huiuſmodi ferè ſterilia ſunt, & ob id deſolata. Vnde filia Calep, irriguũ agrũ ſuperne atq; inferne petit. Vt omittã, quod πονηρότερα uertit nequiores, pro ſceleratiores, quod ex generatione mala fecit peſſimã, cum ſit πονηρᾶ. Ac paulo poſt (Quærentes eũ.) Græci addũt, quærentes ei loqui. ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι. Neq; em̃ perierat, ſed expetebatur ad colloquium. Item paulo poſt: Quærentes te.) ζητοῦντές σοι λαλῆσαι, id eſt, quærentes tibi loqui. Vtinam aũt populus Chriſtianorum uniuerſus, ſic eſſet deditus cultui beatiſſimæ Mariæ, ut totis ſtudijs illi⁹ uirtutes æmularet̃. Cæterũ aut hodie uulgus pio quodã fauore plus ſatis illi tribuit, aut parũ tribuit Chyſoſtomus, hũc explanãs locũ hom. 12. Nã ipſius uerba ex interprete ſubſcribã: Quamuis, inquit, ex facto matris nõnihil importunitatis quoq; acceſſit. Conſydera igitur tam matris, q̃ fratrũ importunitatẽ. Nã cũ debuiſſent intrare, atq; cum turbis ſimul audire, aut ſaltẽ expectare foris ſermõis finẽ, ac demũ accedere, ambitiõe quadã, ac oſtentatiõe commoti, foras eũ in præſentia omniũ euocauerũt. Cæteráq; quæ ſequũtur in hãc ſententiã. Rurſus in altera æditiõe, nã uariant codices, eiuſdẽ numeri homilia, ita ſcriptũ cõperio. Hanc imperioſam importunitatẽ in fratres potiſſimũ refert, matri parcẽs. At idẽ enarrans Euangeliũ Ioãnis de nuptiali miraculo agẽs, clarius etiã tribuit Mariæ affectũ aliquẽ ambititonis, gloriæq; humanæ. Optabat em̃, inquit, ut iã hominũ gratiã conciliaret, & ipſa clarior filij gratia efficeretur, & fortaſſe aliquo humano afficiebatur affectu. quemadmodum & fratres eius, cum dixerunt, oſtende teipſum mũdo, cupidi eius miraculis ſibi famã comparare. Ac paulo poſt idem agens, Siquidem non adhuc debitam de ipſo opinionem habebant, ſed more matrum Maria iure omnia ſe filio præceptura cẽſebat, cũ tanq; dominum colere & reuereri fas eſſet. Hactenus Chryſoſtomi uerba recenſuimus. Nos eã prorſus à peccato originali facimus immunem, at hic uidetur aliquod actuale, ut uocant, peccatum tribuere, niſi forte is affectus, oñi culpa uacat: quẽ illi tribuit. Chriſtus apud Lucã quoq; parũ blãde reſpõdet parẽtibus, Quid eſt, quod m. q. An. n. q. i. h. q. p. m. ſ. o. m. e? Mox ſubijcit Euãgeliſta. Et ipſi nõ intellexerũt uerbũ. Rurſus prædicãti beatũ uentrẽ matris, & ubera lactatricis, Quinimo inquit, Beati qui audiũt uerbũ dei. Rurſus in cruce mulierẽ uocat, & Ioanni tranſcribit. Quibus ex rebus ſtultiſſime collegerãt Manichæi, Mariã nõ fuiſſe matrẽ Ieſu, niſi uulgi opiniõe, uidelicet negãtes eũ fuiſſe hominẽ. Nos id ſanè poſſumus pie colligere, quoties agit̃ negociũ reip. quoties agit̃ negociũ religionis, non multũ apud nos ualere oportere corporalis affinitatis affectũ. Hieronymus ſic elabi conat̃, ut dicat hũc qui renunciauit Chriſto, Inſidioſe feciſſe, tẽtantẽ, nũ ob ſuorũ affectũ intermiſſurus eſſet prædicãdi munus. Atq; ob id acrius à Chriſto reſponſum. Ego hac in re meã nõ interpono ſententiã, tantũ optarim, ſedulitatẽ quorũdã oia in ſanctis in immenſũ exaggerandi, uerti potius ad ſtudiũ æmulandi, quod illos uere beatos reddidit. Verum hæc leuiculi ſunt momenti. Quod genus & illa, quod pro extendens manum, Græci legũt, manum ſuam. Deinde, quod in his (Ipſe meus frater.) Nonnulli codices habent αὐτὸς, nonnulli οὗτος. id eſt, hic.

Chryſoſtomꝰ aliquid imperfectũ tribuit Mariæ uirgini.

Chriſtus parũ blandus matri.

In negocio reipub. & fidei nõ multum tribuẽdũ affectibꝰ cognationis

EX CAPITE DECIMOTERTIO.

EXijt qui ſeminat.) ἐξῆλθεν ὁ σπείρων. i. Exibat qui ſeminabat, ſiue ſeminator. Siquidẽ huiuſmodi participia accõmodant ſe uerbis, quibus adiungunt̃. Nã illud recte, & dum ſeminat, ἐν τῷ σπείρειν. i. inter ſeminandũ. Ac mox βάθος uertit altitudinẽ pro ꝓfunditate. Et, ἐκαυματίσθη æſtuauerũt, pro exuſta ſũt, ſiue æſtu perierũt. Ac rurſum, ἐξηράνθη exaruerunt, uertit aruerũt. Item ἀνέβη σαν, ſurrexerũt, quod aliàs uertit, aſcenderũt. Mollius ſuccreuerũt, aut increuerunt, ſiue emerſerunt ſpinæ. Et dederunt fructũ.) Hic interpres maluit latinitati conſulere, q̃ uoces reddere Græcas. Alioquin ad uerbum ita uertendum erat. Et dederunt fructum, hoc quidem centum, illud uero ſexaginta, illud uero triginta, καὶ ἔδιδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα. Tametſi uerti poterat, hoc quidem centuplum, illud uero ſexagecuplum, aliud uero trigecuplum. Siue, aliud centena, aliud autem ſexagena, aliud autẽ tricena, ut ſubaudias grana. Nam Græci carent huiuſmodi diſtributiuis.

Centeſimũ pro cẽtuplũ

Vt adimpleatur

Vt adimpleatur in eis.) Nõnulli codices habebãt, ἡ ἀναπληροῦται ἐν αὐτοῖς. & implebitur. Ita legit diuus Chryſoſtomus, itaq; ſcriptum comperi in exemplari Corſendoncenſi. Cæterum in eis, in pleriſq; græcis exemplaribus nõ habebatur, nec in latinis uetuſtioribus, ſed eis duntaxat. Nec eſt dicentis, ſed λέγουσα, id eſt, dicens, ſiue quæ dicit. Facit enim ipſam ſcripturam loquentem.

Auditu audietis.) Teſtimonium quod adducit, extat apud Eſaiam capite ſexto. Diſſentit aũt hoc quoq; loco ueritas Hebraica ab æditione Septuaginta. Nã Septuaginta ſic tradũt hunc locũ, quaſi deus prædixerit futurũ, ut audientes non audirent, & uidentes non uiderent. At Hebraica ueritas indicat hoc iuſſum à domino, ut uidentes non uiderent, & audientes non audirent. Iuxta Septuaginta citat Lucas, utpote Græce doctus magis q̃ Hebraice, in actis apoſtolicis capite uigeſimooctauo. Vade ad populum iſtum, & dic, Aure audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & non perſpicietis. Incraſſatũ eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos compreſſerunt, ne forte uideant oculis ſuis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertant ſe, & ſanẽ eos. Cæterum Hebræa ita reddidit Hieronymus: Auditu audite, & nolite intelligere, & uidete uiſu, & nolite cognoſcere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte uideat oculis ſuis, & auribus audiat, & corde intelligat, & conuertatur & ſanetur. Apparet igitur Septuaginta conſulto mutaſſe ſcripturam Hebraicam, ne impijs daretur anſa blaſphemiæ, quaſi deus eſſet nobis autor malorum. Verum cum huiuſmodi complura ſint loca in diuinis literis, uelut illa. Indurauit deus cor Pharaonis, Et: fiat menſa eorum in laqueum &c. non oportuit offendi hoc uno, ſed agnoſcere potius idioma ſermonis diuini, qui hac figura comminatur, ac terret impios, ceu iubens eos id facere, quod ſuapte malicia facturi ſunt, ſicut dictum eſt Iudæ, quod facis, fac citius. Illud admirandum, cum Hieronymus non uno in loco dicat apoſtolos iuxta ueritatem Hebraicam citare ſolitos teſtimonia ueteris inſtrumenti, & nõ iuxta Septuaginta, Matthæum hoc loco non idem facere, præſertim cum Hebræo ſermone ſcripſiſſe credatur euangeliũ. Nam Lucam excuſat haud ſcio q̃ commode, quod magis calluerit Græcas literas, q̃ Hebraicas. Alioqui ueriſimillimum eſſe Paulum Hebræum cum Hebræis agentẽ, adductum fuiſſe teſtimonium Eſaiæ iuxta ueritatem Hebraicam. Hanc excuſationem non admittent opinor, qui quicquid in apoſtolis fuit, diuini ſpiritus peculiare donum eſſe uolunt, præcipue donum linguarum. Et epiſtolam ad Hebræos teſtatur ob id non fuiſſe receptam à quibuſdam, quod quædam adducat teſtimonia ueteris inſtrumenti, quæ in Hebræorum uoluminibus non habeantur. Quin hunc ipſum ediſſerens locum, ſuper hac re nullam facit mentionem, ceu diſſimulans opinor, quod explicari non poterat. Niſi forte mutarunt hunc locum, quos offendit, hoc ipſum quod offendit Septuaginta, maxime cũ ſic adducatur in actis apoſtolorum. Et ſæpe numero comperimus locum ex altero loco mutatum, dum lector uel melius eſſe putat, quod alibi legiſſe meminit, uel deprauatum ſuſpicatur, quod diuerſum eſt. Cæterum quod Valla legendum putat, audietis & non intelligatis, uidebitis & non perſpiciatis, ut ſit imprecãtis, non aſſentior homini, quod compertum ſit hæc uerba ſæpenumero pro futuris uſurpari, certe apud euangeliſtas.

• Hebraica ueritas.

Lucas Græcis literis magis q̃ Hebraicis eruditus.

Aliud centeſimum, aliud ſexageſimum.) Græce quidem habetur ἑκατὸν, ἑξήκοντα, τριάκοντα, id eſt, centum, ſexaginta, & triginta, quod ea, ut dixi, lingua careat nominibus numerorum diſtributiuis. Sentit enim ex ſingulis granis plura proueniſſe, ex hoc cẽtena, ex alio ſexagena, ex alio rurſum tricena. Mihi nondum liquet centeſimum pro centenum, aut centuplum apud probos autores reperiri. Porrò quod torquetur hic Hieronymus, centuplum prouentũ referens ad uirgines; ſexagecuplum ad uiduas & continentes, trigecuplum ad coniugatos, cum alij primum prouentum tribuerint martyrio, ſecundum uirginibus, tertium uiduis & continentibus, nullum locum relinquẽtes honorabili connubio. Auguſtinus in quæſtionibus Euangeliorum, quæſtione nona, primas tribuit martyribus, ſecundas uiduis, tertias coniugatis. Ego ut hanc piam diligentiã, ſanctamq; curioſitatem non improbo in literis diuinis, ita ſimplicius arbitror accipere, ut Chriſtus docendi gratia, poſuerit centuplum pro ſummo, trigecuplũ pro infimo, ſexagecuplũ pro mediocri, quemadmodum fecit in talentis decem, quinq;, & uno. Atq; id ſanè ſic admonitum eſſe uelim

Certi numeri poſiti ad craſſi° deſignãdos certos gradus.

esse uelim, ut nullius sententiæ sit præiudicatum à nobis. Apud Lucam nulla graduũ mẽtio, tantũ cẽteni fructus meminit. Augustinus libro de ciuitate dei uigesimoprimo testat quosdam hunc locum stultissime huc detorsisse, ut dicerent, impios à sanctis liberandos ab æterno supplicio, ab alijs, trigenos, ab alijs sexagenos, ab alijs centenos, pro portione meritorum. Verum quoniam certus sit præscriptus numerus, si hac fiducia negligamus fieri meliores, periculum esse, ne sanctorum numerus non respondeat tantæ multitudini malorum. Stulta opinio de fructuum gradibus.

Qui iuxta uiã seminatus est.) ὁ παρὰ τὴν. Seminatur semen, & seminatur terra. Sicut aspergitur humor, & aspergitur humore uestis. Sic igitur hic dicit hominem seminari, ut terram satam dicimus, & agrum cõsitum. Quanq; effugere poterat hãc sermonis duriciem, si dixisset. In quem iuxta uiam incidit semen.

Sed temporalis est) ἀλλὰ πρόσκαιρος. Expressius Græce, quasi dicas, ad tempus, & non perpetuus, nec sibi constans, sed ad exortam occasionem mutabilis. Ac mox (& fallacia diuitiarum) ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου. Græca uox indicat fallaces dici non quod fallant, hoc est, frustrentur hominem, sed quod à uia deducant, id enim est proprie ἀπατᾶν, siquidem πάτος uia trita. ἀπατᾶν a uia deducere.

Hic est qui audit uerbum &.) Non est simpliciter, & fructum adfert, sed ὃς δή, id est, quod deniq; ut intelligas cæteros omnes infrugiferos, hunc demũ reddere fructum. Cæterum articulus græcus ὁ μὲν, ὁ δὲ potest uel ad uerbum referri, uel ad hominem, quod λόγος uerbum apud Græcos generis sit masculini. Quanq; ad uerbum esse referendum arguit, quod superius idem tribuit semini iacto, quod hic uerbo, nam uerbum semen est.

Superseminauit.) ἠλθεν ἔσπειρε, id est, seminauit, apparet interpretem legisse ἐπέσπειρε. Ac paulo post (Cum autem creuisset herba) ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, id est, cũ autem germinasset, siue pullulasset herba. Nam χόρτον aliquando uertit herbam, aliquando fœnum, nonnunq; gramen. Item (Vis imus & colligimus) θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξωμεν, Vis igitur abeamus & colligamus ea? Ac rursum μήποτε uertit, ne forte, pro nequando.

Sinite utraq; crescere. ἄφετε συναυξάνεσθαι ἀμφότερα. Sinite pariter crescere ambo. Rursus: Ad comburendum.) Græci codices addunt αὐτὰ, id est, ea, consentientibus & uetustis exẽplaribus latinis, quod tñ recte omissum est ab interprete. Nam quod μικρότερον. i. minus, uertit minimũ, recte fecit. Atqui cur quod hic fecit in minus, nõ idẽ fecit in maius est omnibus, ut diceret maximũ est omniũ. Ac mox, & habitaret καὶ κατασκηνοῦν. i. nidulentur, quandoquidem & ante κατασκηνώσεις uertit nidos. Rursus, quod acceptum, ἣν λαβοῦσα, recte mutauit genus uerbi, modo intelligamus ipsam mulierem cœpisse fermentum.

In farinæ satis tribus) σάτα τρία, sata non est hic participium à serendo, sed Hebræa, aut certe Syra uox est, significans mensuræ genus, quæ capit sesquimodium, iuxta morem prouinciæ Palestinæ, autore Hieronymo, cuiusmodi sunt & illa Cabus, & Batus, Genesis capite decimooctauo, quod Hebraice legit, שְׁלֹשׁ סְאִים קֶמַח. Nostra æditio habet sata, quod ipsum nomẽ aliàs uertit mensuras. Atq; ita legit hoc quoque loco diuus Hilarius. Abscondit in farinæ mensuris tribus. Quanquam hæc uox mensura communis est Hebræis cum latinis, quemadmodum nugæ & aliæ nonnullæ, ut testis est Hieronymus in commentarijs Esaiæ. Porrò tribus addidit, ut ostẽderet ingentem farinæ magnitudinem, quæ tamen tota paululo fermento afficiatur. Et Chrysostomus putat tria positum pro multis, Hieronymus magis ad mysterium trinitatis refert: gaudens in numero philosophari. Sata. Cabus. Batus. mensuræ.

Aperiam in parabolis os meum.) Admonet hoc loco diuus. Hieronymus in plærisque codicibus scriptum fuisse per Esaiam prophetam. Deinde cum id nusquam reperiretur apud Esaiam à prudentibus sublatum fuisse nomen prophetæ. Cõiectat autem primum ab Euangelista scriptum fuisse, non Esaiã, sed Asaph, deinde factum, ut scriba, cum non agnosceret nomen Asaph, putans librarij uicio uocem inductam, mutauerit Asaph in Esaiam, ut cuius nomen & notius esset, & subinde citaretur à Matthæo. Nã psalmus septuagesimussextus, unde mutuo sumptum est hoc testimoniũ, inscribitur Asaph. Cæterum non solum Dauid, sed & cæteros omnes qui psalmos scripsere, prophetas uocari, ne in solos duodecim hoc cognominis putemus competere. Quanq; nec hic Euangelista superstitiose curauit Hebræa uerba reddere, cõtentus explicuisse sententiam. Nam quod Septuaginta uerterũt φθέγξομαι, id est, loquar, Nomẽ pro nomine in Euangelio.

e hic reddit

hic reddit ἐρεύξομαι. id est, ructabo, quod illi προβλήματα, id est, problemata, siue, ut nos legimus propositiones, hic κεκρυμμένα, id est, abscondita. Nam Hebræa sic uertit Hieronymus, Aperiam in parabola os meum, loquar ænigmata antiqua.

Constitutio καταβολὴ

A constitutione mundi.) καταβολῆς, quod à deijciendo nomen habet, uidelicet cū in imo iacitur fundamentum, quasi dicas à fundatione mundi, siue à iactis mundi fundamētis. Et aliquanto inferius (Edissere nobis) φράσον ἡμῖν, id est, dic nobis. Quanquam antiquissimi codices habent, dissere, nō edissere. Est autem φράσον omnino plus quiddam q̄ loquere. Hoc loco succurrit illud admonere, impostorem nescio quem, non solum ædidisse permulta sua, nomine Hieronymi, uerum etiam mediis illius commentarijs suas nænias intermiscuisse, id quod haud dubie fecit in hoc psalmo, quem modo citaui. Rem ex Hieronymo sublegit. Cæterū ineptia sermonis, ridiculi διαλογισμοὶ, βαττολογία, solœcismi, cæteraq; id genus delitiæ ipsius sunt, ut aliàs euidentius aperiemus.

Impostor qui sua miscuit cōmentarijs Hieronymi in psalmos.

Filij nequam.) ἐισὶν ὁι ὑοὶ τοῦ πονηροῦ. Obsecro quis ex his latinis possit percipere, quid sibi uelint Græca? Nā nequā genitiuus casus est Græcis, & uidet ad diabolū pertinere propter additum articulū τοῦ, ut impij dicantur filij diaboli, quē & in oratione signat hoc nomine. Nisi mauis πονηροῦ sumi p substātiuo noīe neutri generis, ut intelligas filios maliciæ.

Quem qui inuenit.) ὁ εὑρὼν, præteriti tēporis est, qui inuenerat. Abscondit) itē præteriti tēporis ἔκρυψε. Multa minutula sciens ac prudens pretereo, ne nimiū molestus sim lectori.

Bonas margaritas) καλοὺς, quod nō solum bonas significat, sed frequentius pulchras. Siquidem in his pulchritudo precium auget.

Sagena, q̄ alibi uertit rete.

Sagenæ missæ) Græcam uocē reliquit, quum ante speciē genere reddiderit in ἀμφίβλησρον, retis est genus, quod Laurentius latine dici putat uerriculum, à uerrendo mari dictū, quod ingens longissimis funibus circūducitur. βληθείσῃ rectius uertisset iactæ, quā missæ.

Ex omni genere.) Piscium non additur apud Græcos. Tantum est ἐκ παντὸς γένους, etiamsi piscium subauditur. Ex Hieronymi, Chrysostomiq; interpretatione nō satis liquet addiderint nec ne. Deinde σωαγαγούσῃ, rectius erat cōtrahenti, q̄ congreganti. Ac mox.

Educentes & secus littus sedentes &c.) Græca aliquanto secus habent, ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν καθίσαντες, συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς ἀγγεῖα. i. Cum subduxissent in littus, sedentes collegerunt quæ bona erant in uasa. Etiamsi in nonnullis exemplaribus scriptum deprehenditur, μὴ καθίσαντες, id est, & cum sedissent. Indicat enim id per ocium fieri. Nec est bonos, sed absolute bona, ut ad genera referat piscium, quod ante dixerit ex omni genere. Neq; enim hic commemorandum arbitror, & aliud nonnunq; retibus attrahi, quod Plautino illi euenit, qui iacto reti uidulum cœpit. Ac mox, malos, σαπρὰ, id est, mala, quod superius indicauimus magis sonare putria, siue uiciosa.

Intellexistis hæc.) Hunc sermonem apud Græcos præcessit proxime (Dicit illis Iesus,) λέγει αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς. Et, etiam, rursus est, ναὶ, confirmantis aduerbiū. Paulo q̄ post (Paterfamilias) οἰκοδεσπότης, id est, dominus domus, ut accipiamus, non cui sint liberi, sed qui familiæ suæ ius habeat. Ac mox, (Doctus in regno dei.) Non est πεπαιδευμένος, sed μαθητευθεὶς, ut intelligas ex discipulo factum doctorem. Nam ut nemo recte imperat, nisi qui prius ipse paruerit imperio, iuxta prouerbium, ita nemo bene agit magistrum, nisi prius egerit bonum discipulum. Nec est in regno, sed ad regnum, εἰς τὴν βασιλείαν, ut intelligas longe diuersum doctrinæ, & institutionis genus. Rursum quod sequitur uirtutes, est δυνάμεις, de quo iam sæpe diximus.

παιδεύω. μαθητεύω.

Fabri filius.) τέκτονος. Valla putat Græce τέκτονα fabrum esse lignarium, cum Suidas palàm indicet uocabulū lapidarijs ac lignarijs esse commune. Apparet enim dictionem à τεύχω ductā. Ac nos cū Puteolis essemus in antiquissimis saxis tēpli uidimus nomina tectonum esse inscripta, nimirum græcam uocem latinis literis, quod ea pars Italiæ quondam græcissauerit, id quod indicant antiqua monumenta. Porrò apud alium Euangelistā ipse Christus faber appellatur, ut consentaneum sit eum aliquamdiu manibus laborasse. Cæterum mater Iesu, Mariam est hoc loco iuxta sermonem Hebraicum.

Faber etiam lapidarius Græcis.

Et fratres eius.) Iuxta morem Hebræorum, fratres uocat, non quibus communes esset parentes, sed quibus stirps, ac genus esset commune, qua de re doctissime simul & copiosissime disseruit Hieronymus in libro aduersus Heluidium. Cæterum illud obiter demiror, cur

ror,cur idem hunc enarrans locum ſcripſerit.Miraris ſi errãt in fratribus,cum errent in patre? Nam in patre uere errabant,exiſtimantes Ieſum filiũ eſſe Ioſeph,cui nupſerit Maria. At in fratribus,qui nam errabant,niſi forte iſti cognati erant Ioſeph,non Mariæ, ut illorũ affinitas, nihil attinuerit ad Chriſtum:ad hoc ſanè ut illius cognati huius fratres dici poſſent. Licet eodem in opere,quo refellit Heluidium diuus Hieronymus fateatur illos non aliter dictos fratres Ieſu, & Ieſus ipſe dictus ſit filius Ioſeph. Atqui ſi falſo crediti ſunt fratres,quemadmodum Ioſeph falſo creditus eſt pater, qui conſiſtit, quod paulo ante ſcripſit illos cognatione dictos fratres,uerum hæc ad uiuum exigere non eſt huius inſtituti proprium. Et Ioſeph.) ιωσῆς, id eſt, Ioſes, quod quidam inflectunt Ioſetis. Id nomen quoties occurrit, deprauant in Ioſeph. Atqui Hieronymus citans hunc locũ aduerſus Heluidium,Ioſes legit & Ioſetis,nõ Ioſeph. Item (Sine honore) ἄτιμος uilis,ſiue neglectus,aut contemptus. Cui diuerſum eſt ἔντιμος, charus,ſiue in precio habitus.Nam de uirtutibus ſæpius iam admonui.

Excuſſa Hieronymi ſententia.

Ioſes non Ioſeph.

EX CAPITE DECIMOQVARTO.

PVeris ſuis.) παισὶν, id eſt,Miniſtris,ſeu famulis.Quanq; Græca uox, & ſeruos & ancillas,& liberos,& omnes deniq; domeſticos cõplectitur, præter patremfamilias,& matremfamilias.Ac ſubinde,(Virtutes operantur.) δυνάμεις ἐνεργοῦσιν.Non eſt ἐργάζονται, quod ſignificat operari, uerum hac uoce uis quædam efficax ſignificatur,ut & aliàs indicauimus. Neq; enim eſt idẽ uerbum,quod alibi,Pater meus uſq; modo operatur,& ego operor,Quem locum hic citat Laurentius,at parũ in loco.Et κρατήσας, magis eſt cœpit & tenuit,aut iniecta manu. Et in nonnullis exemplaribus habebatur ἐν φυλακῇ, in aliis rurſum εἰς φυλακήν.

Herodiadem.) Patronymici ſpeciem habet, aut certe diminutiui nominis. Hieronymus tradit hanc fuiſſe filiam Arethæ regis, haud ſcio an eius cuius meminit Paulus. Eam Philippo Tetrachæ Galilææ ac Trachonitidis locarat.Poſt orta inter ſe,& generũ ſimultate,filiam ab illo abductam, Herodi fratri, ſed inimico copulauit,quo magis illum uteret. Cæterum hic Herodes pater fuit illius, ſub quo paſſus eſt Chriſtus.

Herodes qui.

Die autem natalis.) γενεσίων δὲ ἀγομένων,id eſt,cum agerentur autem natalitia.Atq; ita legit Chryſoſtomus.Ac mox (Saltauit filia.) ὠρχήσατο, nõ ſubſilijt, ut uulgus putat, ſed quemadmodum geſticulantur in choreis.Nam id proprie ſonat latinis ſaltare, Græcis ὀρχεῖσθαι.Et paulopoſt (Poſtulaſſet ab eo) Ab eo,præter & quod barbare additum eſt, nec in Græcis habetur exemplaribus.Et rurſum (Præmonita à matre.) προβιβασθεῖσα, id eſt, prius inſtructa,quod uulgo dicunt informata.

In diſco.) ἐν πίνακι,quod alibi uertit catinum,etiamſi Græce magis ſonat tabulam, quã doquidem quadris tabellis cibus apponitur.Apparet enim hoc ludibrij cauſa factũ, quaſi & hic miſſus quidam eſſet genialis illius ac natalicij conuiuij.Paulóq; poſt, (Et miſit.) ηὐλὴ πέμψας.Commodius ſuppleſſet miſſis carnificibus,aut miniſtris, id quod alibi facit. Porrò quod hic uertit,decollauit,Græce eſt, ἀπεκεφάλισεν,quod ad uerbum ſonat decapitauit.Quanq; decollandi uerbo uſus eſt Seneca in Ludo de morte Claudij,uerum poterat eo uſus uideri ludibrij cauſa, niſi idem uerbum eſſet apud Suetonium in Caligula Cæſare.Illud annotandum,cũ dixerit, miſſos ab Herode,qui Ioanni caput præciderent, tamen mox ſubijcit,ipſum amputaſſe. Facit enim qui iubet.

Decollare apud Suetonium

Et illa attulit matri.) Illa,additum eſt explicandi gratia,alioqui nec in Græcis, nec in latinis uetuſtioribus codicibus habetur. Ac rurſum, (Miſertus eſt.) ἐσπλαγχνίσθη, de quo iam admonuimus. Ac mox, (Et curauit languidos.) ἐθεράπευσε τοὺς ἀῤῥώστους, id eſt, Sanauit male ualentes,ſiue qui mala erant ualetudine.Mirum enim & interpres hoc uocabulo languoris ſit delectatus. Vt interim pretereamilla minutiora,quod ἀπελθεῖν pro abire,uerterit ire. Quod ὁ δὲ εἶπεν, id eſt, ille autem dixit, Vertit,qui dixit,quod & aliàs facit, quod ὄχλους turbam pro turbas, quod ἐπὶ χόρτους, id eſt, ſuper herbas, ſiue gramina tranſtulerit, ſuper fœnum, cum ante uerterit herbam. Quod ἀναβλέψας, aſpiciens, pro ſuſpiciens, ſiue ut temporis etiam habeatur ratio ſublatis in cœlum oculis. Nam κλάσας ἔδωκε, id eſt,fregit ac dedit,tolerabilius eſt,quanq; apertius erat, Cũ fregiſſet,dedit.

Dederunt additum.

set,dedit.Deniq;, quod (Discipuli dederunt turbis.) Dederunt uerbum de suo addidit, quod nec additum est à Græcis,nec in uetustis Latinorum codicibus inuenitur.

Et tulerunt reliquias.Græca sic habent, καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων δώδεκα κοφίνους πλήρεις. Et sustulerunt quod superfuerat fragmentorum duodecim cophinos plenos.Cophinus autem ueteribus mensuræ genus fuit,autore Iulio Polluce,quanquam hic pro sportis positum apparet,quod Lucas σαργίδας appellet,hoc est,sportulas.

Cophinus mensuræ genus.

Manducantium autem &c.) οἱ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων.i. Erant autem qui comederant uiri, ferme quinquies mille, preter mulieres ac pueros. Verum hic latinitatis duntaxat iniuria est. Cæterum quod, iussit, posuit, pro compulit, siue id factum est ab interprete, siue à librario, cum sensus etiam iniuria coniunctum est.Nam Græce plus est quam compulit ἠνάγκασεν. Vt intelligamus eos inuitos a præceptore discessisse,quem sic amabant, ut nec punctum temporis possent abesse. Quemadmodũ annotauit & diuus Hieronymus,qui compulit,legit,nõ iussit. Vt illa dissimulem,quod præcederent eum, dixit pro præcederent se.Nam quod Valla mauult præirent, quam præcederent, non uideo quid illum debuerit offendere. Et dimitteret turbas, eleganter uertit, si modo intelligamus eum non fugisse simpliciter turbas, sed ab se dimisisse,quomodo solemus amicos abeuntes dimittere. Quanquam ἀπολύω Græca uox anceps est,ad multa,ad absoluere,repudiare,dimittere quomodocunq;.

Præcedere præire.

Solus orare.) κατιδίαν, id est, seorsim, siue priuatim,aut secreto,quemadmodum alibi uertit. Porrò aduerbium utrolibet referri potest,ad uerbum superius ascendit, aut ad adorare,quanquam rectius ad posterius. Ac mox, (Nauicula autem.) τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης, id est,Nauis autem iam medio mari. Mirum enim quam hoc diminutiuo delectetur.Deinde iactabatur,Græce est ἦν βασανιζόμενον, quod ante uertit,torqueri,nos uertimus afflictabatur. Ac rursum, (Venit ad eos) ἀπῆλθεν, abijt. Quanquam apparet eum sic abusum hoc uerbo ἀπελθεῖν, quemadmodum Græci ἀφικνεῖσθαι, id est, peruenire. Phantasma est.) Græcam dictionem reliquit, latine poterat spectrum dicere. qua uoce usus est Tullius, ac Plinius. Græcis etiam φάσμα dicitur. Nã illa leuicula sunt,quod εὐθέως δὲ, id est,statim autem,uertit,statimque.Quod θαρσεῖτε, id est, bono animo sitis, siue fidite,uertit, habete fiduciam,ociosa periphrasi, quod super aquam ἐφ' ὕδατα, pro super aquas. Porrò quod hic uertit, mergi, Græcis est καταποντίζεσθαι, id est, inuolui undis marinis. De modicæ fidei, ὀλιγόπιστε iam diximus. Ad hæc (Quare dubitasti?) εἰς τί ἐδίστασας; id est, Ad quid uacillasti? Id enim Græca uox sonat,cũ animus nunc huc, nunc illuc impellitur.Donec nihil spectabat,nisi Christũ, in tuto erat Petrus, at dum fluctuat animo, protinus periclitatur in fluctibus.

Βασανίζεσθαι afflictari.

Vacillare.

Et cum ascendissent.) καὶ ἐμβάντων αὐτῶν, id est,Et ingressis illis. Loquitur enim de Iesu & Petro simul ingressis. Ac mox ἔδησε ἂν, Nauiculam pro naui,cum sit πλοῖον. Nec est,in terram Genezar,sed Genezareth. Quanquam apparet apud illos utrumq; nomen esse eiusdem lacus.Nam sentit regionem ei lacui finitimam. Magno autem consensu Genezar legunt Chrysostomus & Hilarius, suffragantibus & uetustis exemplaribus. Cæterum Hieronymus hoc loco scribit in hunc modum: Si sciremus quid in nostra lingua resonaret Genezareth, intelligeremus quomodo Iesus per typum apostolorum, & nauis,ecclesiam de persecutionum naufragio liberatam,transducat ad littus, & in tranquillissimo portu faciat requiescere.Primum,quid suam dicit linguam,nisi forte Syrorum,inter quos habitabat id temporis? Deinde cum ait,si sciremus, uidetur confiteri incomperta eius nominis interpretationẽ.In uulgatis Hebraicorum nominũ collectaneis legimus Genesar significare ortus principiũ,siue initiũ natiuitatis,nec aliud significare Genezareth, q; Genesar. Quanq; ad hãc interpretationẽ nõ uideo quid faciant uerba Hieronymi.

Genezareth quid Hebræis.

Cum cognouissent.) ἐπιγνόντες, id est, Cũ agnouissent. Est em̃ consentaneũ multos illic fuisse,qui Iesum antea uiderant. Ac mox (miserunt) ἀπέστειλαν. Cur nõ est ausus addere nuncios. Nec est,in uniuersam regionẽ,sed εἰς ὅλην τὴν περίχωρον, in totã undiq; finitimam regionẽ.Nam illud ut uel fimbriã,eleganter uertit,cũ sit Græce, κἂν μόνου ἅψωνται, id est, ut uel tangerent duntaxat. Et quod est uestimenti,Græcis est ἱματίου, quod aliquando pallium uertit,significat enim summam uestem,id quod ad ἔμφασιν facit.

Agnoscim⁹ ante uisum.

Ex capite

EX CAPITE DECIMOQVINTO.

TVnc accesserũt.) τότε προσέρχονται, id est, Tunc accedunt. Ac mox (ab Hierosolymis scribæ.) οἱ ἀπὸ ἱεροσολύμων γραμματεῖς. Articulus facit, ut uertendum fuerit, qui ab Hierosolymis uenerant scribæ, siue Hierosolymitani scribæ. Idem indicat Chrysostomus, hunc enarrans locum. Nã erant & aliarum urbium scribæ. Nec est, Traditiones, sed παράδωσιμ, id est, traditionẽ. Consentiente uetustissimo codice latino. Nos institutum, siue constitutionẽ uertere possumus. Nec enim queruntur de omnibus traditionibus, sed de una duntaxat. Nempe de non lauando manus. Nam deus dixit.) Græce est, ἐνετείλατο λέγων, id est, Præcepit dicens. Vt respondeat ad id quod præcessit, ἐντολὴμ mandatum, siue quod malim, præceptum. Cæterum honora, Græce est, τίμα, quod significat, honorem habe. Verum secundũ consuetudinẽ sermonis Hebraici, magis pertinet ad subsidium, ꝙ ad honorẽ. Præcepit enim deus id quod gentilium quoq; legibus cautum est, ut liberi parentibus, uel ætate defectis, uel inopia laborantibus, uel alioquin afflictis, opitulentur, & ut Græci loquuntur, ἀντιπελαργῶσι. Id hodie quidam non intelligentes, parentes suos tantum non adorant, eumq; honorem parentes à liberis exigunt, atq; ita totum pietatis officium abunde persolutũ arbitrantur. Ad eundem modum usus est Paulus scribens Timotheo. Honora uiduas, quæ uere uiduæ sunt. Ac rursus: Presbyteri duplici honore digni sunt. Quin & apud Latinos, honor pro præmio, gratiáque usurpatur, quæ pro merito refertur. Et apud Græcos τιμὴ, à τίω deductum est, quod quoties in bonam accipitur partem, significat dependo, siue persoluo. Munus quodcunque est.) δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, id est, donum quodcunque ex me profectum fuerit adiuueris. Cæterũ sensus uerborum est aliquanto obscurior, unde ab omnibus multipharíam exponitur. Quidam eñ hæc uerba tribuunt filio, qui sic loquatur patri, Donarium quod ex me uenturum erat in corban (Nam Syram uocem posuit Marcus) hoc est, in gazophylacium templi, id totum consumitur in tuos usus, tibiq; iuuando impenditur, nimirum fraudato templo. Atque ita prætextu pietatis bis uiolabant pietatem, primum desertis parentibus, ueluti in gratiam dei, deinde deũ ridebant, non immolantes, quod immolatum fingebant, ut ait Chrysostomus. Velut si pater ouem, aut simile quippiam petiisset à filio, ne deesset negãdi prætextus, fingebat filius eam ouem templo destinatam. Idq; nefas uideri uolebant, in priuatos usus asserere, quod templo dicatum esset, perinde quasi deus suo iure fraudaret. Atq; utinam hic pharisæorum morbus a Christianorum moribus abesset. Huiusmodi captionum plena sunt omnia. Et Christi, aut Mariæ peculium dicitur, quod uel in luxum sacerdotum, ac monachorum seruat, uel in principis alicuius prædam. Sacrilegium habetur hinc egenis subuenire. Horum laqueis testamenta transferuntur ad alendum ocium, & luxum quorundam religionem cultu, titulóq; profitentium, fraudatis, & excusis aliquoties & liberis. Cæterum ideo dixit pharisæis, uos autem dicitis, non quod hæc illorũ sint uerba, sed quod illi docerent liberos ad eum modum loqui patri, quo parentes, dum metu sacrilegij abstinebant ab his quæ uidebantur destinata templo, penuria conficerentur, atq; ita quod deus iusserat impendi confouendis parentibus, id in lucrum cedebat sacerdotum. Alij referunt hæc ad Pharisæos, qui uerbis huiusmodi terrerent creditorem, grauantem reddere quod debebat. Nam arte id agebant pharisæi, ut si quis debitor esset, unde uel ob inopiã, uel ob potentiam nihil posset extorqueri, creditor pecuniam eam cõsecraret corbonæ. Iamq; ius exigendi transierat ad istos qui debitorem territabant, ad hũc modum: Tu pecuniam deo dicatã, apud te detines, & in prophanos consumis usus, quod tẽplo cõsecratũ est? Atq; ita fraudabat creditor sua pecunia. Verũ hæc nõ uideo quid ad parentes honorandos pertineãt, etiãsi hũc quoq; sensum recensent Hieronymus, ac Vulgarius. Magis ad rẽ facit, ut filius dicat, quicquid tẽplo dicauero, id patri impensũ est, nempe deo, atq; ita irrisum patrem destituat. Nam illam interpretationem reiicit etiam Chrysostomus, si modo non fallit interpres (Siquidem hactenus suppeditabat græcum exemplar,) ut filius dicat patri, nullũ honorẽ tibi debeo, sed si quid impendero est donũ. Siquidẽ nec hoc ad pharisæos pertinet, quò titulo filius officiũ præstet patri. Loci obscuritas fuit in causa, ut interpretes alia atq; alia diuinarẽt. Quod aũt adfert Aurelius Augustinus

Scribæ ab Hierosolymis.

Traditio institutũ a maioribus profectum.

Honorare parentes quid.

Munus quodcunq; locus uarie expositus.

Notati sacerdotum mores.

Excussa Augustini sententia.

in libro quæstionum Euangelicarum primo, quæst. decimasexta hisce uerbis. Filios adultos negare sibi gratum esse, quod parentes pro ipsis offerrent munera, posteaq; ad eam ætatem peruenissent, ut ipsi pro se possent offerre donaria, an euãgelico congruat sensui alijs expendendum relinquo. Mihi sanè nõ admodum probatur. Cæterũ in ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ, omnino subaudiendũ est aliquid, ut exprimas articuli græci uim, & liberum est subaudire, quod sententiæ sit accommodũ, est, aut erit, aut aliud simile. Deinde ὠφεληθῇς, magis legendum uidetur ὠφεληθῇ, ut sit iuuaris. Tu iuuaris omni dono, quod daturus eram templo. Quandoquidẽ Christus hoc uelut exemplum contumeliæ commemorat, qua liberi edocti à Pharisæis, afficiant suos parentes. Deinde τιμήσῃ, si per η scribatur, sonat, honorabis, si per ε honorabit. Nostra uero translatio, neq; cum Græcis satis quadrat, neq; sententiam ullam explicat. Proinde quoad licuit in tanta sententiarũ uarietate, id quod optimũ iudicauimus secuti, uertimus ad hũc modũ. Quicquid doni à me profecturũ erat, id in tuũ uertit cõmodũ, & nõ honorabit patrẽ suũ, aut matrẽ suã, nẽpe filius sic edoctus à uobis. Et tñ quicũq; sensus erit, durior est sermonis cõpositio, quod hæc particula (Quicũq; dixerit patri & matri,) nõ habet quod respondeat, nisi subaudiamus, bene facit, aut aliud simile.

Subaudiendũ aliquid.

Labijs me honorat.) Apud Græcos plusculum est uerborum ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, id est, appropinquat mihi populus hic ore suo, & labijs me honorat. Verum adiecit nonnihil aliquis, qui uoluerit absolutũ reddere prophetæ testimoniũ, cum Hieronymus enarrans hunc prophetæ locum indicet Euangelistam decerpsisse, quod sibi commodum iudicabat, & neq; retulisse per omnia, ut in Hebræo scriptũ est, neq; ut à Septuaginta uersũ. Est aũt locus apud Esaiã ca. uigesimonono.

Deprauat⁹ locus apud euãgelistam

Hebraica sic reddit Hieronymus. Pro eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis, glorificat me, cor aũt eius longe est à me, & timuerũt me mandato hominũ, & doctrinis. Septuaginta uerterũt in hũc modũ. Appropinquat mihi populus iste ore suo, & labijs suis honorat me, cor aũt eius lõge est à me, frustra colũt me, docẽtes hominũ præcepta, atq; doctrinas. Ipsa igit̃ res indicat hoc testimoniũ nõ ita legi à Græcis, ut est adductũ ab Euãgelista, sed ut est restitutũ à studioso quopiã, q cũ deprehẽdisset locũ apud prophetã, quod mutilatũ esse putabat, expleuit, idq; nõ ex Hebræorũ libris, quos ignorabat, sed ex æditiõe Septuaginta, quã Græci sequũt̃. Porrò quod hoc loco interpres, haud scio quis uertit sine causa, Græce est, μάτην. i. frustra & sine fructu potius q̃ sine causa. Atq; ita legit̃ in translatione Septuaginta. Denicq; longe est, Græce est ἀπέχει, id est, abest, nõ, est.

Præcepta hominum.

Doctrinas, & mandata hominum.) apud Græcos non additur coniunctio. Verum διδασκαλίας ἐντάλματα ἀνθρώπων, id est, doctrinas, mandata hominũ, ut appositiue legatur doctrinas, quæ sunt mandata hominũ, non dei. Atq; ita comperi in uetustissimis illis (quæ iam complusculis locis adduxi) latinis exemplaribus. Et consentiunt Hebraica מִצְוַת אֲנָשִׁים מְלֻמָּדָה, quod ad uerbum ita reddere liceat: mandata hominũ doctrinas. Nec tam est colunt, q̃ reuerentur σέβονται, quod propius etiam accedit ad Hebraicam ueritatem בִּבְרוּבִי. Conuocatis turbis.) προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον, id est, aduocata siue uocata ad se turba, aut accersita. Quod tamen ita ferme perpetuo transfert. Cæterum (coinquinat) Græcis est κοινοῖ, id est, commune facit. Nam Iudæi quod sanctum purumq; non sit, id commune uocant, quod Latini prophanum, impurum, aut nefastum. Nam pura, sancta, minimeq; prophana uocantur. Vnde nos uertimus impurat, ac mox impurum reddet hominem. Annotauit hoc Origenes, seu potius Origenis interpres edisserens caput epistolæ ad Rhomanos decimũquartũ, indicans in nonnullis exemplaribus latinis fuisse scriptum, communicant, in nõnullis coinquinant.

κοινοῦν prophanare

Sed quod procedit) Perdidit interpres gratiam προσομοιασίας, atq; item ἐναντιώσεως in his uocibus τὸ εἰσερχόμενον & τὸ ἐξερχόμενον, id est, quod ingreditur, & quod egreditur. Ac paulopost, οἶδας ὅτι, id est, nosti, &, quia, uertendum erat in quod, aut certe per infinitũ uerbũ reddendus sensus. Ad hæc ἀκούσαντες τὸν λόγον τοῦτον, uerbũ, rectius uertisset sermonẽ, cum Græca uox sermonẽ significet magis, q̃ uerbũ aut certe dictũ. Vt ne dicam scandalizatos positum pro offensos. Cæci sunt duces cæcorum. Græcus sermo festiuior est, ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν, id est, duces sunt cæci cæcorũ. Nã ὁδηγοὶ proprie dicunt̃ qui cõmõstrant uiã, ab ὁδὸς uia, & ἄγω duco. Ac mox φρέαρ, edisserere de quo superi

Verbũ pro dicto.

admonuimus

admonuimus,etiam ſi mihi non improbatur. Nec eſt. Non intelligitis,ſed οὔπω,id eſt,non dum,ut reſpondeat ad ἀκμήν, id eſt,adhuc,quod tamen uehementius quiddā eſt, q̄ ἔτι. Nō pro nōdum.

Male uexatur.) κακῶς δαιμονίζεται, id eſt,miſere, quāq̄ & male latinis uſurpatur pro miſere. Ac rurſum ὁ δέ,id eſt,at ille ait,uertit,qui ait,uelut affectata diſſonantia, tametſi id nō magni refert. Itē (Nō reſpondit ei uerbū) λόγον. Rurſus cur potius uerbū q̄ ſermonē? Nā ſenſus eſt, nō reſpōdit illi quicq̄. Præterea ἠρώτησαν,id eſt,interrogabāt, quo tamē uerbo nōnūq̄ abuſus uidet pro rogo. Nā hæc uox latinis eſt anceps. Itē (Dimitte illā.) ἀπόλυσον, id eſt,abſoluc illam, ſiue ut impetrato quod petit abeat,ſiue ut aliquo pacto illi ſatiſfiat. Male pro miſere.

Ad oues quæ perierunt.) τὰ ἀπολωλότα, id eſt, perditas, ut ſæpe citat Hieronymus. Cæterum articulus indicat nō omnes oues intelligi,ſed eas quæ periſſent. Et (adiuua) βοήθει rectius,ſuccurre. Nam adiuuamus laborantem,& βοηθεῖν, inde dictum,quod ad uocem periclitantis & quiritantis accurritur,id quod & βοηδρομεῖν uocant. Adiuuare βοηθεῖν.

Nō eſt bonū.) Græce eſt, καλόν, q̄d magis honeſtū & pulchrū ſignificat, q̄ bonū, ἀγαθόν, Nā indecorū eſt,cibū filiorū obiicere canibus. Hæc em̄ Ieſus ex publico Iudæorū affectu dixit, qui ſe ſolos deo charos & ſanctos iudicabāt, cæteros oīneis canū habebāt loco. Et liberorum eſt magis q̄ filiorum, τέκνων,ut ea uox filias quoq; complectatur,præſertim cum mulieri loquatur. Mittere canibus.) βαλεῖν τοῖς κυναρίοις, id eſt, abiicere catellis. Eadē eſt uox,quā mox uertit diminutiue. Nā & catelli edūt,κὴ γὰρ τὰ κυνάρια. Ne quis in huius mutatione uocis ſomniet ſubeſſe myſteriū,cum apud Græcos utrobiq; ſit eadē. Præterea (etiā domine) ναὶ κύριε, Cōfirmantis eſt aduerbiū,nō refellentis,uerum eſt quod dicis, Turpe eſt panes filiorum abiici catellis, ego licet ſim canis,micas peto non panes. Adiicere potius q̄ mittere.

Habentes ſecū.) ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν,id eſt,Adducētes ſecum. Nā id quoq; ſignificat ἔχω, Hieronymus interpretatur deducētes,ſiue portātes. Ac ſubinde, (Mutos,cæcos,claudos, debiles.) χωλούς, τυφλούς, κωφούς, κυλλούς, id eſt, Claudos,cæcos,mutos,mutilos,ſiue mācos. Hieronymus admonet,quod hic uertit debiles,Græcis eſſe κυλλούς, quod ita refertur ad manū,quēadmodū χωλὸς ad pedē,ut ſicut qui uno pede claudicat,claudus dicitur,ita cui altera manus manca aut trūcata ſit, κυλλὸς dicatur. Nā debilitas generale malum eſt totius corporis. Vnde cum paulo poſt,ſanatos referens,dixiſſet mutos loquentes,cæcos uidentes,claudos ambulantes, nō repetit κυλλούς, quod nihil haberet,quod huic nomini reſponderet. Ex quibus Hieronymi uerbis conſtat, id quod reperitur in Græcis exemplaribus κυλλοὺς ὑγιεῖς, id eſt,debiles ſanos, additum à quopiam,qui id putauerit librarij uitio prætermiſſum. Vt diſſimulem,quod ἐδόξασαν uerterit, magnificabant pro glorificabant. Nam de illis προσκαλεσάμενος, & σπλαγχνίσομαι, non ſemel iam admonuimus. κυλλοί. qui Græcis.

Ne forte deficiāt.) μήποτε,id eſt,ne,aut nequādo. Ac paulo poſt (Vnde ergo nobis) Ergo redūdat, πόθεν ἡμῖν. i. unde nobis. (Panes tātos) ἄρτοι τοσοῦτοι, id eſt,tot panes,ſiue tā multi panes,aut certe tantū panū. Nā græca uox numerū ſignificat, nō magnitudinē, hoc eſt quantitatē diſcretā,nō continuā,ut loquūt Dialectici. Porrò ut diſcumberēt,græcis eſt ἀναπεσεῖν, quod ſignificat humi cōſidere,nō in lectis. Et (Gratias agēs fregit.) εὐχαριστήσας ἔκλασεν. i. Cū gratias egiſſet,ſiue gratijs actis fregit. Ac rurſū,(Diſcipuli dederūt populo.) Dederūt interpres latinus addidit de ſuo. Nec eſt (Quatuor milia hominū.) ſed τετρακισχίλιοι ἄνδρες, id eſt,quater mille uiri. Nā quod χωρὶς uertit extra pro præter,laudo copiam, etiamſi nihil opus. Deinde παιδίων pueros uertit paruulos,ita ſolet reddere νηπίους. Tanti pro tot nō recte.

In fines Magedan.) εἰς τὰ ὅρια μαγδαλά, id eſt, In cōfinia Magdala. Atq; ita legit diuus Chryſoſtomus,addēs Ieſum abiiſſe in fines Magdalorū. Sic enim uertit interpres. Nā hic ut ante dixi, deſtituit nos grecū exemplar truncū. Ac meminit quidē Hieronymus Magdali in deſcriptione locorum. Cæterum hoc loco Magedam legit,nō Magdalam,his quidem uerbis: Magedam,ad cuius fines Matthæus euangeliſta ſcripſit dominum peruenīſſe,ſed & Marcus eiuſdem recordatur. Nunc autem regio dicitur Macera, cōtra Ieſuram. Mageda. Magdala.

EX CAPITE DECIMOSEXTO.



Erenū erit.) εὐδία, id eſt,ſerenitas,ut ſubaudias erit, ſicut & in proximo,hodie tēpeſtas,ſubaudit erit, σήμερον χειμών. Ac magis exprimit certū prognoſtæ iudiciū hoc ſchema ſermōis. Porrò (rutilat) idē uerbū eſt,q̄d modo uerterat, rubicūdū eſt, πυῤῥάζει. Et (nō poteſtis ſcire.) Scire nō addit nec in pleriſq; græcis exem- Prognoſtæ.

cis exẽplaribus, nec in antiquis latinis. Quãcꝫ in nõnullis reperi ſcriptũ, οὐ δ' ὠάσθε, nõ potestis, in quibuſdã, οὐ σωίετε, id eſt, nõ intelligitis. Itẽ (Intuemini & cauete.) ὁρᾶτε ἢ προσέχετε. id eſt, Videte & cauete, ſiue ut alibi uertit, attẽdite. Quis em̃ uncꝫ dixit, intuemini ꝓ cauete. Nã hæc uerborũ idẽ ſignificantiũ cõduplicatio, nihil aliud ꝙ epitaſin cautionis habet.

Videre, pro cauere.

Inter ſe.) πρὸς ἑαυτοῖς, inter ſe mutuo, ſiue intra ſeſe. Nam διελογίζοντο quoꝫ ambiguum eſt ad diſputantem, & ad cogitantem. Ac mox, πρὸς ἑαυτοῖς, id eſt, inter uos, ſiue intra uos: Ac paulo poſt, Quinꝫ panum, & quinꝫ milia. Cur nõ potius quinꝫ miliũ? Quanꝫ accuſatiuus panes erat commodior ob turbam genitiuorum. Cæterum articulus additus facit, ut de certis panibus intelligamus, τοὺς πέντε ἄρτους, & τῶν πεντακισχιλίων, quinꝫ illos panes, illorũ quinꝫ miliũ. Poterat fortaſſe poſterior genitiuus abſolute uerti, cũ eſſent qnꝫ milia hominũ. Et aliquanto poſt, (Quare non intelligitis?) πῶς οὐ νοεῖτε, id eſt, Quomodo non intelligitis, ut ſit obiurgantis, hoc eſt, quí fit, ut non intelligatis.

ἑαυτοῖς ad utrãcꝫ perſonam.

Cæſareæ Philippi.) καισαρείας τῆς φιλίππου. Dilucidius erat Cæſareæ eius quæ cognominatur Philippi. Siquidẽ articulus additus diſtinguit hãc Cæſareã, quæ Philippi cognomẽ habet, ab ea quæ citra cognomen Cæſarea dicitur. Ea eſt, quã Herodes pater Herodis tetrarcha, Trachonitidis inſtaurauit, in honorẽ Auguſti Cæſaris, quæ prius turris Stratonis uocabatur. Cæterum Cæſarea Philippi ea eſt, quã extruxit Herodes filius, in honorẽ Tiberij Cæſaris, quæ mutato nomine, deinde Paneas dicta eſt, in prouincia Phœnices ad radices Libani, ubi Iordanis è duobus oritur fontibus, Ior & Dan, autore Hieronymo.

Cæſareæ duæ.

Quẽ dicunt homines?) τίνα με λέγουσιν, id eſt, Quem me dicunt, atqꝫ ita ſcriptum deprehendi & in uetuſtiſſimis codicibus latinis, nominatim in exemplari Paulino. In nõnullis Græcis tantum erat, Quem me dicunt eſſe? Et (filium hominis) τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Neutrum expreſſit articulum, cum neuter ſit ocioſus. Nam certum filium, ac certum hominẽ ſignificat, nempe Adæ, qui apud Hebræos אדם, id eſt homo dicitur. Proinde friuolum eſt iſtorum commentum, qui putant Chriſtum ob id dici filium hominis, quod ex matre duntaxat ſit progenitus, cum hic homini præferatur articulus maſculinus, τοῦ. Itidem in eo quod ſequitur, (Tu es Chriſtus.) ὁ χριστός, id eſt, tu es ille Chriſtus, & tu es ille filius dei. Quin etiam participio ζῶντος, articulus additus eſt apud Græcos, idcꝫ non abs re, quod ſubindicat Origenes, adducens illud, Viuo ego dicit dominus. Filius, non cuiuſlibet dei, Nam erant & gentibus ſui dij, ſed filius illius dei, qui ſolus habet immortalitatem, quicꝫ fons eſt, & parens omnis uitæ.

Filius hominis.

Articulus quid ualeat.

Bene nota.

Simon Bariona.) Mirum cur id utercꝫ interpres alia lingua maluerit quàm Græce, aut latine. Nam alibi uertit, ut apud Ioannem capite primo, Tu es Simon filius Ioannis, & rurſus capite. xxi. Simon Ioannis diligis me plus his? Niſi forte alluſit ad myſteriũ reuelationis. Bar בַּר eṁ filiũ ſonat, & יוֹנָה columbã. Addito elemento יוֹחָנָן ſonat Ioannem. Porrò Ioãna interpretãtur dñi gratiã. Hiero. putat deprauatũ eſſe Bar Iohãna ĩ Bariona.

Bariona quid.

Quia tu es.) ὅτι, quod, nõ quia, id eſt, dico te eſſe Petrũ. Petrus aũt græcis ſaxũ ſignificat πέτρος, quẽadmodũ & Cephas Syro ſermone, ut teſtis eſt Hierony. nõ Hebraico, ſolidi tatẽ ſonat. Saxũ em̃ illũ appellat, quod ſolidus ſit in cõfeſſione fidei, & nõ uulgariũ opinionũ leuitate huc & illuc uacillet, & ſuper iſtã petrã, hoc eſt ſolidã iſtã fidei profeſſionẽ extruam eccleſiã meã, in quo fundamento ſi conſtiterit, nec inferi quiccꝫ aduerſus illã poterunt, nedum homines. Etiã ſi diuus Auguſtinus in homilia huius loci, hæc uerba ſuper hanc petrã, ipſi accõmodat Chriſto, nõ Petro. Tu es, inquit, Petrus, & ſuper hanc petram quã cõfeſſus es, ſuper hanc petrã quã cognouiſti, dicens: Tu es Chriſtus filius dei uiui, ædificabo eccleſiam meam, id eſt, Super meipſum filium dei uiui, ædificabo eccleſiam meam. Super me ædificabo te, non me ſuper te. Nam uolentes homines ædificari ſuper homines, dicebant, Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephæ, ipſe eſt Petrus. Et alij qui nolebant ædificare ſuper Petrum, ſed ſuper petram. Ego autem ſum Chriſti. Proinde miror eſſe, qui locũ hunc detorqueãt ad Rhomanũ pontificẽ, in quẽ haud dubie cõpetũt in primis uelut in Chriſtianæ fidei principẽ. At nõ in hũc unum ſed in oẽs Chriſtianos, quod eleganter indicat Origenes homilia prima, harum quas habemus. Verum ſunt, quibus nihil ſatis eſt, niſi quod ſit immodicum. Ita quidam ad inuidiam uſqꝫ Franciſcum prodigioſis efferunt laudibus, quem exprimere magis oportebat, cꝫ in immenſum attolle

Petrus Cephas.

Locus explicatus uarie.

re. Nam

re. Nam deiparæ uirgini, & Christo fortasse nō potest ascribi nimium. Quanq̄ hic quoq̄ optarim omnes tam ad imitādi studium inflāmatos, q̄ quosdam uidemus sedulos in exaggerādis laudibus. Diuus Cyprianus in epistola primi libri tercia, uidetur accipere super Petrū esse fundatā ecclesiā, Petrus tamē inquiēs, sup quē ab eodē domino fundata fuerat ecclesia. Nisi forte sic excusandus est Cyprianus, quod Petrū hic nō p homine illo, sed pro typo accepit, quod propemodū indicant quæ sequūtur. Vnus pro omnibus loquēs, & ecclesiæ uoce respondens, ait, domine quo ibimus? Itaq̄ Petrus saxeus solidā ecclesiæ fidem repræsentat. Cæterum nostra interpretatio uerbis dūtaxat dissidet ab Augustiniana, quā ideo induximus, quod illius uideretur coactior, ad quā tamen maluit deflectere, q̄ in alterum incurrere scopulū, uidelicet ut in homine poneret ecclesiæ fundamentum.

Ecclesia non est fūdata super Petrū.

Non præualebūt aduersus eam.) Notauit huius sermonis amphibologiam Origenes, quod pronomen eā, seu petram referre potest, seu ecclesiā. Verum id ad sententiā perparui refert. Porrò inferi posuit, pro inferno. Quanq̄ ne id quidem satis latinum, Græcis est, ᾅδης, id est, Tartari, siue Orci. Lactantius tamen in carmine sic usus est: Inferus insatiabiliter caua guttura pandens. Itē (Erit ligatum & in cœlis.) Et cōiunctio redundat, nec apud Græcos additur, nec in uetustis exemplaribus. Ad eundē modum, Solutum in cœlis, pro solutum & in cœlis. Ac paulo post, Mandauit discipulis suis, διεστείλατο, quod uerbum in psalmis uertit, distinxit. Rectius erat edixit. Ac rursum (quia ipse esset Iesus Christus) ὅτι, uertendum erat, per quod. Et Iesus non additur, nec in græcis exemplaribus, nec in emendatis nostratibus. Quanq̄ in Paulino scriptum erat Iesus Christus. In altero, quoniā ipse esset Christus Iesus. Origenes homilia in Matthæum prima, frequenter adducit hunc locum iuxta nostrā sententiam. Videamus ergo, inquit, si iā opera apostolatus faciētes eos uolebat etiā prædicare, quoniā ipse erat Christus. Et si uolebat, dignum est quærere, quid est quod nunc præcipit discipulis suis, ut nemini dicant, quoniā ipse est Christus. Item aliquanto post. Ideo & saluator mittens apostolos, uolebat ut nemini dicerēt manifeste, quoniā ipse erat Christus. Ad eundē modum semel atq̄ iterum repetit in sequentibus, distinguens tempus, quo satis erat prædicare Iesum, & tempus quo prædicādus erat Christus. Et obstat sensui, si Iesum addas. Nihil enim magni erat esse Iesum, quod uocabulum erat hominis, haud dubium quin id temporis sexcentis commune. At Messiam esse, magnum erat. Alioqui perinde fuerit, ac si legas, ut nemini dicerent se esse Iesum Christū. Etenim quo minus huc cōfugiamus, ut dicamus accipi posse, ne cui dicerēt, quod Iesus esset Christus, obstat primū pronomē ipse, deinde etiā ipse sermonis ordo. Neq̄ em̄ quisq̄ ita loquitur, nemo credit, quod fuit Plato Christianus. Quanq̄ hoc sanè mollius est aliquanto, q̄ quod hoc loco legimus, Nescio an hic Iesus non pro uocabulo hominis proprio, sed pro seruatore sit positum, ut intelligamus illū uetuisse, ne se dicerent esse seruatorē Messiā. Neq̄ em̄ opinor Iesus siue Iosuah simpliciter seruatorē sonat Hebræis, sed à salute denominatū est. Ac mox (quia oportet ire) ὅτι, quod oporteret se abire, aut quod sibi esset abeūdū.

Prædicare Iesum. Prædicare Christum.

A senioribus.) πρεσβυτέρων. Haud scio an rectius fuerit græcā uocē relinquere, à presbyteris, quēadmodum ante fecit. Quādoquidē hic honoris uocabulum est potius q̄ ætatis. Ac paulo inferius (& assumens eum) Ⓒ προσλαβόμενος, & apprehensum eum, nimirū ut solent familiarius aliquid dicturi. (Increpare eum.) Idē uerbum quod aliquoties uertit, cōminari, nimirum ἐπιτιμᾶν. Absit à te domine.) Hieronymus annotauit significantius esse quod legitur à Græcis, ἵλεώς σοι κύριε, id est, Propitius tibi domine, ut subaudias, esto aut sis. Ad hunc modum legisse Origenē homilia in Matthæū prima, declarat interpres, & hūc secutus Chrysostomus, homilia quinquagesimaquinta, ac rursus, octuagesimatertia. Atq̄ ipsa uerbi omissio facit ad affectum Petri, uehemēter quod dictū erat abominantis. Est autē sermo abominantis, peculiaris Hebræis. Mihi magis uidetur subaudiēdum, sit tibi deus, q̄ sis, quanq̄ ita uisum est Hieronymo. Augustinus in psalmū tricesimū quartū, legit, propitius tibi esto, non fiet istud. Itē sermone de uerbis domini ex Matthæo 13. Rursus libro aduersus Faustū 16. cap. 17. Ac mox (Vade retro satana.) ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, id est, Abito post rergū meū satana. שָׂטָן Hebræis sonat aduersarium. Vnde Petrum satanā uocat, nō diabolum intelligēs, sed quod humano affectu aduersaretur cōsilio diuino. At totidē penè uerbis nunc repellit Petrum, quibus ante tentantē diabolum.

Propitius tibi esto.

Vade retro, post me soli Petro dicit.

Illud

Vade & uade post me. Illud indicauit Origenes hoc loco dici Petro, uade post me, Cæterum apud hunc ipsum Matthæum cap. quarto, diabolo tantum dici ὕπαγε, id est, abi, nec addi post me, quod obedientiæ sit ire post Christum. Id autem in apostolos quadrat, non in diabolum, quem admodũ & illic admonuimus, licet hæc differentia nec in græcis codicibus, nec in nostris satis constanter obseruatur, haud scio an incuria scriptorum.

Scãdalũ unde dictum Græcis. Scãdalum es mihi.) Mirum q̃ hæc quoq; græca uox placuerit Christianis, quæ nobis obstaculum, seu impedimentũ sonat, ut testatur & Hieronymus in dialogo aduersus Pelagianos, σκῶλον & σκάνδαλον, à ruina dictum, quod occasio sit cadendi, si quid obstet eunti, & σκάζω claudico, quod claudus inflectens se, uideatur tendere ad ruinam. Vertere poterat. Obstaculo mihi es, etiam si græce est μοῦ, non, μοι, id est, meum, non mihi.

Quam dabit homo cõmutationem?) ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Hic ἀντάλλαγμα uocat, id, quo dato redimitur aliquid, iuxta priscorum cõmercia, quæ nõ moneta, quemadmodũ hodie, sed mutua rerũ permutatione constabant. Est igitur sensus, omniũ rerum iacturam esse faciendã citius q̃ uitæ. Quæ si semel pereat, nihil est tam charum, cuius permutatione possis illam redimere, quicquid dederis. Proinde nos uertimus, Aut quid dabit homo, quo redimat animã suam? Sanè animam uitam appellat. Quemadmodũ & Horatius, Animæq; magnæ prodigum Paulum, & in hunc certe sensum interpretatur Origenes.

De hic stantibus. De hic stantibus.) Nonnulli græci codices habebant, τῶν ὧδε ἑστώτων, id est, Sunt quidam inter hos qui hic sunt, stãtes, siue sunt aliquot præsentiũ stantes. Vt articulus τῶν referatur ad aduerbiũ ὧδε, quẽadmodũ dicimus, τὸν νῦν, τὸν πάλαι. Origenes homilia tertia, nõnihil philosophatur de stantibus, quasi nõ omnes steterint, sed ij duntaxat, qui affixi essent Christo, quasiq; non omnes essent uisuri regnum dei.

EX CAPITE DECIMOSEPTIMO.

Dissonantia in numero. ET post dies sex.) De numero dierum consentit Marcus cũ Matthæo, cũ Lucas tradat octo fermè dies intercessisse, id ita explicat Chrysostomus, ut dicat Matthæũ ac Marcũ eos tantum dies supputasse, qui medij interceſſerant inter sermonẽ habitũ, & montem aditũ, Lucam uero duos etiã extremos imputasse, nempe eũ quo prior habitus est sermo, & eũ quo montẽ cõscẽderũt.

Assumpsit Iesus.) παραλαμβάνει, id est, Assumit, præsentis temporis. Item paulopost. (Duxit illos.) ἀναφέρει αὐτοὺς, id est, Subducit illos, siue abducit eos. Nec est, resplenduit, sed ἔλαμψεν, id est, fulsit, siue splenduit, non ἀπέλαμψεν. Ad hæc in omnibus quæ quidẽ

Sicut nix & sicut lumen. ego uiderim græcis exemplaribus scriptũ erat, nõ (sicut nix) sed ὡς ὁ φῶς, id est, sicut lux. Vnde uideri poterat errore scribæ, lux mutatum in nix, nisi secus & legeret & interpretaretur Hieronymus atq; item Chrysostomus, præsertim cum alius Euangelista meminerit fullonis, cuius ars est candidare uestes. Quanq; Valla de his uerbosius argutatur, quæ si quis cupiat cognoscere: Et si quid uidebuntur ad euangelij sensum facere, sunt in promptu. Dubium non est quin Origenes legerit, sicut lumen, homilia tertia, nõ dissimulans interim apud Matthæũ non luminis sed niuis fieri comparationẽ, Itidẽ citat homilia tricesima. Et (Cũ eo loquentes) συλλαλοῦντες, magis sonat confabulantes, ut familiare colloquiũ intelligamus. Paulóq; post (Respondens autẽ Petrus) ἀποκριθεὶς. Abutitur & aliàs hoc uerbo, cũ nihil præcesserit, ad quod respondeat.

Autoritas Christi summa, Ipsum audite. Ipsum audite.) Iam iterũ ea uox audita summã autoritatẽ arrogat Christo, unũ hũc doctorem creauit ipse deus pater. Hoc autoritatis nulli Theologorũ, nulli episcoporum, nulli pontificũ, aut principum tributũ est. Non quod his non sit parendũ, sed Christo præcipue, & ob Christum illis, si modo Christo digna præcipient, & si sequentur eorũ uestigia, de quibus dictũ est, qui uos spernit, me spernit, & qui uos audit, me audit. At nunc uidemus dormitari passim ad Christi doctrinã, ceu crassã ac rudẽ, & concionis auribus inculcari quid dixerit Scotus, quid Thomas, quid Durãdus, & pluris fieri inter monachos, quid statuerit Benedictus, aut Bernardus, aut Franciscus, q̃ quid is docuerit, de quo uno uox patris audita est, Ipsũ audite. Illi ferre nõ possunt, si quis uerbulo eleuet Dominici aut Frãciſci autoritatẽ, & nos feremus æquo animo seruulos anteponi domino? Cæterũ quod aiunt sese ex pharisæis audisse id legitur in calce Malachiæ: Ecce mittã uobis Heliã prophetã, anteq; ueniet dies domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrũ ad filios, & cor filiorũ ad patres eorũ, ne forte ueniã & percutiam

percutiam terrã Anathemate. Porrò quod hic scribarũ fit mentio, nõ sic est accipiẽdum, quasi quorũlibet scribarũ partes fuerint, ex prophetarũ oraculis respondere, sed erat hominũ genus, quos Hebræi suo quodã nomine uocãt, quorũ hæc erat professio, ut quẽadmodũ olim apud Rhomanos in rebus dubijs ex Sibyllæ libris p aruspices respõsa petebãtur, ita isti consulti ex prophetarũ libris responderunt, quos & Herodes consuluisse narratur.

Scribæ qui Iudæis.

Heliã oportet primũ uenire.) ἐλθεῖν πρῶτον, id est, uenire prius. Hic certe faciendũ erat, quod aliàs facit, ut superlatiuũ uerteret per comparatiuũ. Sentiũt em̃ Heliam uenturũ antecq; ueniret Christus. Genibus prouolutus.) γονυπετῶν, Græcis unica dictio est, perinde sonans, quasi dicas, accidẽs ad genua. Et aliquanto post (Incredula & peruersa) διεστραμμένη, id est, distorta: ac recte sanè uertit, modo recte intelligatur. Peruersum em̃ proprie dicitur, quod à rectitudine deflexũ est. (Quousq; ero.) ἕως ποτὲ ἔσομαι, id est, Quousq; tandẽ. Nec em̃ ociosa est expletiua coniunctio, sed impatientiã quandã tedij indicat. Rursus aliquãto post (Et increpauit eum) Ambigit & Hieronymus utrò referendũ sit eũ, ad hominẽ an ad dæmoniũ. Mihi magis uidetur ad dæmoniũ pertinere. Vnde uertendũ erat illud, nõ illum. Nã in eo quod sequitur, quare nos nõ potuimus eijcere illum? apparet librariorũ errore factũ, ut illum scriptũ sit pro illud. Est em̃ græce αὐτὸ, & dæmoniũ præcessit.

Primũ pro prius.

Transi hinc.) Omissa est apud nos una uox, μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ, id est, Trãsi hinc illuc, licet alterum aduerbiũ non reperiã apud Chrysostomũ. Nec est, nõ ejcitur, sed οὐκ ἐκπορεύεται, id est, nõ egreditur. Interpres legisse uidetur, ἐκβάλλει, & ad sensum haud magni refert. Porrò quod ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ, id est, in oratione & ieiunio, trãstulit per orationẽ & ieiunium, bene mutauit Hebraicã figurã. Nã Hebræi ב, id est, in, ut בְּיַד חֲזָקָה, in manu forti, בַּיהוָה in domino, utuntur pro per, ut iã admonui. Qui didrachmam accipiunt.) Bis in unica dictione peccamus, & quod per g scribimus, cũ sit per ch scribendã, & quod singulari numero, ac genere fœminino proferimus, quæ est, neutri, & pluralis, Siquidẽ est græcis τὰ δίδραχμα. Ait em̃, accipiũt, ut intelligas eos solitos à singulis accipere, & idcirco absolute dixit multitudinis numero. Est em̃ græcis δραχμὴ, id est, drachma, nomismatis genus, nempe sex cõtinens obolos, minæ Atticæ cẽtesima pars. Inde didrachmũ nomismatis uocabulũ duplum drachmæ, & tridrachmũ & tetradrachmũ. Quorũ omniũ meminit Iulius Pollux libro de rerum uocabulis nono. Et quod cõtinenter sequitur (Nõ soluit didrachma.) Soluit præsentis est temporis, τελεῖ, ut intelligamus exactorẽ illum, nõ hoc percontari, num Iesus iã soluisset uectigal, sed deberet ne soluere, & an illius esset soluere. Alioqui mentitus erat Petrus, qui responderit ναὶ, id est, etiam. Cæterum quæ Lyranus nugatur hoc loco, de didrachma ex Isidoro & Papia, quis posset absq; risu legere?

In, pro, per apud Hebræos.

Drachma Didrachmũ quid?

Præuenit illum Iesus.) προέφθασεν, id est, occupauit, siue anteuertit. Indicat em̃ Petrum ea de re Iesu locuturũ fuisse, sed ille nõ expectata oratiõe Petri anteuertit. Nec est tributũ, sed tributa, τέλη. Nã quod addit κῆνσον, latinã uocẽ Matthæi interpres usurpauit, nimirũ quod res esset latinorũ, & solent plerũq; peregrina, & aliunde inuecta suæ gẽtis uocabula secũ adducere. Porrò στατῆρ, tametsi ponderis quoq; modus est, quẽ Hebræi שֶׁקֶל uocãt, hoc sanè loco nummum significat, qui quatuor continebat drachmas. Nam cum didrachmum exigeretur à singulis, Iesus staterem reddi iussit, duorum nomine suo ac Petri. Qua quidem ex re mox nata est inter discipulos disceptatio, quis primas teneret in regno cœlorum, quod Petrus æquatus Christo, cæteris antepositus uideretur. Illud obiter annotare uisum est, etiamsi ad hoc institutum proprie non pertinet, non satis intelligi mihi, quid sibi uelit, quod in hunc locum scribit Hieronymus, Dominus noster, & secundum carnem, & secundum spiritum, filius regis erat, uel ex Dauid stirpe generatus, uel omnipotentis uerbum patris. Ergo tributa quasi regum filius non debebat, sed qui humilitatem carnis assumpserat, debuit adimplere omnem iusticiam, nosq; infelices, qui Christi censemur nomine, & nihil dignum tanta facimus maiestate. Ille pro nobis & crucem sustinuit, & tributa reddidit, nos pro illius honore tributa non reddimus, & quasi filij regis, à uectigalibus immunes sumus. Siquidem uidetur Hieronymus hoc arrogantiæ tribuere, quod ecclesiastici grauentur tributum pendere principibus, cum hodie summa pietas habeatur, pro immunitate clericorum modis omnibus digladiari. Christus testatus se non debere, soluit tamen, at non pro suis omnibus, sed pro se duntaxat ac Petro. Augustinus

Stater quid?

Excussa Hieronymi opinio de uectigali ecclesiasticorum.

quæstione

Excussa Augustini sententia.

quæstione in Matthæum uicesimatertia, ex hoc loco colligit immunitatem Christianorum, Quod dixit, inquiens, ergo liberi sunt filij, in omni regno intelligendum est, liberos esse filios, id est, non esse uectigales, multo ergo magis liberi esse debent in quolibet regno terreno filij regni illius, sub quo sunt omnia regna terræ. Hactenus Augustinus. Quod si recipimus, nulli Christiani debent uectigal suis principibus, cum omnes sint illius regni filij. Atq; haud scio, an mutato regno, uectigalis quoq; genus fuerit mutandum, & num Augustinus de hoc agat tributo, quod nos principi Christo debemus.

EX CAPITE DECIMOOCTAVO.

QVisputas.) τίς ἄρα μείζων. Putas interpres posuit loco coniunctionis expletiue. Et μείζων comparatiuum superlatiui uice positum apparet, cum de pluribus fiat sermo. Certe sic legit Augustinus in homilijs, quas ædidit in Matthæum. Ac mox (aduocans paruulum) προσκαλεσάμενος, quod toties iam uertit conuocans, ut ne quid interim cauiller de mutato participij tempore. Nec est paruulum, sed παιδίον, id est, puellum diminutiuum à puero. Etsi non sim nescius alicubi diminutiuum hoc usurpari pro grandi puero, tamen hoc sanè loco nō fuerat ociosa diminutio. Facit enim ad Emphasim, dum non solum inuitat illos ad imitationem cuiuscūq; pueri, sed pueri admodū pusilli. Ac rursum (Sicut paruuli.) ὡς παιδία, id est, sicut puelli. Atq; ita citat diuus Hieronymus, enarrans Esaiam: Et iterū (Sicut paruulus iste.) ὡς τὸ παιδίον, id est, ut puellus. Illud mirū, interpretem, qui soleat uel cū sententiæ detrimento copiā affectare, hoc loco non mutasse suū paruulum. Præsertim cum paruuli uocabulum nō admodum faciat ad sensum Christi. Siquidem paruulus esse potest, & qui natu sit grandis, cuiusmodi sunt Pumiliones & Pygmæi, poeticus populus. At hic innocētiam ac simplicitatem intelligi uoluit, qua prima puericiæ ætas prædita est. Nec additur iste in pleriſq; Græcorum exemplaribus, nisi quod articulus, τὸ, fermè tantundem efficit. Dilucidius autem uertisset in hūc modū. Nisi quis se reddiderit humilem, ut est puellus hic, hoc est tantulum, quantulus hic puer est, & deijciat semetipsum ad huius modulum. Cæterum Iesus per humilitatem corporis innuit ταπεινοφροσύνω, hoc est animi modestiam, & per corporis proceritatem significat animum elatum.

Paruulus, p puero.

Maior pro maximus.

Hic maior est in regno.) μείζων, id est, maximus, ut paulo superius indicauimus. Nam sunt, quorum est Origenes, qui hæc ad ipsum Christum pertinere putant, quo ut nihil humilius fuit, ita nihil maius. Nec ociose uidetur additus articulus ὁ μείζων, quasi dicas ille maximus, ad quem quo quisq; propius accesserit, hoc maior erit in regno cœlorum.

De pusillis istis.) τῶν μικρῶν, non est eadem uox Græcis, quæ modo fuit paruulorum. παιδίων. Atq; hoc duntaxat loco Origenes, uel huius potius interpres legit pusillis, siue paruulis, cum in superioribus legat puerum. Ac paulo post, Mola asinaria.) μύλος ὀνικός, significat ingens saxum. Siquidem in molis saxum quod substernitur, ut alterum quod circumagitur sustineat, Græcis ὄνος, id est, asinus dicitur, unde & prouerbium, ἀντὶ ὄνου ὄνος, sicut in Chiliadibus annotauimus. Nec absurdum est tamen, quod secutus est Hilarius, ut molam asinariam accipiamus quam asellus circumagat. Siquidem molæ leuiores, quas trusatiles uocant, hominis manu circumferūtur. Cæterum grauiores à iumentis, quibus occludūtur oculi, aguntur in gyrum. Expressit autem supplicij genus peculiare Palestinis. Cæterum (in profundum maris) Græce est, ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης, id est, in pelago maris, pro eo quod est in medio mari. Nam longius à littore solet esse profundius. Quandoquidem qui græcas tradunt etymologias, pelagus dictū putant, quod sit πόλος τῆς γῆς, id est, procul à terra, quasi telagus. Certum igitur exitium duabus rebus significat, magnitudine saxi, & profunditate maris.

Lapis molaris.

Væ homini per quem) pleriq; Græcorum codices addunt ἐκείνῳ, id est, illi. Et (Abcide eum) nōnulli codices habebant ἀυτὰ, id est, ea, ut ad utrunq; quod præcessit referatur. Et (Debilem) est, κυλλὸν, de quo iam dictum est, significat enim nō quouis modo debilem, sed cui altera manus sit detruncata, aut alioqui manca. Et rursus (cum uno oculo) Græcis uox est composita, μονόφθαλμον, quod unoculum dicere poterat, siue luscum, quemadmodum uertit alibi.

Debilis quid, pprie.

Venit enim filius hominis seruare quod perierat.) In nonnullis Græcis exemplaribus hæc uerba

hæc uerba non aſcribuntur, nec apud Hieronymum in commentarijs horum ulla mẽtio. In nonnullis contra reperiuntur, uelut apud Chryſoſtomum. Et (quæ errauit) Græcis eſt, ὃ πλανώμενον, id eſt, errantẽ. Nec eſt (Quia gaudebit) ſed ὅτι χαίρει, id eſt, quod gaudet, ſi ue gaudeat. Ac paulo poſt, (Vt pereat unus de puſillis iſtis) ἓν neutro genere, ut referat, παιδίον. Vnde recte uertiſſet, unus puellus. Nec eſt (lucratus eris) ſed ἐκέρδησας, id eſt, lucrifeciſti, aut lucratus fueris. Quandoquidem peculiaris eſt huius temporis uſus.

Quod ſi non audierit.) ἐὰν δὲ παρακούσῃ, id eſt, quod ſi obaudierit, hoc eſt auditum neglexerit, atq; idem uerbum mox repetitur. Quanq; in nonnullis priore loco erat μὴ ἀκούσῃ, poſteriori παρακούσῃ. Ac mox, (Erunt ſoluta & in cœlo.) coniunctionem addidit de ſuo, ut ſuperius indicatum eſt. In hoc autem mire philoſophatur Origenes, quod hic dictum ſit in cœlo, cum Petro tradantur claues regni cœlorum, & quicquid ille ſoluerit, aut alligauerit in terris, id ſolutum aut alligatum dicatur in cœlis, non in cœlo. παρακούσεμ. ut παροράμ.

Et iterum dico uobis.) πάλιν ἀμὴν, id eſt, rurſus amen dico. Neque enim bis dixit idem, ſed eſt initium alterius parabolæ. Rurſus autem apud latinos anceps eſt ut apud Græcos πάλιν. At iterum apud nos, non item.

Vſq; ſeptuagies ſepties.) ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά, id eſt, uſq; ſeptuagies ſeptem, ſic enim Græca ad uerbum reddi poſſunt, ut ſubaudias peccata aut uitia, aut ſimile quippiam. Nec accipiendus eſt numerus ſeptuaginta ſeptem duntaxat, ſed quadringẽtorum nonaginta, quandoquidem hanc ſummam efficiunt ſeptuagies ſeptem, interprete Vulgario, & item Hieronymo. Nam ingentẽ numerum poſuit pro infinito. Licet Origenes, aut certe huius interpres in calce homiliæ ſextæ, uideatur accipere ſimpliciter errata ſeptuaginta ſeptem. Septuagies ſepties, quõ accipiendũ.

Ponere rationem.) σωάραι, id eſt, conferre, ac ſimul ſubducere, aut ſuſcipere computum. Nam id hoc loco ſignificat ratio. Ea tollendis calculis conficiebatur, aut certe explicandis aut complicandis digitis. Vnde & Terentius ſubducta ratione dixit. Nam quod decem milia talenta dixit, pro talentorum, latinitatis duntaxat iniuria factum eſt, ſenſu incolumi. Et mox (non haberet unde redderet.) μὴ ἔχοντος δὲ αὐτὸ ἀποδοῦναι, id eſt, cum non poſſet autem ſoluere. Siquidem ἔχω additum uerbis infinitis plerunq; ſignificat poſſum, Latiniſſime dixiſſet, cum non eſſet ſoluendo. Paulóq; poſt rogabat eum dicens, Ve tuſtiſſimi codices latini ſcriptum habebant, orabat: Pleriq; Græci προσεκύνει, adorabat, pro eo quod eſt ſupplicabat, quod ſupplices contacta gena & genu uelut adorabant, obteſtantes per numen, cui ſupplices curæ ſunt, nonnulli παρεκάλει, id eſt, obſecrabat. Varia lectio.

Et patientiã habe.) Græce eſt, μακροθύμησον, id eſt, longanimis eſto: ſiue leni animo.

Et debitum dimiſit.) τὸ δάνειον ἀφῆκεν, id eſt, mutuum remiſit, ſiue æs alienum remiſit. Ac paulo poſt, (Et ſuffocabat eum.) Et dilucidius & fidelius erat, κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγεν, id eſt iniecta illi manu, obtorto collo trahebat. Id enim eſt κρατεῖν & πνίγειν hoc loco. Item narrarunt διεσάφησαν, id eſt, indicarunt, ſiue aperuerunt, aut prodiderũt. Rurſus (Seue nequam.) πονηρέ, id eſt, male, ſiue ſceleſte. Verum huiuſmodi permulta prætereo ſciẽs, ne moroſiore diligentia moleſtus ſim lectori. Ac mox (Omne debitũ remiſi tibi) πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκα, id eſt, totum illud debitum remiſi. Ac ſubinde (De cordibus ueſtris) Hic addunt Græci τὰ παραπτώματα αὐτῶν, id eſt, errata ipſorum, quod haud ſcio an explicandi cauſa ſit additum, quandoquidem apud Hieronymum nõ additur. Etiamſi additur apud Chryſoſtomum, ac Vulgarium. Suffocabat pro trahebat.

EX CAPITE DECIMONONO.

Si licet) pro licet ne, Græce dixit, magis q̃ latine, Et ἀπολύσαι repudiare, ſiue abijcere. Quacũq; ex cauſa.) κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, id eſt, ex quauis cauſa. Nimirũ illud ſentientes, eſſe cauſas aliquas iuſtas diuortij, quẽadmodũ indicat Origenes, Siquidẽ Moſes tantũ iuris permiſit maritis, ut iniqua uideatur lex aduerſus uxores, quibus nulla de cauſa licebat à marito diuertere, cũ his eſſet poteſtas obq̃ libet leuẽ fœditatẽ abijcere uxores, tantũ ſcripto libello repudij. Sic enim legimus Deuteronomij cap. 23. Si acceperit homo uxorẽ, & habuerit eam, & illa non inuenerit gratiã ante oculos eius propter aliquã fœditatẽ, ſcribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eã de domo ſua. Cũq; egreſſa alterũ maritũ duxerit, & ille quoq; oderit eã, dederitq; ei libellũ repudij, & dimiſerit de domo ſua, uel certe mortuus fuerit, Ius repudiãdi immodicũ apud Hebræos.

f non po-

non poterit prior maritus recipere eã in uxorẽ. Proinde Chriſtũ tentãt phariſæi, ut ſi probaſſet Iudæorũ repudia tam licentioſa, uideretur aduerſus naturalẽ æquitatẽ pronunciare, quæ ethnicis quoq; fauorabilis eſt, apd' quos ius erat mutui diuortij, neq; quauis tamẽ ex cauſa. ſin ſecus, uideretur in Moſaicã legem contumelioſus. Illi putabant ſibi quauis de cauſa quoties libuiſſet uxorẽ abijcere. Id Chriſtus aſtringit, unicã duntaxat cauſam excipiens, nempe ſtupri. Annotauit huius dictionis ἔμφασιν, is quiſquis fuit, cuius extat homília. 38. inter mixtas Chryſoſtomi titulo. Origenes hunc ediſſerens locũ, putat & alia crimina uel paria adulterio, uel etiam grauiora, ueluti ueneficium, parricidiũ, dirimere matrimoniũ. Auguſtinus in cauſa diuortij, idololatriam æquat adulterio, quod cultus idolorum ſit, adulterio miſceri cum immundis ſpiritibus. Sed ad hanc rationem omne peccatum, quod nos alienat à deo, dirimet matrimonium. Ego puto ob id exceptum adulteriũ, quod hoc ex diametro pugnet cum natura matrimonij. Neq; protinus tollitur matrimonij ſacramentum, ſi in paucis coniugiũ male initum bene dirimitur, non profecto magis quam adulterijs quæ nunc paſſim crebra ſunt, aut diuortio quod nos indulſimus male coherentibus. Quanq; hanc rationem de ſacramento, nullus ueterum, quod ſciam adduxit, cum tamen ſuper his crebra, prolixáq; ſit diſputatio, præſertim Auguſtino, ac Hieronymo. Neq; ſtatim homo diſiungit, quod deus coniunxit, imo quod per lenas, ac lenones, per uinolentiam, per ſtultitiam & incogitantiã male coniungit diabolus, id per miniſtros eccleſiæ ſuæ bene diſiũgit deus. Atq; utinã ſic coirent inter Chriſtianos oĩa matrimonia, ut autore deo iure dici debeãt inita, aut tales eſſemus oẽs, ut non opus foret aliquo diuortio. Nec eſſet in nobis ea σκληροκαρδία, ob quam olim Iudæis permiſſum eſt uxorem abijcere. Auguſtinus ad Pollentiũ exceptionem torquet ad partẽ duntaxat priorem, Facit cã mœchari, ut ad hoc tantum ualeat exceptio, non quo liber ſit à matrimonio qui repudiat uxorem, ſed ne uideatur illam facere mœcham, cum mœcham repudiet. Cæterũ quicũq; eam duxerit ſiue cauſa adulterij repudiatã, ſiue alia quauis de cauſa, committit adulteriũ. Quod an perinde cum ipſa ueritate, naturáq; conſentiat, ut eſt argutum, eruditis expendendum relinquo. Certe locus hic difficultatum plenus eſt, ut de quo non eadem ſenſerint eccleſiaſtici doctores: Cum Ambroſius exponens epiſtolam ad Corinthios priorẽ tribuat marito ius repudiãdi, neq; ſecus ſentiat Origenes. Vnde coacti ſumus aliud quoddam diuortij genus inducere, quod ita dirimat conſuetudinem domeſticam, ut nihilo ſecius maneat coniugij uinculum. Quod quidem diuortij genus, nomen dũtaxat diuortij, cum à nobis ſit repertũ, de hoc nõ percontatos Iudæos per ſe liquet, quibus prorſus erat incognitũ. Porrò quod hodie paſſim in ſcholis dictitant, ſolo cõſenſu contrahi matrimonium, utinam tam probatũ eſſet, q; receptũ eſt. Neq; poſtulo, ut hic quicq; de priſtina patrũ conſtitutione demutet eccleſia, ſi id antehac nunq; eſt factũ. Quod ſi factũ in Euchariſtia, & in diuortijs, optarim & hic fieri, ſi id ptineat ad ſalutẽ hominũ. Si fieri nõ poteſt, certe uotũ à pietate proficiſcit, & optat ſæpenumero charitas, nõ quod fieri poſſit, ſed qd' fieri uelit. Sed hiſce de rebus, ut attigimus nonnihil, ita copioſius dicetur in Paulinis epiſtolis. Quanq; hæc ipſa ſic dicta uelim accipi non quaſi aſſeram, ſed qui proponã eruditis excutienda. Ac mox, (Maſculã & fœminã.) ἄῤῥεν καὶ θῆλυ, neutri generis apud Græcos.

Et dixit propter hoc relinquet homo.) Incertum erat an deus ille creator olim hoc dixerit, an Chriſtus hæc locutus, illud adiecerit. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem. Auguſtinus libro de nuptijs, & concupiſcentijs ſecundo, capite quarto, ſic accipit, quaſi dixerit deus. Quod tamen, inquiens, dominus Ieſus in Euangelio deum dixiſſe cõmemorat, quia deus utiq; per hominẽ dixit, quod homo prophetando prædixit. Quanquam & Geneſis capite ſecundo, unde hæc deſumpta ſunt, ita referuntur hæc uerba, ut uel ab Adam dicta uideri poſſint, uel ab eo qui texuit orbis conditi hiſtoriã, uel ab ipſo deo.

Dimittet patrem & matrem.) καὶ καταλείψει, relinquet ſeu deſeret potius q; dimittet.

Et adhærebit uxori ſuæ προσκολληθήσεται, id eſt, adglutinabitur, metaphora ſumpta ab his, quæ glutino ſic committuntur, ut putes unũ eſſe. Annotauit emphaſin uerbi Chryſoſtomus homília ſexageſimatertia. Ac mox, Duo in carne una.) δύο εἰς σάρκα μίαν, id eſt, in carnem unam, hoc eſt, è duobus fiet unus, ſiue unum, quandoquidem maſculus & fœmina neutri generis ſunt. Annotauit hanc ſermonis Hebraici formam Auguſtinus, libro hu-

Quacunq; de cauſa. i. qualibet lege.

Cur fornicatio potiſſimũ excepta.

Exceptionẽ argute torquet Augu.

Diuortium noie tantũ a nobis reptum

Eccleſia decreta ſua mutauit nõnunq;.

Caro pro homine.

bro huius argumenti septimo. Quod genus sunt & illa libro Iudicum, Et eris nobis in caput omnibus habitantibus Galaad. Item in psalmis, Esto mihi in deum protectorẽ. Ne articulus quidem uidetur ociosus καὶ ἔσονται οἱ δύο, hoc est, erunt qui duo fuerant in carnem unam. Nam totum hominem carnem uocat, ut & aliàs scriptura diuina totum hominem animam appellat. Astipulante nobis & diuo Augustino libro de ciuitate dei decimoquarto. Quod genus & illud est Pauli ad Rhomanos. Ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro. Quid enim est omnis caro, nisi omnes homines. Et uerbum caro factũ est, id est, sermo diuinus homo factus est. Porrò in carnem legendum esse, non in carne, demonstrauimus ex Hieronymo in scholijs nostris, quibus illum illustrauimus, ubi sic explicat Mathæi uerba, in unam dixit, non in duas. Et Cyprianus epistola libri secundi octaua, Erunt inquit, duo in unam carnem. Ne quis hic frustra obscœni quippiam imaginetur, aut illud somniet, quod est in tabulis Græcorum, ἄρρεν ἐν ἄρρεσι ἔχω μ. Tam etsi in Genesi unde locus hic sumptus est, non est, erunt duo, sed tantum erunt וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד duo addidit euangelista explicandi gratia. Ac mox (Itaque iam non sunt duo) οὐκ ἔτι, id est, post hac non sunt duo, nempe post initum coniugium. Creati fuerant duo, non unus, nimirum masculus ac fœmina. Rursus copula matrimonij è duobus reddidit unum. Non ablud it prorsus ab hac sententia fabula Aristophanis, quam apud Platonem adducit in conuiuio. Quanquam obscœnior est.

In carnem unam apud Hebræos.

Quod deus coniunxit.) συνέζευξεμ, id est, coniugauit, & eodem iunxit iugo, translatũ à bubus simul ducentibus idem iugum. Nos uertimus copulauit. Et, (ad duriciem cordis.) Græcis unica dictio est, σκληροκαρδίαμ.

Coniũxit συνέζευξεμ.

Non expedit nubere.) γαμῆσαι, id est, ducere uxorem, aut certe contrahere matrimonium, siue contraxisse. Nam apud latinos, uir non dicitur nubere, nisi qui seruit uxori, uelut illa potius uir sit quam ille. Etiamsi Festus Pompeius indicat olim nubere latinis etiam commune fuisse uerbum, quemadmodum Græcis γαμεῖμ. At apud Hebræos, ut dictum est, non erat mutuũ repudiandi ius, quẽadmodũ apud Rhomanos, sed soli marito phas erat repudiare. Cuius etiã zelotypiæ mederi cogebat uxor, fœdo horrendóq; exemplo.

γαμεῖμ Græcis anceps.

Non omnes capiunt) χωροῦσιμ, hoc loco capiunt non pollet idem quod intelligunt, si ue apprehendunt, ut Lyra uidetur sensisse, qui commenti uice addidit, quia altus est status, ad quem infirmi non possunt ascendere, sed capiunt, id est, capaces sunt, quomodo locum capacem uocamus, qui tam est spacios us, ut possit recipere quod infertur. Ita Paulus uult dilatari Corinthios, quo se capiant. Procliue est enim intelligere quod dictum est, uerum id dictum, non descendit in animos omnium, quod sint alijs affectibus occupati, ut illic non sit locus diuino consilio. Atque idem uerbum legis in eo quod sequitur, qui potest capere capiat, ὁ δυνάμενος χωρεῖμ χωρείτω.

Capere χωρεῖμ.

Qui facti sunt.) οἵτινες εὐνούχισθησαμ, qui castrati sunt, siue qui facti sunt eunuchi. Nam eunuchi repetendum erat. Atque idem uerbum mox ipse uertit castrati sunt. Porrò εὐνοῦχος Græce sonat cubilis custos, quod barbari huiusmodi portentis suas uxores seruandas committere soleant. Porrò ui exacti Spadones dicuntur. Petrus Comestor, eunuchos interpretatur beneuincẽtes, ab eu, bene, & nuche, uictoria, quod sit summa uictoria, quasi non sit durius uincere inanem gloriam, aut etiam pecuniæ studiũ aut iram. Idem Spadones interpretatur, à spata dictos, ad quam etymologiam, omnes Germani, Spadones dici possint. Ac rursus occurrunt nobis paruuli. τὰ παιδία, id est, puelli.

Eunuchus unde dict⁹.

Quid me interrogas de bono) Plerique græci codices habent τί με λέγεις ἀγαθὸμ, id est, quare me uocas bonum, sed perperam, ni fallor, ex alio euangelio uerbis huc translatis. Quanquam ad eum modum legit Vulgarius & Hilarius. At secus Hieronymus, Origenes, & Chrysostomus. Apparet offensum lectorem parum attentum, quod non perinde uideretur quadrare Christi responsum. Solus deus bonus est. Atqui belle quadrat. Non enim hic obiurgat eum, quod se bonum diceret, quanquam bone apud Hilarium non additur, sed quod homo cum esset de bono percontaretur, cum in hominibus nihil sit boni. Porrò bonus est qui bene facit. Quod si nihil est uere boni in humanis factis, nec bonus dicetur quisquam. Quod si maxime legamus, quid me dicis bonum, nihil est necesse, ut hæreticorum interpretationem recipiamus, qui putant boni cognomen in unum

Bonus solus deus.

patrem proprie competere, imo Christus subindicat se esse deum, & ob id obiurgat hominem, quod ei tribueret cognomen boni, quem nondum crederet deum, quod haud scio an quisquam apostolorum adhuc perfecte crediderit. Et perturbate uertit (unus est bonus deus) οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰμὴ εἷς ὁ θεὸς, id est, nullus est bonus, nisi unus nempe deus, ut ὁ sit articulus explicantis.

Locus noue expositus.

Diliges proximum tuum sicut teipsum.) Origenes hunc enarrans locum homilia inter æditas octaua, testatur sibi uideri hæc uerba addita, nec esse scripta ab ipso Matthæo, idq; duobus colligit argumentis. Primum quod apud Marcum, & Lucam nihil addatur huiusmodi, cum res alioqui eadem referatur. Deinde, cum Paulus in epistola ad Rhomanos capite decimotertio testetur his uerbis, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum, summã totius legis contineri, qui cõuenit, ut dicatur adhuc aliquid deesse, qui se prædicet hæc omnia præstitisse? Atq; illic deplorat librariorum incuria, & castigatorum uitio sic fuisse depraua noui testamenti exemplaria, ut difficillimum sit restituere. Quanq; ob contentiosos explicuit utcunq; nodum hunc, ex euangelio apocrypho, quod inscribitur Hebræorum. In quo de iuuene hæc res exponitur hunc ad modum, Dixit ad eum alter diuitum, Magister, quid bonũ faciens uiuam? Dixit ei, Homo leges & prophetas fac. Respondit ad eũ, feci. Dixit ei, Vade uende omnia quæ possides, & diuide pauperibus, & ueni sequere me. Cœpit autem diues scalpere caput suum, & non placuit ei. Et dixit ad eũ dominus, Quomodo dicis legem feci & prophetas, quoniam scriptum est in lege, Diliges proximum tuum sicut teipsum? Et ecce multi fratres tui filij Abrahæ, amicti sunt stercore, morientes præ fame, & domus tua plena est multis bonis, & non egredit omnino aliquid ex ea ad eos. Et conuersus dixit Simoni discipulo suo, sedenti apud se, Simon filius Ioannæ, facilius est camelum intrare per foramen acus, q̃ diuitem in regnum cœlorum. Ex his ratiocinatur Origenes, ut donemus sic fuisse scriptum ab Euangelista, quemadmodũ nos legimus, tamẽ difficultatem quæstionis sic explicari posse, ut accipiamus Christum redarguisse iuuenem, credentem se legem implesse, cum id quod est caput legis præteriisset, sinens pauperes inopia perire, cum ipse diues esset. Nec est (uende omnia quæ habes) sed πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, id est, uende tua, siue facultates tuas. Nec apud Hieronymum additur omnia. Et abijt tristis, magis est, dolens, siue mœstus, λυπούμενος. Et nonnulli codices habebant. ἡσχὴ πάλιν. At in emendatioribus scriptum est πάλιν δὲ, rursus autem, siue imo iterum dico uobis. Corrigit enim quod ante licet mollius dictum offenderat discipulos, idq; durius repetit.

Euangeliũ apocryphũ Hebræorũ.

Facilius est camelum.) Diuus Hieronymus haud dubie camelum accipit pro animãte, secutus opinor Originem. Vulgarius dissentit, uolens hoc loco significare rudentem nauticum, atq; id sanè magis quadrat ad foramen acus. Et apud unum Suidam, κάμιλον eo reperio significatu. Iulius Pollux inter instrumenta nautica non meminit. Atq; hac quidem in re magis assentior Hieronymo. Nam quod istos offendit, qui ex camelo funem faciunt nauticum, nempe quod absurdum uideatur camelum duci per foramen acus, hoc ipsum pro nobis facit. Siquidem Christus hoc exemplum uelut ἀδύνατον proposuit. Vult em̃ omino uideri impossibile, ut camelus ingens animal, ac tortuosum, per foramen acus transeat. Nec est, quod hic fabulas aniles cõminiscant̃, Hierosolymis fuisse portã cui nomen fuerit acus, aut quod impossibile, pro difficili positum interpretentur. Immo si diuitem interpretentur fidentem suis diuitijs, id quod ferè diuitum uulgus facit, ita demũ poterunt hunc explicare nodum. Quod si uerum est ingentes funes nauticos camelos uocari Græcis, apparet ab animantis & ingentis, & distorti similitudine dictos. Neq; uero meo animo per omnia satisfacit, quod Hyeronymus annotauit non esse dictum à Christo, Impossibile est diuitem intrare, sed difficile, Vbi difficile ponitur inquit, nõ impossibilitas prætenditur, sed raritas demonstratur, cum mox fateatur idem ab eodem dictum impossibile. Siquidem allata comparatione cameli per foramen acus euntis, hoc dicto inquit, ostenditur, nõ difficile esse, sed impossibile. Quin & illud per foramen acus, bifariam accipi potest, siue pro foramine quod habet acus, siue pro foramine acu facto. Postremo non est in regnum cœlorum, sed in regnum dei, εἰς βασιλείαν τοῦ θεοῦ. Quanquam mihi magis probatur, quod lego apud Chrysostomum & Hieronymum, regnum cœlorum.

Camelus p foramen ac⁹

Diuites qui dicti Christo.

Sentit

Sentit enim diuites non esse accommodos euangelicæ doctrinæ.

Quis ergo potest.) τὶς ἄρα δύναται, id est, quis nam potest, id quod supra uertit, quis putas. Et aliquanto post, In sede maiestatis, ἐπὶ θρόνου δόξης, id est, in throno gloriæ. Et (ui tam æternã possidebit) κληρονομήσει, quod ad uerbum uertit aliquoties hæreditabit. Nos circũlocuti sumus, & uitæ æternæ sortietur hæreditatem. Maiestas ꝙ gloria.

EX CAPITE VIGESIMO.

SImile est regnum.) ὁμοία γάρ ἐστιν, id est, simile est enim, cohæret enim cum superiori sententia. Et primo mane.) ἅμα πρωΐ, id est ipso statim diluculo, seu, primo statim diluculo, siue, mox ut diluxit. Paulóq; post (Ex denario diurno) ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν. Primum nihil opus erat addere græcã præpositionẽ ex. Deinde denarius hic nummi Rhomani genus est, ualẽs treis obolos, & semissem, ut autumat Gulielmus Budæus homo nusq; non diligentissimus, nõ solum eruditissimus. Nec est diurno, sed in singulos dies, siue dietim. Vnde uerti poterat, pactus cũ operis in singulos dies denario. Rursum quod iustum fuerit, ἐὰν ᾖ δίκαιον, id est, quodcũq;. Ac mox de undecima conductis hora (Ite & uos in uineam) In uulgatis Græcorum exemplaribus non additur meam, nec apparet Hieronymum addidisse. Præterea hoc loco addunt Græci, quod in nostris exẽplaribus nõ habetur, κὴ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον λήψεσθε, id est, quodcũq; iustũ fuerit, accipietis. Verum id qm̃ apud Hieronymũ non additur, uideri potest ex superiori loco repetitum. Item (acceperũt singulos denarios) ἀνὰ δηνάριον, id est, denariatim, ut ita loquar, & singuli potius q̃ singulos. Denarius.

Hi nouissimi una hora fecerunt.) μίαν ὥραν ἐποίησαν, id est, unam horã fecerũt. Incertũ an unã horam sit accusatiuus trãsitiuus, an temporis, hoc est, ut accipiamus eos fecisse horam, qui spacium horæ peregerint in opere, an eos fecisse opus horæ spacio. Facere horã.

Diei & æstus.) Non est æstus, sed æstum βάρος τῆς ἡμέρας κὴ τὸν καύσωνα, id est, pondus diei, & æstũ, uelut exponentes quid dixerint onus diei. Deinde (Volo autem & huic) &, redundat θέλω δὲ τούτῳ, uolo autem huic. Rursus (An non licet mihi quod uolo facere) Græci addũt ἢ τοῖς ἐμοῖς, id est, in rebus meis. Et mox, (An oculus tuus nequã est &) Apparet aurium errore uariatã scripturam, quod εἰ si, & ἢ uel, eadem uoce sint apud Græcos. Si leges si, pendebit à superioribus oratio, ut sit sensus, num ideo mihi minus licet facere de bonis meis quod uolo, si tu oculum habeas malicioſum & inuidũ? cum ego certe non possim, non esse bonus. Si legis ἢ, an uertendum erat non aut, ut sit sensus, Num mea benignitas in cæteros cruciat tuos oculos? Quandoquidẽ ex huius beneficentia nata est illius inuidentia, non ex iniuria dantis, id quod erat in pactis. An nõ licet gemina lectio.

Multi sunt uocati) πολλοὶ γὰρ, id est, multi enim. Et uocati & electi hoc loco noĩa sunt nõ participia κλητοὶ ἐκλεκτοὶ, quæ tamen propemodũ uice participiorum uidentur usurpari. Et aliquanto post (Secreto & dixit) desunt aliquot uerba κατ' ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, id est, seorsim in itinere, q̃q̃ hic magis quadrabat solos, quod ita uertit nonnunq;. Noluit enim ullos itineris comites præter discipulos. Et aliquanto inferius (Et unus à sinistris) ut ne cõmemorẽ interim latinius fuisse futurũ, à dextris mihi, q̃ meis. Hoc loco à sinistris est εὐωνύμων, sic em̃ Græci ominis causa dicunt sinistram corporis partẽ εὐώνυμα, hoc est boni ominis, sicut poetæ furias uocãt Eumenidas, ut apud Iob, Bñdicere positũ est ꝙ maledicere. Sinistra εὐώνυμα.

Potestis bibere calicem) ποτήριον, id est poculũ, quod tamẽ semp calicem uertit, cũ poculũ ad unguẽ exprimat Græcã uocẽ. Poculũ em̃ quoduis uas unde bibitur, ut ποτήριον, & ipsum à potando dictũ. At calix poculi species est, quæ græcis sua uoce κύλιξ dicit̃. Est autẽ sermo prouerbialis, de eodẽ bibere poculo, pro eo quod est, participẽ esse mali: quẽadmodũ fusius in Chiliadibus explicuimns. Et in emẽdatioribus græcorũ exemplaribus nõ legitur μέλλω πίνειν, id est bibiturus sum, sed πίνω .i. bibo. Atq; ita legit Chrysostomus. Insuper sub hæc addit̃ apud græcos, Καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι βαπτισθῆναι .i. & baptismate quo ego baptizor baptizari? Nã & apud Marcũ hæc addũtur. Atq; ad hũc modũ eadem mox repetũtur, calicem quidẽ meũ bibetis & baptismo quo ego baptizor baptizabimini. Verũ haud scio an hæc in hũc locũ ex Marco traducta sint, id quod sæpenumero solet accidere, præsertim cũ apud Hieronymũ addita nõ comperiã. Quãq; addũtur apud Originẽ & Chrysostomũ, ac Vulgariũ. Deinde (nõ est meũ dare uobis) Vobis addidit Calix poculi species apd' Macrobium.

Non est meum dare. aliquis de suo, apud græcos tantum est οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, id est, non est meũ dare, ut sit absolutum, & intelligas totum hoc reiici in patrem, atq; ita legit Chrysostomus consentiẽte Vulgario, uerum ut adderent uobis in causa fuit, quod sequitur, sed quibus paratũ est. Verum ea oratio ἀκέφαλος est, subaudiendum enim, id ijs continget quibus præparatũ est à patre meo. Neq; tamen dissimularim Hieronymum sic interpretari, ut propemodũ suspicari possis, eũ legisse ut nos uulgo legimus, licet patris quoq; mentionẽ admisceat.

Dormitatio interpretis. Principes gẽtium dominantur eorũ) ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, cum præcesserit gentium, cur non repetit earum, imo cur non eis? Ac mox in eas magis q̃ in eos? Nam græcis gens neutri generis est. Nec est simpliciter dominãtur, sed κατακυριεύουσι dominantur in eas, siue aduersus eas. Frequenter enim ea præpositio in malũ sonat, quod tyranni populi malo gerant principatum. Nec est, qui maiores sunt, sed οἱ μεγάλοι, id est magni siue magnates. Siquidem id erat propriũ cognomentũ regis Persarum, unde Alexander magnus est dictus. Ac rursum (potestatem exercent) κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν, id est, ius siue autoritatem exercent, & præpositio similiter in partem malam sonat, indicãs eam potestatem esse tyrannicam, & cum malo parentium esse coniunctam. Ac paulopost (Qui cunq; uoluerit maior fieri) μέγας γενέσθαι, id est, magnus fieri, Atq; ita citat Hieronymus edisserens caput Ezechielis. 45. Ne quis cauilletur græcam scripturã esse uiciatam.

Solœcismus interpretis. Non uenit ministrari) Quis unq̃ dixit hominẽ ministrari, cui ministeriũ exhibeẽ? Nõ hercle magis q̃ benedici de quo quis bene loquaẽ, aut annunciari, cui nũciatur aliquid. Atqui sic loquuntur græci, sed latinorum auribus prorsus inauditũ. Vertere cõmode poterat ad hunc modum, Non uenit ut sibi ministraretur, sed ut alijs ipse ministraret, οὐ διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι. Rursum hic animam uitam appellat, non eam partem quæ est altera hominis. Rursum (pro multis) ἀντὶ πολλῶν, aliud quiddã sonat græcis q̃ latinis, apud nos tantũ opponitur paucis, apud illos populi multitudinẽ sonat, atq; id ferme quod latinis sonat uulgus, Et redẽptionẽ græce est λύτρον, quod proprie preciũ significat, quo redimuntur captiui aut serui, quod Galli uocant ransonam, à uerbo λύω, quod est soluo. Deinde (Et continuo uiderunt) Græci nonnihil addũt uerborum ἀνέβλεψαν αὐτῷ οἱ ὀφθαλμοί, id est, uisum receperunt illorũ oculi, quod antea mentio facta sit oculorum.

Redemptio λύτρον.

EX CAPITE VICESIMOPRIMO.



AD montẽ oliueti) ἐλαιῶν est, id est oliuarũ, semel dũtaxat in actis apostolorum legimus montem, qui dictus est ἐλαιών, id est oliuetũ, si modo scriptura non fallit, etenim eadem dictio si ultima sit acuta, significat oliuetũ, sin circũflexa oliuarum. Hic certe est oliuarum, propter additum articulum τῶν, paulóq; post (in castellum) εἰς τὴν κώμην, uicũ aut oppidum sonat, ne quis putet arcem esse aut magnatis palatium, quod opinari uidetur Carrensis.

Dimittit eos Et confestim dimittit) In nonnullis græcis codicibus habetur ἀποστέλλει præsentis temporis, ut pertineat ad discipulos. Verum quid opus erat repetere, & dimittit eos, cum iam dixerit, ite in castellum. Vnde mihi legendum uidetur ἀποστελῶ, id est emittet, ut referatur ad iumenta. Atq; ita legit Chrysostomus ac Hieronymus, consentientibus latinis exẽplaribus uetustis, neq; secus interpretatur Hilarius. Deinde quidam habebant, hoc factũ est, quidam, hoc totũ factũ est. Neq; magni refert, Chrysostomus non addit totum.

Dicite filiæ Sion) Testimoniũ hoc sumptum est ex Zachariæ cap. nono. Quãq; Euãgelista nec usq; quaq; conuenit cum Hebraica ueritate, neq; cũ Septuaginta. Nam dicite nec est apud Hebræos, nec apud Septuaginta. Rursum quod hic dicit, uenit tibi mansuetus, Hebræis est עָנִי, id est pauper. Nam eadem dictio si scribatur per ע, pauperem sonat, si per א, mansuetũ. Hebræa sic reddidit Hieronymus. Exulta satis filia Sion. Iubila filia Hierusalẽ. Ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator. Ipse pauper & ascẽdens sup asinã, & sup pullũ filiũ asinæ. Iuxta Septuaginta sic legimus. Gaude uehemẽter filia Sion, prædica filia Hierusalẽ. Ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluãs, ipse mãsuetus & ascẽdẽs sup subiugalẽ & pullũ nouũ. Porrò quod hic est saluator, Hebræis est נוֹשָׁע alludens ad nomẽ Iesu. Vnde locũ hũc Iudæi iuxta historiã referũt ad Christũ. Itẽ sedens sup asinũ ἐπιβεβηκὼς, id est, conscensa asina. Et rursum uestimẽta, magis est togas siue pallia, τὰ ἱμάτια. i. sũmas uestes.

Pauper pro mansueto.

Osanna filio Dauid) Nõ sine causa Matthæus aut interpres Hebraicam reliquit uocẽ,

opinor

opinor qđ peculiaris sit eius gentis acclamatio, quẽadmodũ apđ Rhomanos, Io triũphe. Verũ super hac uoce uaria fuit interpretũ opinio, de quo qui uolet edoceri pleniùs, legat Hieronymi libellũ ad Damasũ pontificẽ Rhomanũ, inquo notat Hilariũ, quod ob imperitiam Hebraicæ linguæ osanna interptetatus sit, redemptio domus Dauid. Licet ad eundem ferme modum interpretetur Ambrosius. Atq; omnino sic interpretatus est Hilarius in canone, quem scripsit in Matthæum. Nam osanna inquit, Hebraico sermone significatur redemptio domus Dauid, insigni nimirum lapsu, cum Hebræis id quod constat פרות redemptio dicatur, tum domus בית. Porrò Dauid cum eadem uox sit apud Hebræos, quæ apud Græcos, ac Latinos, uel ab ipso quantumuis inscio sermonis Hebræi deprehendi poterat, si modo animũ aduertisset. Verũ conijcio sanctũ Hilarium cũ hæreret ad eam uocem, ex Iudæo quopiam scíscitatum, quid apud illos sonaret osanna, atq; illum ut irrideret Christianum respondisse, quod in buccam ueniebat, redemptio domus Dauid. Vide quid est alienis cernere oculis, alienis ambulare pedibus. At idem in expositione psalmi secundi, non probat ullam interpretationẽ ueteris instrumenti, præter eã quæ fertur esse Septuaginta, propterea quod Bresith בְּרֵאשִׁית quæ prima uox est libri Geneseos, apud Hebræos tria significet, in principio, in filio, & in capite. Nimirum sic est humanum ingenium, tantũ probat quisq;, quantum se confidit assequi posse. Græce utcunq; nouerat Hilarius, nam prodidit Hieronymus, huic aurulam modo græcanicæ literaturæ fuisse gustatam. Et idcirco Græcorum floscúlis libenter ornat sua commẽtaria. Verum cum literas Hebraicas prorsus ignoraret, interpretationi Septuaginta nihil uolebat accedere. Porrò diuus Augustinus, quoniam ne Græce quidem sciebat, nisi perpusillum, non probat Hieronymi studium, qui nouum testamentum ex Græcorum fontibus, uel uerterit, uel emẽdarit. Quanq; hoc utcũq; tolerandum putat, propterea quod collatis codícibus deprehendisset Hieronymianam in ea re fidem. Nam Augustinus græcas literas puer utcunq; degustarat, ad quas senex redire coactus est, quandoquidem & Epiphanij græcũ de hæresibus librũ, ut potuit, est imitatus. Cæterũ Hebræi sermonis quoniam prorsus erat ignarus, ferendum non putat, ut Hieronymus quicq; ex Hebræorum fontibus mutaret, idq; cum fidem hominis in nouo testamento iam haberet compertam. Et tamẽ hic ipse, qui uetat Hieronymũ trium linguarũ egregie peritum, quicq; innouare in sacris libris, plurimos locos annotauit in uoluminibus instrumenti ueteris, atq; id sanè nõ ex Hebræorum, sed Latinorum, & Græcorum exemplaribus, quod genus illud libro ex Numeris, adducto loco, Et omnem multitudinem mulierũ, quæ non nouit concubitum masculi, uiuificate. Mox subijcit, Nusq; certius apparet hebræa locutione mulieres etiam dici uirgines solere. Sed qui nam id apparet, nisi uocem Hebræam proferat? Quod si contigisset Augustino linguarum peritia, quæ Hieronymo, non dubitasset facere quod illũ facere uetat. At hodie magni quidam, ut sibi uidentur theologi, cum ne latine quidem sciant, omis antiquæ, bonæq; literaturæ rudes, & ob id hostes, nihil admisceri uelint diuinis literis, nisi quod ab ipsis possit intelligi. Verum quemadmodum Hebreæ literæ ab Hilario neglectæ sui contemptum ultæ sunt in osanna, ita passim his temporibus ulciscuntur sui neglectum bonæ literæ, dum subinde impingunt, nusq; non hærent, nusq; non labuntur, & eruditis uiris de se uel risum uel commiserationem excitant. Sed ut ad rem redeamus, Hieronymus indicat hũc locũ sumptũ ex psalmo. 117. in quo præter alia quæ manifeste de Christo dicta reperiuntur, hoc quoq; legitur, O dñe saluũ me fac, o dñe bene prosperare, benedictus qui uenit in nomine dñi. Porrò pro eo quod habet in Septuaginta, O dñe saluũ me fac, in Hebræo legit אָנָּא יְהוָה הוֹשִׁיעָה נָּא, quod manifestius interpretatus est Symmachus, dicens, Obsecro domine, saluũ me fac obsecro. Siquidẽ הוֹשִׁיעָה saluifica significat, & נָּא interiectio est apud Hebræos, uelut efflagitantis, aut obtestantis.

Lapsus Hilarij in osanna

Hilarius nõ uult mutari Septuagintæ interpretationem.

Hilarius leuiter græce doctus.

Augustinus senex redijt ad græcas literas.

Osãna quid

Benedictus qui uenit.) εὐλογητὸς. Hæc uox passim occurrit in arcanis literis, aliena quidem à sermone latino, nec est tamen quam illius uicẽ subdamus, nisi placeret dicere, laudandus, aut laudatus. Græcis benedicit aliquis illum, de quo bene prædicat, & is benedicitur, de quo est honesta fama. Quemadmodum & benefacit aliquis illum, in quem confert beneficiũ. Et bene passus dicit ille, qui beneficio fuerit adiutus. Quod dictũ est de benedicere, & benedictus, idẽ dictũ puta de maledicere, & maledictus. Quod si Christianum est,

Bñdict⁹ idẽ quod laudatus.

num est,in his contempta linguæ latinæ consuetudine peregrinũ idioma recipere, & ceu nouum sermonem Christianis peculiarem fingere, cur id non fit & in cæteris omnibus? Nam quod rectũ est, quodq; iudicio fit,id perpetuo factum oportuit.Nũc si temere, & utcunq; incidit in animum interpreti, modo uitata est peregrini sermonis proprietas, modo recepta,quid uetat ab alijs eruditis quædã in melius restitui? Equidem arbitror ad hanc formam pertinere, quod Augustinus in annotandis tropis ueteris testamenti citat ex Deuteronomij cap.undecimo.Quæ fecit uirtutem Aegyptiorũ. Atq; is putat peperam à latinis uirtutẽ uerti in uirtuti,cũ sensus sit,uirtutẽ Aegyptiorũ ad nihilũ redactã, uidelicet nõ animaduertẽs idioma græci sermõis,quod an cũ Hebræis cõueniat, nõ satis habeo compertũ.Mirũ autẽ cur hic nõ agnouerit idioma sermõis seu Græci seu Hebraici,cũ mox lib. sexto, adducat exemplũ,quo dictũ est,ancillã tuã facias, pro ancillæ tuæ facias.

Incõstantia interpretis.

• Facere illum Græce pro facere illi.

Mẽsas numulariorũ.) κολυβιsῶν,qui ijdẽ trapezitæ uocantur.Porrò testimoniũ,qd' adducit sumptũ est ex Esaiæ ca.56. Domus em̃ mea domus orationis uocabit' cũctis gentibus, Consentientibus & Septuaginta.Propheta à Nazareth ὁ ἀπὸ ναζωρὲθ, id est,ille Nazarænus. Ac quod paulopost adducit,Ex ore lactentiũ,& infantiũ,sumptũ est ex psalmo octauo.Porrò quod hic uertit infantiũ,græce est νηπίων,quod hactenus uertit paruulos.

Mensarij.

Abijt foras extra ciuitatẽ.) ἐξῆλθεν ἔξω τῆς πόλεως.Quid opus erat foras? exiuit è ciuitate,sat erat.Ac subinde (Et mãsit ibi) ηὐλίσθη, quasi dicas,stabulauit,hoc est,diuersatus est, unde illud in actis apostolorũ συναυλιζόμενοι, de quo suo dicemus loco. Paulóq; post,

Fici arborẽ.) συκῆν μίαν.i.ficũ quãdã.Siqdẽ Hebræi unũ pro quodã usurpant.Interpres addidit arborẽ ne de fructu acciperemus,ob quod aliàs atq; adeo mox uertit ficulneã,nõ satis probo apud latinos uocabulo.Nec est (secus uiam) sed ἐπὶ τὴ ὁδοῦ.i.in uia.Hæc est illa ficus,cuius folijs nonnulli suam obtegunt insciti am, cũ ea signarit magis istos qui cultu, qui titulis,qui splendidis uerbis sanctimoniam præ se ferunt,cum uita non respondeat.At isti sedulo cauent,ne quid bonarũ attingant literarum,& dicũt q̃ possunt insulsissime, ne quid affinitatis habeant cum hac ficu. Cæterũ ista ratione maxime in ficum incidunt.Audio incultam ac sordidam orationẽ.Expecto uitã simplicẽ,& innocentem hoc est fructũ, quem orationis speciẽ,id est,folia pollicebantur. Vbi propius uentum est Sardanapalos inuenio,inuenio Midas ac Satrapas. Omnia tyrannica, solus sermo refert apostolos. Hæc est illa ficus,quam odit & execratur Christus,cui si putet elata doctrina, & fastuosa eloquentia,quanto magis oderit arrogantem, ac supercilioſam insciti am, & sanctimoniæ fuco personatam infantiam. Verum hæc ut πάρεργα missa faciamus.

Ficulnea an latinum.

Allegoria ficus perperã accepta.

Quõ cõtinuo aruit.)In uulgatis Græcorũ codicibus repetit' ficus,sed à librarijs(ut opinor) additũ, quãdoquidẽ in uetustis exemplaribus nõ repetitur, nec apud Hieronymũ.

Et non hæsitaueritis.)μὴ διακριθῆτε,id est,non dijudicaueritis,etenim qui diffidit, dispicit ac dijudicat. Ac mox ὃ τῆς συκῆς ποιήσετε, id est,id quod accidit ficui facietis. Deinde

Tolle & iacta) ἄρθητι καὶ βλήθητι.i. tollere ac mittere passiue. Et rursũ aliquanto post,

In qua potestate.) Vtrobiq; potestas hic Græcis est ἐξουσία, quod ius & autoritatem significat,non potentiã,aut uires.Item (Cogitabant inter se) παρ' ἑαυτοῖς, id est, apud sese. Et aliquanto post (Omnes enim habebant Ioannẽ) Emendati codices Græcorũ habent ἔχουσιν.i.habẽt,ut referat' ad ipsos pharisæos ita cogitãtes,suffragãte codice Corsẽdoncẽsi.

Potestas. ἐξουσία.

In uineam meam) εἰς τὸν ἀμπελῶνά μου, id est, in uinea mea, suffragantibus & uetustissimis latinorũ exẽplarib⁹.Et ibidẽ (Eo dñe) in Græcis legit',Ego dñe,nõ eo,qui sermo est sese præsto,ac promptũ offerẽtis ad q̃duis, ꝓ quo latini dicũt, Eccũ, siue præsto sum. Origenes legit ναὶ κύριε.i. etiã dñe.In nõnullis tamen Græcis reperio ꝓ ἐγὼ, ὑπάγω.i.abeo.

Ego dñe.

Et dicũt ei,primus.) πρῶτος.Augustin⁹ãnotans idioma sermõis Hebraici.li.6.cõmonstrauit hic improprie positũ suplatiuũ,cũ de duobus fiat sermo,nisi q̃d' illic nouissimus scriptũ est,lapsu,ni fallor,memoriæ,nisi malum⁹ id scribæ imputare,qui putarit & illic nouissimus scribendũ,q̃d' pauloante de nouissimo facta sit mẽtio . Ac mox (Meretrices præcedent) προάγουσιν,præcedũt pñtis tpis,suffragãtib⁹ uetustis exemplaribus latinis. Sẽtit em̃ illas esse promptiores ad accipiendam euãgelij doctrinã. (Et fodit in ea torcular) ληνὸν.Nã lacunis olim effossis uinũ excipiebat'. Vnde & alibi lacũ uertit.Hinc Bacch⁹poetis Lenæus dicit'.Ac paulo post (Verebunt' forte filiũ meũ) Forte nec est apd' Græcos, nec in uetustis

Meretrices præcedunt.

latinorum

tinorum exemplaribus,nec apud Hieronymum:additum apparet à quopiam,qui uerebatur,ne deus aut mentitus uideretur, qui futurum dixerit quod non euenit, aut inscius futuri,quasi uero necesse sit, ut per omnia quadrent, &, ut aiunt, ad amussim parabolæ. Quædam admiscentur,ut expleatur narrationis ordo,id quod testatur & Augustinus in opere de doctrina Christiana. Dicebant intra se.) πρὸς ἑαυτοῖσ, Græcis quidem anceps est sermo,utrum sentiat intra se,an inter se, Quanquam accommodatius est inter se,ut intelligas illos colloquio conspirasse aduersus filium. Nec est) Et habebimus hæred.) sed καταχῶμεν .i. occupemus, siue obtineamus, aut ut legit Chrysostomus, ut possideamus.Ac subinde. (Et eiecerunt extra uineam) ἔξω τοῦ ἀμπελῶνοσ, quid inuitauit hic, ut deprauate maluerit loqui interpres q̃ emendate? Cum dicere licuerit, è uinea, pro extra uineã,nisi hoc ipsũ pulchrũ esse ducit,uel gratis σολοικίζειν.Et in (Male perdet) Græcus addidit αὐτοὺς.i.eos,iuxta morem Hebræorum, latinus interpres recte omisit.

Parabolæ non necesse est,ut cõgruãt p̃ oĩa.

Efficere extra uineam.

In caput anguli.) εἰς κεφαλὴν γωνίας. Hebraica figura dixit, factus est in caput,pro eo, quod erat,cœpit esse caput anguli. Vnde Paulus scribens Corinthijs,uocat eum ἀκρογωνιαῖον, id est,summũ in angulo. Is enim solidissimus,ac maximus sit oportet, qui parietem utrumq; committat,& contineat.Et rursus ibidem (A domino factum est istud) Istud, siue hoc,non pertinet ad totum hoc quod præcessit,sed uel ad caput,uel ad angulũ,quod utrumq; sit generis fœminini,uelut αὕτη pronomen. Similiter id quod sequitur (Et est mirabile) θαυμαστὴ, id est,admirandus angulus,siue admirabile caput anguli. Sic enim interpretatur Origenes homilia decimanona. Porrò testimoniũ conflatũ est è duobus locis, prior pars è psalmo centesimodecimoseptimo, secunda ex Esaia capite uigesimooctauo. Nempe ea quæ mox subsequitur (Qui ceciderit super lapidem.&c.

Factum est istud caput aut angulus iste.

Quia auferetur.) ὅτι, quia, quod interpres aliquot locis recte prætermisit,hic sine causa addidit,ut hoc magis sit oscitantiæ q̃ imperitiæ,aut superstitionis.Nã si religio fuit quic q̃ omittere,cur omisit alibi? si iudicio omisit,cur alibi apponit? Itẽ (facienti fructus eius) eius ad regnũ refertur,non ad deũ αὐτ, quod Græca legentibus per se liquet.Paulóq; post (tenere) κρατῆσαι,quod melius capere,siue manus iniicere.Et (sicut prophetam) cõmodius erat, tanq; prophetam, siue uelut prophetam. In uetustissimo exemplari, nempe Corsendoncensi,scriptum reperi,habent, præsentis temporis uerbo. Quanquam hoc sanè loco duriusculum est, & refragabatur alter codex,nempe Paulinæ bibliothecæ.

Iustitia regni cœlorũ.

EX CAPITE VIGESIMOSECVNDO.

ET altilia.) καὶ σιτιστὰ, belle respõdet uox latina Græcæ, ut eñ altilia ab alendo dicuntur,ita σιτιστὰ à σιτίζω, quod est,cibo,siue nutrio. Cæterum occisa,parum apte reddidit,nã τεθυμμένα magis sonat immolata, aut certe mactata,quod olim in nuptijs sacris epulis agerentur conuiuia. Cæterũ in uillam suã,non admodũ incommode εἰς τὸν ἴδιον ἀγρὸν, id est, in propriũ agrũ,ut uerbo reddã uerbũ, aut in rus suũ,ut sensũ magis exprimã. Porrò uilla domus est in agro. Et aliquãto inferius (Et egressi serui eius) ἐκεῖνοι .i. illi,nõ eius. Nec est, quos inuenerũt,sed ὅσους, id est,quotquot repererũt. Ad hæc (malos ac bonos) Græce est, πονηρούς τε & ἀγαθοὺς, id est,malosq; ac bonos,si quis ad uerbum reddi uelit. Aut si latine, seu malos seu bonos,ut intelligas nullo delectu. Nam hic est sensus,ut boni pertineat ad Iudæos, qui sibi & hodie uidentur boni, mali ad gentes. Ex Iudæorũ eñ affectu locutus est Christus, cũ utriq; fuerint mali. Ac mox (Et impletæ sunt nuptiæ discumbentiũ) Interpres dormitãs græcũ genitiuũ reliquit,cũ dicere debuerit,discũbentibus. Neq; eñ uerisimile est eũ affectasse Vergilij more loqui, Implent ueteris Bacchi, pinguisq; ferinæ. Iã q̃q̃ alicubi licet reperire,implent ueteris Bacchi, haud tamen inuenias,domus implet hoim,ut eã contemnas amphibologiã. De tenebris exterioribus,iã ante dictũ est. In nõnullis græcis codicibus sic legit, δήσαντες αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας, ἄρατε αὐτὸν, ἐκβάλλετε εἰσ τὸ σκότοσ, id est,ligatis manibus ac pedibus tollite eũ,ejicite in tenebras.&c. Ac rursũ, Vocati & electi noia sũt Græcis,nõ participia κλητοὶ καὶ ἐκλεκτοί,cũ paulo añ fuerit κεκλημένοις dicite iuitatis.

Villa domus agri.

Interpres dormitans.

Vt eũ caperẽt.) παγιδεύσωσιν .i. illaquearẽt παγὶς eñ laqueus quo feram capimus, aut auẽ. Cæterũ Herodianos appellat milites Herodis, quẽ proselytũ Augustus præfecerat Iudæis,ut ab his imperatoris Romani nomine tributa colligeret. Vulgariusputat Herodianos

Capere παγιδεύειν.

dianos dictos,nō quod essent illius ministri, sed factio quæpiam Iudæorum affirmantiū Herodē esse Christū, quod homo nō Iudæus apud Iudæos regnaret omniū primus.Nē pe filius Antipatri, quod ridiculū putat Hieronymus,uerū pharisæi cōtendebāt Iudæorū populū qui decimas solueret, essetq; deo dicatus,nō debere soluere tributum Cæsari ,nec prophanis parere legibus. Herodiani cōtra principis sui negocium agebant. Proinde si/ mul adeunt Christum,uni pariter utriq; molientes insidias,ut quicquid respondisset, alte rutri factioni redderetur obnoxius. Chrysostomus putat, Theodam & Iudam, quorū mentio fit in actis,ob id interisse, quod negarent tributum oportere pendi Cæsari.

Herodiani qui.

Cognita autem Iesus nequitia.) πονηρίαν,id est,malicia,seu uersutia. Nam nequitia ma gis ad libidinem pertinet. Deinde cur non potius dixit inscriptio, q̄ superscriptio, cum Græce sit ἐπιγραφή. Ac paulopost, Reddite igitur Cæsari.) Mire Christus temperauit respōsum,rogatus insidiose de re mundana, iubet ostēdi numisma, uelut ignotū,ubi ostē sum est,sic agit quasi non agnoscat imaginem,neq; inscriptionem. Quod ubi didicit ab il lis,non dixit absolute,Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari,sed,Reddite igitur. Quasi dice/ ret, Si uerum est,quod dicitis,hæc esse Cæsaris,soluite illi quod illius est.Neq; enim conti nuo quicquid imaginem habet Cæsaris,debetur Cæsari,aut principi.Fortassis alienius fue rit admonere Græcam uocem ἀπόδοτε esse ancipitem,quod accipi possit reddite, uel redi/ ditis,ut intelligamus Christum arrepta occasione notasse uitam illorum, qui solliciti quid deberetur Cæsari,non illud potius curabant quid deberetur deo. Redditis Cæsari quod illius habet imaginē,& illud reddite deo,quod dei habet inscriptionem, atq; imaginem, nempe animam.Et aliquanto inferius (Neq; nubent,neq; nubentur) neq; temporis ratio seruata est,neq; latinitatis. Nam Græce est, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται, id est, neq; ducunt uxores,neq; nuptum dantur,ut γαμοῦσιν pertineat ad sponsos, & ἐκγαμίζονται ad puellas. Quis em̄ unq̄ audiuit nubunt̄? Quanq̄ interim perijt schematis gratia, quæ & ipsa seruari poterat,neq; ducunt uxores,neq; ducuntur. Augustinus in commentario in sermonem domini in monte habitum primo,legit,Neq; nubent, neq; ducent uxores. Rursum sermone primo,de uerbis apostoli, nisi quod hic deprauatoris incogitantia du cunt legitur,non ducent nempe iuxta Græcos. Consimiliter adducit hunc locum & Am/ brosius in expositione psalmi centesimidecimioctaui, Sermone undecimo.

Cæsaris ima go.

Noua inter/ pretatio.

Nubunt,nō nubent.

Sed erunt sicut angeli dei.) ἀλλ' ὡσ ἄγγελοι θεοῦ εἰσι, id est, uelut angeli dei sunt, at/ que ad eum modum comperi scriptum, & in uetustis exemplaribus latinis. Nominatim in eo,quod exhibuit in hunc usum ecclesia diui Pauli Londinensis. Atq; item in eo quod exhibuerūt canonici collegij Corsendoncensis in Brabantia.Ex quo satis opinor liquet in superioribus uerbis tēpus librarij uitio mutatū. Offendit lectorē aliquē,quod resurrectio nondum accidisset,atq; ea gratia futurum tempus magis conuenire. At Christus indicat resurrectionis tempus iam adesse.Sic enim resurrectioni destinatos uocat resurrectionē, sicut euangelicam sequentes doctrinam uocat regnum cœlorum.Post apparebit in nobis resurrectio,at interim peragitur in nobis resurrectionis negocium. Quin & Origenis in/ terpres ita uertit homilia uigesimasecunda.In resurrectione neq; nubunt, neq; uxores acci piunt,sed sunt sicut angeli in cœlo.Itaq; paulopost repetit,nequis casum esse cauilletur.

Regnū cœ/ lorum apud nos.

Non est deus mortuorum.) In exemplaribus quæ mihi uidere contigit,repetebat hæc uox deus,οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς, θεὸς νεκρῶν,id est,non est deus, deus mortuorum. Verum idem non reperio apud ullū interpretem. Vnde coniectandum est, quod erat subaudiendū, id abs quopiā adiectū fuisse. Quod silentiū imposuisset) ἐφίμωσεν .i.obturasset os, siue occlusisset os.Et in Paulo,Nō alligabis bouī,est οὐ φιμώσεις,,nō occludes os.Nec est legis doctor,sed νομικὸς,i.qui uersat in negocijs legalib⁹,ad uerbū sonat legalis, siue legitimus. Nec est ex toto corde,sed in toto corde ὅλῃ τῇ καρδίᾳ.Etiāsi apd' Græcos,ac latinos sup/ uacanea est præpositio.Et rursū nō est,hoc est maximū,& primū,sed πρώτη καὶ μεγάλη.i.pri mū ac magnū, q̄q̄ hic primū dixit præcipuū.Hilarius legit,qd' est magnū ac primū. Si/ cut teipsū) ὡς σεαυτόν, Græcis unicū aduerbiū est ὡς qd' nos uix duodecim reddimus. Pro/ inde frustra cauillant̄,qui putāt hic nō modū amoris æqualē significari, sed similitudinem, ut amemus proximū,non æque atq; nosipsos,sed simili genere amoris.Horū cauillationes licebat excludere,si uertisset, proximū tuū perinde,ut teipsum. Neq; enim huius est loci

Sicut teipsū, ὡς apd' Græ cos.

refellere

refellere eos,qui nimis Aristotelice inducunt charitatis ordines.Magis placet mihi Pauli/na similitudo de mẽbris corporis, in quo plus etiam honoris adhibemus ijs quæ per se sunt infirmiora.Nec est uniuersa lex, sed tota ὅλος ὁ νόμος.

Aristoteles facit bonoꝝ ordines.

EX CAPITE VIGESIMOTERTIO.

SVper cathedram Moysi.) ἐπὶ τῆς μωσέως καθέδρας, id est,in Moysi sede. Hunc locũ quidã eò torquent quasi parendũ sit omnibus, quæ præcipiũt episcopi,aut præpositi etiã impij, ob muneris autoritatẽ, cũ Christus de ijs loquat̃,qui recte docerẽt legẽ Mosaicã, non qui suis cõstitutiũculis illaquearent homines.Ita nunc quoq; fortassis audiendus sit episcopus,qui recte doceat euãgelium, etiamsi ipse parum euangelice uiuat. Cæterum quis ferat eos,aduersus Christi doctrinam, pro suo commodo fixis, ac refixis legibus,meram tyrannidem exercentes in populum, suóq; quæstu,ac maiestate metientes omnia?

Cathedra Moysi quõ accipiẽda.

Quæcũq; dixerint uobis,seruate.) Apd̃ Græcos addit̃ una dictio ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν τηρεῖτε.i.quæcũq; dixerint uobis seruare, seruate. Positũ est aũt dixerint Græco more, pro iusserint. Vt uideantur ab hominibus.) πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις.i.ad hoc, ut spectẽt hoib⁹, hoc est, spectaculo sint hominib⁹,siue cõspicui sint. Cõuenit em̃ spectaculi uerbũ histriõib⁹,ut & supius indicatũ est. Cæterũ φυλακτήριον phylacteriũ,Græca uox latinis est cõseruatoriũ,qd̃ in his seruat̃ memoria legis à uerbo φυλάττω,quasi sic præstarẽt, id qd̃ deus iubet p Mosen seruari præcepta sua. Nã huius occasiõe supstitionẽ sumpsisse uident̃ partim ex Deute.ca.16.Audi Israhel,dñs deus uester,deus unus est. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo,& ex tota aia tua,& ex tota fortitudine tua. Erũtq; uerba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo,& narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedẽs in domo tua, & ambulãs in itinere,dormiẽs,atq; cõsurgẽs.Et ligabis ea quasi signũ in manu tua. Erũtq; & mouebũt̃ iter oculos tuos,scribesq; ea in limine & ostijs dom⁹ tuæ.Proinde pharisæi,quo uiderẽt̃ admodũ obseruãtes legis,scribebãt decalogũ in mẽbranis,ceu duobus uoluminibus,quorũ alterum fronti coronæ uice circumponebãt, alterũ brachio, ut siue quò manũ porrigerent essent in cõspectu, siue caput mouissent,ob oculos essent.Itaq; personati sese plebis, ac mulierculariũ oculis uenditabãt.Hũc morẽ testat̃ Hieronymusad suã usq; ætatẽ durasse apud Iudæos, Persas, ac Babylonios, atq; eos qui id faciũt apud illos haberi religiosos,uelut hodie apud nos habent̃,qui diuersis,ac nouis cultuũ formis, & coloribus sanctimoniã apud uulgus profitent̃.Partim ex Numerorũ ca.16. Legimus em̃ illic hũc in modũ,Loquere filijs Israel,& dices ad eos, ut faciãt sibi fimbrias p angulos quatuor palliorũ,ponẽtes in eis uittas hiacynthinas,quas cũ uiderint recordentur omniũ mãdatorũ dñi.Siquidem hinc hypocritæ captantes auram popularẽ, atq; ex mulierculis sectantes lucra,faciebãt grandes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant,quo uidelicet ambulantes,aut sedentes aliquando pungerentur,nec sinerent̃ usq; obliuisci legũ. Et quo quisq; latiores fimbrias circumferret,hoc religiosior habebatur apud superstitiosos,ac simplices.Atq; utinã hoc histrionũ genus nõ adeo passim esset apud Christianos, ad quos collati pharisæi,synceri,simplicesq; queant uideri. Nõ quod non oporteat pietatẽ etiã cultus,aut uictus simplicitate,mundicieq; profiteri,sed quod superstitionẽ, & ostentationẽ ubiq; oporteat abesse, & præcipuam pietatis partem in animo,ac moribus deceat esse sitam. Damnat hoc loco Hieronymus mulierciularum quarundã superstitionẽ, quæ quod olim in phylacterijs faciebãt pharisæi,id tũ faciebant in paruulis euangelijs, & in crucis ligno, alijsq; rebus huiusmodi.quæ habent,inquit,zelum dei,sed nõ iuxta scientiam,culicẽ liquãtes,& camelũ glutiẽtes· Si uir sanctissimus hæc sentit de mulierculis,quarũ infirmitati par erat nõnihil condonare,quid dicturus sit,si uideat hodie passim ad quæstũ ostẽtari lac Mariæ,quod honore ꝓpemodũ æquãt ꝺorpori Christi cõsecrato, ꝓdigiosũ oleũ, fragmẽtula ligni crucis,tã multa, ut si in aceruũ rediganꝺ, uix una nauis oneraria uehat, hic ostẽtari Franciſci cucullã,illic intimã uestẽ Mariæ uirginis,alibi pectinẽ Annæ,alibi caligã Ioseph,alibi calceũ Thomæ Cãtuariẽsis,alibi Christi præputiũ,quod cũ sit res incerta,religiosius adorãt,q̃ totũ Christũ. Neq; uero hæc ita ꝓferũt̃ tãq; ferẽda, & plebeculæ donãda affectub⁹, uerũ huc ferè sũma religiõis uocat̃,auaricia sacerdotũ,& monachorũ quorũdã hypocrisi,quos alit populi stultitia.Atq; in hisce comœdijs primasagũt episcopi quidã facticij,

Phylacteria quæ.

Supstitiosa pharisæorũ hypocrisis.

Superstitio quorundã Christianorum.

Supstitiosa reliquiarum ostentatio.

factitĩ,ne nuſquam ualere uideãtur, hæc ſuis diplomatis approbant, ſuis nænijs ornant, tanta grauitate,ut quoties mihi legitur iſtorum comprobatio, minus credam, quam antea credebam. Quibus in rebus, niſi grauis ineſſet ueræ pietatis iactura, Chriſtus non tam acriter in hoc hominum genus inueheretur,cum alioqui lenis ſit in peccatores.

Chriſtus in ſolos hypocritas ſæuus

Ac magnificant fimbrias.) Græcis additur hic, τῶν ἱματίων αὐτῶν, id eſt, ueſtimentorum, ſiue palliorum ſuorum. Etiamſi latinius erat, dilatant.

Primos recubitus.) Græcis iucundior eſt elocutio per dictiones compoſitas πρωτοκλισίαμ,& πρωτοκαθεδρίαμ,quaſi dicas præcubitum,& Præſidentiam. Et:Nolite uocari rabbi.) Græcis cõgeminatur ῥαββεὶ ῥαββεὶ, id eſt, rabbi rabbi. Ad eundem modum & Iudas ſalutat dominũ rabbi rabbi. Videtur autem ea cõduplicatio apud Hebræos honoris aliquid habere. Vnde morem hunc exprimens Chriſtus,Nõ omnis,inquit, qui dicit mihi dñe domine intrabit.Et hodie ſacerdotes & epiſcopos honoris gratia bis dominos facimus,cũ ſemel dñm dici qui pater ſit,barbarũ ſit. Quanq; nec apud Hieronymũ,nec apud Origenem,nec apud Chryſoſtomum huiuſce rei certum inuenio ueſtigium.Auguſtinus in annotationibus troporũ ueteris inſtrumenti, cõmonſtrat uarie conduplicari dictionẽ apud Hebræos,aliquoties ita ſignificari multitudinem,aut diſtributionem. Quod genus eſt illud in Exodo,iuxta ueterẽ æditionẽ,& colligebant aceruos,aceruos,quaſi dicas,aceruatim.Nonnunq; indicari uehementiam, quale eſt illud apud Hieremiã, Ficus bonas bonas,& ficus malas malas.Interim generalitatis habet ſignificationẽ. Quod genus illud in Leuitico:Homo homo ſi maledixerit deũ,ſuum peccatum accipiet,pro eo quod erat,homo quicunq; is fuerit.Item in Numeris, Viri uiri ſi præuaricata fuerit uxor eius.Huic affine tropo,quod latini quoq; paſſim uſurpant,ut ut,pro utcunq;,ubi ubi,pro ubicunq;,qualis qualis,pro qualiſcunq;.Item cum ter beatum uocant,magnopere beatum. Iam de tropo ſermonis,qui ſic accipiendus eſt,non ut intelligamus uetitũ quocũq; modo uocari magiſtros, ſed certo modo uetari, diligenter & copioſe diſputat Auguſtinus ſermone de uerbis domini, ex Matthæo undecimo.

Cõduplicatur dictio uarie apud Hebræos.

Vnus eſt enim ueſter magiſter.) Addunt Græci ὁ χριστός, id eſt,qui eſt Chriſtus.Eadẽ uox paulopoſt repetitur.Nec uocemini magiſtri.Si rabbi idem ſonat quod magiſtri, uidetur idem bis dixiſſe, cum paulo ſuperius dixerit. Nolite uocari rabbi. Ni forte rabbi præceptoris eſt uocabulum,nempe qui docet,unde & apud Hebræos רַב à multitudine ſcientiarũ dicta eſt uox. Et nõnulli Græcorũ codices nõ utrobiq; repetũt, unus eſt magiſter ueſter καθηγητής,ſed priore loco habẽt διδάσκαλος quod doctorẽ ſonat & reſpõdet uocabulo rabbi.In altero ponit καθηγητὴς,quod gubernatorẽ ac moderatorẽ uitæ ſignificat.

Rabbi.

Qui clauditis.) ὅτι κλείετε,id eſt,quia clauditis, non qui,ſuffragante & Paulino codice latino.Ac mox item. Qui circuitis mare.) ὅτι περιάγετε, id eſt quia circumitis, ut paulo ſuperius ὅτι κατεσθίετε,quod librariorũ errore factũ apparet,quanq; id ad ſenſum haud magni refert. Orationes longas orantes Græce eſt, προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι, id eſt,prætextu longũ orantes,hoc eſt,ſub prætextu longæ orationis,qua ſanctimoniæ uenabantur opinionem.Sic enim uertit eadem apud Marcum, ſub obtentu longæ orationis: Et apud Lucam,ſimulantes orationem longam.Interpres Origenis uertit,longa occaſione orantes.Is autem legiſſe uidetur μακρᾷ dandi caſu.

Mare & aridam.)Hebraico more terram aridam uocat יַבָּשָׁה. Et proſelytus Græca uox eſt, προσήλυτος nobis aduena.Sic emĩ dicebat Hebræis, quẽ ex aliena natione in ſuæ legis cõſortiũ recepiſſent,illi uocant גֵּר. Ac mox, Et facitis eum filiũ gehennæ duplo q; uos.) Græce eſt διπλότερον ὑμῶν,id eſt,duplicius q; uos eſtis. Quaſi utriq; ſint duplici nomine filij gehennæ.Verũ hic aduena magis q; illi. Id emĩ ſonat ſermo Græcus.Etiã ſi ſecus interpretantur omnes,nẽpe ut intelligamus illos uno duntaxat nomine malos eſſe,quod nõ ſeruarẽt legẽ,in qua nati eſſent,aduenã gemino nomine,primũ qđ ethnicus, & idololatra,mox nec Iudæus probus,dum relabitur in uitã priſtinã, & ex malo ethnico fit peior Iudæus. Fortaſſis & hoc ad noſtros mores pertinet,qui magnũ quiddã exiſtimamus,Iudæum ad baptiſmũ pellexiſſe. Non quod hoc nõ ſit optandũ omnibus nobis, ut oms Iudæi reſipiſcant. Sed quod quidã ex ea re ſuæ gloriæ conſulũt, nec ea uia pelliciũt, qua oportet,& pellectũ nõ ea docẽt, quæ uere ſunt Chriſtianiſmi.Nã qui fieri poteſt, ut

Duplo filij gehennæ, quõ accipiendi.

Iudæi baptizati.

alios red-

alios reddamus Christianos, nisi prius ipsi fuerimus Christiani? Fit igitur, ut pro scelerato Iudæo, sceleratiorem habeamus Christianũ, cuius rei uel Hispaniæ testes esse possunt. Et sunt qui nouo exemplo armis Christianos faciant, sub religionis ampliandæ prætextu, suis opibus, suáeq; ditioni cõsulentes. Nihil agetur his rebus, nisi negocium animo pure Christiano suscipiatur. Huic confine est, quod monachorũ nõnulli faciunt, qui partim æstu, partim studio pietatis, sed absq; iudicio, quos possunt ad suum quisq; uitæ institutũ pelliciunt, præsertim quos augurentur sibi futuros usui, ac miro æstu rudi simpliciq; insidiantur ætati, quæ nondũ nouit, neq; se, neq; ueram religionem.

Quõ uincẽdi Turcæ.

Pueros non pelliciendos ad laqueos uitæ monasticæ.

Debitor est.) ὀφειλέτης debet, hoc est, reus est, ac penè debitor, quod lex uetet iurare per nomen dei. Totus autem hic locus pertinet ad eos, qui quod caput est omnis religionis tacent apud populum, si quid minus ad rẽ pertineat id inculcant, ueluti de potestate pontificis, de condonationibus, de opinionibus Thomistarum, aut Scotistarum.

Contra eos qui humana prædicant, potius q̃ quæ sunt Christi.

Stulti & cæci.) Apud Græcos repetitur & in altero loco μωροὶ καὶ τυφλοί.

Qui mundatis.) ὅτι καθαρίζετε, id est, quia mundatis. Cæterũ quod intus est calicis, & qđ deforis, quæ Græce pure dicunt, parũ munde reddidit latine, τὸ ἔξωθεν μὴ τὸ ἔνδοθεν, uertere poterat exteriorem poculi partem, & id quod intus est. Nec est, Pleni estis, sed plena sunt, ut pertineat non ad pharisæos, sed ad poculum & catinum. Consentiunt Latini codices uetusti cum Græcis exemplaribus. Nam sensus est, pocula & patinas pharisæis foris esse nitidas, ac bene lotas. Cæterum ipsum uinum, ipsosq; cibos esse immundos, utpote partos rapinis, & fraude, atq; hanc immundiciam præcipue uitandam, ijs qui uere mundi uideri uellent. Id cum quidam non intelligerent, ἀδικίαν, id est, iniustitiam uerterunt in immunditiam. Quanquam in nonnullis exemplaribus ἀκρασίαν, id est, intemperantiã inuenio, quomodo legisse uidetur Origenes. Noster interpres legisse uidetur ἀκαθαρσίαν. In summa uidetur hic locus apud Chrysostomũ, & alios ueteres uarius habitus fuisse. Augustinus sermone trigesimo legit, pleni estis dolo & rapina, sed Lucam opinor edisserẽs. Porrò paropsis Græcis patella est, aut disculus quo apponitur cibus aut condimentum. Quandoquidem apud Italos sua cuiq; patella apponitur, distributo in partes conuiuio. Parsimonia communem patinam inuenit. Legitur & parapsis eodem sensu apud Suidã, uocem dictam apparet à rotunditate, flexúq;. Quia similes estis.) Germana lectio apud nos durat, haud scio quo casu, Cũ in (qui mundatis) fuerit deprauata. Et (Dealbatis) est κεκονιαμένοις, id est, incrustatis, quod opus albarium dicitur. Incrustantur enim gypso, aut calce. Et φαίνεσθε paretis, cur non potius apparetis, siue uidemini?

Mundicies pharisaica.

Paropsis & Parapsis.

Qui ædificatis.) ὅτι οἰκοδομεῖτε. i. quia ædificatis. Vt dissimulẽ, Si fuissemus, nõ essemus, pro, si fuissemus, nõ fuissemus, cũ Græcis idem uerbũ repetatur, ἦμεν, οὐκ ἂν ἦμεν, siue ut in quibusdam est scriptum ἤμεθα, ἂν ἤμεθα. Merito mouet hoc loco quæstionem Origenes, cur imprecetur hoc nomine, uæ pharisæis. Neq; enim hoc nomine sunt execrandi quod extruerent monumenta prophetarum, neq; in hoc quod ab homicidis prophetarum essent progeniti, cum in altero sit officium, alterum non sit in manu nostra unde nascamur, Verum ideo reprehenduntur, quod ad simulandam sanctimoniam extruerent monumenta sanctorum, & falso negarent se consensuros fuisse in illorum cædem, si ijsdem temporibus uixissent, cùm re ipsa declararent se crudelius etiam sæuituros fuisse in prophetas, cum ipsum Christum pararent occidere. Addit illud Chrysostomus, illos haudquaquã studio erga prophetas extruxisse monumenta illorum, sed ne non extaret trophæum, ac uestigium egregij facinoris à maioribus patrati, atq; ita deterrerentur cæteri a libertate reprehendendi. Cæterum de Zacharia filio Barachiæ, quæstio est impeditior, neq; prorsus adhuc a quoq; explicata. Quidam fabulam adducunt ex apocryphis libris, fuisse in templo certum locũ designatum, ubi inter sacra peragenda consisterent uirgines, in eo dũ staret Maria mater Iesu, cum constaret iam peperisse, nec uulgus intelligeret diuinitus cõcepisse, id cum populus indigne ferret, & tamen a Zacharia patre Ioannis defenderetur, per tumultum interfectum fuisse inter ædem posteriorem & altare. Ita ferme Origenes, eadem ferme Hieronymus, nisi quod hic uariat, dicens Zachariã patrem Ioannis Baptistæ, ideo fuisse occisum, quod Christi prædicarit aduentum. Alij referunt ad Zachariam Barachiæ filiũ, qui in duodecim prophetis, habetur undecimus. Verum quanq; in hoc

Locus obscurus explicatus.

Zacharias filius Barachiæ quis.

patris nomen consentit,tamen parum est uerisimile,quod huiusmodi nihil reperiatur in historijs diuinis de Zacharia propheta, Ad hæc cũ illis tẽporibus uix extiterint ullæ tẽpli ruinæ. Tertia opinio propior uero est,ut intelligamus de Zacharia filio Ioiadæ,quem in libris Regum,& Paralipomenon,occidit rex Ioas inter aram ac templum, Res & nomẽ conuenit,solum patris nomẽ reclamat,quod is Ioiadæ filius scribatur non Barachiæ. Ex hac postrema difficultate bifariam elabuntur.Hieronymus testatur in euangelio Nazarænorum,cum hæc refertur historia, Zachariam non Barachiæ dici filium,sed Ioiadæ:nimirum innuens in codicibus librariorum errore pro Ioiada scriptum Barachiã, Chrysostomus aliam aperit fenestram,uidelicet,Barachiã binominem, eundẽ Ioiadam dictũ fuisse.

Nomen pro nomine.

Genimina uiperarum.) γεννήματα, quod superius recte uerterat progenies.

Actus sine temporis ratione.

Quæ occidis prophetas.) ἡ ἀποκτείνουσα. Quoniam participio præsentis temporis est usus,& sermo Christi ad utrumq; tempus respicit,accipi potest actus citra temporis certam rationem,perinde quasi dicas interfectrix prophetarum, quæ & occidisti,& occidis, & occisura es. Hoc ideo admonui, quod uideam Origenem uehementer torqueri, quo explicet rationem historiæ,cum nusq; legamus Hierosolymis occisos, aut lapidatos prophetas plures.Opinor & Hierusalem nomine quæ caput erat Iudææ, totam intelligi regionem. Nec est,Ecce relinquetur,futuro tempore, sed præsenti, ἀφίεται, id est, relinquitur,suffragantibus & uetustis Latinorum exemplaribus.

EX CAPITE VIGESIMOQVARTO.



Ipse autem respondens dixit.) Apud Græcos non est,ipse, nec respondens. Nihil enim interrogabant discipuli.Nec est (Videtis hæc?) sed οὐ βλέπετε ταῦτα,id est,nonne uidetis hæc.Et (Non relinquetur hic lapis) hic, hoc loco aduerbium est ὧδε, id est, in hac structura. Siquidem hoc animo discipuli ostendebant structuras templi,ut Christus commotus operis magnificentia mutaret sententiam, nec sineret cuenire, quod euenturum pauloante prædixerat, aut certe intelligebant,opus esse maius,ac munitius, q̃ ut quisq; posset demoliri.

Opinio belli pro rumore belli.

In Montem oliueti.) ἐλαιῶν,id est,oliuarum. Et mox,secreto, κατ' ἰδίαν .i. seorsim, siue priuatim,hoc est,semotis turbis. Et aliquanto inferius (Prælia & opiniones præliorum) πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων,id est,bella,& rumores,siue famam bellorũ. Siquidem ἀκοὰς, ad uerbum sonat auditiones. Interpres nullũ facit discrimen inter prælium & bellũ.Deinde opinio nonnunq; pro fama reperitur usurpatum, sed cum ad hominem refertur,non cum ad rem. Alioquin opinio belli est,quoties putatur esse bellum,cũ non sit. Est autẽ rumor belli nonnunq; tristior ipso bello.

Oportet enim hæc fieri.) Pro hæc,Græci legunt τὰ πάντα.i.omnia (Sed nondum est finis) nonnulli codices habebant ἔσται.i. erit finis.

λιμὸς fames. λοιμὸς pestis.

Pestilentiæ & fames.) Iucundã uocũ affinitatẽ latinus interpres nõ potuit reddere in λιμοὶ, & λοιμοὶ, quæ scriptura magis q̃ pronunciatiõe discerni possunt. Deinde in tribus dictionibus gratiã habet ὁμοιόπτωτον,λιμοὶ,λοιμοὶ,σεισμοὶ. & ad harmoniã facit τὸν ἀσώδετον. Et pseudoprophetæ unica dictio est composita,quã uulgus illiteratũ diuidit ψευδοπροφῆται, nec significat prophetam mendacem,sed qui falso nomine propheta uocetur, cum non sit, sicut ψευδαπόστολοι, qui sibi uindicant eum titulum falso.

Qm̃ abundabit iniquitas.) διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. Verbũ infinitum præteriti temporis,quoniam adheret uerbo futuri temporis, transit & ipsum in uim futuri. Quanquam commodius uertisset per participium ad hũc modum, multiplicata iniquitate frigescet charitas multorum, ut locis aliquot citat diuus Hieronymus,nisi quod hic præpositionis uis non redditur διὰ τό, quæ facit, ut intelligamus frigus charitatis,non aliunde proficisci, quam ex magnitudine iniquitatis.

Et tunc ueniet cõsummatio.) τέλος, quod hactenus uertit finis. Et paulo superius, Et hic addidit articulum τὸ τέλος, quasi dicas ille finis, qui expectabatur. Facit enim articulus, ut certum aliquem finem intelligas.

Daniel citatus a Christo.

A Daniele.) διὰ Δανιήλ, id est, per Danielem. Est autem locus apud hunc prophetam in calce capitis noni, Consummabit autem pactum multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium. Et erit in templo abominatio

desolationis

desolationis, & usque ad consummationem, & finem perseuerabit desolatio. Porrò quod Græcus appellat βδέλυγμα, id est, abominationem, siue execrationem, hoc loco idolum intelligitur, interprete Hieronymo. Idq; nonnulli de statua Adriani Cæsaris interpretantur, quæ usq; ad ætatem Hieronymi steterit in eo loco, in quo antea fuerat sanctum sanctorum, & ob id addit desolationis, quod templum dirutum fuerit. Et nonnulli codices habebant τὰ ἐκ τῆς οἰκίας, id est, res domesticas, siue supellectilem domesticam. Cæterum non est simpliciter (ne reuertatur) sed μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω, id est, ne redeat retro, hoc est & latinius, ne rursum redeat. Nec est (Tollere tunicã) sed τὰ ἱμάτια, id est uestimenta, siue pallia, hoc est, summas uestes. Quanquam Hilarius legit tunicam. Adrianus subuertit sanctũ sanctorum.

Pregnantibus & nutrientibus) Pregnantibus recte mutauit, & latinius extulit, quam si Græca ut sunt reddidisset, ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις, id est, in utero habentibus, ut alias solet transferre. Cæterum nutrientibus Græce est accommodatius θηλαζούσαις, lactantibus, siue mamma nutrientibus, quod θηλὴ papillã fœmineæ mammæ significat. Vnde Augustinus edisserens psalmum trigesimumnonum, mammantibus dixit, pro nutrientibus. Nec est, hyeme uel sabbato, sed χειμῶνος μηδὲ ἐν σαββάτῳ, id est, hyeme neq; sabbato. Hyems ad iter faciendum incommoda est. Et sabbatis nefas erat Iudæis iter facere, nisi ad pauca stadia. Sentit enim Christus celerrime, ac procul esse fugiendum, ideóque cauendum, ne quid obstet celeritati fugæ. Magna pars euangelicæ intelligentiæ in tropis est sita. Iter sabbati.

Vsque modo.) μέχρι τοῦ νῦν, id est, usque ad præsens tempus, aut quod apertius erat, usque nunc, etiamsi parum latinum & hoc.

Neq; fiat.) οὐδὲ οὐ μὴ γένηται, id est, neque fiat, ut sit abominantis. Quanquam uideo illos nonnunquam his uerbis abuti pro futuro. Porrò congeries trium negationum emphasin habet negandi (Nisi breuiati fuissent) ἐκολοβώθησαν, id est decurtati fuissent, cũ aliquid amputatur, ac præciditur. Vnde Græcis κολοβῶται dicuntur, qui uerba trunca, ac dimidiata pronunciant. Nec est, fieret salua, sed οὐκ ἂν ἐσώθη, id est, nequaq; esset seruata, siue haud quaquam fuisset incolumis omnis caro. Ac rursum Hebræorum more carnem pro homine posuit, tametsi absolutius quiddam habet caro, ueluti cum latini, omnes mortales pro omneis homines dicunt. Sunt enim mortales, qui homines non sunt, & caro est, quæ non sit hominis. Illud haud scio an sit admonendum, (Ecce hic Christus) hic aduerbiũ esse, non pronomen ὧδε, & ὁ χριστὸς ille Christus, ut certum aliquem intelligas. Neq; enim significat quẽuis unctũ è multis, sed unicũ illũ, qui ab omnibus expectabatur. Hũc locum enarrans diuus Augustinus in quæstionibus euangelicis recte quidem intepretatur, his uerbis excludi schilmata hæreticorum, sed cauendum est, ne ad nos quoq; pertineãt, qui nobis orthodoxi uidemur. Audimus monachos passim clamantes, ecce Christus hic est. Nec hos tamẽ inter se cõsentire, Obseruantes dicũt, apud Coletas, & Conuentuales non est Christus, sed hic est. Rursus Benedictini clamant, hic est Christus, non apud mendicantes. Tot undique uoces obstrepunt clamantium, hic est Christus. Sed quid ait ipse Christus? Nolite credere. Nusquam non est Christus, ubicunque sunt affectus Christo digni. Vult ille communis esse omnium, qui sol est mundi. Non dignatur circumscribi loco, non includi titulis humanis, aut cultu, ceremoniisue. Iter sabbati. Tres negationes pro una. Christus omniũ maxime communis.

Pseudochristi.) Vnica dictio est, ψευδόχριστοι, ne quis & hanc dirimat, id est, falso nomine Christi, quod modo indicauimus. Item illud ὥστε πλανᾶσθαι, maluissem uertere, ut fallendi sint, propter uerba futuri temporis, ad quæ referuntur hæc.

Si fieri potest.) εἰ δυνατὸν, cur nõ potius, si fieri possit. Si in penetralibus.) Græce est ἐν τοῖς ταμείοις, quod ante uertit, in cubiculis. Sũt em ταμεῖα, loca in ædibus abstrusa, ac penitiora, in quibus reponimus, quæ uolumus esse tuta, unde & à penitus, penu dictũ est.

Vbicunque fuerit corpus.) πτῶμα Græcis est, id est, cadauer, illis à cadendo dictum, quemadmodum & cadauer Latinis. Loquitur enim de corpore animantis mortui. Atq; ita frequenter adducit hunc locum Origenes homilia trigesima. Quanquam Hieronymus frequenter, adducens hunc locum, corpus legit, non cadauer, Admonet tamen significantius dici cadauer. Chrysostomus homilia septuagesima corpus legit, nõ cadauer. Cõtra qui scripsit homilias in Lucam, quas habemus Origenis titulo, homilia decimasexta, cadauer legit. Nec addunt Græci coniunctionem, & aquilæ, sed οἱ ἀετοί. id est, σῶμα. πτῶμα.

aquilæ. Conuolant enim aquilæ, & maxime uultures, ad animantium cadauera.

Plangere quid.

Plangent.) κόψονται, ut intelligas planctum insanum, qui fit, ubi quis præ doloris impatientia suum ipsius corpus cædit, ac lacerat.

Cum uirtute multa & maiestate.) μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς, id est, cum potentia & gloria multa. Gloriam certe legit Hieronymus, citans hunc locum in commētarijs Zachariæ. Rursum emittet est magis, quam mittet, ἀποστελεῖ. Nec est (cum tuba & uoce magna) sed μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, id est, cū tuba uocis magnæ, ut intelligas tubā uocalē, & procul sonantem. Aut cum tubæ uoce magna, nā græcus sermo anceps est.

Tuba & uoce.

A summis cœlorum.) ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν, id est, à summis cœlis, hoc est, à summis uertibus cœlorum. Et quod hic uertit ad terminos eorum, Græce est, ἕως ἄκρων αὐτῶν, id est, usque ad summos eosdem, ut duo summa intelligas, suprema, & ima. Ne quid interim caueller de arbore fici, quam non audet suo uocare nomine, opinor metuens Græcum illud prouerbium, τὰ σῦκα σῦκα τῷ σκάφῃ σκάφην λέγων. Et mox, discite parabolā, Hic certe magis conueniebat latine loqui, discite similitudinem, siue collationem, ne quis somniet ficum parabolas dicere. Tener fuerit) Gemmam sentit in surculis unde erumpūt frondes. Nec est, nata, sed, enata, ἐκφυῇ.

Arbor fici, pro ficu.

Et scitote.) γινώσκετε, anceps uerbum est, quod modo uertit, scitis. Vt omittā, quod ὀπὴ transtulit, quia, non suo loco. Et (In ianuis) rectius erat in foribus, siue ad fores. Est enim sermo prouerbialis, quo significamus aliquid esse in proximo.

Generatio hæc.) ἡ γενεὰ αὕτη. Illud obiter adnotandum, γενεὰν apud Græcos aliquoties accipi, non pro ipsa natione, seu gente, sed pro eo, quod latini nunc ætatem uocant, nunc memoriam, nonnūquam & sæculum, unde Nestor τρεῖς γενεὰς uixisse legitur, quod tres hominum ætates durauerat. Ad eum modum uidetur hoc accipi loco.

Generatio pro ætate hominum.

Donec omnia fiant.) ταῦτα πάντα. i. hæc omnia. Non præteribūt.) παρελθωσιν, abuti uidet his uerbis, alioqui magis sonat, nō prætereant, siue præterire non possint δυνατικῶς.

Nec angeli cœlorum.) Expressius erat, ne angeli quidem. Cæterum in Marco additū est, μηδὲ ὁ υἱός, id est, neque filius. Et fatetur diuus Hieronymus hoc ascriptum fuisse etiam apud Matthæum in nonnullis latinis codicibus, in Græcis non haberi, præsertim in exemplaribus Adamantij, ac Pierij. Atqui ex homilijs Origenis, quas scripsit in Matthæum, apparet illum addidisse filium, cuius hæc sunt uerba, Qui non cognouerunt de die illo, & hora, neque angeli cœlorum, neq; filius. Præparat enim filius scientiam diei illius & horæ, cohæredib⁹ promissionis illius, ex quo seipsum exinaniuit. Ac paulo post, Et præparans omnem quem uult scire illum diem, & horam cum sanctis angelis, & cum ipso domino nostro Iesu Christo. Ad eundem modum legit Augustinus in homilijs, quas ædidit in Matthæum, sermone uigesimo primo, nec legit solum, uerumetiam interpretatur, cumque hoc Hilarius cum ait in expositione canonis, dicens diem illum omnibus esse incognitum, & non solum angelis, sed etiam sibi ignoratum. Legit & interpretatur eodem modo Chrysostomus. Denique & Hieronymus ipse in progressu enarrationis sequitur hanc lectionem. Et cum Marcus ἐπιτομὴν scripserit Matthæi, consentaneū est illum non hoc addidisse de suo. Proinde suspicor hoc a nonnullis subtractum, ne Arrianis esset ansa, confirmandi filium esse patre minorem, qui nobiscum aliquid ignoraret. Verū erat igit' ex Marco itē eradendū, ubi planè legit'. Neq; cōuenit hac uia tollere occasiones hæreticorū, alioqui bona pars euangeliorū foret eradenda. Et in primis illud, Pater maior me est. Interpretatione medendū erat huic malo nō rasura, calamo nō scalpello.

Nec filius dei nouit diem extremi iudicij.

Vitata occasio Arrianorum.

Sicut autem in diebus Noe.) Etiamsi nihil refert ad sensum, tamen non est in diebus Noe, sed ὥσπερ αἱ ἡμέραι τοῦ νῶε, id est, sicut dies illi Noe, sic erit. &c.

Nubere, γαμεῖν.

Nubentes & nuptui tradentes.) γαμοῦντες καὶ ἐκγαμίζοντες, Rursum nubentes accommodauit uiris, dicere poterat, ducētes uxores, & nuptum dantes, ut alterum ad uiros pertineat, seu magis ad utrosq; sponsū ac sponsam, alterū ad soceros, & socrus. Vnus assumetur.) Latinius unus & unus uertisset in unus & alter, aut in alter & alter. Deinde librarius opinor mutauit tempus uerborū. Nā Græcis est, ἀφίεται & παραλαμβάνεται, id est relinquitur, & assumitur. Nec est ociosa temporis catachresis. Indicat enim rem mox, ac certo futuram. Quandoquidem Christus uoluit suos in hac esse opinione, ut extremum illum

illum iudicij diem ſemper expectarent parati, ceu mox uenturum, non quod uellet eos errare, ſed quod uere mox uenit, etiam quod poſt aliquot annorum milia uenit, ſi quis æternitatem contempletur. Atque in hac opinione fuiſſe uidemus Petrum, Paulum, Hieronymum, Gregorium, cumque his innumeros alios. Nec eſt, ſi ſciret, ſed εἰ ἤδει, id eſt, ſi ſciſſet. Extremi iudicij dies oībus incert⁹ & ſemp expectatus.

Qua hora fur uenerit.) Nonnulli græci codices ſcriptum habebant ποίᾳ φυλακῇ, id eſt, qua cuſtodia, atque ita legit Origenes in Homilijs. Porrò cuſtodiam uocauit tempus excubiarum. Veteres enim noctem in aliquot excubias diuidebant, quas alicubi uigilias uocat. Ponit enim duas perſonas, patremfamilias excubantem, & furem inſidiantem. Nec eſt, ſineret, ſed ἤφιει, id eſt, paſſus fuiſſet, aut ſiuiſſet, Ponit enim alicui parum uigilanti domum perfoſſam a furibus, non id paſſuro, ſi ſciſſet tempus nocturnum quo fures eſſent aggreſſuri. Porrò furem uult intelligi, diem illū extremum, patremfamilias, unumquēlibet noſtrum. Ergo cum ille ueluti fur obrepere tentet, & incertum ſit, quo tempore, nobis uidelicet iugiter eſt excubandum, ne dormitantes opprimat. Vnde miror Hilarium furem hunc interpretari diabolum, licet autorem ſecutus ſit Origenē, ſed ſæpe coactius enarrantem ſacras literas. Nihil enim eſt, quod nos offendat diſſimilitudo rerum, aut perſonarum collatarum. Satis eſt in hoc conſtare ſimilitudinem, ad quod adhibetur. Fur non expectatus obrepit. Eáque res facit, ut ſemper uigilet paterfamilias. Ita dies ille inopinantes opprimet, ni ſemper excubuerimus. Christi aduētus furi nocturno cōparatus.

Quia neſcitis qua hora uenturus ſit filius hominis.) Græci ſic habent, ὅτι ἣ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται, id eſt, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Ita legit Chryſoſtomus, etiamſi ſecus legit Vulgarius.

Quis putas.) τίς ἄρα, id eſt, quiſnam. Nam ita mauult Valla.

Quem conſtituit.) κατέστηκεν, cōſtituit præteriti tēporis eſt, ponit eū quod acciderit. Cōſtituit p conſtituet.

Familiam ſuā.) θεραπείας, id eſt, famulicium, ut intelligatur eum præfectum famulis. Vt diſſimulē, quod εὑρήσει rectius uertiſſet, offenderit, ſiue repererit, q̄ inuenerit.

Super omnia bona.) ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ, id eſt, ſuper omnes res ſuas, ſiue, ut alicubi citat Hieronymus, ſuper uniuerſam ſubſtantiam, propius accedens ad Græcum ſermonem exprimendum. Etiamſi non male uertit interpres.

Moram facit dominus meus uenire.) χρονίζει ἐλθεῖν, id eſt, contatur redire, ſiue differre ditum. Nec additur ſuos, ſed tantum eſt, conſeruos.

Manducet autem & bibat.) ἐσθίειν τε καὶ πίειν, id eſt, edereq; & bibere, ut pendeat a uerbo, incipiet, Quanquam in nonnullis eſt ἐσθίειν δέ, id eſt, edere uero.

Qua non ſperat.) ᾗ οὐ προσδοκᾷ, id eſt, in die quo non expectat. Mirum autem cur hic interpretem delectarit ἀκυρολογία, qui ſperare maluerit, q̄ expectare, cum Græce ſit expectare. Et diuidet eum.) καὶ διχοτομήσει, id eſt, diſſecabit, a δίχα τέμνειν, id eſt, in duas diſſecare partes. Sperare pro expectare.

EX CAPITE VIGESIMOQVINTO.



Buiam ſponſo & ſponſæ.) & ſponſæ, non additur in Græcis codicibus. Nec apud Chryſoſtomum, aut Hilarium ulla ſponſæ mentio. Apud Chryſoſtomum homilia ſeptugeſimanona, qua locū hunc ediſſerit, Ac ne in contextu quidem, qui præferri ſolet, nec in tota enarratione ſponſa nominatur, quod attinet ad occurſum. Apud Hilarium uero in canone huius euangelij. Quanquàm apud Origenem homilia trigeſimaſecunda in titulo hiſtoriæ euangelicæ neſcio quis adiecit, cum ipſe diſſerens nullam ſponſæ faciat mentionem. Aut potius ſic facit mentionem, ut declaret ſe ſponſo tantum legiſſe, nō, ſponſo & ſponſæ. Sic enim exponit, Omnes iſti ſenſus lampadas ſuas accipiunt, id eſt, organa ſua naturalia, ſiue ſecundum uerbum dei uti uolentes, ſiue & contra uoluntatem dei, tamen accipiunt eas, quando recipiunt ſponſum eſſe eccleſiæ uerbum dei, & filium dei. Et egrediūtur de mundo, & de erroribus deorum multorum, Et ueniunt obuiā ſaluatori, qui ſemper paratus eſt uenire ad uirgines eas, ut ſimul ingrediatur cum dignis earum, ad beatam ſponſam eccleſiam. Hactenus Origenes. Ex his liquet ſponſo iri obuiam eunti ad ſponſam, ut illū deducant in ædes ſponſæ. Nam ſponſa domi ſedet, ſponſum operiens. Non prodit foras, uelut auida uiri. Item in cæteris. Cum repetitur de mora ſponſi, de clamore coorto, Ecce ſponſus uenit, de Sponſus occurrens ſpōſæ.

ſpõſa ſiletur. Tantum uno loco uidetur occurſum & ad ſponſam referre, cum ait, oportere obuiam ire ſponſo uerbo, & eccleſiæ immaculatæ. Atqui ubi de clamore dicitur, quo oẽs uocantur ad occurſus officium, conſtat nullam fieri ſponſæ mentionem. Ait enim, Ecce ſponſus uenit, exite obuiam ei. Quanquam hac de re non eſt, quod quiſquam contendat. Quod ſi quis alicubi repererit additũ ſponſam, intelligat & ſponſam aliquouſq; ſponſo occurrere, ut ſpõſi comites recte dicãtur utriq; occurriſſe. Sponſus Chriſtus eſt, & huc ſpectat tota parabola, ut illi iam aduenienti fide ac pijs factis obuiam eamus. Ad ſponſam nulla parabolæ pars pertinet, imo illi ipſi qui bene occurrunt, ſponſa ſunt. Etiamſi me non fugit apud Auguſtinum addi ſponſæ mentionem, epiſtola centeſimauigeſima. At rurſum ſermone de uerbis domini ex Matthæo uigeſimaſecunda, locum hunc ediſſerens, nec legit, nec enarrat ſponſæ uocabulum.

Sponſo & ſponſæ.

Non ſumpſerunt.) ἔλαβον, aptius erat ſumpſerant. In his enim præterito imperfecto, aut ſecundo indefinito, uice preteriti pluſquam perfecti abutimur. Ne forte non ſufficiat) μήποτε, id eſt, ne non ſufficiat, aut ſi mauis exprimere coniunctionẽ expletiuam, ne quãdo non ſufficiat. Nec eſt ſimpliciter, emite uobis, ſed ἀγοράσατε ἑαυταῖς, id eſt, emite uobis ipſis. Eſt autem inabſoluta oratio, ni ſubaudias, timemus, aut periculum eſt, aut non faciemus. Intelligitur enim id quod non explicatur, prudentes uirgines negaſſe illis oleum. Nec eſt, Dum irent emere, ſed ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι, id eſt, abeuntibus autem illis ad emendum, uenit ſponſus. &c.

Non ſumpſerunt.

Sermo imperfectus.

Nouiſſime.) ὕστερον, id eſt, deinde, ſiue poſterius, quod ut aliàs tolerabile ſit, hic certe non quadrabat, cum de duobus uirginum ordinibus loquatur.

Quia neſcitis diem, neq; horam.) hoc loco repetunt græci codices, quod ſuperius addebatur, in qua filius hominis ueniet, ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τ ἀνθρώπου ἔρχεται.

Bona ſua.) τὰ ὑπάρχοντα; facultates ſuas, ſiue ſubſtantiam ſuam, uti ſuperius admonuimus. Propriam uirtutem.) δύναμιν, id eſt, facultatem, ſiue poteſtatem, ut ad uires, non ad probitatem pertineat.

Virtus δύναμις.

Et lucratus eſt.) καὶ ἐποίησε. i. & fecit, ſiue confecit, & latinius altera duo, & alia duo.

Venit & poſuit.) Vtrumq; præſentis eſt temporis, ἔρχεται καὶ σωσαίρει, id eſt, uenit & ſubducit, ſiue ponit. Ac paulo poſt, προσήνεγκεν, id eſt, attulit potius & tulit.

Superlucratus ſum.) ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς, id eſt, lucratus ſum ſupra, ſiue ultra ea. quod idem & poſtea ſimili modo repetitur. Quidã codices, pro ἐπ' αὐτοῖς habebant ἐν αὐτοῖς, id eſt, in illis, Hebraico more, pro eo quod eſt, per illa.

Euge εὖ.

Euge ſerue.) εὖ δοῦλε, id eſt, bene, ſeu recte ſerue, uox eſt collaudantis, & applaudentis, ei qui ſit functus officio. Licet idem polleat euge, εὖγε, bene ſane.

Congregans ubi non ſparſiſti.) καὶ συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισας, id eſt, congregans inde, ubi non ſparſiſti. Meto ubi non ſemino.) θερίζω ὅπου οὐκ ἔσπειρα, id eſt, meto ubi non ſeminaui. Nec eſt pecuniam Græce, ſed ἀργύριον, id eſt, argentum, quã uocem diuus Hieronymus ad myſterium accommodat, etiamſi Græcis nonnunquã pro pecunia uſurpatur, ſed argentea per ſynecdochen.

Pecunia. ἀργύριον.

Et quod uidetur habere.) καὶ ὃ ἔχει, id eſt, & quod habet, atq; ita legit & Hilarius, unde apparet ex altero euangeliſta huc tranſcriptum, quod abſurdum uidebat tollere quicquam ab eo, qui nihil habeat.

Maieſtatis ſuæ.) δόξης, id eſt, gloriæ. Nam ita frequenter gaudet uertere.

Et ſeparabit eos ab inuicem.) Cum præceſſerit gentes, tamen mutato genere ſubiecit eos, quod tamen interpreti non poteſt imputari, cum ſic habeatur in Græco. Verum abinuicem latinius certe reddi poterat, ſeparabit eos alios ab alijs, ſiue alteros ab alteris, cum de duobus loquatur ordinibus, altero piorum, altero impiorum. Porrò συνηγάγετε belle uertit, collegiſtis, pro hoſpitio excepiſtis hoſpitem & errantem.

Sitientem.) ἢ διψῶντα, id eſt, aut ſitientẽ, cõſentientibus & antiquis latinorũ codicibus.

Fratribus meis minimis.) ἐλαχίσων. Mirum quid interpreti uenerit in mẽtem, ut eandẽ uocem paulo poſt uerteret per comparatiuum minoribus, cum de eiſdem loquatur. Et tamen ex hoc loco, puto, ſibi cognomen minorũ ſumpſerunt quidam Franciſcanæ factiõis

Minores unde,

Maledicti.) κατηραμένοι, id eſt, execrati, ſiue deuoti.

Ex capite

EX CAPITE VICESIMOSEXTO.

Pascha fiet) γίνεται ἡ πασχα δίδοται. i. fit & tradit, utrūq; græcis pñtis est tpis.

Caiphas.) Græci scribunt καϊάφας, id est Caiaphas, quatuor syllabis.

Ne forte tumultus fieret.) ἵνα μὴ θόρυβος γένηται, id est, ne tumultus fiat, ut referatur ad personam Pharisæorum his uerbis inter se consultantiū, Ne quid tentemus in die festo, ne tumultus oriatur in plebe per occasionē diei festi. Nam forte addidit de suo interpres, Vt quid εἰς τί, id est, ad quid siue quorsum. Persona alia.

Alabastrū.) ἀλάβαστρον delicata pixis unguentaria uitrea, ita dicta à λαβεῖν præhēdere, & particula priuatiua, ἀ, addita per pleonasmum, ϛ, quod ob leuorē cōprehendi nō possit. Sic & Horatius, Nardi paruus onyx. Et precioſi est βαρυτίμου, quasi dicas grauis precij, quod olim appenderetur æs, non numeraretur. Alabastrus unguenti, ut onyx nardi.

Multo.) Est quidem græce πολλοῦ, tamen latinius opinor erat magno.

Quid molesti estis.) τί κόπους παρέχετε. i. qd molestias exhibetis, aut cur negociū facessitis? pauperes habetis.

Opus bonū.) ἔργον καλὸν, quod nō simpliciter bonū sed egregium, ac pulchrū significat. Et (meipsum autem non semper habebitis) utrobiq; græcis est ἔχετε, id est, habetis, præsentis temporis. Nec est semper, sed quouis tempore, πάντοτε, quod πᾶν, unde compositum est, ad hunc quoque modum possit accipi.

Mittens enim.) βαλοῦσα præteriti tēporis est, unde plenius sic extulisset. Nā quod hæc misit unguētū hoc in corpus meū, id fecit in sepulturā mei, ut significet se breui moriturū.

Dicetur quod hæc) λαληθήσεται ⊕ ὃ ἐποίησεν αὕτη, id est, dicetur & hoc quod hæc fecit. Nam, quod, hoc loco non est coniunctio, sed nomen relatiuum.

In memoriam eius.) εἰς μνημόσυνον αὐτῆς, eius fœminini generis est, unde ad ipsam refertur mulierem. Porrò μνημόσυνον non simpliciter significat memoriam, sed pignus aliquod aut monumentum, quod amicus apud amicum relinquit, quod illum sui commonefaciat. Vnde nō inepte uertisset, in monumētū sui, nōnulli recētiores memoriale uocāt. Memoria μνημόσυνον.

Iudas scariot.) ἰσκαριώτης, id est, Iscariotes de quo iam admonuimus. Iscariotes.

Primo autem die.) Die apud græcos subauditur non explicatur, sicut & illic. Prima autem sabbati hic τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων, id est, ut uerbum uerbo reddam, primo infermētatorū. Vt subaudias totidē substantiua quot sūt articuli, primo die panū infermētatorū. Azymi infermentati.

Ad quēdā.) πρὸς τὸν δεῖνα. i. ad illū. Sic autē loquūtur Græci, cū significant certū hominē quē tamē nō nominēt. Vnde apparet Christū edidisse nomē, cæterū euāgelistā obticuisse.

Qui intingit mecū.) ὁ ἐμβάψας, id est, qui intinxit. Etenim si, illo intingente manū, dixisset, qui intingit mecū, hic me tradet, indubitatū ac manifestum fuisset signum. Nunc autē uoluit etiam iterum locum dare pœnitentiæ Iudæ. Et tamen propius argumentum dixit, indicans illum non solum adesse in conuiuio, uerūetiam in eadem patina, in idem ius immergere manū, quod est intimæ familiaritatis. Quēadmodū annotauit & Origenes homilia. 35. sic enarrans hūc locū, ut hoc sermone Christi, magis sit exaggerata insignis Iudæ malicia, quē ne mensæ quidē cōmunis familiaritas, quæ solet ethnicis quoq; haberi sacra, à destinato facinore retraheret. Qui intinxit pro qui intingit.

In paropside.) ἐν τρυβλίῳ. i. in catino, siue patina. Cur libuit græcā uocē altera græca reddere? Per quē filius hominis tradetur) παραδίδοται. i. traditur, præsentis temporis uerbum. Iam enim hoc agebatur, nimirum præstituta pecunia. Et mox (qui tradidit illū) ὁ παραδιδοὺς αὐτόν, id est, qui tradebat, siue traditor illius.

Cænantibus autem.) ἐσθιόντων, id est, edentibus, siue uescentibus. Accipite edite.

Accipite & comedite) λάβετε, φάγετε. Sumite edite, citra copulam.

Et accipiens calicem.) καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον καὶ εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς. Et sumpto poculo, & gratijs actis, dedit illis.

Hic est enim sanguis.) Enim nō est in græcis codicibus, ut nec pauloante in cōsecratiōe corporis. Noui testamenti.) Articulus additus significantiorē græcis reddit orationē, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης. i. q est noui testamenti. Significat aūt hic testamētū, quod cōdūt morituri. Qui ꝑ multis effundet.) τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον. i. q ꝑ multis effūdit. Quāq; reperio hoc nonnunq; ꝑ futuro poni sicut ἐρχόμενος, nisi qd paulus utrūq; præsentis tēporis participio extulit, τὸ κλώμενον & τὸ ἐκχυνόμενον. i. qd frangit quod effūdit. Effunditur frangitur.

quemadmodū

quemadmodũ ſuo annotabimus loco, Effunditur legit & interpres Origenis homília.35.

Hymno dicto. Et hymno dicto) καὶ ὑμνήσαντες, id eſt,cum dixiſſent ſiue ceciniſſent laudes, ut intelligas apoſtolos dixiſſe hymnos,non tantum Chriſtum,Oliueti rurſum ἐλαιῶν, id eſt,oliuarum,quod iam toties fuit obuium.

Percutiam paſtorem) Vaticinium eſt apud Zachariam prophetam cap.13. Conuenit autem æditio Septuaginta cum Hebraica ueritate.Sed euangeliſta quod illic dictum eſt ſub perſona prophetæ rogantis,ut deus percutiat paſtorem,accommodauit ad perſonam ipſius dei. Id enim prodidit Hieronymus libro de optimo genere interpretandi ad Pammachium,atq; eadem ferè repetit enarrans hunc prophetæ locum. Atqui hac ſanè in re, aut ego prorſus hallucinor,aut lapſus eſt Hieronymus,quem ut fateor uirum fuiſſe ſumma doctrina,pari eloquentia, incomparabili ſanctimonia,ita hominem fuiſſe nõ poſſum diffiteri.Etenim ſi quis attentius expendat eum prophetæ locum, is comperiet, ne poſſe quidem,hæc ad prophetæ perſonam accõmodari.Quod quo magis perſpicuum fiat,ipſa uerba ſubſcribam.Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum,& ſuper uirum cohærentẽ mihi, dicit dominus exercituum. Hæc certe palàm eſt dici ſub perſona dei,cum addiderit dicit dominus exercituum.Ac mox ſequitur,percute paſtorẽ,& diſpergentur oues. Hæc quoq; ſunt dei uerba alloquentis gladium ſuum. Quod ſi quis uelit aliò torquere, certe quod ſequitur non ſinet.Et conuertam manum meam ad paruulos. Atq; adeo reclamat euidentius,quod continenter adiungitur.Et erunt in omni terra dicit dominus.

Excuſſa Hieronymi ſententia.

Gallus cantet) φωνῆσαι, id eſt,ſonet,& græcus quidem ſermo per ſe anceps eſt,niſi hypoſtigme iungat ter aduerbium uerbo abnegabis.

Tunc uenit Ieſus) Venit præſentis eſt temporis ἔρχεται.

Getſemani uallis pinguedinum autore Hieronymo.

In uillam quæ dicitur Gethſemani) χωρίον,id eſt in locum,quãdo ita mauult Valla.Nã ad ſenſum haud magni refert.Porrò Gethſemani,Hebræis ſonat,uallis pinguedinũ,nam גיא uallem שֶׁמֶן pinguedinem ſignificat.Ea eſt ad radices montis oliueti,ut teſtatur Hieronymus in locis Hebraicis. Cõtriſtari & mœſtus eſſe) λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν, id eſt, dolere & grauiter angi.nam ἀδημονεῖν. impotentem animi moleſtiam ſignificat,quo uerbo uſus eſt & Paulus,ut ſuo demonſtrabimus loco.

Triſtis eſt anima mea.) Triſte magis dicitur,quod triſticiam adfert ſeu moleſtiam. latinius erat in dolore eſt,ſiue mœret anima mea.

Suſtinete hic) μείνατε ὧδε,id eſt manete hic.Et aliquanto inferius (iterũ ſecundo abijt) latinius erat,& rurſus iterum abijt, πάλιν ἐκ δευτέρου ἀπελθὼν.

Venit & inuenit) Vtrumq; præſentis temporis, ἔρχεται & εὑρίσκει.

Sic non potuiſti) οὕτως οὐκ ἰσχύσατε, id eſt adeo non potuiſtis, ſiue ſiccine nõ potuiſtis.

Tranſire niſi bibam illum) παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ ἵνα μὴ αὐτὸ πίω, id eſt,tranſire à me,ut nõ bibam,ſiue quo minus bibã illũ. Atq; ita ſanè legit Chryſoſtomus homília 35.

Et uenit iterum) & ἐλθὼν ἔυρεν αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας, id eſt,& cum ueniſſet, reperit eos denuo dormientes.

Tũc uenit ad diſcipulos)Hic uenit & dicit utrũq; præſentis eſt tẽporis ἔρχεται & λέγει.

Dormite iam & requieſcite) Dubiũ erat, an legendum eſſet dormite & requieſcite,an dormitis & requieſcitis,niſi addidiſſet λοιπὸν, id eſt poſt hac,ſiue de cætero, pro quo interpres poſuit iam, Nec id ſane male.Argutatur hoc loco Laurẽtius ualla,neſcio quid, nõ conuenire,ut qui pauloante obiurgauerit ſuos quod dormierant,nunc dormire iuſſerit, præſertim cũ mox ſubijciat,ſurgite eamus hinc.Quãq; Origenes, Chryſoſtomus & Hieronymus in hunc ſenſum interpretẽtur,ut Chriſtus iuſſerit eos dormire.Et allegoriis rem explicant. Verum ſaluo aliorum iudicio,poteſt ſermo Chriſti habere nõnullam ironiam. Hactenus non potui à uobis impetrare,ut pauliſper mecum uigilaretis,nunc ipſa res excitabit uos,cum uideritis meum ſuppliciũ,& ueſtrum periculum.Atque ita probe quadrant ea quæ conſequuntur,ſurgite ecce appropinquat. Atque hæc mea ſententia minus mihi diſplicere cœpit,poſteaquàm comperiſſem Vulgarium in Marcum multis uerbis eam inculcare.

Notat ualla.

Ironia in ſermone Chriſti.

Ecce appropinquat.) ἰδοὺ ἤγγικεν, id eſt,ecce appropinquauit præteriti temporis, ſiue adeſt,aut in propinquo eſt.

Et filius

Et filius hominis tradetur) Traditur est græce præsentis temporis, παραδίδοται.

Ecce appropinquabit qui me tradet,) ἤγγικεν ὁ παραδιδούς με.i.appropinquauit,qui me tradit. Appropinquauit pro imminet.

Cum gladijs & fustibus) μὴ ξύλων,id est & lignis, atq; ita uertit alibi.

Missi a principibus) Missi addidit interpres explicãdi causa,cæcæ non habita generis ratione,Cum præcesserit turba,ut dicendum potius fuerit missa.

Ad quid uenisti) ἐφ' ᾧ πάρει,id est ad quid ades,siue aduenis.Nec ita potest accipi,ut intelligamus quo malorum uenisti,sed cuius rei gratia uenisti:quandoquidem articulus est dandi casu ᾧ. Etiãsi in nõnullis exẽplaribus scriptũ reperio ἐφ' ὃ.Etiãsi noue,articulus post positiuus usurpatus est,uice τίνι aut τί. Amputauit) ἀφεῖλεν,id est abstulit.

Gladio peribunt) In gladio est græce, tametsi præpositionem recte omisit interpres. Nec est peribunt in nonnullis exemplaribus,sed moriẽtur ἀποθανοῦνται,Atq; ita legit Augustinus secundo commentario,quo explicat sermonem Christi habitum in monte. Locus hic nonnihil distorsit diuum Augustinum,quod palàm refelli possit hic sermo,gladio perituros quicunq; gladium sumpserint,cum constet latrones etiam aliquot non perire gladio.Proinde interpretatur gladio peccati iugulari animam eius qui gladio percusserit. Quod si uerum est,quid opus erat uerbum futuri temporis morietur,iam eñ mortua est anima percussoris etiam priusq; gladium uibret in proximum.Itaq; mea quidem sententia simplicius erit,ut dicamus Christum in genere sensisse,non esse apostolicum uti huiusmodi defensione,ut ferrum ferro repellamus,& iniuriam iniuria retaliemus.Nec enim ad eum modum uitari malum,sed fieri ut mutuis iniuriarum uicibus sine fine propageẽ malum.Alioqui si ad uiuum exigamus hunc sermonem,imo si ad uerba,quid faciemus iudici & magistratui gladium portanti:quid imperatori, qui solenni etiam ritu gladium accipit à Christi uicario? Sunt huiusmodi permulta Christi dicta,in quibus sententiæ summam spectare conuenit. Gladio perire qui gladio percusserit quomodo accipiẽdum.

Et exhibebit mihi modo) Modo in locum non suum translatum est,cum debuerit adiungi uerbo rogare.ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι, id est,quod nõ possim nũc rogare. Modo p nũc.

Legiones) Hic quoq; græcus usurpauit uocem latinam, λεγεῶνας.

Vt ad implerentur) πληρωθῶσιν,Vt impleantur,ut ad Christi loquentis personam referatur.Quanq; potest & ad apostoli personam scribentis referri.

Vsq; in atrium) ἕως τῆς αὐλῆς,id est usq; atrium,siue usq; ad atrium.

Vt eum morti traderent) ὡς siue ὅπως θανατώσωσιν,id est ut occiderent,aut si placet periphrasis, morte afficerẽt,etiamsi Vergilius dixit,dede neci.

Et non inuenerunt) In græcis Codicibus bis ponitur,& non inuenerunt, Καὶ οὐχ εὗρον, καὶ πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων οὐχ εὗρον,id est,Et non inuenerunt.Et cum accessissent multi falsi testes,non inuenerunt.Ad eum modũ legit interpres Origenis homilia.35.

Nouissime)ὕστερον,id est deinde siue posterius,quod iam sepius ita uertit.

Et post triduũ reædificare illud.) καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν :i.Per treis dies, siue triduo ædificare illud.Sic enim mox exprobrant,qui destruis templũ dei & in triduo ædificas, non reædificas. Aedifico nõ reædifico.

Ad ea quæ isti aduersus te testificantur) τί οὗτοί σου κατα μαρτυροῦσι,id est,quid siue cur isti contra te dicunt testimonium?

Adiuro te)ἐξορκίζω,exorcizo.Idem uerbum quo utimur in consecratione aquæ sacræ, & ejciendis immũdis spiritibus. Sed ubi est interim,quod tam magnifice præcipit Calepinus quidam,clamãs ἐξορκίζω uerbum esse barbarum,& solœcismos nostros rideri à spiritibus immũdis,quoties legimus exorcizo te, cũ dicendũ sit,exorgizo te,idq; probat admodum dialectice,Suida inquit scribit ἐξοργιεῖν esse εἰς τὴν ὀργὴν ἐμβαλεῖν.Quod perinde est,ac si quis dicat, Cepe herbam significat.Igitur sæpe uidi non latine dicitur. Calepinus taxatus.

Dixit illi Iesus) Dicit est & in græcis & in antiquis latinis.

Blasphemauit) ὅτι ἐβλασφήμησεν, id est,quod blasphemauit.Quanquàm quod coniunctio,ut superuacanea recte omissa est.

Quid adhuc) τί ἔτι,id est,quid præterea. Aut quid insuper.

Audistis blasphemiam) Græci addunt αὐτοῦ, id est, eius siue ipsius.

Palmas in faciẽ dederũt) Græcis unica dictio est,ἐῤῥάπισαν,id est alapas impegerunt.

Vna ancilla) παιδίσκη potest accipi,ut sonet puellam,est eñ diminutiuum a παῖς.

Exeunte

Exeunte autem illo) Græce accusatiuus est, ἐξελθόντα δὲ αὐτόν, id est egressum autem eum. Nec est ianuam, sed in uestibulum, εἰς πυλῶνα, siue in uestibulo aut ianua.

Alia ancilla) Ancilla addidit interpres. Εἶδεν αὐτὸν ἄλλη, Vidit illum altera.

καταναθεματίζειν. Detestari) ἀναθεματίζειν, id est deuouere, siue, ut in quibusdam legitur, καταναθεματίζειν, quod grauius est quàm ἀναθεματίζειν.

Quia non nouisset) ὅτι οὐκ οἶδα, id est, quia non noui. Quanꝯ coniunctio ὅτι, nõ respondeat latino, & recte mutauit interpres figuram Hebraicam. Quod tamen aliàs nescio qua superstitione non audet, uelut ibi, Et confessus est, quia non sum ego Christus.

Gallus cantauit) ἐφώνησε, id est clamauit, siue sonuit. Quanꝯ recte gallicinium, siue galli cantus dicitur.

Qui dixerat. Quod Iesus dixerat) Græci addunt αὐτῷ, id est sibi. Et qui legendum est non quod. τοῦ εἰρηκότος, id est qui dixerat, Id palàm fit ex interpretatione Origenis, Cuius interpres pro, quod dixit, uertit, dicentis, sensus enim est, qui dixerat ita futurum. Quandoquidem huiusmodi participium seruit utriꝯ tempori præterito perfecto & præterito plusꝯ perfecto. Idem interpres pro eo quod Græcis est αὐτῷ uertit ad se. Ne quis hoc omnino contemnat, per nos annotatum.

EX CAPITE VIGESIMOSEPTIMO.

Sanguinem iustum) ἀθῷον, id est insontem, siue innocentem. Ita mox uertit, innocens ego sum à sanguine iusto &c.

Tu uideris) σὺ ὄψει, id est, tu uidebis, siue uideris, prima acuta, ut sit futurũ uerbi subiunctiui à uidero. Laqueo se suspendit) ἀπήγξατο. Vnum uerbum tribus est circumlocutus, & recte. Tantum enim ualet ea dictio ac si dicas, laqueo se præfocauit. De corbona dictum est aliàs, quod aliter uocant gazophylaciũ.

Prophetæ citatum testimonium expensum. Ager ille Acheldemach) Græci codices non habent uocem Hebraicam, sed tantum dictus est ager ille ager sanguinis. Annotauit hunc quoque locum diuus Hieronymus in libro cui titulus de optimo genere interpretandi, negans quod hic citat ex Hieremia Matthæus, prorsus extare apud Hieremiam. Verum apud Zachariam prophetam, sed ita ut quæ retulit euangelista, parum respondeant ad Hebraicam ueritatem, ac multo minus ad uulgatam æditionem Septuaginta. Etenim ut idem sit sensus, tamen inuersa esse uerba, imo pene diuersa. Ob calumniosos ipsius Hieronymi uerba subscribam. Rursus in Matthæo redditis à Iuda proditore triginta argenteis, & empto ex eis agro figuli, scribitur. Tunc impletum est, quod scriptum est per Hieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt &c. Hoc in Hieremia penitus non inuenitur, sed in Zacharia alijs multo uerbis ac toto ordine discrepante. Vulgata quippe æditio ita se habet. Et dicam ad eos, Si bonum est coram uobis, date mercedem mihi aut renuite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Dixitꝯ dominus ad me. Pone illos in conflatorium, & consydera si probatũ

Hieronymꝰ. sit, sicut probatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & misi eos in domo domini in conflatoriũ. Quantũ distet ab euangelistæ testimonio septuaginta translatio, perspicuũ est. Sed & in Hebræo, cum sensus sit idem, uerba præpostera sunt & penè diuersa. Et dixi, inquit, ad eos. Si bonum est in oculis uestris, adferte mercedem meam, & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit dominus ad me, proijce illud ad statuarium, decorum precium, quo appreciatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci eos in domo domini ad statuarium. Accusent Apostolum fallitatis, quod nec cum Hebraico, nec cum Septuaginta congruat translatoribus, & quod his maius erret in nomine, pro Zacharia quippe Hieremiam posuit. Sed absit hoc de pedisequo Christi dicere, Cui curæ fuit non uerba aut syllabas aucupari, sed sententias dogmatum ponere. Hactenus Hieronymi uerba retulimus. Is excusari facile potest, quod hic aliud agens nõ explicuerit nodum propositæ quæstionis. Magis mirum cur nec ipsum prophetæ locũ edisserens, nec Matthæum enarrãs diluat, quod fatetur etiam maius esse, & uerbis & ordine discrepare, pro Zacharia positum Hieremiam: Præsertim cum idem in huius euangelistæ cap. 13. Vbi itidem ex Esaia citatur, quod est Asaph, dicat scriptoris accidisse uitio. Origenes ingenue fassus, quæ hic citantur ex Hieremia, nusquam apud Hieremiam legi, ne apud Hebræos quidem, duplicem aperit rationem expediendæ quæstionis. Aut em culpa scribarũ

Error i nomine autoris.

cõmutatum

cõmutatũ nomẽ, præsertim cũ inter uoces nõnulla sit affinitas, Aut testimoniũ assumptũ ex libro, qui inscribit, apocrypha, hoc est, occulta Hieremiæ, quæ Hieronymus fatet à se lecta. Quãcp nõ probat, ut ad apocryphorũ autoritatẽ locus hic referatur. Nec mihi sane probatur, præsertim cũ adducatur nõ monẽdi, arguẽdi aut hortãdi causa, quas ad res nõnũ cp & ethnicorũ testimoniis abutimur, sed ut serium oraculũ, quo passionis mysteriũ sit explicatũ. Origenes minus iniquus apocryphis cp Hieronymus, existimat hoc à libris apocryphis peti posse, sicut illud quod adducit Paulus in epistola ad Corinthios priore, qd' oculus nõ uidit, &c. ex Heliæ apocryphis desumptũ arbitrat'. Itẽ in epistola ad Timotheũ secunda cap. 3. de Iamnes & Mambres qui restiterunt Moysi, cum horũ in exodo nulla fiat mẽtio, desumpta uideri ex apocrypho libro, cui titulus Iamnes & Mambres. Nec defuisse qui ob hanc causam contenderint, hanc ad Timotheum epistolam Pauli non esse: sed frustra, cum eodem nomine nemo taxauerit priorem ad Corinthios. Chrysostomus autem enarrans epistolam ad Timotheum, indicat alias duas uias explicandæ quæstionis de nomine. Quarum altera est, quod Iudæi quædam habuerint, quæ citra librorum monumenta, per manus tradebant uiua uoce, ea uocabant ἄγραφα, siue traditiones. Fieri aũt posse ut huiusmodi loca ab illis hausta sint. Altera est, qd' ait fieri potuisse, ut licet hæc scripta non fuerint, nec ab alijs audierit, tamen afflatu sancti spiritus didicerit Apostolus. Mihi uero proximum uidetur, apud Græcos errore scriptorum mutatum nomen, atcp inde deceptum interpretem Latinum nobis tradidisse quod legerat. Equidẽ arbitror nihil esse huiusmodi in Euangelistis. Cæterum etiam si fuisset in nomine dũtaxat memoriæ lapsus, non opinor quẽcp adeo morosum esse oportere, ut ob eam causam totius scripturæ sacræ labasceret autoritas. Addam de meo quintam extricandæ quæstionis rationem. Si dixerimus Zachariam fuisse binominem, sicuti pauloante dictum est de Zacharia filio Barachiæ, qui idem sit dictus Ioiadas. Cæterum locus est apud Zachariam cap. 11. Si quis uelit excutere. Nam res perplexior est, quàm ut hic paucis explicari possit, & prope πάρεργον est. Refert Hieronymus Hieremiam apocryphum sibi exhibitum, à quodam Iudæo factionis Nazaræna, in quo hæc ad uerbũ, ut ab Euãgelista citãtur, haberentur. Verũ ut dixi non probat ut Apostolus ex apocryphis adduxerit testimoniũ, præsertim cũ hic mos sit euangelistis & apostolis, ut neglectis uerbis sensum utcunq reddant in citandis testimonijs. Porrò Syris חֶקַל est ager, דְּמָא sanguis. Hieronymus testatur & sua ætate locum extitisse Hierosolymis ad latus australe montis Sion, ubi tum quoque pauperum ac tenuium cadauera, partim terra obruebantur, partim sub dio putrescebant.

Apocrypha Hieremiæ.

Ἄγραφα Iudæorum.

Memoriæ lapsus an fuerit in euãgelistis.

Aceldema quid Syriace.

Q d' appreciauerũt) ὃν ἐτιμήσαντο. i. quẽ appreciauerũt, hoc est quẽ precio æstimauerũt.

Tu es rex) ὁ βασιλεὺς, id est ille rex, ut de eo rege intelligas, qui tũ à Iudæis expectabat'.

Ad ullum uerbum) πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα. Sermo græcus anceps est, siquidem hic potest esse sensus, & non respondit ei uerbum ad quicquàm, siue non respondit ei ad ullũ uerbũ.

Per diem autem solennem) κατὰ δὲ ἑορτὴν. i. In festo uero: nec opus erat periphrasi.

Populo dimittere) τῷ ὄχλῳ, id est, turbæ, siue multitudini.

Habebat autem tunc unum uinctum) unum non est in græcis, nec in antiquis latinorum codicibus, nec uinctum apud græcos participium est, sed nomen δέσμιον.

Pro tribunali) ἐπὶ βήματος, id est, in tribunali. Quancp latine uertit interpres & elegãter magis cp suo more, ut hic quoq admonendus sit lector, ne fallatur.

Nihil tibi & iusto) Latinius certe fuerat, ne quid rei tibi sit cum iusto illo, Vt Christi innocentia undique meruit testimonium, Iudæ, Pilati, huius uxoris, Annæ, Testium, Magorum, Chananæorum, Samaritanorũ, Centurionum. Sed hoc uni illi contigit, quo certius foret, totum hoc quod ille passus est, nobis impensum esse.

Iesu innocẽtia omnium testimonio cõprobata

Per uisum) κατ' ὄναρ, id est in somnis. Sic enim uertit in initio huius euangelij. & recte. De quibus pluribus uerbis differit Valla, qui ὄραμα, id est uisum putat esse uigilantium, cum ὄναρ somnium sit, & quod in somnis apparet ἐνύπνιον græcis dicatur.

Persuaserant populis) & hic rursus est turbis non populis ὄχλους.

Quid igitur faciam de Iesu) De præpositio nõ est in græcis, τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον χριστόν; Cæterum græci abutuntur his uerbis accusandi casu pro datiuo, ubi significant bene aut male fieri cuipiam, unde uertendum erat, Iesu Nazaræno.

Facere illi græce.

Dicunt

Dicunt omnes) λέγουσιμ αὐτῷ,id eſt dicunt ei. Quanꝯ hic græca uariant exemplaria.

Ait illis) Illis nō eſt in græcis,ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔφη, præſes aũt ait.

Lauit) ἀπενίψατο,id eſt abluit,& ſumpta aqua, λαβὼν.i. Cũ accepiſſet ſiue ſumpſiſſet.

Innocẽs) Idẽ eſt uerbũ quod paulo ſuperiꝰuerterat iuſtũ,ἀδῶϑ.i. inſons & innoxius.

Vos uideri/tis.

Vos uideritis) ὑμεῖς ὄψεσθε,id eſt,uos uidebitis. Sicut & antea,tu uideris,ut ſit actiuum uerbũ futuri tẽporis. Flagellatũ) φραγελλώσας,& hic Rhomana uoce græce ſcribens eſt uſus,cõmutata una litera, quod dãnatos ante ultimũ ſupplitiũ uirgis cedere ex more eſſet Rhomano.

Tradidit eis.

Tradidit eis) Non eſt in græcis emendatioribus,& officit nonnihil ſenſui. Neqꝫ eñ Iudæis tradidit Ieſum, ſed ſuis militibus,ſupplicij miniſtris. Etiamſi haud ſcio quo caſu in noſtra prima æditione fuit additum, Atqꝫ ita legiſſe Hieronymum,ut nos indicauimus, teſtatur illius in hunc locum interpretatio.

Suſcipientes) παραλαβόντες,id eſt accipientes,uel potius acceptum,ut ſæpe aliàs mutat genus uerbi,quo reſpondeat tempus.

Cohors & σπεῖρα qua digni tales.

Cohortẽ(τὴν) σπεῖραμ,qđ & funẽ ſignificat græcis. Nã cohors ruſticana militũ manus eſt.

Coccineam) κοκκίνην, coccinam magis. Nam coccus granũ. Et grana uulgo uocantur, quibus tingũtur rubra quædam,quod lucẽ addant colori. Porrò Chlamys palliũ eſt militare, ut & color & forma ueſtis militaris ſit,eóꝯ magis ad ludibriũ faciens,cũ pius impiorum ueſtem geſtaret. Expuentes in eũ) καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν.i. cũ inſpuiſſent in eũ.

Plectentes coronam.) πλέξαντες,id eſt plexam ſiue concinnatã,ut conueniat tempus.

Depoſuerunt ſuper caput) ἐπέθηκαν,id eſt impoſuerũt. In nõnullis habebaꝫ poſuerũt.

Et poſtquam illuſerunt) Ὅτε ἐνέπαιξαν,id eſt cum illuſiſſent.

Vt crucifigerent) εἰς τὸ σταυρῶσαι, id eſt ad crucifigendum. Et paulo ante,ueſtimentis eius,magis quadraſſet,ueſtimentis ſuis.

Angariare perſicũ uerbũ uidetur

Hunc angariauerunt) Mirum cur hic delectarit peregrina uox, cum dicere potuerit adegerunt,ſiue compulerunt, Siquidem Suidas indicat uocem eſſe Perſicam,quod apud illos regij nunciꝫ ἄγγαροι dicerentur,unde & qui literas inuicem tradunt perferendas angari dicuntur,quos eoſdem ἀσάνδας appellabant. Denicꝫ tranſlata uox eſt ad quoſuis, qui ſeruorum aut iumentorum ritu baiularent onera. Fortaſſis ea uox iam militibus erat uſurpata,quemadmodum habebant ſua caſtrenſia.

Golgotha & Golgolta.

Qui dicitur Golgotha) Hieronymus in libro quo explicat uoces hebraicas apud Matthæum admonet Golgotha Syrum eſſe uerbum non hebræum ſonaréqꝫ locum calui ſiue caluariæ. Sunt qui malint Chaldaicam eſſe,& Golgoltha pronunciandum. Equidem non arbitror operæprecium de barbarica uocula,uehementius contendere,& magis libet latinorum & græcorum in hoc conſenſum ſequi. Cuiuſcunqꝫ linguæ eſt, ita dictus eſt locus in Aelia ad ſeptentrionalem partem montis Sion, quod in eo iacerent capita hominum damnatorum. Nam quod nonnulli dicunt illic ſepultum Adam,unde loco inditum ſit uocabulũ,eam fabulã reijcit Hieronymus,cũ Adam ſepultus legaꝫ in Arba iuxta Hebron.

Vinũ myrrhatum. Acetum.

Dederunt ei uinum) Quidam græci codices non habebant uinum, ſed acetum cum felle mixtum. Quanquàm Hilarius uinum legit, Chryſoſtomus acetum. Tametſi nõ multum intereſt inter acetum,& acidum uinum. Certe paulo poſt mentio fit aceti non uini. Impleuit ſpongiam aceto.) Origenes illud annotauit, quod Matthæus dixerat acetum felle mixtum,Marcus uinum myrrhatum ,Ioannes acetum cũ felle,ex quo palàm eſt Origenem quoqꝫ acetum legiſſe,non uinum. Et magis congruit cum propheta qui dicit,Dederunt in eſcam meam fel,& in ſiti mea potauerunt me aceto.

Vt impleretur quod) hoc prophetæ teſtimonium non citatur in pleriſqꝫ græcorum codicibus. Et Hieronymus enarrans hunc locum nullam omnino de eo facit mentionem. Lyranus addit, haud ſcio ubinam lectum, Hieronymum admonere hoc teſtimoniũ à Matthæo non fuiſſe poſitum,ſed duntaxat ab Ioanne,nec inueniri in uetuſtis exemplaribus. Cæterum locus eſt in pſalmo uigeſimoprimo.

Additũ aliquid in Euãgelio.

Sup ueſtem meã) ἠ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου, quod magis ſonat ueſtitũ qꝫ ueſtẽ. Vt nõ multũ agant,qui hinc rationãt Chriſto fuiſſe qnqꝫ ueſtes. Duas fuiſſe cõſtat ex euãgelio.

Et ſedentes ſeruabant eum) Græci addunt ἐκεῖ,id eſt illic.

Super caput) ἐπάνω τῆς κεφαλῆς, id eſt ſupra caput. Non enim erat titulus in capite.

Cauſam

Cauſam.) αἰτίαν, quæ uox apd' Græcos, & cauſam ſignificat, & accuſationē, ſiue crimē. Tunc crucifixi ſunt.) τότε σταυροῦνται, id eſt, tunc crucifiguntur, præſentis temporis, ut hiſtorico more res iam geri putetur. Cauſa αἰτία.

Vah qui deſtruis.) Interiectio, uah, non additur in Matthæo, ſed in Marco. Vnde huc addita uidet. Et articulus ὁ, nōnullā habet ἔμφασιν, quaſi dicas, tu ille deſtructor tēpli.

Reædificas.) οἰκοδομῶν, id eſt, ædificas, ut ſuperius admonui. Origenis interpres uertit, qui deſtruebas, &, qui ædificabas.

Et credimus ei.) καὶ πιστεύσομεν ἐπ' αὐτῷ, id eſt, credemus in eo. Quanquam paulo inferius eſt, ei, ut nihil interſit utrum legas.

Confidit.) πέποιθεν, id eſt, confiſus eſt, ſiue, fiduciam habet in deo, quandoquidem in his, ut dictum eſt, abutuntur tempore. Verba affectus.

Liberet eum nunc ſi uult.) Græci addunt alterum pronomen εἰ θέλει αὐτόν, id eſt, ſi uult eum. Videtur enim alludere ad illud pſalmi, Sperauit in domino, eripiet eum, ſaluum faciet eum, quoniam uult eum. Alioqui conuicium uidebatur non in Chriſtum modo, uerumetiam in deum recidere. Improperabant ei.) ὠνείδιζον αὐτόν, id eſt, opprobrabant, ſiue eadem probra dicebant in illum. Auguſtinus explicans tropos Exodi, libro annotationum ſuarum tertio, putat hic ἐναλλαγὴν eſſe, ac numerum multitudinis poſitū pro numero ſingulari, propterea quod apud alios euangeliſtas alter duntaxat conuicia dicit in Chriſtum. Vnde mirum eſt, cur Hieronymus in commentarijs ſyllepſin appellet, tropum quidem agnoſcens, ſed aliam ſubnectens rationem, qua tropo non ſit opus, ut primum uterq; cōuiciatus ſit Chriſto, mox mota terra alter reſipuerit. Carrenſis quaſi neutrum legerit, ut arbitror, Hoc inquit, uidetur falſum. Tam ciuiliter mouet de fide Euangeliſtarum quæſtionem. Ac mox, ad hoc, inquit, dicitur, ut putes dictum inter pocula. O theologum ſobrie ac reuerenter tractantem ſacras literas. Tropum in euangelio. Carrenſis.

Et tenebræ factæ ſunt ab hora ſexta.) Iam igitur tribus horis pependerat in cruce, ſiquidem Marcus teſtatur eum hora tertia fuiſſe crucifixum. Quanquam & de illius loci lectione uariatum eſt olim, ut ſuo demonſtrabimus loco.

Tenebræ factæ ſunt ſuper uniuerſam terram.) ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, id eſt, in totam terrā, ſiue ſuper totam terram. Neq; enim illæ tenebræ occupabant uniuerſum terrarū orbem, ut meo iudicio recte ſentit Origenes, ſed Iudæam duntaxat, aut terram Hieroſolymitanam. Alioqui uel caſu meminiſſent huius prodigij, rerum geſtarum ſcriptores. Quemadmodum & uniuerſus orbis apud Lucam deſcribi dicitur, cum intelligatur orbis duntaxat Rhomanus deſcriptus. Indicat Origenes in nonnullis codicibus adiectum fuiſſe, Tenebræ factæ ſunt ſuper totam terram deficiente ſole, quaſi ſolis deliquiū eas induxerit tenebras. Atq; ita certe tradit epiſtola quæ nomine Dionyſij circumfertur, mihi ψευδεπίγραφος uidetur. Verum hanc opinionem longe reijcit Origenes, & ſcripturā mutatā improbat. Tota terra quō accipiendum. Eclipſin ſolis in paſſione negat Origenes.

Hebraice.) Græci ſcribunt ad hunc modum, ἠλὶ ἠλὶ λαμασαβαχθανί, id eſt, heli heli lamaſabachthani. Ac mirum non eſt ſi peregrinæ linguæ uerba deprauatim ſcribūt, & pronunciant Græci, Latiniq;. Cæterū in ſua lingua ſcribuntur ad hunc modū אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי, id eſt, deus meus, deus meus, cur me deſeruiſti? Eſt enim primus uerſiculus pſalmi uigeſimiprimi, in quo uertendo Septuaginta, cur tria uerba de ſuo admiſcuerint amota una dictione, mirum eſt. Sic enim illi reddiderunt, deus deus meus, reſpice in me, quare me deſeruiſti. At Matthæus ita retulit, ut habetur apud Hebræos. Porrò Hebræa diſtinguenda ſunt ad hunc modum אֵלִי, id eſt, deus meus. אֵלִי, id eſt, deus meus. לָמָה, ut quid. עֲזַבְתָּנִי, dereliquiſti me. Siquidem probabile eſt Chriſtum uerba pſalmi pronunciaſſe, ut ab ipſo pſalmographo deſcripta ſunt. Alioqui uideri poterat uſus Chaldæorum lingua, qui ſabactani pronunciant, quod Hebræi, Azabthani. Hoc uiſum eſt aſcribere, quo, quandoquidem hæc uerba publice recitantur in templis, minus deprauate poſt hac pronuncientur. Nec eſt ſimpliciter apud Græcos κατέλιπες, id eſt, reliquiſti, ſed ἐγκατέλιπες, quod proprie ſignificat in diſcrimine deſerere, ueluti ſiquis deſerat hominem immerſum luto, ut ita loquar docendi gratia. Qua lingua pronūciauerit Chriſtus Deus meus deus meus.

Heliam uocat iſte.) φωνᾶ, quod expreſſius reddidiſſet, inclamat

Et impleuit aceto.) Hic palam aceti fit mētio. Porrò legimus apud Plutarchum in uita

Acetū matu rat mortem uulneratis.

M. Antonij, acetū Antonio datū, quo celerius ex uulnere moreretᵉ, qđ ea res mortē accele ret. Idcꝫ indicat obiter & Hieronymus, cū ait hunc ediſſerens locum, ut eum conſopiant.

Liberans eum.) σῶσαι αὐτὸν, id eſt, ad liberandum eum. Nonnulli codices habebant, σώσων αὐτὸν, liberaturus eum. Interpres legiſſe uidetur, σώζων.

Clamās uoce magna.) κράξας, i. cū clamaſſet, ne quis putet ſimul & clamaſſe, & expiraſ ſe. Quāꝯ hoc ipſū mirū, parūcꝫ ex cōmuni hoīm more, ſtatim à magno clamore emori.

Et multa corpora quæ dormi.) Græci ſic diſtinguunt, ut appareat eos ſtatim mortuo Chriſto, reſurrexiſſe, uerum non egreſſos è monumentis, nec apparuiſſe, priuſquam reſur rexiſſet Chriſtus. Vnde reſurrexerunt poſitum eſt pro reuixerunt. Atqꝫ id ſatis indicat

Reſurrexe/ runt, pro re/ uixerunt.

Hieronymus, ſcribens in hūc locum, Quomodo Lazarus mortuus reſurrexit, ſic & mul ta corpora ſanctorum reſurrexerunt, ut dominum oſtenderent reſurgentem. Et tamen cū monumenta aperta ſint, non ante reſurrexerunt cꝫ dominus reſurgeret, ut eſſet primoge nitus ex mortuis. Idem indicat Chryſoſtomus, cum ait ad Chriſti morientis uocem exci/ tatos mortuos, qui poſtea, reſurgente Chriſto, pariter exirent, idcꝫ declarat apertius Ori/ genes hunc enarrans locum. Auguſtinus epiſtola nonageſimanona, putat per anticipatio nem dictum quod reſurrexerint, quæ paulo poſt reſurrexerunt.

Erant autem hic mulieres.. Quidam Græci codices habebant, Ἐγγυναῖκες, id eſt, & mu lieres. Et in Græcis non ſolū habetur à longe, ſed eminus ſpectantes ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι. Ita ſanè legit & interpretatur Origenes, adducens illud ex Eſaia uaticinium, Mulieres uenite ad ſpectaculum. Non enim eſt populus habens ſapientiam.

Et Ioſeph.) Græce eſt Ioſe diuerſus ab Ioſeph, De quo antea admonui. Licet Orige/

Ioſeph. Ioſe an idem.

nes non uideatur diſtinguere hunc Ioſeph ſiue Ioſe, ab eo Ioſeph filio Iacob patriarchæ. Sic enim ait, Et Ioſeph mater, ſecundū nomē patriarchæ Iacob ſupplantatoris fratris ſui, & Ioſeph ſuper quem natum genitrix dicit, Adijciat mihi dominus filium alterum.

Cum autem ſero eſſet factum.) ὀψίας, cur non potius ueſpera, cꝫ ſero.

Quidam homo.) Quidam non eſt apud Græcos, ſed tantum homo.

Ioſeph.) Hic græcus habet ἰωσήφ, id eſt, Ioſeph. Diſcipulus fuerat Ieſu.) ἐμαθήτευσεν, quo uerbo alias uſus eſt trāſlitiue μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν. Et rurſū in proximo capite, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, id eſt, docete omnes gentes.

Maria Magdalene.) Mariā iam bis poſuit Magdalenam, cum cæteras Marias dixerit non Mariam. Altera autem die.) τῇ δὲ ἐπαύριον, id eſt, poſtero autē die, ſiue poſtridie.

Impoſtor πλάνος.

Quia ſeductor ille.) ὁ πλάνος εἶπεν, planus, id eſt, impoſtor, ſic enim uertit Auguſti/ nus homilia ex quinquaginta, trigeſimaſexta, Dñe audiuimꝰ, quia planus ille. i. impoſtor. Porrò recte interpres addidit ille, uim exprimēs articuli. Porrò quod aiūt poſt tres dies, etiāſi nō negē ſic poſſe reijci, quod hoc non ab Euangeliſta, ſed a phariſæis dicitur, tamē li cebit & ad hūc intelligi modū, mea quidē ſententia, ut poſt tres dies dictū factūue dicat, quod a tertio die cœpto factum eſt, per tropū qui ſynecdoche dicit. Cur enim uereamur in tertio die recipere tropū, cū in primo neceſſario recipiamus? Sed hac de re in Marco

Tres dies.

pluſculum dicemus. Poſt tres dies reſurgā.) ἐγείρομαι, id eſt, reſurgo, præſentis tēporis.

Ne forte.) μήποτε, quod ita gaudet uertere. Et quidā codices addūt hic νυκτὸς. i. noctu.

Habetis cuſtodiam.) ἔχετε κουστωδίαν, Incertum eſt an ſit habete modo imperandi, an habetis indicandi. Et cuſtodiam, uocem latinam Græci iam uſurpabant. Cuius me minit etiam Suidas.

Ite cuſtodite.) ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε, id eſt, abite, & munite. Nam ἀσφαλίσεσθαι, eſt rē tutam reddere. Quemadmodum mox uertit, ἠσφαλίσαντο, id eſt, munierunt. Cum & ſuperius uerterit, cuſtodiret.

Cuſtodia manus cu/ ſtodum.

Cum cuſtodibus.) μετὰ τῆς κουστωδίας, cum cuſtodia. Quanꝯ hoc loco cuſtodiam pro grege ac turba cuſtodum poſuit. Apparet autem eiuſmodi ferme genus hominū fuiſſe, cuiuſmodi ſunt Pariſijs quadringenti, ad publicam ciuitatis cuſtodiam deſignati.

EX CAPITE VIGESIMOOCTAVO.

VEſpere autem ſabbati.) ὀψὲ δὲ σαββάτων, id eſt, ueſpere ſabbatorum. Et quod aut qui luceſcit dicendum erat, non quæ, ut referatur, ad ueſperum, aut ueſper, niſi legas ueſpera ſabbatorum.

In prima

In prima ſabbati.) εἰς μίαν σαββάτων, id eſt, in unam ſabbatorum, ut intelligas unum diē Prima p cer
è ſeptem. Sentit enim, ni fallor crepuſculum extremi diei præcedentis hebdomadis, luceſ ta.
cēs in ſequentem diē, qui primus erat ſuccedentis ſabbati:

Reuoluit lapidem.) Græci addunt ἀπὸ τ θύρας, id eſt, ab oſtio.

Super eum.) ἐπάνω αὐτ, id eſt, ſupra eum. Aſpectus eius.) ἰδέα αὐτ, id eſt, ſpecies eius, ſiue forma. Et ueſtimenta.) Et Græci, & uetuſti codices latini habent ueſtimentū. Græci addunt, album ut nix. Cuſtodes.) οἱ τηροῦντες, id eſt, qui ſeruabant.

Reſpondens autem angelus.) ἀποκριθεὶς, abuſus eſt enim eo uerbo, cum ille nihil interrogaſſent. Venite & uidete.) &, non eſt in Græcis, ſed δεῦτε ἴδετε, i. uenite uidete.

Et præcedet.) & Græci & antiqui latini habent præcedit præſentis temporis προάγει.

Ecce prædixi.) ἰδοὺ εἶπον, id eſt, ecce dixi, non prædixi.

Et ecce Ieſus.) Ab hoc loco deſunt aliquot uerba, quæ uidentur incuria ſcribarū omiſſa, qui ferè labi ſolent, quoties eadem dictio diuerſas claudit orationes, ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτ, id eſt, cū autem iſſent ad renunciandū diſcipulis illius.

Ibi me uidebūt.) Omiſſa eſt coniūctio κἀκεῖ, id eſt, & illic. Dicite quia diſcipuli eius.) Hic certe omittēda fuerat græca cōiunctio, ppter pronomē ſequens, nobis dormiētibus.

Auditum fuerit a præſide.) ἐπὶ τ ἡγεμόν, id eſt, ſub præſide, hoc eſt, ſi res apud illum iudicem agatur. Nos ſuadebimus ei.) πείθω Græcis tria ſignificat, pareo, ſiue morem gero, ſuadeo & perſuadeo. Senſus igitur poſtulabat, ut hic diceret perſuadebimus potius quam ſuadebimus, ſiue nos placabimus eum.

Et ſecuros uos.) ἀμερίμνους, id eſt, ſecuros uos reddemus, aut liberabimus uos omni ſollicitudine, id enim ſonat ἀμεριμνους, quod plus eſt q̄ reddere ἀκινδύνους. i. expertes periculi. Non extat quod Origenes & Chryſoſtomus ſcripſerunt in ultimum Matthæi caput.

Euntes ergo.) ergo, non inuenio in Græcis codicibus. In nonnullis codicibus pro ergo reperio autem. Neſcio quo caſu acciderit, ut nec Origenes, nec Chryſoſtomus, in cætera ſcriptis commentarijs in hoc unum caput quicq̄ ædiderint, niſi forte deſierunt apud populum loqui, quod hæc ad reſurrectionem pertineant.

DES. ERASMI ROTERODAMI ANNOTATIONVM IN EVANGELIVM MATTHAEI FINIS.

IN EVANGELIVM MARCI ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.



QVoniam comperiebamus opus in modum longe maiorē opinione ſuccreſcere. (Nam hæc ſimul & ſcribebantur a nobis, & typis excudebantur) uiſum eſt idem compendij, quod Marcus in contrahendo Matthæi euangelio præſtitit in, noſtris præſtare annotamētis. quo ſimul & lectoris, & noſtro tedio alioqui intolerabili medeamur, & intra ſui tēporis ſtadiū, operis curſus expleatur. Pauculos em̄ menſes ad hūc laborē ab illuſtriſſimi Burgūdionū principis Caroli obſequijs, in cuius famulitiū nup aſciti fuimus, uſurpauimus uerius q̄ impetrauimus, idq̄ teſtor Ieſū, nō ſine graui rei familiaris iactura, q̄q̄ ea ſanè me leuiter cōmouet. Res pecuniaria uel ſarciri poteſt, uel negligi. Cæterū ut eſt boni uiri nō deeſſe ſuo officio, ita

Morrus ſcripſit Euangelium Matthei,

Carolus rex catholicus.

Philippus Maximiliani filius.

probi, ac uerecundi est hominis, non cõmittere, ut cuiquam uideatur oblitus officij. Memini quantum debeam maximo illi Philippo, Maximiliani filio, non solum ut principi, addam, non solum ut optimo principi, uerumetiam, ut de me magnificentissime merito. Quicquid autẽ debebam patriæ, quicquid principi, quicquid optimo principi, quicquid benemerito, id totum est mihi refundendum in Carolum, quandoquidem illum (sic fatis uisum est) cernere licuit uerius quam frui. Iam nominis proprij citius queam obliuisci, ꝙ benignissimi illius Mœcenatis mei, Gulielmi Archiepiscopi Cantuariensis, qui sic meritus est, de probis, ac literatis uiris, ut ab omnibus probitatis, ac literarum cultoribus certatim debeat celebrari. Porrò me tantis prosecutus est officijs, tanta obruit benignitate, ut omnia posthabenda sint, quoties officij ratio iubet huius obsequi uoluntati. Proinde cum utriq; debeamus patriæ, nam in altera geniti, in alteram cooptati sumus, cum utrique debeamus principi, quorum alteri iam plurimis, ac maximis beneficijs sumus astricti, ab altero humanissime inuitamur, ad ea quæ nec promeremur, nec postulamus, atque hoc ipso nomine plus debemus: non fuit nobis integrum opus hoc longius producere, maturum utrisque reditum pollicitis. Rem tamen ita moderati sumus, ut nonnihil adiecerimus moræ, nonnihil item contraxerimus operis modum, quanquam id quoque hactenus, ut uerborum magis quam rerum esset parsimonia, quo simul & operi & officio qua licuit, satisfaceremus. Porrò mihi sanè spes est fore pariter, ut & breuitas, quæ nobis fuit necessaria, lectori quoque commoda sit, & grata. Quis enim tam patientis est stomachi, ut in his rerum minutijs citra fastidium diu uersari possit? Quanquam quantula quæso huius molestiæ portio redit ad lectorem? At nos dum inter tot Græcos, Latinos, Hebræos codices sursum ac deorsum discurrimus, uelut aciculam, quod aiunt, in aceruo quærẽtes, dum excutimus, quid ille uerterit, quid alius legerit, quid ibi sit deprauatum, quid hic interpretetur, quid ille correxerit, quid ipsi signauerimus, ubi Latini codices cum Græcis, Hebræi cum utrisq; dissentiant, aut etiam consentiant, denique quæ sit eiusdem linguæ codicum inter se uel pugna uel concordia, dum inquam, inter has spinas distringimur ac torquemur, non unã aut alteram horam, sed menses ferme sex, cogita quæso lector optime, quantum tedij utilitatis publicæ gratia deuoremus. Neque uero pigebit, si post hac per ocium continget alia conquirere, quæ possint opus hoc uel locupletius reddere, uel emendatius, illa quoque in communem usum adijcere. Plusculum autem præsidij nobis suppetebat in Matthæo ex ueterum commentarijs, ut in quem complures scripserũt, Origenes, Chrysostomus, Hieronymus. In hunc nihil habemus, quod equidem sciam uetustum. Nam Vulgarius neotericus est, & ij commentarij, qui Hieronymi titulo circumferuntur, ut non sint usquequaque reijciendi, tamen non magis sapiunt Hieronymum, quam sorba ficum. Cæterum quo pauciores in hũc scripserint, illud opinor, in causa fuisse, quod explicato Matthæo, & hunc explicatum esse putarent.

Moleſtia ac tedium huius operis

Cõmentarij in Marcum falso inscripti Hieronymo.

Initium euangelij.) Et hic Hebræorum more exorsus est ab ipso operis titulo, quemadmodum Matthæus, cuius epitomen scripsit Marcus, autore Augustino.

In Esaia propheta.) In Græcorum exemplaribus, quæ quidem ego uiderim, Esaiæ nomen non exprimitur, sed tantum, ἐν προφήταις, id est, in prophetis. Verum id apparet mutatum data opera à doctis, qui deprehenderant hoc testimonium è duobus prophetis esse conflatum. Quemadmodum indicat Hieronymus in libro de optimo genere interpretandi. Siquidem prior pars, nempe illa, Ego mitto angelum meum ante faciem tuã, qui præparabit uiã tuam ante te, est apud Malachiam cap. tertio. Quo sanè loco illud obiter annotandum, Hieronymum in eo, quod modo citauimus opere, memoria lapsum uideri posse, cum ait hoc testimoniũ haberi in fine Malachiæ. Nam cum totum huius prophetæ uaticinium quatuor capitibus absoluatur, & hic locus sit in ipsa statim fronte tertij capitis, in medio uerius est, ꝙ in fine. Verum suspicor quæ res imposuerit Hieronymianæ memoriæ, nimirũ quod in extremo calce habeatur non dissimile uaticiniũ, quod & ipsum de Ioanne interpretantur, Ecce ego mittam uobis Heliam prophetam anteꝙ ueniet dies domini. Cæterum ꝙꝙ sententiæ summa consentit, uerba tamen Euangelistæ nonnihil dissident, tũ a Septuaginta, tum ab Hebraica ueritate. Siquidem Hebræa sic reddidit Hieronymus, Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit uiam ante faciem meam, consen-

Hieronymi memoria lapsus.

tientibus

tientibus per omnia Septuaginta, nisi quod mitto, uerterunt in futurum, mittam, in quo Marcus concordat cum Hebræis. Cæterum addidit, tuã, cum tantum sit uiam. Et rursum quod illic est, ante faciem meam, hic refert ante faciem tuam, mutata persona loquentis. Nam apud prophetam hæc uerba uidentur esse Christi de se loquentis, etiamsi mox mutata persona, de se tanquam de alio loquatur: Et statim ueniet ad templum dominator. Contra apud Euangelistam hæc uerba patris sunt loquentis ad filium, qui præparabit uiã tuam ante te. Iam posterior pars, Vox clamantis in deserto, parate uiã dñi. &c. est apud Esaiam cap. quadragesimo, Hebraica sic uertit Hieronymus, Vox clamantis in deserto, parate uiam dñi, rectas facite semitas dei nostri. In nullo dissentientibus Septuaginta ab Hebræis. Dissentiunt & hic nonnihil Euangelistæ, sed in uerbis duntaxat. Nam quod cæteri dixerunt, rectas facite semitas eius, Ioãnes dixit, Dirigite uiã dñi. Deinde quod habet Hebraica ueritas, & Septuaginta transtulerunt, Rectas facite semitas dei nostri, Matthæus, Marcus, & Lucas posuerunt semitas eius, siue quod Euangelistæ rarius dei uocabulum tribuant Christo, ob prophanas & impias illorum temporum aures, ut plenius docebimus in Paulum, siue quod Euangelistæ, cum Hebraice scirent, non indigerent translatione Septuaginta: deinde cum ab Hebræis non anxie decerperent, quod scriptũ esset, sed quod memoria suggerebat, describerent, uerbis nonnunq; dissident, in sententia concordant, id quod pluribus in locis admonuit diuus Hieronymus. Iã illud, quando notũ est ijs quoq; qui Græce nesciunt, angelum significare nuncium, non arbitror admonendum, fortassis hic melius uertisset nuncium. Deinde non dixit simpliciter (Angelum) sed addito articulo, τὸν ἄγγελον, ut certum aliquem angelum, siue nuncium intelligas designari, cũ omnes alioqui prophetæ nuncij fuerint uẽturi Christi. At hic unicus ille, & eximius fuit nuncius, qui non solum prænunciarit aduentum domini, procul aduentantis, sed qui præcurrens ipse præpararit uiam iam aduenientis. Præterea quod ait (ante faciem tuam) non est Græcis ἔμπροσθεν, aut ἐνώπιον, quod aliquoties ita uertit, hoc est coram te & in cõspectu tuo, sed πρὸ προσώπου, ut intelligas hunc nũcium præcedere, & hoc discutiente obstacula uiæ, iam uideri, & apparere faciem aduenientis domini. Mox autem, qui præparabit uiam tuã ante te, Græce est, ἔμπροσθέν σου, quasi dicas à fronte tua.

Varietas interpretum.

Dissonantia Euangelistarum in uerbis.

Christus raro dict⁹ de⁹.

Angelus nuncius.

Ante faciem

Fuit in deserto.) Quidam offensi hyperbato, sic legũt. Ioannes baptizans in desero, fuit initium euangelij. Non absurde tamen, ut mihi quidem uidetur, hæc uerba, Initiũ euangelij Iesu Christi, &c. tituli loco erunt, qui mos est prophetis, & Herodoto quoq; atq; in totum illi genti. Porrò quod Valla mauult extitit, pro fuit, & cauillatur nescio quid, de (fuit Ioannes baptizãs) haud multũ ad rẽ theologicã pertinet. Erat enim idioma sermonis Hebræi, quod tamen reperies, & apud Atticos. Erat baptizãs, id est, baptizabat.

Distinctio.

Baptizans.) articulũ nõ addidit Græcus, unde perinde ualere potest, ac si dicas, cœpit baptizare, ἐγένετο βαπτίζων, factus est baptizans: siue cœpit baptizare.

ἐγένετο

Fuit in deserto.) Apud Græcos alius est uerborum ordo. Euit Ioannes baptizans in deserto. Ac rectius, erat, quam fuit.

Ordo.

Iudææ regio.) ἡ Ἰουδαία χώρα. i. Iudæa regio, ut adhæreant duo nomina substantiua.

Et Hierosolymitæ uniuersi.) Græci secus distinguũt καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες, id est, & Hierosolymitæ & baptizabantur omnes. Nec est, in Iordanis flumine, sed in Iordane fluuio, siue fluuio Iordane. Addidit aũt flumine, quod uox esset plerisq; ignota.

Distinctio. Iordanis,

Et erat.) ἦν δέ, id est, erat autem. Vestitus.) ἐνδεδυμένος, id est, indutus.

Et zona pellicea.) καὶ ζώνην δερματίνην, ablatiuus est nobis, non nominatiuus, & refertur ad participium, uestitus, sicut & ablatiuus, pilis. Et lumbos suos dicendũ erat, non eius.

Mel syluestre edebat.) ἐσθίων, id est, edens, ut pertineat ad uerbũ quod præcessit, erat. Quanq; hoc recte uariauit, nisi quod aptius erat, uescebatur, q; edebat, aut certe uictitabat, siue esitabat, cum de genere cibi loqueretur.

Venit.) ἔρχεται, uenit Græce uel præsentis est temporis, uel futuri. Et notandus est articulus ὁ ἰσχυρότερος, id est, ille qui me fortior, & potentior est.

Non sum dignus.) οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς. i. non sum idoneus, aut sufficiens, ut uulgo loquunt.

Et calciamentorũ eius.) Eius, addidit Hebræorũ more, Latinis non est phas ita loqui.

Eius Hebræorum more additur.

Ego baptizaui.) ἐγὼ μὲν, non in tempore omisit, quidem coniunctionem, quæ hanc par

tem opponit ſpiritui. Spiritu ſancto.) In ſpiritu ſancto eſt Græcis, tametſi præpoſitionem recte omiſit interpres. Quidã codex græcus hoc quoq; loco addebat, & igni, καὶ πυρὶ, ex Matthæo ſicuti conijcio, quanquam Vulgarius non addit.

Additũ aliquid.

Aſcendens uidit.) Sermo Græcus anceps eſt, utrum Ioannes uiderit an Chriſtus.

Vidit cœlos apertos.) εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανούς, id eſt, uidit ſcindi cœlos. Nam participium eſt paſſiuum præſentis temporis, quod non per ſciſſos, ut Laurentio uiſum eſt, ſed per uerbum, erat transferendum. Elegantius autem uertiſſet, diduci cœlos, ſiue findi.

Et ſpiritum ſanctum.) Sanctum nõ additur, nec in Græcis, præterq; apud unum Vulgarium, nec in antiquiſſimis latinis codicibus. Nam abſolute ſpiritum oppoſuit aquæ ceurem efficaciorem. Neq; dubium tamen, quin de ſpiritu ſancto ſit accipiendum.

Deſcendentem & manentem.) Et manentem non additur in Græcis. Ex ſermone Græco nõ poteſt aliud intelligi, quam ſpiritus deſcendẽs, a Chriſto uiſus fuiſſe, cum res magis poſtulet, ut intelligatur a Ioanne, cæteriſque uiſus deſcendere. Deinde ſi Chriſtum accipimus uidiſſe, dicendum erat ἐφ' ἑαυτὸν, id eſt, ſuper ſe, non ἐπ' ἐαυτὸν, id eſt, ſuper eum. Neque uideo tamen quo pacto queat res explicari, niſi dixerimus ἀναβαίνων rectum caſum poſitum loco paterni ἀναβαίνοντος.

Anceps ſermo.

Dilectus.) ὁ ἀγαπητὸς, articulus non caret emphaſi, quaſi dicas ille dilectus. Idem additur filio ὁ υἱὸς, multi filij, multi dilecti, at hic ille eximius & unice dilectus. Deinde nomen hic eſt, non participium dilectus, quod uertere ſolet chariſſimus.

Cõplacuit.) εὐδόκησα, quaſi dicas, bonã habeo opinionem, ſiue bene cõplacitũ eſt mihi.

Cõplacuit, εὐδόκησα.

Expulit.) ἐκβάλλει, id eſt, emittit præſentis temporis. Quanquam ἐκβάλλειν aliquando eſt eijcere, ſiue extrudere. Significat aũt impetũ ſpiritus rapientis hominẽ quocunq; uelit.

Et erat in deſerto.) Quidã codex græcus tantũ habebat, & erat ibi. Alter præterea addit in deſerto. Quorſum autem attinebat repetere deſertum, cum mox præceſſiſſet?

Quadraginta diebus.) In Græcis non additur, & quadraginta noctibus.

Quoniam impletum.) ὅτι, hoc loco fuerat omittendum interpreti.

Appropinquabit.) ἤγγικεν. Et appropinquauit, ſiue appropinquat, ut in huiuſmodi uerbis Græci nonnunq; utuntur præteritis loco præſentium, ut non ſemel iam admonuimus.

Pœnitemini.) μετανοεῖτε, id eſt, pœniteat uos, quod conſueuit uertere, pœnitentiam agite, aut quod ego malim, reſipiſcite.

Et credite euangelio.) ἐν εὐαγγελίῳ, id eſt, in euangelio, tametſi id ex proprietate eſt ſermonis Hebræi. Et præteriens.) περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν, id eſt, ambulans autem ad mare, ſiue iuxta mare. Quanquam alius codex habebat ἐν παράγων παρὰ τὴν θάλασσαν, id eſt, præteriens iuxta mare. Porrò lacum mare uocat.

Varia lectio.

Fratrem eius.) Pro eius Græce eſt, Simonis. Quidam utrunq; repetũt αὐτοῦ τ σίμωνος, id eſt, ipſius Simonis, ſiue eius nempe Simonis, quod opinor additum a quopiam qui uoluerit effugere, ἀμφιβολογίαμ, ne intelligeremus fratrem ipſius Chriſti. Nec eſt hoc loco retia, ut paulo poſt δίκτυα, ſed ἀμφίβληστρα, id eſt genus retis, cuius meminit Iulius Pollux. Componentes retia.) καταρτίζοντας, id eſt, ſarcientes, ſiue reconcinnantes.

Secuti ſunt eum.) ἀπῆλθομ ὀπίσω αὐτοῦ. i. abierunt poſt eum, ut uerbũ uerbo reddat. Quod & aliàs uerti poterat, ὕπαγε ὀπίσω μου, ſequere me. Quaſi poteſtatem habens.) ὡς. i. tanq;. Quanq; hoc quaſi, & quod mox ſequitur, ſic, eidem græcæ uoci reſpondent ὡς, unde uertere poterat utrobiq;, ut. Porrò de poteſtate ἐξουσία diximus in Matthæo. Quid nobis & tibi.) ἔα τί ἡμῖν καὶ σοι. i. ſine quid nobis & tibi? Quanq; ἔα rectius accipitur, ut ſit aduerbium Græcis, nobis interiectio exclamantis, & latine uertiſſet. Quid rei nobis tecum eſt? Aut, quod pollet idem, quid tibi nobiſcum eſt rei?

ἔα ſine, aut eia.

In ſpiritu immundo.) Quid hac forma loquendi durius Latinis ſimul & Græcis auribus? Dici poterat obnoxius immundo ſpiritui.

Scio quod ſis,) οἶδά σε τὶς εἶ, id eſt, ſcio te qui ſis, & ſic habent antiqui noſtri codices, ſiue noui te quis es, ut magis ad uerbum exprimam.

Sanctus dei.) ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ. Nec hic articulus ocioſe additur, ut aliàs ſæpius indicatũ eſt. Nec enim eſt ſimpliciter ſanctus, ſed ὁ ἅγιος, ut certum & inſignem intelligamus. Videlicet illum unum uere ſanctum, & omnis humanæ ſanctimoniæ fontem. Proinde

dilucidius

dilucidius erat noui te qui sis, nempe sanctus ille dei.

Et cōminatus est) καὶ ἐπετίμησεν, id est, & increpauit. Tempus p tempore.

De homine.) græcis est ἐξ αὐτοῦ, id est, ex eo. Et discerpens eum & exclamans, utrūq; participiū græcis præteriti tēporis est, σπαράξαν κράξαν, quasi dicas discerpto illo, & clamore emisso. Quid nam est hoc) τί ἐστι τοῦτο, particulā nam, addidit interpres de suo cum aliàs negligat exprimere, nimirum ad hunc modum paria faciens, Et rursum.

Quæ nam doctrina) τίς ἡ διδαχὴ, quæ doctrina, de suo addidit, nam.

Quia in potestate spiritibus imperat) Quia in potestate & spiritibus, habetur tum in Græcis, tum in antiquis latinis, ut coniunctio addat epitasin. Cæterum græci codices locū bifariam distinguunt. Nonnulli sic legunt, quæ est hæc doctrina, quoniam secundum potestatem, ut subaudias, est. Alij coniungunt hæc cum his quæ mox sequuntur, quæ est doctrina hæc, quoniam cum autoritate spiritibus quoq; immundis imperat. Sensus anceps.

Et processit) καὶ ἐξῆλθεν, id est, & exiuit, siue emanauit.

Rumor eius) ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ, id est, fama eius, quod alicubi uertit opinio. Cæterum ut famam hominis dicimus, ita non dicimus rumorem hominis in eodem sensu. Rumor em̄ magis ad rem refertur, ut rumor belli. Fama generale nomen est. Rumor pro fama non recte.

Regionem) περίχωρον, id est, totam undiq; regionem Galilææ finitimam, ut intelligamus & ultra Galilææ fines famam Iesu progressam.

Recumbebat) κατέκειτο, id est, decumbebat, ut & antiqui codices habēt. Recumbit em̄ quiescens & supinus, Accumbitur in conuiuio. Decumbit ægrotus lecto affixus. Recumbo accumbo decumbo

Apprehensa manu eius) κρατήσας, quod toties uertit, tenuit, ueluti de Iesu capto, Tenuerunt eum, ubi tempestiuius erat comprehenderunt. Et cur nō potius reliquit q̄ dimisit, ἀφῆκεν, nisi forte febris dicto uale discessit.

Omnis ciuitas) ἡ πόλις ὅλη, id est, ciuitas tota, ne plures ciuitates intelligas.

Qui uexabantur.) κακῶς ἔχοντας, id est, male habentes, siue male affectos.

Varijs languoribus) ποικίλαις νόσοις, id est, uarijs morbis. Languor morbus.

Quoniam sciebant eum) græce sic est, ὅτι ᾔδεισαν αὐτὸν χριστὸν εἶναι, id est, quod nouerāt ipsum Christū esse, nā hæc duo uerba adduntur in nōnullis græcis exēplaribus, In nostris tantū est, qm̄ sciebāt eū. Et diluculo ualde) καὶ πρωῒ ἔννυχον λίαν, id est, & mane crepusculo admodum. Nam id sonat ἔννυχον, cum adhuc aliquantum est noctis.

Dixerunt) λέγουσι, id est, dicunt, & mox, quia omnis, ὅτι coniunctio fuerat omittenda.

In proximos) εἰς τὰς ἐχομένας, id est adhærentes siue contiguos.

Vicos & ciuitates) græcis est dictio composita κωμοπόλεις, quod quidam interpretantur municipia. Oppidula rusticana significat, quæ uel uici, uel oppida uideri possint. Si quidem ex uico & oppido græca uox composita est. κωμόπολις Rusticanū oppidulū.

Vt ibi prædicem) græce est ἵνα κἀκεῖ, ut & ibi. Consentientibus & antiquis exemplaribus nostris. Et in hoc, apertius erat, ad hoc, siue hac gratia εἰς τοῦτο.

Et in omni galilæa) Et non est græcis, sed in synagogis illorum per totam galilæam.

Si uis) hoc loco interpres recte omisit ὅτι, quod cum alicubi faciat, mirandum, cur nō idem perpetuo faciat, quoties sermonis exigit ratio.

Volo mundare.) Mundare hic passiuum est, imperandi modo θέλω, καθαρίσθητι, quem admodū est in Matthæo. Et comminatus est) καὶ ἐμβριμησάμενος αὐτῷ εὐθέως ἐξέβαλεν, id est, comminatus ei statim eiecit, hoc est acriter interminatus, ne ubi proferret. Et eiecit dixit pro ablegauit, siue quod celeriter, siue quod inuitum.

Vide nemini) ὅρα μηδενί, id est, Vide ne cui,

Ostende te) ἑαυτὸν δεῖξον, id est teipsum ostende. Quanq̄ interpres huiusmodi composita pronomina plerūq; uertit per simplicia. Et quod in nostris codicibus legitur principi sacerdotum, apud græcos est τῷ ἱερεῖ, nisi id efficit articulus, ut de sūmo sacerdote dictū accipiatur. Cœpit prædicare.) Græci addunt πολλὰ, id est multum siue multa.

Diffamare) διαφημίζειν græce non sonat in malam partem. Verti poterat spargere seu diuulgare. Diffamare p diuulgare

Ita ut non posset iam) Ex græcis uerbis apparet de mundato dictum. Proinde ne quid hic hæreret lector, pro αὐτὸν subiecimus Iesus, hoc est nomen pro pronomine, ne

mine,ne quis hoc ut temere factum ſtatim corrigat.

In deſertis locis eſſe) erat,græce eſt, non eſſe,ἦν.

Et conueniebant) καὶ ἤρχοντο, id eſt & ueniebant.

EX CAPITE SECVNDO.

Poſt dies. POſt dies) δι' ἡμερῶν, id eſt,per dies,nec addendum eſt octo,quod in quibuſdam habetur codicibus latinis. Certe in Paulino habebat̃,poſt dies,in Corſendoncẽſi recenti manu additũ erat octo. Sed lucidius erat diebus aliquot ſiue poſt dies aliquot,nam poſt dies latine nihil ſignificat.

Et conuenerũt) καὶ εὐθέως συνήχθησαν .i.cõfeſtim cõuenerunt,ſiue collecti ſunt. Nec ad ianuam.) Græca ſic habent,ὥστε μηκέτι χωρεῖν μὴ δὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν, id eſt,ita ut iam non caperent,ne ea quidem quæ erant iuxta ianuam, ut intelligas domũ adeo fuiſſe refertam,ut ne ueſtibulum quidem & partes oſtio uicinæ caperent turbam.

Detegulare. Et uenerunt) καὶ ἔρχονται.i.ueniũt. Nudauerunt tectum) ἀπεστέγασαν τὴν στέγην, id eſt,detexerunt tectum. Eſt enim προσονομασία,quaſi dicas,detegulauerunt tegulas.

Et patefacientes) καὶ ἐξορύξαντες.i.cũ effodiſſent,ut intelligamus etiã ſupne pfodi tecta.

Submiſerũt) χαλῶσι.i.demittũt ,pprie funibus,quẽadmodũ demittit̃ ancora, aut ſaxũ è ſublimi. In quo paralyticus iacebat) κατέκειτο.i.decũbebat,quod pauloante uertit recũbebat. Quid hic ſic loquit̃,blaſphemat) græce eſt blaſphemias,βλασφημίας, loquit̃ blaſphemias. Niſi ſolus deus) εἰ μὴ εἷς ὁ θεὸς, id eſt,niſi unus,qui eſt deus.

Dimittuntur) ἀφέωνται, id eſt dimittantur,ſi modo recta eſt ſcriptura.

Vt mirarentur) plus dixit græcus ſermo ὥστε ἐξίστασθαι,id eſt,ut eſſent attoniti, & uelut extra ſe. Nam ab hoc uerbo dicta ecſtaſis,quæ eſt raptus mentis.

Honorificarent) δοξάζειν, id eſt, glorificarent.

Leui Alphæi) τὸν τοῦ ἀλφαίου, id eſt, Alphæi filium.

Telonium. Ad Teloneum) græcam uocem reliquit,τελώνιον, quæ menſa eſt aut locus publicanorum,ubi colligunt uectigal,quod græce τέλος dicitur.

Videntes quia manducaret) ἰδόντες αὐτὸν ἐσθίοντα,id eſt,cum uidiſſent eum edentem.

Quare) τί ὅτι,id eſt,quid quod, id eſt quid eſt quod.

Magiſter ueſter) Laurentius negat hæc addita in exemplaribus quibus eſt uſus. In nõ nullis tamen addita comperi, Tametſi Vulgarius non addit.

Non neceſſe hábent) οὐ χρείαν ἔχουσι,id eſt,non opus habent.

Sani) ἰσχύοντες,id eſt,ualentes, ſiue qui ualent.

Vocare iuſtos) Græci addũt εἰς μετάνοιαν .i.ad pœnitẽtiã. Quãq; id ſuſpicor adiectũ à quopiã, nã nec in antiquiſſimis codicibus noſtris reperit̃,etiãſi apud Vulgariũ additũ eſt

Et phariſæi) Quidam græcus codex habebat καὶ οἱ τῶν φαρισαίων.i.& phariſæorũ,ut ſubaudias diſcipuli quemadmodũ eſt item paulo poſt,niſi mauis,ij qui ſunt ex phariſæis,hoc eſt è factione phariſaica. Nunquid poſſunt) μὴ δύνανται, id eſt,num poſſunt.

Filij nuptiarum. Filij nuptiarum) græca nonnihil diſſonant οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστὶν νηστεύειν, id eſt, filij thalami in quo ſponſus cum eis eſt ieiunare,νυμφὼν enim nuptiale cubiculum ſignificat,interprete Suida. Deinde continenter ipſe ſibi reſpondet, ὅσον χρόνον μεθ' αὐτῶν ἔχουσι τὸν νυμφίον,οὐ δύνανται νηστεύειν, id eſt,quanto tempore ſecum habẽt ſponſum,non poſſunt ieiunare.

Aſſumentum) ἐπίβλημα, quod ante ni fallor, uerterat cõmiſſuram,ad uerbum ſonat immiſſuram. Panni rudis) ῥάκους ἀγνάφου, id eſt,Panni nondum à fullone curati,nam hunc rudem uocat interpres. Siquidem γναφεὺς,fullonem ſignificat.

Aufert ſupplementum nouum) Græcus addit,eius,ut ſubaudias ueſtis. Quod hic uertit ſupplementum,aliàs uerterat plenitudinem,πλήρωμα. Sic autem uocat eam panni particulam,qua ueſtis lacera ſarcitur & expletur. Multa prudens prætereo, quod de his iam dictum ſit in Matthæo.

Nouũ νέον nouũ καινὸν Vinum nouum in utres nouos) Græcis non eſt eadẽ προσονομασία,cum illis habeatur νέον & καινὸν. Quorum prius illud aptius dicitur de ῆς quæ ſentiunt ætatem.

Cœperũt ꝓgredi.) ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν.i. Cœperũt diſcipuli eius iter facere. Nam quod græcus habet ſermo, ἤρξαντο, id eſt,cœperunt,hoc interpres retulit ad ſonã ueluti

uelati cũ dicitur, ἀρχεσθαι λέγειν, non qui initium dicendi facit, cum ante tacuisset, sed qui primus & ante alios incipit uerba facere, & ob id uertit ꝓgredi. Nimirũ offensus absurditate sermonis, quod cũ pauloante dictũ esset, Iesum iter fecisse per segetes, nũc idẽ subiiciat de discipulis, quod cœpissent iter ingredi. Verũ hic nec initiũ itineris significatur, nec ordo ingredientium, sed uellendi initium. Iam eñ inter eundum cœperunt uellere spicas. Cœperũt ingredi.

Et uellere spicas.) τίλλοντες, id est, Vellentes, siue uellendo.

Sub Abiathar principe sacerdotũ.) Diuus Hieronymꝰ in libello de optimo genere interpretandi indicat nomẽ Abiathar pro Achimelech esse positũ, ꝓpterea quod libro Regũ primo cap. 22. ubi referẽ huiusce rei historia, nulla mentio fiat Abiathar, sed dũtaxat Achimelech. Siue id acciderit uitio scriptorũ, siue quod eiusdẽ hois uocabulũ sit Abiathar & Abimelech, nã Lyranus putat Abiathar fuisse filiũ Achimelech, qui sub patre fũctus sit officio paterno, & eo cæso iussu Saulis comes fuerit fugæ Dauidicæ. Hieronymus ut nectit nodũ, ita nõ explicat. Abiathar ꝓ Achimelech

Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis.) Vt paulo superius non addebat magister uester, ita hic non additur apud Græcos, discipuli tui. Quorsum enim attinebat eos nominare, cum digito illos ostenderent, ecce.

Nisi solis.) Solis non additur apud Græcos.

Et dedit eis.) Græci addunt, καὶ &. pro eis melius uertisset qui secum erãt, & dederit his quoq; qui secum erant.

EX CAPITE TERTIO.

Benefacere.) ἀγαθοποιῆσαι, an male, κακοποιῆσαι, quod non sonat simpliciter facere rem malã aut bonam, sed mala re aut bona afficere quẽpiam, quasi dicas, utrum prodesse fas est sabbatis an lædere? Bñfacere ꝓ beneficio afficere.

Et circũspiciens.) περιβλεψάμενος. i. Cũ circũspexisset. Nec est cõtristatus, sed συλλυπούμενος, id est, condolens seu uerius condolescens.

Aut perdere.) ἢ ἀποκτεῖναι. i. An occidere. Et restituta est manus illi.) Græce est ἀπεκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη, id est, Et restituta est manus illius sana ut altera. Verum haud scio an uerbis aliquot ex Matthæo huc ascriptis.

Vt nauicula sibi deseruiret.) ἵνα πλοιάριον προσκαρτερῇ αὐτῷ, id est, Vt nauicula inseruiret sibi, hoc est, ut nauicula esset sibi usui, siue adhiberetur sibi, nã προσκαρτερεῖν sæpe aliàs uertit assistere, siue insistere. Deseruire προσκαρτερεῖν.

Nõ cõprimerent eũ. μὴ θλίβωσιν αὐτὸν, id est, ne se premerent. Primum latinius, deinde accõmodatius ad græcum sermonem.

Plagas,) μάστιγας. i. flagella. Sic enim uocat afflictionem, qua deus corripit homines.

Clamabãt dicẽtes.) λέγοντα, dicẽtes ad ipsos spũs referẽ, qd ea uox græcis est neutri generis.

Et ascendens in montem aduocauit.) Græce est, ἀνέβη καὶ προσκαλεῖται, id est, ascendit & aduocat, ut posterius sit præsentis temporis.

Cõminabatur.) ἐπετίμα. i. increpabat. Quãq; hoc loco tolerabilius erat, interminabaẽ.

Et fecit duodecim.) Græca nõnihil dissident. καὶ ἐποίησε δώδεκα, οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασεν, ἵνα ὦσιν μετ' αὐτοῦ, id est, Et fecit duodecim, quos & apostolos nominauit, ut essent secũ. Quanq; id in emendatioribus Græcorum exemplaribus non est ascriptum, & magis cõuenit breuiloquentiæ Marci, ut omittatur. Atq; hic quoq; multa prudens dissimulo, uel quod minutula sint, uel quod in Matthæo iam annotata.

Et dedit.) καὶ ἔχειν, id est, Et habere, siue ut haberent, pendet enim à superioribus, ut essent secũ, & haberent potestatẽ, aut certe cũ ꝓximo uerbo cõnectendũ, κηρύσσειν καὶ ἔχειν mittere eos ad prædicandũ utq; haberẽt.

Et imposuit Simoni.) Ante hæc uerba habẽt nõnulli græci codices πρῶτον σίμωνα, id est, primum Simonem. Verum id in emendationibus non reperitur, & uidetur ex Matthæo desumptũ. Certe apud Vulgariũ non reperi.

Boanerges.) Nam Hebræis בְּנֵי filios sonat, רֹגֶשׁ tonitrui uel fremitus. Boanerges.

Et Matthæum.) Quidam Græcus codex addit τὸν τελώνην, id est, publicanum. Quãq; nec id reperio in emendationibus ac uetustis exemplaribus.

Et conuenit iterum turba.) καὶ συνέρχεται πάλιν. Conuenit præsentis tẽporis est, ut prima syllaba pronuncietur acuta. Id tametsi minutulum est, tamen haud indignum iudicaui, quod indicaretur, propterea quod in re tam sacra nefas sit, uel minima negligere.

Sic non possent.) Græcis quidẽ duæ sunt negationes, ὡς μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρτους φαγεῖν

φαγεῖν. Quod duobus modis latine reddi poterat. Conuenit iterum turba tãta, ut nõ possent ne panibus quidem uesci. Aut sic, ut non possent uel panes edere. Sentit enim tantã fuisse multitudinẽ, ut non solũ non suppeterent obsonia, sed ne panũ quidẽ satis esset in cibum. Aut certe tantũ fuisse cõfluxum, ut discipulis non esset ociũ sumendi cibi, tantũ aberat, ut ad alia foret ociũ, qui posterior sensus uerior est.

οἱ παρ' αὐτοῦ cognati.

Et cũ audissent suí) οἱ παρ' αὐτοῦ. i. qui ad illũ pertinebãt, & ex illius erãt familia seu cognatione. Itidem paulo inferius τὰ παρ' αὐτῆς, uertit sua. Sentit enim cognatos & affines eius.

Exierunt tenere eum.) κρατῆσαι αὐτὸν, id est, ut comprehenderent eum, siue ut manus iniicerent. Nam id est agnatorum, si quis cõmotæ mentis esse cœperit.

In furorem uersus est.) ἐξέστατο, id est mente captus est.

Beelzebub.

Beelzebub.) βεελζεβοὺλ, id est, Beelzebul, de quo diximus in Matthæo.

Quia in principe.) Hic omittẽdũ erat ὅτι. In se.) ἐφ' ἑαυτὸν. i. in seipsam, siue aduersus seipsam. Dispertiatur.) Idem uerbum quod modo uertit diuidatur, μερισθῇ.

Dispertitus est.) Græca sic habent, Καὶ εἰ ὁ σατανᾶς ἀνέστη ἐφ' ἑαυτὸν καὶ μεμέρισται οὐ δύναται σταθῆναι, id est, Et si satanas insurrexit in seipsum, ac diuisus est, non potest stare.

Quibus blasphemauerũt.) ὅσα ἂν βλασφημήσωσι, id est, Quascũq; blasphemauerint. Sic enim loquuntur Attici, Conuicia conuiciantur, & fugam fugiunt.

Aeterni delicti.) αἰωνίου κρίσεως, id est, æterni iudicij, siue æternæ damnationis.

Et circũspiciens.) καὶ περιβλεψάμενος τοὺς κύκλῳ περὶ αὐτὸν μαθητὰς καθημένους, id est, Et cum circũspexisset in circũitu circum se discipulos sedentes.

EX CAPITE QVARTO.

Centesimũ pro centuplum.

Exæstuauit.) ἐκαυματίσθη, id est, Exustum est, siue æstu perijt.

Ascendente.) ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα, ut prius uerbum pertineat ad herbã emergentem è terra, posterius, ad herbam grandescentem & adolescentem.

Vnum centesimũ.) καὶ ἔφερεν ἓν, τριάκοντα, καὶ ἓν, ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν, id est, Attulit unum triginta, & unum sexaginta, & unum centum. Laurentius Valla declarat se legisse ἓν præpositionẽ, nõ ἓν nomen numerandi. Et ipse sic scriptũ comperi in libris emẽdatioribus. Quo modo si legamus, ad uerbũ ita reddi potest, & adferebat in triginta & in sexaginta & in centũ, ut præpositio ἓν posita sit pro ἀνὰ, quasi dicas per triginta, per sexaginta, per centũ, quod tamẽ cõmode uerti poterat, & adferebat, tricena, sexagena, & centena, ut ex singulis granis tãtũ granorũ intelligat enatũ. Quæ paulo inferius idẽ occurrit locus, itidẽ per præpositionẽ scriptus. Cæterũ quoniã in hoc facile labi potuit librarius, rem lectoris arbitrio cõmitto, præsertim cũ & altera lectio probe defendi possit. Nisi quod in posteriore loco duriuscule dicitur unũ & unũ, cũ de hominibus loquatur, nõ de seminibus. Proinde nos periphrasi sumus usi.

Singularis .p solitarius.

Cum esset singularis.) ὅτε δὲ ἐγένετο κατὰ μόνας, id est, Cum cœpisset esse solus, siue solitarius. Nam solus uertit in Luca, Cum autem esset solus orans.

Qui cum eo erant duodecim.) Hic uariant græci codices, nam Laurentij codex habebat, οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα, id est, Qui circa illum erant cum duodecim. Mei habebant, ἐπερώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτου, id est, Interrogauerunt eum discipuli eius.

Mysteriũ regni.) μυστήριον. i. arcanũ, siue secretũ, nõ cõmunicãdũ .pphanis, quod aliquoties uertit sacramẽtũ. Illis autem qui foris sunt.) τοῖς ἔξω. Rectius uertisset per adiectiuum, id est exteris, extraneis, siue externis, aut exoticis.

Videant & non uideant.) Græcus mutauit uerbum, ἵνα βλέποντες βλέπωσι, καὶ μὴ ἴδωσι, id est, ut cernentes cernant, & non uideant. Quasi plus sit uidere q̃ cernere. Nam intuemur quædam, quæ tamen non uidemus, animo aliud agente.

Et erũnæ.) καὶ αἱ μέριμναι. i. sollicitudines. Vnũ tricesimũ.) Triginta, sexaginta, centũ, ut paulo superius admonui, cõsentientib⁹ & peruetustis latinis codicibus, de quo copiosius diximus in Matthæũ. Hi aũt sunt qui &c.) Abusus uidetur semel atq; iterũ ὃν τι pro ὅι, ueluti demonstret hos & illos, quod solemus docẽdi causa & gestu representare.

Nunquid uenit.) Græce est, ἴδετε, μήτι λύχνος καίεται, ἵνα ὑπὸ τὸν μόδιον τεθῇ, id est. Videte, num lucerna incenditur, ut sub modium ponatur? Quanq̃ illud ἴδετε in multis Græcorum codicibus non reperio ascriptum. Vulgarius nobiscum facit.

Non

Non eſt em̃.) οὐ γάρ ἔστι τι κρυπτὸν, εἰ μὴ ἵνα φανερωθῇ, id eſt, Non eſt enim quicq̃ abſconditum, niſi ut manifeſtetur. Tametſi diſſentiunt hic exemplaria.

Neq; factum eſt.) οὐδ' ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ, id eſt, neq; factũ eſt occultum, ſed ut in apertum ueniat. Etiamſi legi poteſt neq; fuit occultũ.

Videte quid audiatis.) Hic quoq; græca diſſident, tametſi latina exemplaria magis cõſentiunt cũ græca. βλέπετε τί ἀκούετε, ⁊ προσδοθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν, ὃς ἔχει γὰρ δοθήσεται αὐτῷ, καὶ ὃς οὐκ ἔχει, ⁊ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ, id eſt, Videte quid audiatis, & apponet uobis audientibus. Qui em̃ habet, dabitur ei, & qui nõ habet, etiã quod habet tolletur ab eo.

Varia lectio apud græcos.

Deinde ſequitur, ᾧ μέτρῳ μετρᾶτε, μετρηθήσεται ὑμῖν, καὶ προσθήσεται ὑμῖν, id eſt, In qua menſura metimini, metiet uobis, & adiũcietur uobis. Vulgarius ita legit, βλέπετέτι ἀκούετε ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν, ὃς γὰρ ἐὰν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ ὃς οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. i. Videte quid audiatis. In qua mẽſura metimini, in ea aliũ metient uobis, q̃ auditis. Quiſquis em̃ habuerit, ei dabit, & qui nõ habet, etiã quod habet tolletur ab eo.

Cui parabolæ cõparabimus.) ἢ ἐν τίνι παραβολῇ θῶμεν. i. Aut in qua parabola illud ponemus, ſiue ponamus. Etiãſi nõnulli codices ℞ θῶμεν habeãt παραβαλῶμεν. i. ℞ quã collationẽ cõferemus. Q̃nquidẽ παραβολὴ, Cicero uertit collationẽ. Et præpoſitiõe in, Hebræi abutũtur pro per.

Parabola collatio.

Aſcendit in arborẽ.) Ἀναβαίνει, id eſt, ſurgit. Porrò illud in arborem, nec additur apud Græcos, nec in antiquis codicibus noſtris.

Habitare.) κατασκηνοῦν, quod alibi uertit nidificare uerbum a ſcena dictum.

Diſſerebat.) ἐπέλυσεν, id eſt, diſſoluebat, ſiue exponebat, aut quo aliàs eſt uſus, ediſſerebat. Soluuntur enim ænigmata & obſcura ueluti nodoſa.

Trãſeamus cõtra.) διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν, id eſt, Tranſeamus in ulteriorem partem, ſiue ut ſæpe iam uertit, trans fretum.

Et facta eſt.) καὶ γίνεται, id eſt, & fit, quaſi res iam geratur.

Mittebat in nauim.) ἐπέβαλεν εἰς τὸ πλοῖον. id eſt, irruebat in nauim, ut ſit uerbũ neutrum quod ad ſignificatum attinet.

ἐπιβάλλω irruo.

Super ceruical dormiens.) ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον, quod inde græcis nomẽ habet quod capiti admoueatur. Ezechiel execratur eos qui cõſuunt puluillos ſub omni cubito, & ceruicalia ſub omni capite. Quod tum exhibuit Ieſus, id hodie in nobis agitur. Quàm periculoſe indormiũt hodie puluillis ac ceruicalibus huiuſmodi, præſules ac pontifices quidã horũ tẽporũ? Periclitat uniuerſus populus, nec eſt qui Chriſtũ excitet in illis ℞ profundiſſime dormientẽ. Imo nolunt excitari, & habent qui ſomnũ hũc peſtilentiſſimũ foueant, occinẽtes ad aurem blando ſuſurro euge euge. Expergiſcere tandem optime Ieſu ne pereamus. Non ad te pertinet.) οὐ μέλει σοι. i. nõ eſt tibi curæ. Nam aliud eſt pertinere ad nos, aliud eſſe curæ. Siquidẽ multa ad nos maxime pertinent, quæ minime ſunt curæ.

Somnus epiſcoporum.

Obmuteſce) πεφίμωσο, augmẽtũ additũ etiã celeritatẽ indicat, ueluti dicas, mox obmuteſce. Quia perimus.) ὅτι, id eſt, quod, hoc ſane loco.

Exurgens, cõminatus eſt.) καὶ ἐγερθεὶς ἐπετίμησεν, id eſt, Et excitatus increpauit.

Quid timidi eſtis?) τί οὕτως δειλοί ἐστε; id eſt, Quid adeo timidi eſtis? Alĩ habebãt, τί δειλοί ἐστε οὕτως; id eſt, quid timidi eſtis adeo?

Nec dum habetis.) οὔπω, id eſt, Nõdum. Alĩ habebant, πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν, id eſt, Qui fit ut non habeatis fidem? Et οὕτως referunt ad præcedentem orationis partem, Laurentius ad ſequentẽ adiunxit. Porrò quomodo, parum latine reddidit πῶς, quod ita uertendũ erat, Qui fit ut non habeatis fidem? eſt enim non interrogantis, ſed obiurgantis.

Ad alterutrũ.) πρὸς ἀλλήλους, id eſt, inter ſeſe. Quod crebrius iam admonui, uerum interpres perpetuo peccat in hoc uerbo, tanq̃ prudens.

Quis putas.) τίς ἄρα. Melius, q̃ſnã, aut certe quis. Nã hoc loco uix habet latinus ſermo, qd̃ reſpõdeat ἄρα.

EX CAPITE QVINTO

Rans fretum.) εἰς τὸ πέραν, quod ſuperius uertit, contra, id eſt in ulteriorem partẽ. Quãq̃ in Matthæo ſæpenumero uertit trãs fretũ, Lacum ut dixi appellant mare: tamen ĩſdem uerbis uti licuiſſet, etiam amne tranſmiſſo, aut aggere, aut monte. Fretum uero non idem eſt quod mare, etiamſi fretum omne dicitur mare.

Fretum Mare Lacus.

Geraſeni Gadareni

Geraſenorum) γαδαρηνῶν, id eſt, Gadarenorum. Ad eũdem modum legimus, & apud Lucam, cum Matthæus uocet Gergeſenorũ, de quo nonnihil attigimus in Matthæo.

Legio mihi nomen) λεγεών. Græce ſcribens uſus eſt uoce latina, tametſi mutato genere.

Legio uox Rhomana uſurpata euangeliſtæ.

Et magno impetu) καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη, κατὰ τοῦ κρημνοῦ, id eſt, Et ferebatur grex per præceps in mare, magno addidit interpres de ſuo.

Ad duo milia) ἦσαν δὲ ὡς δισχίλιοι, id eſt, Erant autem ferme duo milia, ſiue bis mille, & ſubaudiendum eſt porci, non ſpiritus, quod ſpiritus græce eſt neutri generis, & δισχίλιοι maſculini, ut ad ſpiritus referri non poſſit.

Quid eſſet facti) τί ἐστι τὸ γεγονός, id eſt, Quid eſſet quod factum erat, ſiue quod acciderat. Quanquàm haud male uertit interpres.

Et uenerũt.) Καὶ ἔρχονται, id eſt, Et ueniũt, præſentis tẽporis, & ita habẽt codices emẽdatiores latini. Et ſanæ mentis) Poſt hæc uerba Græci codices addũt, quod in latinis non habetur. τὸν ἐσχηκότα τὴν λεγεῶνα, id eſt, Eum qui habuerat legionem, quod quoniã uiſum eſt ſupeſſe, cũ modo facta eſſet mẽtio dæmoniaci, eraſerunt. At repetitur ad emphaſim miraculi, eſſe iã ſanæ mentis, qui nõ ſolũ fuerit obnoxius dæmonio, uerũ etiam legioni dæmonũ. Et cũ aſcenderet) καὶ ἐμβάντος αὐτ. i. Ingreſſo eo nauim, ſiue cõſcenſa naui.

Non admiſit) οὐκ ἀφῆκεν, id eſt, Non permiſit, ſiue non paſſus eſt.

Quãta) ὅσα, qđ ſæpenũero ſignificat quæcũq;. Hic interpres legiſſe uidet̃ πόσα nõ ὅσα.

Et miſertus ſit tui) Hoc non parum dure cohæret cum eo quod præcedit. Quanta tibi fecerit deus. Vertendum erat, Quæ tibi fecerit deus, & in quibus miſertus tui fuerit, ſiue, quantopere miſertus ſit tui.

Tranſcendiſſet) διαπεράσαντος. Quis unq; dictus eſt tranſcendere mare, quod magis conuenit monti. Dicendum erat, cum tranſmiſiſſet, ſiue traieciſſet.

Vnus pro quidam.

Et uenit quidam.) καὶ ἔρχεται εἷς, id eſt, & uenit unus. Sed utinam interpres Hebraicam figuram, ut hic mutauit, itidem mutaſſet ubiq;, tantum abeſt ut reprehendam. Et Iairus, penultima acuta pronunciandum eſt latinis ob diphthongum ἰάειρος.

Q m̃ filia.) Nec in græcis eſt ὅτι, qđ tamẽ erat omittendũ, ſi fuiſſet, hic addit de ſuo qm̃.

Filia mea.) θυγάτριον, id eſt, filiola. Eſt enim græcis diminutiuum.

In extremis eſt.) ἐσχάτως ἔχει, ad uerbum ſonat, extreme habet, perinde ualet, ac ſi dicas, peſſime affecta eſt, ſiue in ſummo uitæ diſcrimine eſt.

Vt ſalua fiat & uiuat.) ὅπως σωθῇ, καὶ ζήσεται, id eſt, Vt ſalua fiat, & uiuet. Vt uerbum poſterius ſit futuri temporis, Alioquí quid aliud eſt ægrotam ſeruari, q; uiuere? Nam ſenſus eſt, Impone illi manus, ut ſeruetur. Quod ſi non grauaberis facere, futurum eſt, ut uiuat. Nam fieri poteſt, ut imponat aliquis manus ægroto, ad hoc ut ſanetur, & tamen moriatur ægrotus. Quanq; hoc uitio interpretis non accidit, ſed librariorum.

Et ſenſit corpore.) καὶ ἔγνω τῷ σώματι, id eſt, Cognouit corpore, quod interpres nõ inepte uertit, ſenſit. Nã ſenſus eſt, illam hoc cognouiſſe ex ipſo ſenſu corporis, quod iã carebat cruciatu & fluxu. Quia ſanata eſſet à plaga.) μάστιγος, id eſt, flagello, quẽadmodũ ſuperius indicatum eſt. Et quia, ὅτι, uertendum erat in quod.

Virtutẽ quæ exierat.

Cognoſcens uirtutẽ quæ exierat.) ἐπιγνοὺς ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελθοῦσαν. Quæſo quod hoc ſermonis dedecus? Num qua uirtus erat illi incognita? Proinde participiũ uertendum erat in uerbum infinitum. Ieſus autem ut agnouit, ſiue ſenſit in ſeipſo, uirtutẽ prodiſſe ex ſeſe. Nec em̃ hoc loco ferendum erat de illo pro ex ſe, quod noſtra habet ædítio.

Omnem ueritatem.) ἔμπροσθεν πάντων πᾶσαν τὴν αἰτίαν αὐτῆς, id eſt, Coram omnibus omnem cauſam ſuam, etiam ſi illud coram omnibus non reperi ſcriptum in omnibus Græcorum exemplaribus. Et in nonnullis pro αἰτίαν, ſcriptum erat ἀλήθειαν.

Lapſus interpretis.

Veniunt nuncij.) Nuncij, addiderunt neſcio qui, quanq; non male. Nec eſt ad Archiſynagogum, ſed ab archiſynagogo; ut intelligas ab illius ueniſſe domo, qui nunciarẽt mortem filiæ. Cæterum non animaduertens, ſiue lector, ſiue interpres hanc loquẽdi figuram, Eamus ad me, pro eo quod eſt ad domũ meam: Et à uobis exit, id eſt, è domo ueſtra, exiſtimauit non poſſe uitari, quin illi ad archiſynagogum uenerint, quandoquidem is iam erat apud Ieſum, Verum & ab illo uenerũt & ad illum, hoc eſt, ab illius ædibus, ad ipſum.

Ieſus autem.) Græci addunt. εὐθέως, id eſt, ſtatim.

Admiſit

Admisit) ἀφῆκεν, id est, permisit, siue passus est. Nam quis dicat, admisit sequi. Mire lasciuit sua copia, cum hoc uerbum solitus sit uertere, dimisit.

Et uidit) καὶ θεωρεῖ, id est, Videt præsentis temporis.

Et eiulantes.) ἀλαλάζοντας, quod in psalmis uertit, iubilare. Nam ὀλολύζω est eiulare, uox ab illa non multum dissimilis. Quanꝯ Valla ex autoritate Varronis ostendit iubilatum esse clamorem rusticorum, ut quiritatum urbanorum. ἀλαλάζω ὀλολύζω.

Quid turbamini) τί θορυβεῖσθε. i. Quid tumultuamini, ab eadē uoce, quā modo uerterat tumultū θόρυβον. Et deridebant eū.) Græci nōnulli addunt, εἰδότες ὅτι ἀπέθανεν. i. Scientes quod esset mortua, siue cū scirent esse mortuā. Verū id suspicor huc ascriptū ex Matthæo. Qui secum erant.) Legendū est, Et qui secū erāt. Ϲ τοὺς μετ' αὐτοῦ, ut intelligas paucos illos, quos passus fuerat seq, nēpe discipulos quos nominatim recensuit.

Tabita cumi.) Græci Talitha per λάμβδα scribunt, nō Thabita p βῆτα, haud scio casu ne an consilio. Deinde) puella tibi dico, de suo adiecit, siue is fuit Euangelista, siue alius quispiam, quo significantius redderet, & sensum uocātis, & autoritatem imperantis, ut testatur & Hieronymus ad Pammachium, in libello, cui titulus, de optimo genere interpretandi. Incertum autem uideri poterat, an hoc loco Thabita nomen proprium sit puellæ, quemadmodum in actis puella Ioppensis Thabita dicta est, quam Petrus ad uitam reuocauit, ut legis illic capi. 9. cuius uocabulum Lucas græce interpretatus est Dorcas, quod nobis sonat capram siue hinnulū, à græco uerbo δέρκομαι uideo, quod acribus oculis sit hoc animal תְּבִיטַ, Quin Hebræis sonat respice siue attolle oculos, ut possint esse duæ uoces Hebraicæ, תְּבִיטַ attolle oculos, קוּמִי surge, nisi Marcus ipse, qui sine controuersia græce scripsit Euangelium, fuisset interpretatus, puella surge. Diuus Hieronymus in libello quo colligit uoces Hebraicas euangeliorum, admonet hunc sermonem Thabita Cumi, Syrū esse non Hebraicum. At idem in libro de optimo genere interpretandi fatetur Hebræum esse. Arguatur, inquit, euangelista mendacij, quare addiderit, tibi dico. Cum in Hebræo tantum sit, puella surge, nisi forte quod Chaldaicum aut Syriacum sit, id Hebræum dici possit, nō contra, quod Chaldæorum & Syrorum sermo nihil aliud sit ꝙ Hebræus nō eodem modo deprauatus, exceptis paucis uocibus, quas ut fit, aliunde sibi asciuerunt, nisi probabilius uidetur Hebræos posteaꝙ in Syriam demigrarant, illius gentis linguam didicisse, atq; ea lingua libros sacros qui interciderant per Esdram fuisse restitutos. Porrò sermonem uulgarem nunc ꝙ diutius eundem esse, uel in quauis huius ætatis lingua perspicuum esse potest. Tantum est rerum humanarum uolubilitas. Neq; uero mihi dissimile ueri est, Christū populari sermone usum, qui tum promiscuæ multitudini erat in usu: præsertim cum apud populum uerba faceret. Qui profitentur hoc literarū genus, aiunt Talitha, quemadmodum magno cōsensu legimus in Græcis codicibus, Chaldæis sonare puellam. Et fieri potest: ut uox sit utriusq; communis. Talitha Syris puella. Christus non pure Hebraice, sed Syriace locutus.

EX CAPITE SEXTO.



Aber filius Mariæ.) Antiqui codices aliquot habent, Fabri filius & Mariæ, suffragantibus & græcis, ὁ τοῦ τέκτωνος υἱὸς Ϲ μαρίας. Verum in alijs erat scriptum, οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων ὁ υἱὸς μαρίας, id est, Nonne hic est faber ille filius Mariæ. Atq; hanc quoq; scripturam reperimus in uetustis Latinorum exemplaribus nominatim in corsendoncensi. Deinde annotādum est græcū articulum utrobiq; esse appositum, ὁ τέκτων ὁ υἱὸς, id est ille faber ille filius Mariæ. Preterea uel ex hoc loco licet colligere, nihil referre Mariam dicas more Hebræorum, an Maria more Græcorum, qua de re multis uerbis disceptat Valla. Postremo notādum & hoc apud Marcum, non fabrum uocari Christum, sed fabri filium. Hinc accipimus illum & uitrici sui exercuisse artem. Cur enim hoc recusasset nostra causa dei filius, qui ne crucem quidem recusauit, neq; Paulum tantum uidelicet apostolum puduit opera manuaria parare, quo uictitaret. Quanꝯ non inficior in græcis uerbis facillimū esse lapsum, in τέκτωνος υἱὸς & τέκτων ὁ υἱὸς, nisi quod parum apte adhæret Mariæ. Christus faber. Paulus opifex.

Et Ioseph.) ἰωσῆ, id est Iose, legit Laurentius, nonnulli codices habebant ἰώσητος, id est, Iosetis, iuxta græcam inflexionem, ut Crates Cratetis, Chremes Chremetis. Iose.

Quia non est.) Quia, de suo addidit, cum nihil sit opus.

B·S·B MÜNCHEN

Sine honore.) ἄτιμος, id est, inhonoratus, siue contemptus. Cui contrarium est ἔντιμος, siue τίμιος, id est, in precio habitus.

Patria cognati domus.

Et in cognatiõe sua.) καὶ ἐν τοῖς συγγενέσιν. i. Inter cognatos. Deinde additur & in domo siue familia sua. Cõmunissimũ em̃ est patria, deinde cognatio, pximũ domus ac familia.

Nisi paucos infirmos) Latinitatis ratio postulabat, ut adderet quod, nisi quod. Deinde infirmos, græcis est ἀῤῥώστους, id est, aduersa ualetudine laborantes.

Et conuocauit.) προσκαλεῖται, id est, Aduocat, siue accersit, præsentis temporis. Reclamabit aliquis forte morosulus, dũ huiusmodi sectamur minutias, cur potius aduocat, quàm conuocat, & cur aduocat potius quàm aduocauit? Cui totidem respondebo uerbis, Cur conuocauit potius quàm aduocauit? & cur aduocauit magis q̃ aduocat? quod posterius ut elegantius est, ita scriptum ab Euangelista.

Binos δύο δύο.

Binos,) δύο δύο. Elegãter expressit interpres latinus, cum græce sit, duos, duos, hoc est paria siue per iuga, ut intelligas omnes duodecim fuisse missos, sed sena iuga, quandoquidem & Matthæus recensens duodecim apostolorum nomina, binos copulauit.

Potestatẽ spirituũ immundorũ) quo uitaremus amphibologiã uertimus, potestatẽ in spiritus immundos. Nã potestas dicitur tũ eius qui habet, tũ eius rei, cuius potẽtes sumus.

In testimonium illis.) Addũt hoc loco græci codices, an recte nescio, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται σοδόμοις ἢ γομόῤῥοις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ, id est, Amen dico uobis, tolerabilius erit Sodomis aut Gomorris in die iudicij, quàm ciuitati illi. Verum haud scio, an id sit ex Matthæo huc transcriptum, quanq̃ consentiunt Græcorum exemplaria: quæ quidem mihi uidere contigit.

Additũ aliquid apud græcos.

Et ungebant oleo.) Hinc natum apparet, quod hodie sacro oleo unguntur periculose laborãtes, nõ perinde ut reualescãt, atq; ut tutius emigrent, cuius rei meminit & Iacobus.

Et audiuit rex Herodes.) Quidam græci codices addunt, τὴν ἀκοὴν ἰησοῦ, id est famam Iesu, aliunde ni fallor ascriptum.

Herodes tres.

Herodes autem metuebat.) Enim legunt Græci, non autem, consentientibus & antiquis exemplaribus, addidit autem paulo superius αὐτὸς, id est, ipse, ut intelligeremus hunc eundem esse diuersum à patre, & ab eo sub quo crucifixus fuit Christus.

Et custodiebat.) καὶ συνετήρει, id est, conseruabat, uel magis obseruabat. Id quod indicant ea quæ mox subsequuntur.

Herodes natalis sui.) ὅτε γενεσίοις ἄυτου δεῖπνον ἐποίησεν, id est, Cum Herodes natalicijs suis cœnam faceret, siue in natalicijs suis conuiuium exhiberet. Et principibus est μεγισᾶσι, id est, primatibus siue primoribus. Quo uerbo usus est & Suetonius in Caligula Cæsare, regẽ etiã regũ & exercitatiõe uenandi, & cõuictu megistanũ abstinuisse.

Megistanes.

Et tribunis) καὶ χιλιάρχοις, quod græce sonat eos qui millenis præfecti sint, ut militũ tribunos intelligas.

Tribuni χιλίαρχοι.

Filia ipsius Herodiadis) sermo Græcus habet amphibologiam. Potest enim & hic accipi sensus. Cum esset ingressa filia ipsa Herodiadis, id quod per se liquebit Græca relegenti.

Licet dimidium) ἕως ἡμίσους, usq; ad dimidium.

Et cõtristatus est rex.) Græca sic habent, καὶ περίλυπος γενόμενος ὁ βασιλεὺς διὰ τοὺς ὅρκους, καὶ τοὺς συνανακειμένους, οὐκ ἤθελεν αὐτὴν ἀθετῆσαι, id est, Et dolore affectus rex, propter iusiurandum, & eos qui simul accumbebant noluit eam reijcere siue spernere. Quãquàm ex Matthæo liquet, post, rex, hypostygmen apponendam esse. Nec est hoc loco, noluit eam contristari, quemadmodum in Matthæo λυπεῖσθαι, sed ἀθετῆσαι, id est, reijcere, siue repellere, quod miror cur Laurentius uertendum putarit, fraudare aut frustrari.

Spiculator.

Misso spiculatore.) καὶ εὐθέως ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτωρα. Euangelista latinam usurpauit uocem mutata uocali. Ac mox.

Et tulerunt corpus eius.) πτῶμα est, hoc est cadauer, interpres legisse uidetur σῶμα.

Quæ egerant & docuerant.) Græcus sermo geminat coniunctionem. καὶ ὅσα ἐποίησαν καὶ ὅσα ἐδίδαξαν, id est, & quæ egissent, & quæ docuissent.

Venite seorsum.) δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ κατ' ἰδίαν, id est, Venite uosipsi seorsim. Porrò αὐτὸς positum est pro soli, hoc est dimissis cæteris, quemadmodum καθ' ἑαυτὸν esse dicitur, qui solus est & absque arbitris.

Et uiderunt eos abeuntes) Græce est καὶ εἶδον αὐτοὺς ὑπάγοντας οἱ ὄχλοι, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν

ἄνθρωπ, id est, Et uiderunt eos abeuntes turbæ, & agnouerunt eum, ut prius pronomen ad omnes cõmuniter pertineat, posterius ad Christum solum.

In proximas uillas.) εἰς τοὺς κύκλω ἀγροὺς, id est, In circumiacentes agros. Et quoniam ex agris nihil emitur, nisi uillæ sint, uertit uillas. Nam uillæ domus sunt in agro. In ꝓximas pro in circũiacentes.

Emant sibi cibos.) ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους, id est, emant sibi ipsis panes. Nam Hebræi omne edulium panis nomine complectuntur.

Quos manducent.) Pro hoc græce est, τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσιν, id est, Nam quid edant, non habent. Etiamsi τί noue positum est.

Date illis manducare.) Græci addunt, uos. δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν, atq; ita habent antiqui codices Latini, Date illis manducare uos.

Et dabimus.) καὶ ἀγοράσωμεν. i. demus. Secundum contubernia) συμπόσια, συμπόσια. i. Cõuiuia, cõuiuia, hoc est distributis cõuiuijs, ut ante dixit, δύο δύο, Laurentius mallet manipulatim. Super uiride fœnũ.) ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ. i. in uiridi herba.

Et discubuerunt in partes) καὶ ἀνέπεσαν πρασιαὶ πρασιαί, id est, & discubuerũt prasiæ, prasiæ. Dicũtur autem prasiæ herbaria, cuiusmodi sunt areolæ hortorum, πράσιον em̃ uiride. Cæterum & hoc prasiæ prasiæ, & illud συμπόσια, συμπόσια, dictum est iuxta proprietatẽ sermonis Hebraici. Ad quã formã multa annotauit diuus Augustinus, in libris quos scripsit de tropis ueteris instrumenti, uelut illud, Decima decima agno uni septem agnis. Et mille ex tribu, & mille ex tribu, pro eo quod est, ex singulis tribubus millenos. Cõuiuia cõuiuia iuxta tropum Hebraicum.

Per centenos & quinquagenos.) ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα, ut ad uerbum reddam, id est per centũ & quinquaginta. Vt intelligas loca fuisse distincta sulco, aut simili interuallo, & pro magnitudine in alijs accubuisse centenos, in alijs quinquagenos.

Intuens in cœlum.) ἀναβλέψας, id est, suspiciens siue sublatis oculis.

Et sustulerunt) καὶ ἦρον κλασμάτων δώδεκα κοφίνους πλήρεις, id est, & sustulerunt fragmẽtorum duodecim cophinos plenos. Et statim coegit.) ἠνάγκασεν, idem uerbũ quod in Matthæo uerterat iussit, sed perperam, ut illic indicauimus.

Et cum dimisisset eos.) καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς. Non est idem uerbũ, quod paulo superius ἕως ἀπολύσω, uerũ aliud, quod non significat simpliciter dimittere, sed dimittere dicto uale, ac mãdatis quæ uolueris mãdare, quẽadmodũ solem⁹ dimittere notos & amicos. Dimittere ἀποτάσεσθαι

Et uidit eos laborãtes.) βασανιζομένους, quod in Matthæo uertit uexatos, aliàs iactatos.

In remigãdo.) ἐν τῷ ἐλαύνειν, qđ significat agere ac regere, uel nauẽ, uel equũ, uel currũ.

Et plus magis.) καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ, id est, ualde ex abundanti, siue ualde supra modum. Rursus hic est ἐξίσανται, quod uehementẽ significat admirationẽ, ut homo præ admiratiõe non sit apud se. Et tamẽ in græcis codicibus addit, καὶ ἐθαύμαζον, & admirabantur, uelut interpretet Euangelista quid dixisset ἐξισᾶναι, quod tamen haud scio an casu sit adiectum. Cõduplicatio. ἐξισᾶναι.

Et cognouerunt eũ.) Addũt Græci, οἱ ἄνδρες τὸν τόπον, id est, Viri loci. Quãq; id in pleriscq; codicibus non inuenitur.

Vbi audiebant eum esse.) ὅπου ἤκουον ὅτι ἐκεῖ ἐστι, id est, simul atq; audissent, quod illic esset, ut intelligas eos qui agnouerant Iesum renunciare cæteris, illum adesse.

In plateis.) ἐν ταῖς ἀγοραῖς, id est, in foris, quanq; & platea uia fusior ac laxior forũ esse potest.

EX CAPITE SEPTIMO.

ET uituperauerunt.) ἐμέμψαντο, id est, accusarũt, siue incusabant, siue questi sunt. Et à foro ueniẽtes) Veniẽtes tametsi nõ male addidit, tñ nõ est in græcis codicibus. Et à foro, idẽ nomẽ est quod modo uertit plateã, ἀγορᾶς.

Quæ tradita sunt illis) Sensus omnino conuenit, tamen græce est, ἃ παρέλαβον τηρεῖν. Siue ut nonnulli codices habent κρατεῖν, quæ acceperunt seruanda siue tenenda, uerum quoniam παραλαμβάνω uidetur esse ab alio traditum accipere, ideirco interpres conatus est explanatius efferre sententiam.

Baptismata.) Miror cur interpres maluerit dicere græce, quàm latine, lotiões, siue ablutiones, cum hic de uulgari lotione sit mentio. Baptismata lotiones.

Et urceorum.) ξεστῶν, apparet intelligenda esse lignea, quod subiecit æramẽtorum. Cæterum lectos appellat spondas, in quibus accumbebant sumentes cibũ, non solũ in quibus dormitur. Et interrogabant.) ἔπειτα ἐπερωτῶσιν. i. deinde interrogant.

Doctrinas & præcepta.) Et tollendum, διδασκαλίας ἐντάλματα, id est, doctrinas, mãdata per appositionem, sicut admonitum est in Matthæo.

Si dixerit homo. Si dixerit homo) Hic explicat quod obscurius erat in Matthæo, his uerbis à pharisæis instrui quosdam, ut parentibus desertis, pecuniam conferant in donaria templi. Quanꝯ sermo uidetur parum absolutus, sed subaudiendum, satis est, aut simile quippiam.

Mandata dei.) ἐντολὰς, id est, mandatum.

Irritum feciſtis.) ἀθετεῖτε, id est, irritum facitis, consentientibus & antiquis codicibus nostris, quanꝯ potius erat reijcitis quemadmodũ & Cyprianus legit.

ἀκυροῦν. Rescindentes uerbum dei.) ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, id est, irritum facientes, siue abrogantes, aut antiquantes. Nam ἀκυροῦν est proprie detrahere autoritatem, & irritũ facere, quod aliquando fuerit comprobatum.

Nihil est extra hominem.) οὐδέν ἐστιν ἔξω τοῦ ἀνθρώπου, εἰσπορευόμενον εἰς αὐτὸν, id est, Nihil est quod aliunde quàm ab homine ingreditur in eum, quasi dicas deforis, ut paulo post uertit omne extrinsecus introiens. τὸ ἔξωθεν εἰσπορευόμενον.

Iterum turbas.) πάντα τὸν ὄχλον, id est, totam turbam.

Parabolam.) περὶ παραβολῆς, id est, de parabola siue de similitudine.

Imprudentes.) ἀσύνετοι, id est, absqꝫ intellectu, ut ante uerterat, aut expertes intelligentiæ, & melius erat. Siccine uos quoqꝫ, cꝫ sic & uos, aut, Itáne uos quoqꝫ.

Oculus malus. Purgãs.) ἐκκαθαρίζων. i. expurgãs, ad uerbũ. Oculus malus.) ὀφθαλμὸς πονηρός. Cur non & hic dixit oculus nequam, sicut in Matthæo. Si oculus tuus nequam est, quia ego bonus. Nam eadem uerba Græca sunt utrobiqꝫ, sentit autem oculum non simplicem & purum, sed Fascinatorem & inuidum, atqꝫ iniquum.

In fines Tyri.) μεθόρια, id est, confinia, hoc est Tyro finitimas regiones, siue quæ inter iacent inter Tyrũ & Sydonẽ, cꝫcꝫ paulo post utitur simplici uoce, ὅριον in eundẽ sensum.

Syrophœnissa. Ad pedes eius) Hoc loco sequitur ἦν δὲ ἡ γυνὴ ἑλληνὶς συροφοίνισσα τῷ γένει, id est, Erat autem mulier græca, Syrophœnissa genere. Alij codices habebant, σύρα φοινίκισσα, sed mendose, nam si Syra erat, & regionis Phœnices, quæ sine dubio Iudæorum est, qui potuit esse græca. Cæterum quod gentilem dixit, non est græce ἐθνικὸς, sed ἑλληνίς, ut patriam intelligas designatã, quæ declararet nõ esse Iudæã. Frequẽter eñ ἕλλην gentilẽ uertit interpres.

Nã & catelli) Eadem uox est græcis, canibus & catellis, cꝫcꝫ utrobiqꝫ diminutiuum est apud illos, κυνάριον, ut admonuimus. Ad hoc, παιδίων, rectius uertisset filiorum cꝫ pucrorum, cum præcesserit τέκνων. Vtiqꝫ domine) In codicibus quos hactenus uiderim, nihil erat loco, utiqꝫ. sed tantum, κύριε, καὶ τὰ κυνάρια, id est, domine & catelli. Quanꝯ postea in nonnullis reperi. Inuenit puellam iacentem supra lectum & demonium exisse) In uulgatis Græcorum codicibus ordo sermonis inuersus est. Nam illic reperit exisse dæmonium & puellam lecto decũbentem.

δεκάπολις. Fines decapoleos) δεκαπόλεως, regio est trans Iordanem decem ciuitatũ, unde & nomẽ habet græcis circa Hippũ, Pellen, & Gadarã, ut testis est Hieronymus in locis Hebraicis. Surdum & mutum) κωφὸν μογιλάλον, id est, surdum, impeditæ linguæ, siue balbum, dictione composita à μόγις uix, & λαλεῖν loqui. Est autem id uitij penè perpetuum insanis aut melãcholicis, aut fatuis natura, ut testis est Aristoteles.

Adaperire. Aperire. In auriculas eius) ἐπέβαλε τοὺς δακτύλους αὐτοῦ, πτύσας εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ, id est, immisit digitos suos expuens in aures eius. Adaperire) Aperire, ἐφφαθὰ, uocem Hebraicã & hic adiecit, quemadmodum & superius, in cumi. Est autem חַפַּתַּח unũ ex eo uerborum genere, quæ Hebræi grauia uocant, & quæ uim habeant transitiuam, quasi dicas, præsta te apertum, siue fias apertus. Neqꝫ uero libet hic cõmemorare ridiculã differẽtiam inter aperire & adaperire, quã Laurentius argutius irridet cꝫ grauem deceat uirum, etiamsi merito id facit. Certe apud euãgelistam nulla differentia est, cum idem utrobiqꝫ sit uerbum διανοίχθητι & διῆνοίχθησαν, quorum alterum uertit, adaperire, alterũ, apertæ sunt, perinde quasi nefas esset latinis eandem uocem repetere.

Tanto magis plus.) Græci quidem codices ita distinguunt, ut magis non referatur ad præcipiebat quod præcesserit ὅσῳ, non ὅσον, sed ad idem uerbum ad quod refertur, nempe ad prædicabant plus, sed περισσότερον, uerti poterat uehementer aut magnopere, ut cõparatiuũ

paratiuum positum sit loco positiui,aut μᾶλλον uertendum erat potius,ut nõ habeat uim comparandi,sed corrigendi,perinde quasi dicas,tantum aberat ut facerent id quod erant iussi,ut hoc amplius etiam prædicarent quod essent uetiti. Magis pro potius.

Et surdos fecit audire.) Vt ne quid cauiller de integritate latini sermonis,quod Romanis auribus aliud quiddã sonat, facit loqui,& facit currere,rectius fuisse futurum, efficit ut surdi audiant,muti loquantur. Tẽpus quoq; uerbi mutauit interpres,aut certe librarius, est em̃ ποιεῖ,id est facit, idq; absolutius est. Laurentius testatur in nõnullis exemplaribus latinis conduplicari coniunctionem,& surdos fecit audire,& mutos loqui. ἄλαλους

Et mutos loqui.) ἀλάλους λαλεῖμ. Gratiam annominationis non potuit interpres reddere,quasi dicas,elingues,linguaces,aut infantes fari. κωφοὺς.

EX CAPITE OCTAVO.

SVstinent me.) προσμένουσί μοι, id est,Manent apud me.

Cum turba multa esset) Græce est παμπόλλου, id est,admodum multa,siue plurima.Nec additur,cũ Iesu,nec apud Græcos,nec in uetustis exẽplaribus.

Vnde istos.) πόθεμ,quo Græci utũtur in negatiõe pro qui,aut quomodo.

Et ipsos benedixit.) Ⓒ ἀυτὰς εὐλογήσας, id est, Cum & his benedixisset,quã q; in nonnullis exemplaribus sic habebatur.Ⓒ εὐλογήσας,εἶπε προσθῆναι κὴ ἀυτὰς, id est, Et cũ benedixisset,iussit apponi & hos.

Quasi quatuor milia.) ὡς. i. ferme aut circiter quatuor milia.

In partes Dalmanutha) Quidam græcus codex habebat μαγδαλὰ, cuius meminit Matthæus,siue ut quidam legũt Magedan.Nec apud quenq; adhuc reperi huius loci descriptionem, nisi quod in collectaneis Hebraicarum uocum, hanc quoq; reperio expositam, sed ita,ut ad hunc locum nihil attineat. Dalmanutha.

Conquirere cum eo.) Laurẽtianum exemplar,ut uidetur secus habuit. Meum ad hũc modum,ἤρξαντο συζητοῦντες παῤ ἀυτοῦ σημεῖον, id est, Cœperunt simul quærere ab eo signũ. Quãq; postea nactus sum,in quibus ita scriptum reperi, καὶ ἤρξαντο συζητεῖν ἀυτῷ,κὴ ζητεῖν παῤ ἀυτοῦ σημεῖον,id est,Et cœperunt disputare cum eo,& requirere ab eo signum.In quibusdam pro καὶ ζητεῖν erat ζητοῦντες.

Ingemiscens spiritu.) Græci addunt,suo.Ⓒ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι ἀυτοῦ. Si abiurãtis

Si dabitur generationi isti signum.) Si,hoc loco est abiurãtis, quemadmodum & illic, Si introibunt in requiem meam.Latini addunt,emoriar,dispeream,aut simile quippiam. Mire retudit arrogantiam Pharisæorum, qui uideri uolebant cum cœlo habere cõmercium cum essent scelertatissimi,At Christus illis ex imo corde terræ signum promittit,diuersissimum ab eo quod postulabant.

Et oblíti sunt sumere panes.) Quidam græcus codex addit,discipuli eius,mihi magis placet non addi.

Videte & cauete.) ὁρᾶτε βλέπετε.Duo uerba sunt Græcis idem significantia, citra interuentum cõiunctionis, quasi dicas, Videte cernite,siue cauete,fugite,quo diligentiorẽ cautionẽ exprimeret.

A fermento Herodis) ἡρῳδιανῶν,id est Herodianorum,p Herodis habebant nonnulli. Et in Matthæo mentio fit Herodianorum ueluti factionis cuiusdam, quæ simul cum pharisæis aggressa sit Christum. Herodiani.

Et aspiciens.) ἀναβλέψας.i.recepto uisu.

Video homines.) βλέπω τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας,id est, Video homines,quoniam uelut arbores uideo ambulantes.Et ambulantes apud græcos ad homines dũtaxat referri potest, qd̃ illis arbores sint neutri generis.

Et cœpit uidere.) Ⓒ ἐποίησεν ἀυτὸν ἀναβλέψαι, id est,Fecit eum denuo uidere.Bis enim recepit uisum,primum utcunq;, deinde perspicue.

Et restitutus est) Ante hoc addit græcus codex,Ⓒ διέβλεψεν,id est,& peruidit.Nec est omnia,sed ἅπαντας,id est,omnes:etiam si hic facillimus in scriptura lapsus.

Et si in uicum introieris) Palàm est græca exẽplaria passim discrepare.Nam Laurentianus codex habebat, Et neq; in uicũ introieris,neq; cuipiã dixeris in uico.Meus aũt habebat,καὶ ἐὰν εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς,μηδενὶ εἴπῃς,μηδ̓ ἐν τῇ κώμῃ,id est,Et si oppidum ingressus fueris,ne cui dixeris,ne in oppido quidem. Tamen postea nactus sum exẽplar consentiens Varia lectio,

sentiens cum codice Laurentiano, atq; id sequi malui: presertim cum ita legat Vulgarius.

In castella) εἰς κώμας, eadem uox, quã toties uertit uicum.

Alij uero quasi) Quasi non additur apud Græcos.

Additum ali quid.

Tu es Christus) Additum arbitror ex alio loco, Filiũ dei uiui, quod tamen in emendatioribus exemplaribus latinis non additur apud Marcum, sed apud Matthæum.

Et comminatus est.) ἐπετίμησεν, id est, increpauit, quãquàm hic tolerari poterat, interminatus est, cum additis minis, aliquid interdicimus.

De illo.) περὶ ἑαυτοῦ, id est, de se. Et cœpit.) ἠρξατο, id est, Extunc, siue ex eo tempore cœpit, ut habebatur in quibusdam exemplaribus.

Quoniam.) ὅτι, id est, quod. Post tres dies,) In paucis scriptum reperi τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, id est, tertio die, sed apparet data opera mutatam scripturam, quod prima fronte falsum esse uideatur, Christum resurrexisse post tres dies qui tertio die surrexerit, præsertim cum emendatissima græcorum exemplaria, cum nostra consentiant æditione. Atq; hac quidem de re diligenter disseruit Iacobus Faber Stapulensis in libello cui titulum fecit de Magdalenis ac triduo Christi, nullũ nõ mouens lapidem ut hãc explicet difficultatẽ, nũc addens horas aliquot ei diei quo reuixit Christus, proximæ nocti detractas. Nunc eundem ante diẽ præmittẽs ad inferos, cum in horto tæderet ac mœreret. Nũc uni diei gemi nas addens noctes, uidelicet parasceue. Mihi uero non est necesse de singulis illius disputationis partibus quid sentiam aperire. Certe non uideo, cur Bedam notandum existimarit, qui tridui mysterium conatus sit per Synecdochen explicare, nimirum figuram grãmaticam. Quasi uero non totam historiam Euangelicam grammaticis figuris debeamus, aut quasi nõ ueteres ad unũ omnes tum Græci tum Latini quæstionẽ hanc per Synecdochen explicent, Inter quos est & Thomas enarrans prioris ad Corinthios epistolæ cap. 15. Quoties per Hyperbolen, Enallagen, similesque tropos sensum diuinorum uoluminum explicant sacri doctores? Iam allegoria, parabola, uocabula passim in arcanis literis obuia, nonne grammaticorum sunt schemata? Quid est, quod tam procul à sacris ablegat grammaticos de diuinis literis aliquanto melius meritos, quàm sint frigidi quidam ac ieiuni dialectici, ne dicam Sophistæ. Imo ipse Faber, qua tandem bipenni, Gordianum hunc nodum dissecuit: nonne ab Apollonio porrecta, primum ethnico, deinde nihil aliud quàm grammatico? Qui nisi succurrisset, totus adhuc erraret mundus, & in Marco legeret Christum resurrecturum post tres dies, Sic enim argumentatur. Non surgit post tres dies qui surgit tertio die, Sed constat Christũ tertio die surrexisse. Aduersatur igitur Euangelijs, aduersatur articulis fidei, aduersatur omni ueritati, quisquis ait Christum post triduum surrexisse. Atqui ita sane tot iam sæculis, magno consensu græca pariter ac latina legit, canit & scribit ecclesia. Neque quisquàm adhuc mortalium tam impiũ errorẽ animaduertit, nec erat elabendi spes, nisi Apollonius rei literariæ peritissimus commonstrasset, μετὰ, Græcis nonnunquàm usurpari uice, ἐν uel διὰ. Tantum habet pondus unicum unius grammatici testimonium, quoties nobis ita collubuit. Quanquàm nec hoc exemplum quod ex Apollonio produxit Faber, uidetur ad sermonem Euangelicum respondere. Neque enim simile est, μετὰ χεῖρας ἦν χερ, & μεθ᾽ ἡμέραν, ei quod ait Marcus μετὰ τρεῖς ἡμέρας. Siquidem apud Apollonium μετὰ positum uidetur pro μεταξὺ, aut certe p κατά. Quo tamẽ modo non liceat abuti, si certum addas numerum. Iam constat μετὰ frequẽter ab Euangelistis usurpari ad hunc modum, nec aliud significare quàm post. Velut apud Matthæum. capite xxvi. post biduũ pascha fiet, μετὰ δύο ἡμέρας. Item apud Lucam, post dies octo. Apud Marcum, post dies sex. In actibus, non post multos hos dies. Alijsque locis compluribus. Sed ut his omissis, quod sentio paucis expediam. Mihi nihil causæ uidetur, cur hic excitemus huiusmodi tragœdiam, aut cur ad tam coactam ac uiolentam interpretationem confugiamus. Cum nodus bifariam explicari possit, haud magno negocio. Primum si tertium diem numeremus non a morte seruatoris, sed a tota passione, quæ cœpit pridie parasceues, cum iam iniretur consilium de comprehendendo Iesu, cum uenderetur, cum tederet, ac mœreret. Siquidem passionis summam uidetur & ipse Marcus suis uerbis com-

Quõ Christ⁹ post tres dies dicatur resurrexisse.

Figuræ grãmaticæ in diuinis literis.

μετὰ uarie usurpatur.

Ratio bifariam explicãdi quæstionem.

bis complecti, Et cœpit, inquit, docere eos, quod oporteret filium hominis multa pati, & reprobari a seniorib⁹, summisq; sacerdotibus, ac scribis, & occidi, & post tres dies resurgere. Sic enim recensuit, ut post tres dies, ad totum sermonem qui præcessit referri possit, non tantum ad id quod erat postremum, occidi. Quemadmodum proximo capite recensuit, Filius hominis traditur in manus hominum, & occident eum, & occisus tertio die resurget. Hic quoniam triduum numerat ab occisione, tertio die dixit nō post triduum. Alter modus est, si per synecdochen accipiamus, factum post tres dies, quod factum sit post tertium diem exortum. Quemadmodum & uulgo loquimur ab eo die cœpit odisse me, cum eodem die cœperit odisse. Et post eum diem desijt amare, cum eodem die desierit. Hæc, ni fallor, minus certe coacta sunt, & quæ Stapulensis tanto molimine prodidit. Quod si quis adduxerit his etiam meliora, non grauabimur sequi.

Post triduū, .i. post tertiū diē exortū

Et palam.) ηολὴ παῤῥησία, id est, libere & audacter. Neque enim hoc dicebat, nisi suis, sed aperte, & sine inuolucro, quemadmodum solet, tametsi sermo hic esset durissimus.

Comminatus est Petro.) Miræ delitiæ huius interpretis, qui quod alias uertit increpare, idem nunc uertit cōminari, cum nec ad sententiam quadret comminari. Nam quod sequitur, Vade post me Satana, nimirum increpantis est, non comminantis.

Aut quid dabit homo cōmutationis.) τί ἀντάλλαγμα, id est, quam commutationem, de quo quid nobis uideretur indicauimus in Matthæo.

Qui enim me confessus.) Antiqui codices magno consensu pro confessus, &, confitebitur, habebant, confusus fuerit, &, confundetur. Atque ita habent Græca, ὃς γαὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με ηολὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους. Quicunque enim erubuerit me, & meos sermones. Ac paulo post, ηολὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπεσχυνθήσεται αὐτὸν, id est, & filius hominis erubescet eum. In eundē sensum legit diuus Augustinus, refellens Adimantum Manichæum. Omnis qui confusus fuerit me, in gente ista adultera, & peccatrice, & filius hominis confundetur illum cum uenerit in gloria patris sui. Satis hic apparet confessus & confitebitur uerba esse suppositia ab audaculo quopiam. Cæterum an satis latine dicamus confundor te, pro eo quod pudet me tui, uiderint literatores.

Cōfessus p confusus.

EX CAPITE NONO.

REgnum dei uenientis.) ἐληλυθυῖαν, id est, uenisse. Est enim participium præteriti tēporis, quod uertendū erat per infinitum, ob inopiam latini sermonis.

Et post dies sex.) Lucas facit dies ferme octo. Marcus cōsentit cum Matthæo in numero. Et duxit.) ηολὶ ἀναφέρει, id est, subducit, præsentis temporis, ut & assumit ωαῤαλαμβάνει.

Dissonant euāgelistarū uerba.

Seorsum solos.) Sic habebat antiquissimus codex, κατ' ἰδίαν μόνους, id est, seorsim solos. Latina uetera consentiebant in, seorsum, sed Paulinum habebat solus, Corsendonicense, solos. Aliquis offensus perissologia, uocem alteram ut superuacaneam reliquit. Verum hoc modo uoluit euangelista significare secessum uehementer secretum.

Et transfiguratus est.) Græce est, ηολὶ ἐν τῷ ωῤοσεύχεσθαι αὐτοὺς, μετεμοῤφώθη, id est, Et dum orant illi, transfiguratus est. Quāquam illud dum orant in plærisque Græcorum codicibus, non additur, nec a nobis est additum.

Qualia fullo.) Poterat uitare absurditatem sermonis, si οἷα uertisset in aduerbium, & candida reddere non potest fullo.

Et faciamus.) θέλει ωοιήσωμεν, id est, uis faciamus. Quanq; pleraq; Græcorum exemplaria consentiunt cum nostra æditione uulgata.

Filius meus charissimus.) ἀγαωητὸς, id est, dilectus, ut hactenus uertit.

Quid ergo dicunt.) ωῶς οὖν λέγουσι. i. quō ergo dicūt. Quanq; emendati codices habebant ὅτι λέγουσιν. i. quod dicūt. Et mox, Primo restituet omnia) ἀωοκαθιςᾷ. i. restituit, pñtis temporis, ut referatur ad prophetiam Malachiæ, quæ prædixit id futurum non ad tempus aliquod definitum. Quid inter uos cōquiritis.) ηολὶ ἐωηρώτησεν τοὺς γραμματεῖς, τί συζητεῖτε ωρὸς αὐτούς, id est, & interrogauit scribas, Quid conquiritis, siue disputatis aduersus illos

Restituet, p restituit.

Conquirere pro diſcepta re.

ſus illos, ſiue cum illis. Apparet interpretem legiſſe πρὸς ἑαυτοὺς, id eſt, inter uos. Obiurgat autem phariſæos, quod diſceptarent cum turba de reſurrectione. Etiamſi mihi magis probatur, quod ſecutus eſt interpres. Spiritus cõturbauit.) Græce eſt, ἐυθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξε τὸ παιδίον, id eſt, ſtatim ſpiritus diſcerpſit puerum, opinor interpretem legiſſe ἐτάραξεν, ac fortaſſe rectius, Quanctꝫ in pleriſcꝫ exemplaribus non erat παιδίον, ſed αὐτὸ. Appa ret enim iam non fuiſſe puerum, cum pater reſpõdeat hoc illi à puero accidiſſe, etiamſi paulo poſt uocat eum puerum, pater pueri. Eliſus in terram.) ηρξὴ πεσὼν ἐπὶ τ γῆσ, id eſt, lapſus in terram. Ab infantia.) παιδιόθεν, id eſt, a puero. Sed recte mutauit interpres, ni ſi dicere maluiſſet, à prima pueritia, iam enim nihil niſi puer erat, cum ſanaretur.

A puero.

Si potes credere.) τὸ, εἰ δύνασαι πιστεῦσαι. Addidit articulum, qui tamen ad ſuperiora re ferri poteſt, ut reſpondeat ei illud, ſiue ad ſequentia. Hoc ſi potes, nempe credere.

Prætergrediebantur Galilæam.) παρεπορεύοντο διὰ τ γαλιλαίασ. Præpoſitio παρὰ, facit ut intelligas illos clam, aut celeriter & in tranſcurſu, uelutꝫ obiter feciſſe iter per Galilæam, ita ut nec aperirent ſe uſcꝫ, nec commorarentur.

Filius hominis tradetur.) παραδίδοτη, id eſt, traditur, ut intelligas mox futurum.

Qui cum domi eſſet.) ηρξὴ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενοσ, id eſt, Et cum eſſet in domo, ſiue in ædi bus, non utiꝫ ſuis. Quis eorum maior eſſet.) Græce tantum eſt, τὶσ μείζων, id eſt, quis maior. Reliqua addita ſunt explicandæ rei gratia. Quem cum complexus eſſet.) καὶ ἐναγκαλισάμενοσ, id eſt, cum poſuiſſet in ulnis, ut ſolemus infantulos, cõplectimur enim & eos, quos in ulnas non ſumimus. Non me ſuſcipit.) οὐκ ἐμὲ δέχετη μόνον, ἀλλὰ ηρξὴ τὸν ἀποσείλαντά με, id eſt, non me recipit ſolum, ſed & eum qui me miſit. Sic habebant nõ nulli Græcorum codices, uerum altera lectio mihi magis probatur. Nec enim hic nega tio remouet, ſed corrigit magis, quaſi dicas, non tam me recipit, ꝙ eũ qui miſit me.

Complecti ἐναγκαλίζῃν

Calicem aquæ frigidæ.) Frigidæ nec in Græcis additur exemplaribus, nec apud Hiero nymũ in æditione Baſilienſi, nec in uetuſtiſſimis exẽplaribus, nominatim in Paulino, nec in Corſendoncenſi. Non perdet menſuram ſuam.) Mercedem legendum pro men ſura, atqꝫ ita ſcriptum eſt in emendatioribus latinorũ exemplaribus. Debilem.) κυλλὸν, Cyllus proprie Græcis dicitur, cui altera manus trunca ſit, aut manca. Nam debilitas ad omnia membra pertinet, quemadmodum χωλὸσ, ad pedes proprie pertinet.

Cyllus ma nu manca.

Luſcum.) μονόφθαλμον, id eſt, unoculum, quod tamen eleganter uertit hoc ſanè loco, luſcus em̃ latinis dicit̃, non qui ſtrabis, ac diſtortis ſit oculis, ſed qui altero careat oculorũ.

Luſcꝰ quid proprie.

Mola aſinaria.) Græci legunt λίθοσ μυλικὸσ, id eſt, ſaxum molare. Apud Matthæum erat mola aſinaria. Vbi uermis.) ὅπου ὁ σκώληξ. Alibi uertit eruginem, quod hic uermẽ. Cæterum moritur & extinguitur, utrunqꝫ præſentis temporis eſt Græcis: Licet in latinis codicibus aliquot deprauare cœperint, morietur, & extinguetur.

Inſulſum ꝓ fatuum.

Si ſal inſulſum fuerit.) Reddidit προσονομασίαν ἅλσ ἄναλον, id eſt, ſi ſal ſale caruerit.

In quo illud condietur.) Condietis lego in uetuſtis codicibus, ἀρτύσετε. Sic enim legiſ ſe uidetur qui ſic uertit. At aptius erat ipſum, quam̃ illud.

EX CAPITE DECIMO.

Caro ꝓ ho mine.

Vltra Iordanẽ.) διὰ τὸν πέραν τ ἰωρδάνου, quod magis ſonat per regionem, ſiue littus quod eſt ultra Iordanẽ. Etiã ſi ſenſum expreſſit interpres.

Et erunt duo.) οἱ δύο, qui duo fuerãt, ut intelligamus è duobus hoĩbꝰ, ue lut unũ fieri. Nec eſt, in carne una, quod ſordide quidam interpretantur de coitu, ſed unã, ut & aliàs indicauimus. Quod deus coniunxit.) συνέζευξεν, id eſt, coniugauit, ſi quis ad uerbum malit reddere.

Mœchatur.) Græce eſt idem uerbum, quod modo uertit, adulteriũ cõmittit, μοιχᾶτη. Quid autem eſt, ſuper eam, ἐπ' αὐτὴν, cur non potius aduerſus illam, ſiue in illã, hoc eſt, in iniuriam illius. Offerebant illi paruulos.) παιδία, id eſt, pueros, ſiue puellos.

Cõminabantur.) ἐπετίμων, id eſt, increpabant, quod mirũ, cur plerunqꝫ interpres gau deat uertere, comminabant̃, etiam refragante ſententia. Sinite paruulos.) τὰ παιδία, id eſt, puellos, ut modo dictum eſt, nec additur apud Græcos coniunctio, ne pro hibueritis.

hibueritis. Non intrabit.) οὐ μὴ εἰσέλθῃ. Conduplicata negatio uim addit futuri, aut certe modi potentialis. Et complexãs.) καὶ ἐναγκαλισάμενος. i. ſuſcipiẽs eos in ulnas, ſicut paulo ante dictum eſt. Procurrens. προσδραμών. i. accurrens. Interpres niſi dormitauit, legiſſe uidetur προσδραμὼν, id eſt, præcurrens. Vitam æternam percipiã.) κληρονομήσω, quod aliàs uertit, hæreditabunt. Niſi unus deus.) εἰ μὴ εἷς ὁ θεός. i. niſi unus, qui eſt deus, ſiue, nempe deus, ut articulus uim habeat uelut interpretantis, quis ſit ille unus. Ne fraudem feceris.) μὴ ἀποστερήσῃς. i. ne fraudaueris. Et ueni ſequere me.) Addunt hic Græci codices, ἄρας τὸν σταυρόν. i. ſublata cruce. Et intuitus eũ Ieſus dilexit eũ.) ἠγάπησεν αὐτόν. Origenes uidetur legiſſe ἐφίλησεν, non ἠγάπησεν. Argumento eſt quod homilia in Matthæũ adducens hunc locum, ita legit, Dilexit eum, ſiue oſculatus eſt eum. Neq; eñ ἠγάπησεν, ad oſculi ſignificationem poteſt pertinere. Cæterum de dilectione nec apud Matthæũ, nec apud Lucam ulla fit mentio. Confidentes in pecuniis.) πεποιθότας, fretos, ſiue fiſos. Hic ſatis aperit, quos dixerit diuites, non quibus diuitiæ obuenerunt, ſed qui iuxta diuitũ uulgus multum tribunt diuitijs. Filioli.) τέκνα, id eſt, filij, ſiue nati. Neq; enim hic eſt diminutiuum, quemadmodum illud apud Paulum ad Galatas τεκνία μου, filioli mei.

Conduplicata negatio

Qui diuites Chriſto dicti.

Qui magis admirabantur.) ἐξεπλήσσοντο, i. obſtupeſcebant. Aut filios.) τέκνα. i. liberos.

Aut patrẽ, aut matrẽ.) Hoc loco Græci codices addunt ἢ γυναῖκα. i. aut uxorẽ. Quod tamen perperam à quopiam additũ, uel hinc licet conijcere, quod mox cũ repetit res relictas nõ addit uxores. A dextris meis & ſiniſtris meis.) Vt ſenſus ſit idẽ, latinius eſt ſedere mihi a dextris, & ſedere mihi à ſiniſtris. Sed quibus paratũ eſt) Sermoni parũ abſoluto adiecimus duo uerba. Subaudiẽ eñ, ſed ij ſedebũt a dextris, ac ſiniſtris mihi, quibus, &c.

Additũ aliquid.

Et audientes decem indignati ſunt.) ἤρξαντο ἀγανακτεῖν. i. cœperũt indignari. Et ſic habẽt uetuſti codices noſtri. Et principes.) καὶ οἱ μεγάλοι αὐτῶν. i. magni illorum, quod tamen haud male uertit, niſi malis dici, & qui magni ſunt inter eos, aut magnates illorum.

Fieri maior.) μέγας. i. magnus, & in hunc modum ſubinde citat Hieronymus. Alluſit Chriſtus ad uitam communem hominũ, inter quos magnates, & optimates è ſublimi deſpiciunt infimates, nec præ ſe ducunt pro hominibus, cũ ipſis nihil ſit abiectius, ſi uelimus hominẽ ſuis æſtimare uirtutibus. Et proficiſcente eo.) καὶ ἐκπορευομένου, egrediente eo.

Bartimæus.) Filius Timæi additum eſt interpretãdi cauſa. Nã id ſonat Bartimæus. Hebræis eñ בַּר filius, & Timæus, quẽadmodũ & Bartholomæus, filius Ptolemæi, cõflatis diuerſarũ linguarũ uocibus. Et rurſum cõminabanẽ.) καὶ ἐπετίμων, id eſt, & increpabãt.

Bartimæus quid.

Animæquior eſto.) θάρσει, id eſt, bono animo eſto, ſiue confide. Nec enim eſt comparatiuuũ, ſed poſitiuuũ, & aliud eſt, fidere, hoc eſt, θαρρεῖν, cũ æquo animo eſſe, æquo animo eſt, qui boni conſulit, ac tolerat, fidit cui certa ſpes eſt. Rabboni ut uideam.) Rurſus Hebræam uocem poſuit, pronunciatione nonnihil mutata, cum alibi rabbi ſit, quod Hebræorum lingua, Chaldæorũ, ac Syriacæ commercio uiciaretur, quemadmodum & hodie Iudæi Rabeni magiſtrum uocant, ſed inſignem & eminentem.

Rabboni.

Vt uideã.) ἵνα ἀναβλέψω. i. ut uiſum recipiã. Et cõfeſtim uidit.) ἀνέβλεψε. i. uiſũ recepit.

EX CAPITE VNDECIMO.

ET cum approquinquarent Hieroſolymæ.) Hic græcus codex addit Betphage, ut ſint tria loca, Hieroſolyme, Betphage, Bethania. Siquidẽ mons oliueti duob⁹ paſſuũ milibus abeſt ab Hieroſolymis, in cuius latere eſt Bethania, Betphage in ipſo monte ſita eſt. Quid facitis?) τί ποιεῖτε τοῦτο. i. cur facitis hoc? Et ſedit ſuper eum.) Nonnulli græci codices habent, ἐπ' αὐτῷ, ut ſit aſinus, aut certe pullus aſinæ. Nonnulli, ἐπ' αὐτῶν. i. ſuper illam, ut ſit aſina fœmina. Quod poſterius cõſentit cum Matthæo. Cum ueſperæ eſſet hora.) ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, id eſt, cum ueſpertinum iã eſſet tempus. Et alia die.) καὶ ἐπαύριον. i. poſtridie, ſiue poſtero die.

Bethania. Betphage.

Siquid forte.) Εἰ ἄρα εὑρήσει τί. i. Siquid inuenturus eſſet, coniunctionẽ expletiuam uertit in forte, idq; ſuo more, ſed nullius eruditi hominis exemplo. Quorſum enim attinebat addere forte, cum dominus planè ſperaret cibum, aut certe uolebat uideri ſperare.

Cui male dixiſti.) ᾧ κατηράσω, id eſt, quam deuouiſti, ſiue, quam execratus es, ſiue, cui male precatus es. Habete fidem dei.) Bona fide Græca reddidit interpres πίστιν θεοῦ. Cæterum ſentit fiduciam erga deum. Tollere & mittere.) ἆραι καὶ βληθῆναι, paſſiua ſunt im-

Stabãt olim precantes.

ſunt imperatiui modi. Cum ſtabitis ad orandum.) ἡνίκ' ἂν στήκητε προσευχόμενοι, id eſt, cum ſteteritis deprecantes. Ex quo apparet olim ſtantes precari ſolitos.

Peccata ueſtra.) Auguſtinus libro de ciuit. dei uigeſimoprimo, cap. uigeſimoſeptimo, annotauit uim & emphaſin huius pronominis ueſtra. Nã intelligi peccata non quælibet aut cũlibet grauia, ſed eiuſmodi, ſine quibus nõ uiuũt etiam probi, quales tũ erant apoſtoli quibus hæc dicuntur. Quia ſi uos nõ dimiſeritis.) Hæc in Græcis pleriſq; codicibus non adduntur, tamen adiecimus, quod in uetuſtis adderentur & in Græcis nonnullis.

Peccata ueſtra. i. leuia.

Vnum uerbum.) ἕνα λόγον, id eſt, unum ſermonem, potius hoc certe loco.

Baptiſmum hoc a Valla taxatum.

Baptiſmum Ioannis.) βάπτισμα, id eſt, baptiſma, ſiue baptiſmus, cum enim habeamus hoc baptiſma & hunc baptiſmum à Græcis, quorſum opus erat confingere barbarã uocẽ, tertiam, hoc baptiſmum? Adeo nihil intereſſe putant quidam, quomodo loquantur. Huiuſmodi ferme deſtomachatur hoc loco Laurentius Valla non abſq; cauſa, licet ignarus ut apparet, Auguſtinum ita frequenter loqui, & adeo frequenter, ut non queat præterxi ſcriptoris error. Sic enim loquitur tractatu in Ioannem quarto, in caput primum. Itaq; non durauit diu baptiſmum Ioannis. Rurſus tractatu proximo, Illi enim nullum baptiſmum erat neceſſarium. Ac mox, Quoniam ergo Ioannes acceperat baptiſmum, quod proprie Ioannis diceretur. Iterum paulo inferius, Tale erat baptiſmum Ioannis. Etiamſi & in homilijs Origenis ſemel atq; iterum ſic poſitum offendimus.

Timemus populum.) ἐφοβοῦντο τὸν λαόν, id eſt, timebant populum. Atq; ita habent uetuſtiſſimi codices latini. Nominatim exemplar Paulinũ. In Corſendoncenſi uidere erat etiãnum raſuræ ueſtigium. Offendit autem caſtigatorem perſona dure ſubitóq; mutata, quaſi uero hoc eſſet nouum in euangeliſtis.

Quia uere propheta.) ὅτι, id eſt, quod, potius q̃ quia, & fuiſſet potius q̃ eſſet. Opinor enim Ioannem iam fuiſſe mortuum, ex ipſius Marci narratione.

EX CAPITE DVODECIMO.

Paſtinare, p plantare.

PAſtinauit.) ἐφύτευσεν, id eſt, plantauit. Et fodit lacum.) ὑπολήνιον, in quod excipitur liquor uuarum. In capite uulnerauerunt.) λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, id eſt, iactis lapidibus capitauerunt, ut ad uerbum reddam, hoc eſt, comminuerunt caput. Verum quoniam interpres uidit illum rediſſe uiuũ, uertit, uulnerauerunt, ne putaretur extinctus.

Et contumelijs affecerunt.) καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον, i. remiſerunt affectũ contumelia.

Chariſſimum.) ἀγαπητόν, id eſt, dilectum. Quia reuerebuntur.) ἴσως ἐντραπήσονται, forſitan reuerebuntur. Quanq; nonnulli Græcorum codices habebant ὅτι pro ἴσως, quæ lectio magis mihi probatur. Nec enim eſt conſentaneum diffidere eum, qui mittit filium unicum. Et ὅτι, quanq; latine reddi non poteſt hoc loco, tamen apud Græcos uim habet confirmandi.

A dño factũ eſt iſtud caput.

A dño factũ eſt iſtud.) Iſtud referendũ eſt ad caput, aut certe ad angulũ, id quod ſermo græcus indicat, εἰς κεφαλὴν γωνίας, παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη. i. in caput anguli. A dño factũ eſt hoc, ſubaudi caput, niſi malis angulum, de quo dictum eſt in Matthæo.

Mirabile.) θαυμαστή, & hoc ad caput refertur, quẽadmodũ factũ eſt. Vt eũ caperẽt.) ἀγρεύωσι. i. Captarent ſiue uenarentur. Et cur non potius in ſermone, q̃, in uerbo, cũ græca uox ſermonem ſignificet magis quam uerbum. Non curas quenq;.) οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός, i. Non eſt tibi curæ de quoq;, tametſi Græcis οὐδενός, uel ad hominem referri poteſt, uel ad rem. Hoc eſt, Non curas ullum hominem, aut non curas rem ullam, quanq; quod ſequitur indicat ad hominem magis eſſe referendum, quod alij uerum reticerent, ne quoſdam offenderent.

Facies pro perſona.

In faciem hominis.) εἰς πρόσωπον τῶν ἀνθρώπων. i. ad perſonã hominũ. Quanq; Græce πρόσωπον, utrũq; ſignificat, faciẽ & perſonã, hoc tamẽ loco mollius erat perſona, q̃ facies, atq; ita uerterat, ni fallor, in Matthæo. Licet dare tributum.) κῆνσον. i. cenſum, quæ uox latina eſt, ut iam indicauimus. An non dabimus.) Græce eſt, ἔξεστι κῆνσον καίσαρι δοῦναι ἢ οὔ; δῶμεν ἢ μὴ δῶμεν; i. Licet ne cenſũ Cæſari dare an nõ? Demus, an non demus. Vrgent enim hac iteratione reſponſum, quaſi futurũ ſit, ut ſi reſponderit non dandum, daturi non ſint, ſin dandum, daturi.

Verſutia, p hypocriſi.

Qui ſciens uerſutiã.) ὑπόκρισιν, id eſt, ſimulationem, quod miror quare libuerit interpreti mutare, niſi forte legit, πονηρίαν.

Quæ ſunt dei deo.) Haud ſcio caſu ne factum ſit an data opera, quod deo bis addidit articulum,

articulum, Cæſari nequaq̃, τὰ καίσαρος καίσαρι, τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ, tanq̃ Cæſarem uelut incertum & ignotum nominet, quod multi ſint eius nominis, deũ ueluti certũ deſignet. Cæſar Chriſto uelut ignotus.

Et uenerunt ſuper eum.) καὶ ἔρχονται πρὸς αὐτ̃, id eſt, & ueniunt ad eum.

Et filios non reliqui.) τέκνα, liberos, nam Græca uox etiam filias complectitur. Nec eſt Suſcitet ſemen fratris ſui,) ſed fratri ſuo dandi caſu, ἀδελφῷ αὐτου. Semen enim appellat poſteritatem, ſiue prolem.

Nonne ideo erratis?) οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε; An non igitur erratis? ut referatur ad id, quod ſequitur, & ſit ſenſus, eos ob id errare, quod non intelligerent ſcripturas. Siquidem phariſæi errabant, non quod ignorarent ſcripturas, ſed quod auaritia & ambitione forent excæcati. Sadducæi labebantur ob imperitiam ſcripturarum.

Neq; nubentur.) Græce γαμοῦσιν, uerbum eſt commune, & uiro & mulieri. Verum de hoc dictum eſt in Matthæo. Conquirentes,) συζητοῦντας, id eſt, ſimul diſputantes.

Ex tota uirtute.) ἐξ ὅλης τ̃ ἰσχύος σου, id eſt, ex toto robore tuo. Nam ipſe mox uertit, fortitudine. Simile eſt illi.) Græce eſt, ſimile eſt illud, πρώτη δευτέρα ὁμοία αὕτη. Primum præceptum eſt, diliges dñm deum tuũ. Et alterum ſimile, uidelicet hoc, diliges proximũ. &c. Virtus pro robore.

Quod prudenter reſpondiſſet.) νουνεχῶς. Cõpoſita dictio eſt ab eo quod eſt νοῦν ἔχειν, id eſt, mentem habere, qua periphraſi Græci ſignificant ſapere, ſiue cordatum eſſe, unde cordate uertimus. Et reſpondens Ieſus dicebat dicens.) ἀποκριθεὶς. Reperies aliquot locis hoc participium ita poſitum, ut ſenſus magis exigat, ἀνακρινόμενος, id eſt, interrogans. Niſi mauis ex hoc intelligi ſermonẽ aliorũ præceſſiſſe, quẽ Euangeliſta nõ retulerit.

Et primos diſcubitus.) Debebat ſibi conſtare interpres, poſtea q̃ cœperat nomina uertere in uerba. Sic enim eſt Græce, τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν, καὶ ἀσπασμοὺς ἐν ἀγοραῖς, καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις, id eſt, uolentibus in ſtolis obambulare, & ſalutationes in foris, & præſidentias in ſynagogis, & primos accubitus in cœnis. Qui deuorant domos, &c.) Græca ſic habent, οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι, id eſt, deuorantes domos uiduarum, & prætextu longas facientes precationes, ſiue ſub prætextu prolixe precantes. Prolixæ preces hypocritarum.

Prolixius.) περισσότερον, id eſt, abundantius, ſiue plus iudicij. Porrò iudicium appellat condemnationem, quemadmodum frequenter accipitur in arcanis literis. Quam rem annotauit & diuus Auguſtinus libro de agone Chriſtiano, capite uigeſimoſeptimo.

Iactaret,) βάλλει, id eſt, mitteret, ſiue iaceret. Nam iactu mittunt huiuſmodi.

Quod eſt, quadrans.) Græce ſcribens, abuſus eſt uoce latina κοδράντης.

Et conuocans.) προσκαλεσάμενος, id eſt, aduocans, ſiue cum ad ſe uocaſſet.

EX CAPITE DECIMOTERTIO.



Quales lapides.) ποταπὶ. Miror cur Laurentius quales mutandum putarit in quantos, ποταπὸς enim ſonat cuiuſmodi, ſed ita ut non ſimplicem habeat interrogationem, ut πῖος, ſed admirationem potius. Quales ποταπὶ.

Vide has omẽs.) βλέπεις, id eſt, uides. In nõnullis erat βλέπετε. i. uidetis.

Et opiniones.) ἀκοὰς, id eſt, rumores. Nam ad uerbum ſonat auditiões.

Dicentes quia ego ſum.) ὅτι ἐγώ εἰμι. Quia hoc loco tantum affirmat, & ob id erat omittẽdum. Sermo neq; ad Græcam proprietatem reſpondet, neq; ad Rhomanam. Poteſt autem bifariam accipi. Dicentes, ego ſum, ut ſubaudias Chriſtus. Aut dicẽtes, ſe eſſe eũ qui ego ſum. Incõmodũ uitari poterat, ſi uertiſſet, dicẽtes, ego ſũ Chriſtus.

Et regnũ ſuper.) Cur nõ potius, cõtra regnũ? Sicut modo uerterat. Nam eadem eſt præpoſitio Græcis ἐπὶ. Videte uoſmetipſos.) Cõſentiunt quidẽ Græci codices, uerũ mutãda erat hoc loco Græci ſermonis figura. Cauete uos uobiſipſis. Neq; uero eſt ocioſa pronominis additio, quo diſcernunt diſcipuli a cæteris. Et haud ſcio an ſcriptum fuerit a Marco, ἑαυτοῖς. Videte pro cauete.

In concilijs.) Rectius erat in concilia, εἰς συνέδρια. Et ante præſides.) καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων ἀχθήσεται. i. Et ſub præſidibus & regibus ducemini, ut intellgas eos ad iudices duci.

Nolite præcogitare.) μὴ προμεριμνᾶτε. i. Ne ante ſitis ſolliciti, ſiue anxij, ſiue ne præcogitetis, id quod ſolent acturi cauſam apud principes.

Quod datum uobis.) ὃ ἐὰν δοθῇ. i. quodcũq; datũ fuerit. Nõ em̃ uos eſtis loquentes.) οὐ γάρ ἔστε ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες. i. Non enim uos eſtis qui loquimini, ut uertit in Matthæo.

Et con/

Et consurgent.) ἐπάναστήσονται, id est, insurgent.

Abominationem desolationis.) τὸ βδέλυγμα τ ἐρημώσεως. Sed hoc loco addunt Græci codices, an recte uiderint alij, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ δανιὴλ τ προφήτου, id est, dictum a Daniele propheta. Apparet enim ex Matthæo huc adiectum. Quanquam & illic ab alio quopiam additum uideri poterat, nisi sic ab Origene citaretur.

Additum quiddam.

Vbi non debet.) ὅπου οὐ δεῖ. Vbi non oportet. Et nutrientibus.) καὶ θηλαζούσαις, id est, lactantibus. Tribulationes.) θλῖψις, id est, tribulatio qualis non fuit, ut sit appositio ad epitasin faciens, cum dies calamitosos calamitatem uocet.

Nutrientes.

Creaturæ.) κτίσεως. Vt sit uerbale, quanquam reperimus hanc dictionem ancipitem in literis sacris. Aliquoties usurpat pro ipsa cõditione seu creatiõe, nõnũq; pro reb⁹ cõditis.

Neq; fiet.) οὐδὲ οὐ μὴ γένηται, id est, neq; fiat. Quanquam uidetur abusus tempore, ut sæpenumero occurrunt huiusmodi.

Abbreuiasset dies.) ἐκολόβωσεμ, id est, decurtasset, amputata parte aliqua prioris mensuræ. Nam hoc est κολοβῶμ, ut admonuimus in Matthæo.

Ecce hic est.) ἰδοὺ ὧδε ὁ χριστός, id est, ecce hic Christus. Et hic aduerbium est, nõ nomẽ.

Non est mẽtio filij.

Neq; angeli in cœlo.) οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ, id est, qui sunt in cœlo.

Potestatem cuiusq; operis.) Græce est, ἑκάστῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ, id est, unicuiq; opus suũ.

An galli cantu.) ἀλεκτοροφωνίας, id est, gallicinio. Est enim Græcis dictio composita, sicut & illa, μεσονυκτίου, quasi dicas medinoctio.

EX CAPITE DECIMOQVARTO

Pascha & azyma.) Azyma pluralis est numeri, quemadmodũ dicimus Lupercalia, Saturnalia, unde uertere poterat tempus azymorum.

Dolo tenerent.) ἐν δόλῳ κρατήσαντες ἀποκτείνωσιν, id est, per dolum captum, siue comprehensum occiderent. In enim præpositio, pro per usurpatur Hebræis. Ne forte tumultus.) μήποτε, id est, Ne, aut nequã do, de quo non semel iam admonuimus.

Nardus pistica.

Nardi pistici.) Pisticæ legendum, quod nardus sit fœminini generis, Laurentius existimat pistică uocari, probatam & spectatam, arguens diuum Augustinum, qui putet a loco dictum, allusum autem ad fidem Christianam. Interpres uertit spicatam, quod genus quoddam uocetur spica, siue spicum nardi. Vulgarius Græcus interpres, licet recentior ambigit, utrũ pistica dicatur, genus nardi eius cognominis, an probata, uelut ἄδολον hoc est, germana, nulla arte uitiata. At Dioscorides complura nardorum genera commemorans, quibus cognomina sint a locis addita, pisticæ nullam mentionem fecit, neq; Plinius. Is, cuius extant in Marcum commentaria Hieronymi nomine, sed falso, belle & expedite scilicet interpretatur pisticam, hoc est, mysticam. Hugo Carrensis interpretatur unguentum mixtum, quod non solum è foliis, ac radice, uerumetiam è spicis nardi conflatum sit, quasi uero non longe optimũ sit quod è spicis conficiatur. Lyranus macerat sese, num herba sit nardus, an frutex, an parua arbuscula, de quo si dubitauit, quin potius consuluit Plinium, Dioscoridem, Theophrastum, aut si nihil aliud, certe Isidorum suum:

Vt quid.) εἰς τί, id est, ad quid. Præuenit ungere corpus meum.) Non est χρίσαι, quod est quocunq; illitu ungere, sed μυρίσαι, quod proprie est unguentis, & odoramentis ungere. In memoriam eius.) εἰς μνημόσυνον αὐτ, id est, in monumentum eius, subaudi mulieris, de quo in Matthæo admonuimus.

Memoria p memoriali.

Lagenam.) κεράμιον, id est, uas fictile, siue aqualem fictilem.

Vbi est refectio.) κατάλυμα. Laurentius mauult diuersorium, ut uertit apud Lucam, quanquam utrunque uox Græca significat.

Cœnaculũ in ædito.

Cœnaculum.) ἀνώγεον. Triclinium intellígit, sed lectis stratis, in quibus olim discumbebatur, dictũ est autem Græcis, ἀνώγεον, quod subductius sit a solo, quod ueteres in superiore ædium parte cœnitarent.

Nunquid ego.) Græci sic habent, μήτι ἐγώ; καὶ ἄλλος, μήτι ἐγώ; id est, nunquid ego? & alius, nunquid ego? At mihi sanè uidetur hoc ex interpretamento quopiam adiectum. Nam cum semel dixisset, εἷς καθ εἷς, quid erat necesse addere, & alius, & deinde alius? Præsertim cum Marcus nihil aliud ferè scripserit, quam Matthæi compendium?

Qui intingit

Qui intingit manum.) ὁ ἐμβαπτόμενος, id est, qui intingit. Manum interpres addidit de suo. Atq; sic habent antiquissimi codices, quanq; in Matthæo erat ἐμβαψάμενος, id est, qui intinxit. Nec hic necesse est accipi exacte temporis rationem. Non enim hoc expressit quid tum ageret Iudas, sed his uerbis indicauit ad quantam familiaritatem admissus set, qui ex eadem patella cum Christo peteret intinctum.

Qui intingit, in Matthæo, intinxit.

Filius hominis tradetur.) παραδίδοται, id est, traditur, præsentis temporis.

Et benedicens fregit.) καὶ εὐλογήσας ἔκλασεν, id est, cum benedixisset fregit, non enim simul benedixit ac fregit. Et benedicere non est pingere gestu manus signum crucis, sed laudes deo canere, & uerba bene ominata dicere. Sumite, hoc est.) Græci addũt λάβετε, φάγετε, id est, sumite, edite, quemadmodum erat in Matthæo. Qui pro multis effunde-

Effunditur.

tur.) τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, id est, Qui pro multis effũditur. Iam enim hoc representabat, quod paulo post esset futurum. Qui tantoperè asseuerant, quibus uerbis Christus cõ secrauerit, cum id nusq; expresse legatur, hunc annotent locum, quo res ita narratur quasi Christus prius poculũ porrexerit. Deinde ubi bibisset, tũ demũ dixerit, Hic est calix. &c.

Quib⁹ uerbis consecrarit Christus

Quod iam.) ὅτι οὐκ ἔτι. Iam posuit pro post hac. Nec male, quanq; obscurius.

Ex hoc genimine.) ἐκ τοῦ γεννήματος. γέννημα Græca uox est, quæ uerti poterat fructu, siue fœtu. Et, hoc, pronomen, nec additur in Græcis exemplaribus, nec in antiquis latinis, ut sit sensus illum nullum uinum postea gustaturum. Vnde & in cruce, uinum myrrhatũ admotum ori reiecit, nisi quod articulus τοῦ, nonnullam habet emphasin.

Et hymno dicto.) καὶ ὑμνήσαντες, id est, postq; dixissent laudes, ut intelligas ab omnibus decantatas laudes. At ille magis dicebat.) ὁ δὲ ἐκ περισσοῦ ἔλεγε μᾶλλον. Rursum cõ duplicauit comparatiuum, exprimere uolens, uehementem asseurationem Petri, nisi maiis μᾶλλον, distinctione semouere a superioribus, & annectere his quæ consequuntur, μᾶλλον ἐάν με δέῃ, id est, Quin si me oporteat &c. Ac mox conduplicata negatio, οὐ μή, non caret emphasi constantis asseurationis.

Distinctio uaria.

In prædium.) εἰς χωρίον, quod aliàs uertit agrum, significat autem locum. Cæterum Gethsemani locus est, ad radices montis Oliueti. De quo admonuimus in Matthæo.

Gethsemani.

Pauere & tædere.) ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν, id est, expauescere, & anxius esse. Est enim posterius hoc impotenter angi animo, & supra modũ ægrescere, cuiusmodi affectio corripit hominem primo obiectu magni discriminis, ut aliquandiu non sit apud se.

Et uenit & inuenit.) Vtrunq; præsentis est temporis. ἔρχεται καὶ εὑρίσκει, Venit priore, & inuenit prima acuta, ne quis hic indecore uel hæsitet, uel erret.

Abba pater.) Euãgelista uocem Syriacam posuit, eamq; uelut ineterpretatur, subijciẽs ὁ πατήρ. Augustinus epistola centesima septuagesimaoctaua, putat abba uocem esse græcam, nisi forte uitiata est scriptura. Sed hac de re nonnihil attingemus in epistola Pauli ad Rhomanos capite octauo.

Abba pater

Error in Augustini libris

Non quid ego.) Græce est, ἀλλ' οὐ τί ἐγὼ, ἀλλὰ τί σύ, id est, At non quid ego, sed quid tu. Quanquàm hic græca uariant exemplaria, nonnulla habebant, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ, id est, non ut ego uolo, sed ut tu. In aliis sic erat, ἀλλ' οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ, id est, non quid ego uelim, sed quid tu. Nam omnino sermo est inabsolutus.

Et reuersus denuo.) Denuo apud Græcos refertur ad dormientes, non ad reuersus, ἔρχεται πάλιν καθεύδοντας.

Sufficit.) ἀπέχει τὸ τέλος. Etiamsi τὸ τέλος in quibusdam codicibus non reperitur, neque nobis uisum est addere. Porrò quod hic Christi sermo magis sit exprobrantis, q̃ iubentis admonuimus in Matthæo.

Et filius hominis tradetur.) Traditur & in Græcis & in antiquis latinis exemplaribus, παραδίδοται. Qui me tradet.) ὁ παραδιδούς με, id est, qui me tradit.

Prope est.) ἤγγικε, id est, appropinquauit, siue adest.

Signum.) σύσσημον, quod sonat commune signum de composito datũ, cuiusmodi sunt quæ milites uocant symbola, quorum alia sunt uocalia, alia muta.

Signum σύσσημον.

Et ducite caute.) ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς, id est, abducite tuto, siue certo, hoc est, exacta custodia, ne qua posset elabi. Rabbi.) Græci congeminãt, ῥαββεὶ ῥαββεί. Rhabbi rhabbi.

Sed ut impleant scripturæ,) Abrupt⁹ est sermo, subaudiẽdũ em̃, hæc fiũt, ut impleãt, &c

Non erant conuenientia.) ηϰὴ ἴσαι αἱ μαϱτυϱίαι οὐκ ἦσαν, id eſt, æqualia teſtimonia non erant. Paria uocauit opinor ſatis idonea, ſiue ἴσα, quod inter ſe non conſentirent. Nã hoc

Aequalia p idonea. indicio primum coarguuntur falſa teſtimonia.

Poſt triduum.) διὰ τϱιῶν ἡμεϱῶν, id eſt, per tres dies, ſiue triduo. Nõ μετὰ τϱεῖς ἡμέϱας.

Templum hoc manufactum.) Græce compoſitæ dictiones, manufactum χειϱοποίητον, & non manufactũ ἀχειϱοποίητον. Alioqui quis dicit ædificaturus, quod manufactũ ſit?

Et non erat conueniens.) ϰαὶ οὐδὲ οὕτως, id eſt, ne ſic quidem. Iam enim ſemel reiecta fuerant illorum teſtimonia. Et tenuerunt eum.) Nonnulli Græci codices ſic habebant, quod & nos ſecuti ſumus, haud ſcio an perperam, ϰαὶ ϰϱατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσϰοι, id eſt, tenent eum adoleſcentes, ſiue comprehendunt eum, aut iniiciunt illi manus, ut iuuenes iuueni manũ iniecerint. Et calefaciebat ſe ad.) ηϰὴ θϱμαινόμην πϱὸς τὸ φῶς. Illud, ad lumen, referendum ad ſedens, non ad calefaciebat. Siquidẽ lumẽ illũ prodidit.

Quæ tibi obijciuntur.) Græce eſt, τί οὗτοί σου ϰαταμαϱτυϱοῦσι. i. quid, ſiue cur iſti aduerſus te teſtantur? Quid adhuc deſyderamus teſtes?) τί ἔτι χϱείαν ἔχομεν μαϱτύϱων. i. quid adhuc opus habemus teſtibus? Ac proprie quidem & eleganter uertit interpres, deſyderamus pro requirimus, uerum haud ſcio, an lector tantum expectet.

Ante atrium.) εἰς τὸ πϱοάυλιον, id eſt, in ueſtibulum atrij, ſiue locũ, qui erat ante atriũ.

Additũ aliquid. Nam Galilæus es.) Addunt hic græci codices, ϰαὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει, id eſt, loquela tua ſimilis eſt, ſiue conuenit, ex Matthæo, ni fallor, aſcriptũ in hũc locũ. Anathematizare.) Quod in actis apoſtolorũ uertit, deuouere, in Matthæo deteſtari, hic reliquit.

Et cœpit flere.) ϰαὶ ἐπιβαλὼν ἔϰλαιε, erumpens, ſiue ſubito fleuit, aut prupit in fletũ.

EX CAPITE DECIMOQVINTO.

ET uniuerſo concilio.) cum hic bis dicatur concilium, Græce diuerſæ ſunt dictiones. Prior eſt συμβούλιον conciliabulum, poſterior σωέδϱιον, id eſt, conſeſſus, ſiue conuentus.

Cœpit rogare.) ἤϱξατο αἰτεῖσθαι, id eſt, cœpit petere, ſiue poſtulare. Nã ita modo uerterat, ὅντινα ἠτοῦντο, id eſt, quencunq; petiſſent.

Pontifices autem.) Quod modo dixit ſummos ſacerdotes, nunc uertit pontifices. Nã Græcis eadem eſt uox, ἀϱχιεϱεῖς. Et cum aſcendit turba.) ϰαὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος, id eſt, Et cum acclamaſſet turba. Quoniam uero conſtanter diſſonant a latinis exemplaria Græca, in coniecturam uenio, interpretẽ aliud atq; nos legimus, legiſſe, niſi fallor, ἀναβήσας pro ἀναβοήσας. Etiamſi ἀναβοήσας legit Vulgarius. Sicut ſemper faciebat illis.) Vt

Duplex lectio. ſermo ſit abſolutus ſupplendũ eſt, ut faceret ſicut ſemper fecerat ipſis.

In atrium prætorij.) ἔσω τῆς αὐλῆς ὅ ἐϛι πϱαιτώϱιον, id eſt, in atrium quod eſt prætoriũ. Concitauerunt turbam.) ἀνέσεισαν. Nonnulli græcorum codices habebant ἀνέπεισαν, id eſt perſuaſerunt, ſiue retraxerunt in hanc ſententiam.

Patrem Alexandri & Rufi.) πατέϱα ἀλεξάνδϱου τοῦ ϱούφου, id eſt, patrem Alexandri Rufi, ſiue Rufi filium. Nonnulli Græcorum codices cum noſtra æditione conſentiebant.

Petrus Comeſtor. Erat autem hora tertia.) Admonet hoc loco Petrus Comeſtor ex autoritate diui Hieronymi, in Marco ſcriptum fuiſſe, quod dominus crucifixus fuerit hora ſexta, uerum id græci ſcriptoris accidiſſe uicio, qui ϛ (quæ Græcis littera nõ eſt, ſed literis mixta eſt nota numeri, nec alium habens uſum. Sequitur enim ε, quæ Græcis ſignificat quinq;, & præcedit ζ, quæ notat ſeptem) pinxerit, ϛ, quæ ſignat tria. Nõ mihi ſuccurrit, quo loco dixerit hoc Hieronymus. Idem paulo ante citat eum ex Breuiario maiore, quod opus non agnoſcimus, niſi forte commentarij in Matthæũ bis abbreuiati ſunt, & epitome altera fuit altera contractior. Et crucifigentes eum.) ηϰὴ ϛαυϱώσαντες αὐτὸν. i. cũ crucifixiſſent eum.

Qui ædificas.) Græcus ſermo ambiguus eſt propter participia. At Hieronymus in Eſaiã citat perſona tertia. Vah qui deſtruit templum, & in triduo inſtaurat illud. Illud annotandum, quod in græcis codicibus non additur dei, ſed templum tantum eſt

Eloi, eloi, lamaſabatani.) Non eſt dubitandum, quin Euangeliſta uoces Hebræas, ſiue Syras recte reddiderit, utcũq; a nobis ſonant, de quo dictum eſt a nobis in Matthæo.

Deus meus Deus deus meus.) In græcis exemplaribus, librariorum opinor, incuria, non repetitur pronomen meus, cum apud Hebræos repetatur, Deus meus deus meus. Proinde nõ dubitauimus

bitauimus apponere, præsertim hoc freti, quod uideamus apponi apud Matthæum.

(Vt quid.) εἰς τί, id est, ad quid. Circũponensq; calamo.) Paulo superius calamũ uertit arundinem. Nunc oblitus opinor, græcam uocem reliquit, quod idem fecit in psalmo, Emittens crystallum sicut buccellam, cum pro crystallo uertere debuerit glaciem, fit enim mentio de niue, deq; frigore. Calamus arundo.

Vidēs autem Cēturio.) Et hic usus est Rhomana uoce Euangelista, ἰδὼν δὲ ὁ κεντυρίων, quem alias uocat ἑκατόνταρχον, Græca uoce. Nec est, clamans expirasset, sed κράξας, hoc est, clamore emisso, siue cum clamasset, mox enim a clamore expirauit. Centurio. ἑκατόνταρχος

Iacobi minoris.) τοῦ μικροῦ, Græcis positiuum est, non comparatiuum parui. Et apparet fuisse cognomē. Quod est ante sabbatum.) Græcis una dictio est, προσάββατον, qua si dicas præsabbatum, hoc est, initium sabbati.

Et Ioseph.) Ἰωσῆ, id est, Iose.

Venit Ioseph ab Arimathia.) Non potest accipi quod ab eo loco uenerit, cum interdat articulus ὁ ἀπὸ Ἁριμαθαίας, id est Arimathæus, ut patriam additam intelligas. Hieronymus in catalogo locorum indicat dictam Armatha sophim, ciuitatem Elchanæ, & Samuelis in regione Tamnitica iuxta Diospolim, patriã Ioseph, cuius hic fit mentio. Ioseph Arimathæus.

Audacter introiuit,) τολμήσας, id est, sumpta audacia, quanq; probe uertit interpres.

Nobilis decurio.) εὐσχήμων βουλευτὴς, id est, honestus senator. Laurentius admonet hic decurionem accipiendum pro senatore municipali. Decurio.

Si iam mortuus.) εἰ πάλαι ἀπέθανε, id est, si dudum, aut iamdudum mortuus esset. Etiã si nõnulli codices, pro πάλαι habebant ἤδη. Ex hoc loco Origenes colligit animam Christi non reliquisse corpus suum more uulgari hominum morientium, sed ultro excessisse è corpore, cum uisum esset. Neq; enim iuxta naturam tam mature reliquisset corpus iuuenile, præsertim cũ illi crura non essent fracta, quod aliis fieri solet ad maturandã mortẽ.

Maria Ioseph.) Rursum est, Iose, non Ioseph.

EX CAPITE VLTIMO

Coopertum stola.) περιβεβλημένον, id est, amictum.

Nolite expauescere.) μὴ ἐκθαμβεῖσθε. Idem est uerbum Græcis quod uertit modo obstupuerunt. Inuaserat enim eas timor.) εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος καὶ ἔκστασις. Habebat enim eas tremor, ac stupor, siue ecstasis.

Prima sabbati.) σαββάτων Habent plerique græci codices. Diuus Hieronymus in epistolis indicat hoc caput, quod in Marco legimus, a plerisq; non recipi, & in omnibus penè Græcorum libris in fine poni, uelut adiectitium, propterea quod hic diuersa narret a reliquis Euãgelistis. Admonet autem & illud, subdistinctionem esse faciendã ante mane, ut intelligamus Christum uespere surrexisse, deinde mane primo sabbati uisũ esse Mariæ, hoc modo legentes. Cum surrexisset Iesus, ut hic interposita hypostygme sequatur, Apparuit Mariæ, &c. At idẽ in secundo dialogo aduersus Pelagium disputans, narrat in fine euãgelij iuxta Marcum, in nonnullis exemplaribus maxime Græcorum, hãc coronidem adiectam fuisse: Postea cum accubuissent undecim, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem, & duriciem eorũ, quod multis qui uiderãt eum resurgentem, non crediderunt. Et illi satisfaciebant dicentes, seculum istud iniquitatis, & incredulitatis substantia est, quæ non sinit per immundos spiritus ueram dei apprehendi uirtutem, idcirco iam nunc reuela iustitiam tuam. Cæterum ut extremum illud caput habetur hodie in omnibus quæ sanè uiderim, græcis exemplaribus, ita coronidem hanc ex Apocrypho quopiam euangelio, ascriptam apparet a lectore studioso. Nam euangelium Hebræorum, quod tum à Nazaræis, & Ebionitis legebatur, Hebraicis scriptum literis, sed sermone Chaldaico, Hieronymus testatur a se uersum in linguam Græcam, & ex eo nonnulla profert testimonia. Coronis Marci. Apocrypha coronis.

DES. ERASMI ROTERODAMI ANNOTATIONVM
IN EVANGELIVM MARCI FINIS.

IN EVANGELIVM LVCAE ANNOTATIONES D. ERASMI ROTERODAMI.



Lucas cæteris græce peritior.

VVoniãquidẽ.) Solus Lucas & præfatꝰ operi ſuo,& nominatim dicat libros ſuos. Is tãetſi cæteris purior eſt,ac dilucidior in eloquendo, ob Græcarum peritiam literarũ, quam in Catalogo ſcriptorum tribuit illi Hieronymus, tamen multum & ipſe admiſcet ex idiomate ſermõis Hebræi. Cæterum quod hic uertit ἐπειδήπερ, quoniamquidem, haud ſcio num apud emendate loquentes reperiatur quoniamquidem:Ego maluiſſem,quoniam,aut poſtq̃, aut quando quidem.Quanq̃ haud omnino male uertit ἐπεχείρησαν,conati ſunt,ut intelligamus illos uoluiſſe magis,q̃ præſtitiſſe, & tentaſſe rem uerius q̃ effeciſſe. Neque enim Matthæi tantum id temporis extabat euangelium aut Marci,ſed multa ferebantur, euangelia Nazaræorũ, Thomæ, Matthiæ,Nicodemi,atq; item aliorum,quæ deinde uelut apocrypha reiecit eccleſia.Porrò ἐπιχειρεῖν, proprie eſt aliquid in manus ſumere,& aggredi.

Euangelia apocrypha.

Ordinare narrationem.) ἀνατάξαθαι, quod ego uertiſſem,digerere, ſiue contexere, ſiquidem id eſt,in ordinem diſponere,quod cæteri carptim,aut non iuxta perpetuam rerũ geſtarum ſeriem prodidiſſent quædã. Quin & Matthæus ipſe, quãq̃ cæteris eſt plenior. & ab ipſa Chriſti natiuitate exorditur hiſtorico more,tamen totã ferè pueritiam,& adoleſcentiam Chriſti prætermiſit. Porrò Marci euangelium,eius quod a Matthæo proditum eſt,uideri poſſit epitome.Ioannes quædam attingit carptim,uelut ab alijs omiſſa. Proinde Ambroſius tribuit Lucæ ſtilum hiſtoricum ceu peculiarem. Cum enim ſua ſingulis attribuiſſet,inquit.At uero ſanctus Lucas uelut quendam hiſtoricum ordinem tenuit, & plura nobis geſtorum domini miracula reuelauit, Ita tamen ut omnes ſapientiæ uirtutes euãgelij iſtius complecterẽt hiſtoria. Idem aliquanto poſt.Hiſtorico enim ſtilo diximus hunc euangelij librum eſſe digeſtum.Denique deſcribendis rebus,quam exprimẽdis præceptis,ſtudium uberius, comparatione aliorum,uidemus impenſum. Et ipſe euangeliſta hiſtorico more de narratione ſumpſit exordium.Fuit,inquit in diebus Herodis regis Iudææ,ſacerdos quidam nomine Zacharias, eamq̃ hiſtoriam plena digeſtione proſequit.

Lucas unus totã uitæ ſeriem proſequitur.

Quæ in nobis completæ ſunt rerum.) Quæſo quis ex hac interpretatione percipere queat,quid ſenſerit euangeliſta? Nec enim ſimpliciter accipiẽdum eſt accidiſſe,quæ narraturus eſt,ſed certiſſima fide comperta eſſe, & argumentis indubitatis perſuaſa. Id enim ſonat Græcis πεπληροφορημένων. Nam opinor Lucam ea ſcribere, quorum pleriſq; non ipſe quidem interfuerit,ſed quæ certiſſima fide didicerit ab his,qui nõ ſolum teſtes ac ſpectatores fuerant eorum quæ commemorabant, uerumetiam pars aliqua rerum geſtarũ. Ad eundem modum,& Vergilianus Aeneas,hiſtoriam excidij Troiani narraturus,ſibi fidem conciliat. Quæq̃ ipſa miſerrima uidi,& quorum pars magna fui.Porrò Græci,ut modo dicere cœperam πληροφόρημα uocant,quod nos uulgo dicimus certificationem. Et πληροφορεῖσθαι dicitur,cui certa ſit rei fides, ut iam nihil addubitet,Hinc uoce compoſita, quod adducantur,quæ ad plenã rei cõprobationẽ requiri ſolent. Proinde in epiſtola Pauli ad Rhomanos,capite quarto, πληροφορηθεὶς, interpres uertit pleniſſime ſciẽs. Et rurſum in eadẽ,capite decimoquarto. Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet,Græce eſt, πληροφορείσθω, hoc eſt, Vnicuiq; ſua mens ſatisfaciat, & in ea conquieſcat. Vtitur eodem uerbo Paulus in alijs

Interpres obſcure uertit πεπληροφορημένων.

in alijs compluſculis locis, atq; adeo Lucas ipſe in actis apoſtolorum, id quod indicabimus ſuo loco. Quin & Origenes, ſiue quis alius is fuit. Nihil enim moror, cum conſtet ab homine erudito ſumptũ, uertit ad hunc modũ. Quæ in nobis manifeſtiſſime ſunt oſtenſæ, & ſubijcit idem, πεπληροφορημένων, quod uno uerbo latinus ſermo non explicat, certa enim fide & ratione cognouerat. Quanq; ex his uerbis colligere licet, ſcriptorem hunc, aut paraphraſten Origenis fuiſſe non interpretem, aut nonnihil addidiſſe de ſuo, quo res eſſet explanatior. In eandem ſententiam interpretatur Vulgarius græcus interpres recentior, ſed haudquaq; malus mea ſententia. Indicat huiuſmodi nonnihil & Ambroſius, licet obſcurius. Sicut tradiderunt.) Vel hinc liquet Lucã audita ſcribere. Traditur enim id, quod narratione tranſfundit, ab alijs in alios, niſi ſic maluimus accipere, ſicut nobis tradiderunt abſolute dici, ut ipſe Lucas ſit è numero eorum qui tradiderunt, quanquã id mea ſententia coactius eſt. Quid autem opus eſt hic laborare in probationibus, cum diuus Hieronymus in catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum ingenue fateatur, Lucam ea ſtilo fuiſſe proſecutum, quæ ab alijs acceperat, ſed uiris certiſſimæ fidei. Sed Hieronymi ſuper hac re uerba ſubſcribam, ſi quis forte requiret. Et Lucam inquit, non ſolum ab apoſtolo Paulo didiciſſe euangelium, qui cum domino in carne non fuerat, ſed & a cæteris apoſtolis, quod ipſe quoq; in principio ſui uoluminis declarat, dicens, Sicut tradiderunt nobis, qui a principio ipſi uiderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis. Igitur euangelium ſicut audierat ſcripſit, acta uero apoſtolorum ſicut uiderat, compoſuit. Et apertius etiã in præfatione, quam præfixit commentarijs in Matthæum, Tertius inquiens, Lucas medicus, natione Syrus, Antiochenſis, cuius laus in euangelio, qui & ipſe diſcipulus apoſtoli Pauli, in Achaiæ Bœotiæq; partibus uolumen condidit, quædam altius repetens, & ut ipſe in procœmio confitetur, audita magis, q; uiſa deſcribens. Hactenus Hieronymus. Dubitari poterat utro referendum eſſet, ſicut tradiderunt nobis, ad ſuperiora, ut ſit ſenſus, certitudinem perſuaſionis hinc eſſe, quod qui ea retulerant, non ſolum ipſi interfuiſſent, ceu teſtes, uerum aliquam rerum partem geſſiſſent, an ad ſequentia, ut ſit ſenſus, Se quoq; uelle contexere Chriſti uitam, bona fide, quam a grauiſſimis autoribus didiciſſet. Neq; uero proprie ad rem facit quod Valla cauillatur, hic λόγου potius uertendum fuiſſe nerbi quam ſermonis, quo commodius poſſit ad Chriſtum referri. Siquidem λόγος hoc loco uocat ipſas res geſtas quæ narrantur, Quod genus eſt illud libri Regum tertij, capite decimoquinto: Non declinaſſet ab omnibus quæ præceperat ei, cunctis diebus uite ſuæ, excepto ſermone Vriæ Ethæi. Nihil enim hic dixiſſe ſentitur Vrias, ſed intelligi uoluit facinus nefarium, quod Dauid in illum perpetrarat. Etiamſi aliò detorquet Ambroſius. Teſtes rei uocat, αὐτόπτας dictione cõpoſita ex αὐτὸς ipſe, &, ὄπτω uideo. Certiſſimus enim habetur teſtis oculatus, ut aiunt. Cæterum eos qui pars aliqua fuerunt rerum geſtarum, uocat ὑπηρέτας, hoc eſt, miniſtros. Subſeruit enim qui adiuuat in re peragenda. Carrenſis interpretatur miniſtros uerbi, qui non intelligunt ſolum, uerumetiam præſtant, quod præceptum eſt. Aſſecuto omnia.) παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς. Aſſecuto non eſt hic accipiendum, quemadmodum utuntur latini, quibus aſſecutus omnia dicitur is, qui nulla in re fruſtratus ſit, quod Græci uocant τυχεῖν, ſed παρακολουθεῖν eſt aſſectari, & adeſſe, & ſubſequi potius q; aſſequi. Vt enim aſſidere dicitur literæ, qui nuſq; diſcedit a litera, ita παρακολουθεῖν dicitur, qui quoquo uerſum te conferas adeſt, & aſſectatur indiuiduus comes. Neq; uero deſunt, qui ſic interpretentur Lucam ab initio interfuiſſe omnibus. Sic enim iſtis opinor uiſus eſt ſentire quiſquis is fuit, cuius extant in Lucam cõmentarij Adamãtij titulo. Verũ huic interpretatiõi palam redamãt ea, quæ præcedũt, quæ quantũuis torqueas, obſecro nũ omnibus interfuit Lucas quæ narrat? Nũ etiã colloquio Mariæ cũ angelo. Quanq; ſi quis Origenẽ attẽtius expendat, nõ affirmat Lucam interfuiſſe ijs quæ narrat, ſed negat ex rumore cognouiſſe, hoc eſt, dubio, atq; incerto autore, ſed grauiſſimis, ac certiſſimis teſtibus. Verũ is ſibi ſolet nõnunquam permittere, ad eum modum ludere in literis arcanis, & haud ſcio an hoc ſit quod ſubindicat Hieronymus in præfatione, quam præfixit homilijs in Lucam a ſe uerſis, cum ait alterum in uerbis ludere. Iam quod negat Valla, Chriſtum uſquam ſermonem dici, ſed duntaxat uerbum, prõptum eſt refellere, cum paſſim reperiatur, non apud Lactantium modo, quem is unum excipit,

An homiliæ in Lucã ſint Origenis incertum eſt.

Lucas audita ſcripſit in euangelio.

Vallæ reiecta ānotatio

Verbũ pro re geſta.

Aſſecuto quid Græcis.

Chriſtus & ſermo dict⁹.

Sermo dictus filius dei.

uerum etiam apud Hilarium, Cyprianum, Prudentium: deniq; hoc ipso loco, interprete Hieronymo, quod liquet ex ijs quæ modo ex eius catalogo retulimus: atque adeo in ipsis prophetarum oraculis. Omnipotens sermo tuus dñe de regalibus sedibus uenit. Neque uero libet refellere, quod hoc loco simul & Origenes, & Ambrosius philosophantur, quomodo uerbum cerni dicatur, cum auribus non oculis sentiatur sermo, nisi quod, ut dixi: simplicius arbitror, hic sermonem accipi, pro rei gestæ narratione. Quod genus est, uideamus hoc uerbum quod factũ est nobis. Proinde res ipsa nos cogit, ut intelligamus

Verbũ res ipsa gesta.

Lucam nõ interfuisse omnibus quæ memorat, sed ordine omnia persecutum, & rerum seriem ut gestæ sunt, ita narrandi ordine secutum esse, aut certe sic omnia cognouisse, ex his qui quæ uiderant narrabant, ut nihil prætermiserit, quod ad historiæ seriem pertineret. Vtitur enim hoc uerbo Paulus quoq; in suis epistolis in eundem ferme sensum, uelut ad Timotheum capite quarto, ταῦτα ἐπιτιθέμενος τοῖς ἀδελφοῖς, καλὸς ἔσῃ διάκονος Ἰησοῦ χριστοῦ, ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως, καὶ τῆς καλῆς διδασκαλίας, ἣ παρηκολούθηκας. i. De his si commonefeceris fratres, bonus eris minister Iesu Christi, enutritus in sermonibus fidei, & bonæ doctrinæ, quam usq; secutus es. Neq; enim assentior ijs, qui idem putant esse Græcis παρακολουθεῖν & ἐπιτυχεῖν, siue ἐφικνεῖσθαι. Siquidem assequimur expetita, ac difficilia. Assectamur & παρακολουθοῦμεν, a quibus nõ recedimus. Qua de re plura dicemus in locum Pauli, quem modo adduximus. Iam quod dixit ἄνωθεν, aut intelligendũ est ab initio, & ordine, ut intelligamus nihil prætermissum, aut denuo ac deintegro, ut quod alij uel carptim, uel parum certa fide narrarunt, ipse denuo plena certissimaq; fide ijsdem de rebus texat historiam. Siquidem hæc uox ἄνωθεν, Græcis tria declarat, desuper, hoc est, è supnis, ab integro, siue denuo, & ab initio usq; ad finem, siue a sũmo usq; ad imũ.

Assequi & assectari.

Optime Theophile.) Miror unde Lyranus suspicatus sit Theophilum magnatem quempiam, aut principem fuisse, quod Lucas optimi cognomen addiderit. Ita ne primates optimos uocare solemus, aut num illis peculiare est optimos esse? Verum id Lyranus in aliquo legerat glossemate, quod ut legere potuit, ita ob insciti㠠 Græcæ linguæ intelligere non potuit. Nam apud Græcos κράτος robur sonat, siue imperium. Et κρατεῖν est uincere, siue compotem esse, unde Paulus in actis apostolorum Festum κράτιστον uocat, quasi dicas plurimum pollentem. Id quod attestantur & interpretes, Origenes, Vulgarius, Ambrosius. Quanquam κρείττων non solum potentiorem significat, ac superiorem, cui respondet ἥττων, uerum etiam potiorem, ac pluris faciendum, cui superlatiui uice est κράτιστος. Qui uertit homilias Origenis in Lucam annotauit κράτιστον significare optimum, siue potentissimũ. Cæterũ Theophilus sonat, amans dei, siue gratus deo, quod utrũ ꝓpriũ sit nomẽ, an epitheton pij lectoris, alij disputent. Ego ꝓpriũ hominis uocabulũ esse puto.

Optimus κράτιστος.

Vt cognoscas.) ἵνα ἐπιγνῷς. Annotat hoc & Vulgarius non dictum esse ἵνα γνῷς, id est, cognoscas, sed ἐπιγνῷς, agnoscas. Cognoscimus enim, quæ discimus antea nobis incognita. Agnoscimus quæ prius utcunq; nouimus, uelut faciem ante annos aliquot uisam agnoscimus. Indicat hanc elegantiam duorum uerborum & diuus Hieronymus cũ alias, tum in apologijs aduersus Rufinum.

Cognosco agnosco.

De quibus eruditus es.) περὶ ὧν κατηχήθης, Olim qui baptismatis essent candidati ijs tradebantur fidei Christianæ mysteria, sed uiua uoce, sine scripto, quemadmodum priscis illis theologis mos erat apud Aegyptios, & apud Gallos Druyadibus. Id erat initiari mysterijs, quod Paulus & Lucas uocant κατηχεῖν. ἠχεῖν enim est uoce sonare. Inde κατηχεῖν uoce erudire, quæ scripto nolis committere. Vnde qui docebantur ad eum modum catechumeni, siue κατήχητοι uocabantur, qui docebant catechistæ, quos Dionysiacus interpres susceptores nominat, uulgo compatres dicuntur. Vsurpauit hoc uerbi Lucianus in asino, ἐμὲ δὲ ἀπέδωκεν ἀπελευθέρῳ τινὶ τῶν ἑαυτοῦ νεανίσκων, ᾧ ἐπέτρεψε κατηχεῖν, ὅσα ποιῶν μάλιστα ψυχαγωγεῖν αὐτὸν δυναίμην. id est, Me uero tradidit libertino cuipiam ex suis adolescentibus, iussitq; ut doceret quæ facienda essent, quibus maxime sibi uoluptati esse possem. Ridicule Lucianus facit puerum asini catechistam. Etiamsi in actis apostolicis Lucas κατηχήθη usurpauit pro resciuit, siue edoctus est, non de fidei mysterijs agens, sed de præfecto præmonito. Verum ecclesia sic uerbum hoc suũ fecit, ut non aliter ꝙ cathecumenos uocent, etiã ij qui quid sit Catechumenus nõ intelligũt. Sensus igit hic est, ut ea quæ olim

Catechumeni.

catechumenus

catechumenus uiua uoce didiciſti,nũc plenius ac certius ſcripto cognoſcas. Opponit em̃ hæc inter ſe ceu pugnãtia τράλας & κατηχήθης. Quãq̃ (ut dixi) in actis ſemel atq; iterũ uſus eſt hoc uerbo,κατηχήθη ꝓ auditũ eſt ſimpliciter. Erudit⁹es ueritatẽ.)Græcis eſt nõ ἀληθεῖαν ſed ἀσάφλειαν.i.certitudinẽ.Nã ueritas & fides cõſtabat etiã ijs quæ iã in catechiſmo didi cerat. Cæterũ ἀσφαλές dicitur,quod certũ eſt ac tutũ,& in quo nullũ ſit lapſus aut erroris periculum.Hinc em̃ græca uox dicta eſt à σφάλλομαι,labor,& A particula priuatiua. Cer tius enim ſcimus,quæ ſcripto & ordine cognoſcimus,maxime ſi prius eadẽ ab alijs audie/ rimus,aut etiã ab ijſdẽ eadẽ. Quãdoquidẽ ipſa narrationis cõſtãtia,cũ primis fidẽ arrogat rebus. Iã hæc pleraq; typis fuerãt excuſa,cũ ꝓ opis inſtituti ratiõe,ueterũ Theologorũ cõ mẽtarios excutientẽ & undecũq; uenantẽ,qđ ad præſens faceret negociũ,Beatus ille me⁹ Rhenanus Sleſtadiẽſis, cui iuge ſtudiũ eſt, in morẽ apiculæ ꝓ om̃e politiorũ ſcriptorũ ge nus circũuolitãdi,& undecũq; quod ad inſtaurãdas bonas literas cõducit,excerpendi,nec id ſane minore iudicio & ſedulitate,cõmodũ ſubmonuit,qđ mihi ſanè tũ tẽporis nõ uenie bat in mentẽ: hãc Lucæ ꝓfationẽ, & apud Gulielmũ Budæũ Pariſienſem extare,latinitate donatã. Gaudebã ꝓfecto quod tantũ meæ ſententiæ nactus eſſem aſtipulatorẽ. Sed rur/ ſum dolebã quod penè ſero. Etenim cũ amico tã docto libẽter ſentimus,& tãta eſt hois in literis autoritas,ut ſi quid ille diſſentiret,nõ dubitarẽ calculũ,quod aiũt,reducere,& recan tato ſuffragio noſtro in eius ſententiã pedibus diſcedere. Quid em̃ eo uiro in perquirẽdo diligentius,quid in iudicando acrius,aut exactius,quid in tradendo plenius aut uberius, quid in pronunciando incorruptius? Deniq; quid in explicando caſtius aut politius? Vt prorſum alterũ in hiſce Ciſalpinis regionibus ꝓferre nõ poſſimus, qui cũctas eruditi uiri dotes,ac nũeros oẽs tam abſolute præſtiterit. Quãq; idẽ ſubinde maior ſeipſo nobis pro/ dit,ipſe ſui victor,quod quidẽ victoriæ genus Plato putat omniũ eſſe pulcherrimũ. Etem̃ cũ in placitis philoſophorũ,in qbus uertẽdis primũ ingenij ſui ſpecimen ædidit,oẽs à ter/ go reliquerit,mox in ãnotationibus,q̃s ſcripſit in Pandectas Iuris Ciuilis,dictu mirũ q̃nto interuallo ſeipſum ſuperarit. Ac rurſum in libro de aſſe & partibus eius,deũ immortalem, quãtũ addidit,tũ eruditionis,tũ iudicij,tũ eloquẽtiæ,uir nimirũ dignus,qui nõ unius hois ætatẽ duret bonis literis,quæ illi ob id quoq; magis debẽt,quod gratis ab eo colunt. Quid dixi gratis? imo magno rei familiaris diſpẽdio,nec id ſanè citra tædiũ odioſe iugiterq; recla mãtiũ & obſtrepẽtiũ,affiniũ,cognatorũ collegarũ,q literas nullas,uel aſſis faciũt, niſi unde nõnihil accreſcat arcæ nũmariæ. Alijs ſanè literæ,& rẽ & famã ac nobilitatẽ,pepererũt. Hic honeſtiſſimo loco natus,tũ in re præclara,ad hæc inſigni munere regio iã olim cohoneſta/ tus,domeſticũ ſplendorẽ uniuerſum iuuãdis & ornãdis literis impendit. Habet nimirũ eã uim inſignis eruditio,ut immortalẽ famã cõciliet,nõ ſolũ ſuis autoribus,q̃tũlibet obſuris, uerũetiã potentiſſimis regibus. Quis em̃ eſt regũ omniũ illuſtrior Homero,ſi uerũ narrãt Græci,etiã mendico? Cui principũ ſua bella,triũphi,columnæ,tituli,pyramides,imagines, ceræ,monumẽta, tantũ apud uniuerſos mortales peperere nois, quantũ homini obſcuriſ/ ſimo ſuæ literæ? Deinde,quot eximios duces,quot optimates ac reges immortalitati cõſe/ crauit,quorũ ne noia qdẽ teneremus,niſi ille fidelius ſuis inſculpſiſſet libris,q̃ uulg⁹ inſcul/ pit ſaxis aut æri. Atq; haud ſcio an ulla uia præſtãtior ad immortalitatẽ emergẽdi. Siquidẽ gloria quæ paraẽ opibus ac bellis,nõ diſputabo in præſentia,cuiuſmodi ſit, uera ne an fal/ ſa,certe paucis hominibus plurimorũ paratur malo. Hæc eos quoq; nobilitat, quos carpit ac damnat. Talẽ olim habuit Italia Ciceronẽ ac Vergiliũ,nuper Theodorũ Gazã ac Poli tianũ. Quorũ utriq; plurimis noĩbus debent bonæ literæ: imo totus debet orbis, illorũ in genijs nõ mediocriter adiutus. Verũ iſtis fortaſſe cũ literis ex æquo cõſtat ratio,ut omni/ bus collatis paginis cõperiatur,illos,ob rem ſimul ac famã additã,nõ minus debere literis, q̃ illis debeãt literæ,tot uigiliarũ ac laborũ noie. Cæterũ qui ſuo uictu cibóq; quod aiũt,ne gociũ agũt literariũ,& priuatis cõmodis ꝓmouent rem omniũ, nec ab illis fortunã uelut autoramẽtũ accipiũt,ſed ſuã fortunã ultro literis ꝓuehendis & illuſtrãdis impendunt,his haud ſcio an ulla meritis par gra repẽdi poſſit. Atq; utinã hæc mens eſſet oĩbus,ut de hac laude luberet certare cũ Italis,à qbus tot egregijs ꝓuocamur exẽplis,poti⁹q̃ de ditiõe,ne/ ſcio q̃,q̃ primũ tãto Chriſtiani ſanguinis emiẽ impẽdio, deinde nõ æſtimãdo deſtitutæ & exhauſtæ pria malo,poſtremo incertũ q̃diu duratura,ut ſũt reg hũanarũ plusq̃ æſtuariæ

Beatus Rhenanus Sleſtadienſis.

Gulielmus Budæus.

Homerus mendicus.

Angelus Politianus.

uices. Hic & q̃ uincit, & q̃ uincit̃, nullius incõmodo, ſed omniũ bono id facit. Neq; uero de ſunt ubiq; iã gentiũ, q̃ ad hoc pulcherrimũ certamẽ accingãt̃, uerũ mea ſentẽtia, nemini id ceſſit felicius, q̃ Budæo. Proinde cuiuſmodi p̃ceres ſupior ætas dedit Italiæ Hermolaum Barbarũ, & Picũ Mirãdulanũ, eiuſmodi præſẽs ætas dediſſe uidet̃ Galliæ Budæũ, Germaniæ Bilibaldũ Pirchemerũ Norembergicæ ciuitatis apud Germanos oĩb⁹ penè noĩb⁹ principis ſenatorẽ. Quoq; utercq; nõ ſolũ domeſtica fortuna, ac maiorũ ſuoq; imaginibus, uerũ etiã uitæ ac morũ integritate rem literariã illuſtrãt, ſimul & cõmendant. Budæanã igit̃ trãſlationẽ ex annotamẽtis illius quæ ſcripſit in Pandectas Iuris Cæſarei, nõ grauabor hoc loco ſubiicere, quo maior ſit fides apud lectorẽ noſtræ caſtigationi, cũ p̃ſpexerit utroſq; nos nõ de cõpoſito, ſed fortuito penè p̃ omnia cõſenſiſſe, nimirũ idem ſecutos filũ, nempe rem ipſam. Quãdoquidẽ, inquit, multi agreſſi ſunt enarrationẽ aſtruere de rebus inter nos cõpertiſſimis, quẽadmodũ tradidere nobis, q̃ ſpectatores ipſi fuerũt iam inde ab initio, mini ſtricq; ipſius uerbi, certũ eſt, & mihi aſſectatori pridẽ omniũ aſſiduo, deinceps tibi ſcribere optime Theophile, ut agnoſcas eorũ ſermonũ certitudinẽ, in q̃bus ipſe inſtitutus es. Q̃d Budæus uertit inter nos, græce eſt, ἐν ἡμῖν, quod in utrũuis ſenſum accipi poteſt, uel inter nos, ut hic uertit, uel in nobis, ut intelligamus certã p̃ſuaſionẽ nõ eſſe in quibuſlibet, ſed in paucis. Cæteq; quod Valla putat ἄνωθεν nõ ſonare à principio, ſed altius, uerũ dixiſſet, ſi fuiſſet ἀνώτερον. Cæterũ ἄνωθεν ſignificat à ſũmo initio rei cuiuſpiã, quemadmodũ Chriſti ueſtis dicit̃ ἄνωθεν cõtexta, hoc eſt, à ſũmo uſq; ad imũ, & uelum tẽpli ſciſſum, ἄνωθεν, hoc eſt, à ſũmo. Proinde Lucas ſummũ initiũ uocat, q̃d exorſus ſit nõ à genealogia & natiuitate Chriſti, ſed ipſius etiã Ioannis, ut qui præcurſor fuerit euangeliq̃, præcederet itẽ in narratione. Atq; in hũc ſenſum fuerit cõmodius accipe, p̃pterea quod ſequit̃ ἐφεξῆς. i. ordine ſiue deinceps. Quãq; hic ſenſus congruit, etiamſi ἄνωθεν interpreteris denuo.

Budæus in Gallia.

Pirchemerũ i germania.

Anothen a ſummo ſiue rurſum.

De uice Abia) ἧς ἐφημερίας. Græca uox euidentior eſt, indicãs certos dies eſſe præſcriptos, in q̃bus certi ſacerdotũ ordines adminiſtrarẽt. Nec eſt (uxor ei) dãdi caſu, ſed ἀυτοῦ. i. illius, atq; ita legitur & in latinis codicibus emendatis. Licet ad ſenſum nihil refert.

Sine querela) Græcis unica dictio eſt, ἄμεμπτοι, q̃d ſonat, q̃ſi dicas eiuſmodi, ut de his nemo queri poſſit, dicere poterat inculpati ſiue irreprehẽſibiles. Nã quod mutat Valla innoxiq̃ ſiue inſontes, mihi nõ p̃inde p̃bat̃. Maior em̃ quædã laus uidet̃ eſſe, ἄμεμπτον eẽ q̃ innoxiũ. Maximũ em̃ eſt ſic tẽperare mores ac uitam omnẽ, ut hominũ etiã iudicio ſatisfacias, ut improbis quoq; quod in te eſt placeas. Porrò quod uertit p̃ceſſiſſent &c. προβεβηκότας, uſitatius p̃uectæ ætatis dicimus. Cũ ſacerdotio fungeret̃ Zacharias) Græcis p̃ Zacharias eſt ἀυτὸμ, q̃d tñ nihil refert ad ſenſum. Et (in ordine uicis) rurſum eſt ἐφημερίας. Cæterũ quod ſequit̃ ſecundũ cõſuetudinẽ ſacerdotiq̃, nõ eſt Græcis ἱερωσύνης, ſed ἱερατείας nomẽ ab eo uerbo, quod modo melius uerterat, ſacerdotio fũgeret̃. Potuit igit̃ & hic trãſferre iuxta cõſuetudinẽ fũctionis ſacerdotalis. Sorte exiit.) Græcis eſt ἔλαχεν. i. ſortitus eſt, quod interpres, ni fallor, uolẽs dilucidius reddere periphraſi uerterat, Sors exiit, quod ſortibus miſſis in urnã, ſors illius, aut illius exiſſe diceret̃. Id aliqs deprauauit, in ſorte exiit, proinde nos uertimus, ſorte illi obuenit. Alioqui Zacharias ingreſſus eſt, non exiit.

Sorte exiit, p̃ ſortitus eſt.

Vt incẽſum poneret.) τοῦ θυμιάσαι. i. ut adoleret thymiamata, ſiue odores incẽderet. Nã incẽſum nõ p̃bat̃ Laurentio, quod ea uox nõ p̃ oĩa reſpõdeat huic rei, Latini ſuffitũ uocãt: Quãq; mox quoq; hora incenſi, uertit θυμιάματος, & paulo poſt denuo, à dextris altaris incenſi. Apparuit aũt) ὤφθη. i. uiſus eſt ſiue cõſpectus eſt. Nã apparẽt & quæ nõ ſunt, q̃ q̃ nõ repẽhẽdo quod trãſtulit interpres. Multi in natiuitate eius gaudebũt) ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ. i. de natiuitate eius, ſiue ſup̃ natiuitate eĩ⁹. Vinũ & ciceram) Sicera ſcribẽdũ eſt p̃ ſ, nõ p̃ c, nec em̃ à cicere dicit̃ leguminis genere, uerũ uox eſt Hebraica, quæ p̃ Syn apud illos ſcribit̃, à uerbo שִׁבֵּר quod ſonat inebriari. Vnde apud illos omnis potus factitius, qui poſſit inebriare, ſicera dicit̃. Porrò uini facticij uſum fuiſſe apud Aegyptios, teſtis eſt Diodorus Siculus, quod ſua lingua uocarẽt Zuthum, id quod olim Galli ceruiſiam uocabãt, Hiſpani celiã, teſte Plinio.

Sicera quid Hebræis.

Zuthum Ceruiſia Cœlia.

Adhuc ex utero.) ἔτι ἐκ κοιλίας, Verba quidẽ annũerauit bona fide. Cæterũ purius ac latinius extuliſſet. Iam inde ab utero matris, ſic em̃ ſignificamus longe repetitũ initiũ. Et uirtute Heliæ.) δυνάμει, ut intelligas uim miraculorũ, non ſolũ probitatẽ, ut crebro iam admonuimus. Hoc aũt cõuenit cũ uaticinio Malachiæ, qui prædixit

dixit Heliã uenturum, priuſq; ueniret dies domini magnus, ut indicauimus in Matthæo At ne Lucas quidẽ, aut angelus, cuius uerba refert, citat ad uerbum Malachiæ teſtimonium, ſic enim legimus iuxta ueritatem Hebraicam, interprete Hieronymo. Et cõuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Pro quo legunt Septuaginta, Qui conuertit cor patris ad filium, & cor hominis ad proximum ſuum.

Euangeliſta non citat ad uerbũ ꝓphetiam.

Et incredulos ad prudentiam iuſtorum.) Incredulos græce eſt ἀπειθεῖς, quod aliquoties uertit inobedientes, & hic fortaſſe magis quadrabat, cum mentio facta ſit patrum & filiorum. Nam incredibiles pro incredulos, quod legiſſe uidetur Valla, quandoquidem notat, ego nuſq; adhuc ſcriptum offendi, Præterq; in duobus uetuſtis exemplaribus.

Ad prudentiam iuſtorum) Neſcio an Lucas abuſus ſit præpoſitione ἐν ꝓ εἰς, Certe græce eſt, In prudentia iuſtorum. Et tamen altera lectio mollior eſt.

Parare domino.) Recte taxat interpretem Laurentius, quod ſiue oſcitans, ſiue uarietatem affectans, alterum infinitum uerterit, in modum finitum, alterum ut erat reliquerit, ut conuertat corda patrum & parare domino: cum eadem opera dicere potuerit, ut cõuertat & paret. Quod tamen ita crebro facit, ut ſtudio feciſſe uideatur. Quod ſi uerum eſt, miror cur affectarit, quod erat fugiendum. Itidem in pſalmis, Inſidiatur ut rapiat pauperem, rapere pauperẽ dum attrahit eum. Cum utrobiq; ſit ἁρπᾶσαι. Et aliquanto poſt, Ad faciendam miſericordiã cum patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti, cum græce ſit ποιῆσαι & μνησθῆναι. Ac rurſum, Illuminare his, qui in tenebris & umbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes, cum ſit ἐπιφᾶναι & καθευθῦναι, utrũq; uerbum infinitiuum.

Interpres oſcitans.

Plebẽ perfectã.) κατεσκευασμένον, quod magis ſonat inſtructam & adornatã ſiue apparatã. Quod tardaret ipſe in tẽplo.) ἐν τῷ χρονίζειν αὐτόν, ipſe nõ erat hoc loco reddẽdũ, ſi uoluiſſet latine loqui, qd' tñ aliàs in cõſimili ſermonis genere nõ ſemel auſus eſt omittere.

Et permanſit mutus.) Mirum cur Laurentium offendat mutus, quaſi κωφὸς tantum ſignificet ſurdum, unde igitur prouerbiũ illud κωφὸν πρόσωπον, id eſt, muta perſona? Is qui collegit græcarum uocum etymologias, citatis autoribus docet κωφὸν dici græcis, non ſolũ qui ſurdus ſit, uerumetiã qui mutus, quem ἄλαλον uocant, neq; quicq; intereſſe, niſi quod ἄλαλος dicatur, qui fari non poſſit, uelut infantes, κωφός, cui nulla ſit omnino uox.

κωφὸς græcis et ſurdus & mutus.

Dies officij.) λειτουργείας. i. miniſterij, quod tamen plerũq; de ſacris miniſterijs accipit.

Deſponſatã uiro) Deſponſam & deſponſatã utrũq; reperio apud probos autores, græce eſt μεμνηστευμένην, quod eſt proprie proco tradere ſponſam. Iam enim ut apparet, puella cum ſponſo habitabat, etiam ſi coitus non interceſſerat.

Viro cui nomẽ erat Ioſeph, de domo Dauid.) Chryſoſtomus homilia in Matthæum ſecunda, indicat hoc loco legi, de domo ac familia, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς, ſic accipiens quaſi domus appellatio latius pateat, familia pertineat ad pauciores. Quanq; nec apud Ambroſiũ ita legimus, nec in antiquiſſimis exemplaribus. Verũ familiæ nomẽ additur ꝓximo capite. Aſcendit aũt & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ciuitatem Dauid, quæ uocatur Bethlehem, eò quod eſſet de domo & familia Dauid, Conſentientibus noſtris exemplaribus cũ græcis. Proinde fieri poteſt, ut Chryſoſtomus memoria lapſus ſit, præſertim cũ locũ hũc ſecus adducat, q̃ habeat apud Lucam, Adducit eñ hũc in modũ. Audi ad Gabriel loquẽtẽ dñm, Vade ad uirginẽ deſponſatã uiro, cui nomẽ Ioſeph, ex familia & domo Dauid. Licet Chryſoſtomus ex altero loco idẽ poterat cõficere, quod cõficere uolebat ex hoc. Neq; enim hic cõtendit ad uirginẽ eſſe referendũ quod dicitur de domo & familia Dauid, ſed ad Ioſeph, ſed tñ hinc colligi Mariã eiuſdẽ fuiſſe tribus. Q d' ſi utroq; loco legebat' de domo & familia, mirũ cur Chryſoſtomus nõ utrũq; adduxerit.

Domus & familia quid differant.

Et nomẽ uirginis Maria.) μαριὰμ uoce & accentu Hebræo, quanq; oſtendimus hoc non obſeruari perpetuo, ſiue id accidit incuria librariorum, ſiue quod nihil interſit.

Maria & mariam.

Aue gratia plena) χαῖρε κεχαριτωμένη, idẽ uerbum χαίρειν apud Græcos tria ſignificat, gaudere, ſaluere, & ualere. Vnde nil referebat, ſalue uertiſſet an aue. Nec eſt gratia plena, ſed ut ad uerbũ reddã gratificata. Verbo, unde hoc participiũ deductũ eſt utit Paulus in epiſtola ad Epheſios cap. 1. Gratificauit nos in dilecto filio ſuo ἐχαρίτωσεν, hoc eſt, gratos & charos reddidit. Q̃q; participio Homerus uſus eſt ꝓ unice dilecto, ἐμῷ χαριτωμένε θυμῷ. i. meo dilecte animo. Eſt aũt uox uelut amorẽ alicuius erga uirginẽ nunciantis, quod ſonet

Gratia plena.

Noua ſaluta tio.

ſonet amatorium quiddam. Vnde & turbata uirgo cogitabat, qualis eſſet ea ſalutatio. Annotauit & Origenes hanc ſalutandi formam nuſq; extare in libris ſacris, nec ad uirũ ullum, nec ad mulierem. Itaq; nouitas quoq; ipſa ſtuporem auxit uirginis. Ad id facit, quod græce non eſt ποῖος ſed ποταπὸς, ut inſignem ac miram accipias ſalutationem. Nam ſolẽnis Iudæorum ſalutatio pacem optabat. Cæterum aptiſſimum erat, ut gaudij uocabulo ſalutaretur quæ ueræ uoluptatis autorem erat conceptura & gratiæ uocabulo compellaretur, quæ Ieſum erat paritura, finem ceremoniarum frigidarum, & ſalutaris gratiæ principem autoremq;. Video theologos quoſdam uiros alioqui doctos ac pios, quorũ eſt Bernardus, mire philoſophatos in his uerbis, gratia plena, uelut hoc peculiariter cõpetat in Mariam, gratia plenam appellari, Cum nec hoc loco dixerit Lucas gratia plenã, & is ſermo multis promiſcue tributus in arcanis literis reperiatur. Siquidẽ de Ioanne baptiſta legimus, Et ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ. Rurſum de Eliſabet. Repleta eſt ſpiritu ſancto. Ac mox Zacharias ſpũ ſancto repletꝰ legitur. Et in actibus apoſtolicis, ſpũ ſancto repleti leguntᷣ q cõuenerant. Et Stephanus plenus ſpũ ſancto dicitᷣ, ac plenus gratia & uirtute. Nec iſta cuiq; uideri oportet negligenda. Siquidem ut eſt elegãs in huiuſmodi minutijs apte philoſophari in arcanis literis, ita fœdũ extra rem nugari.

Bernardus.

Gratia plena.

Benedicta laudata.

Benedicta tu.) ἐυλογημένη, quod ſonat laudatam ſiue præclara fama, de qua omnes bene loquantur, quod & ipſum amatorium quiddam prima fronte ſonat, ac nuptiale, quo magis turbata eſt uirgo, nondum edocta de cœleſti myſterio. Licet autem benedictus ac maledictus pro laudato & illaudato non reperiatur apud Latinos autores, tamẽ uelimus nolimus ad quædã eiuſmodi cõniuendũ eſt, receptiora q; ut citra tumultũ mutari poſſint. Et (In mulieribus) ἐν γωναιξίν. i. inter mulieres, qđ ipſe paulopoſt ad eũ trãſtulit modũ, & ita legit diuus Ambroſius. Quãq; haud ſum neſcius in ꝓ inter uſurpari, nõnũq; apud Latinos quoq;. Quæ cũ audiſſet.) Græci ſecus habẽt, ἣ δὲ ἰδοῦσα. i. At illa cũ uidiſſet. Ita ſcriptum fuiſſe in nonnullis uetuſtis codicibus atteſtatur Valla. Et ne quis pergat cauillari, ſic legit diuus Ambroſius. Quãq; apud hũc nõ eſt turbata in ſermone, ſed in introitu. Legit enim ad hunc modum. Ipſa autem ut uidit eum, mota eſt in introitu eius. Et ne quis caueſetur caſu mutatam ſcripturam ſubijcit, interpretans quid legerit. Trepidare uirginum eſt & ad oẽs uiri ingreſſus pauere, omnes uiri affatus uereri. Niſi forte hic Ambroſius, nonnihil immutauit de ſuo. Cæterum quod Laurentius ſubindicat hoc loco neſcio quid argutulum: Nolo inquiens diſputare nunc quare ſit melius, quæ cum uidiſſet, q; quæ cum audiſſet, ne de fide ſcripturæ dubitare uidear, quid ſibi uelit, ut ingenue dicam, non ſatis intelligo. Nam ipſe puto Euangeliſtam ſic eſſe locutum, ut oſtenderet uirginem duplici nomine turbatam fuiſſe. Primum, quod uideret iuuenem ad ſe ingredientem, deinde, quod audiret ſalutationem amatoriam, & neſcio quid procorum præ ſe ferentem.

Varia lectio.

Inueniſti gratiam.

Qualis eſſet.) Rurſus hic eſt ut dixi, ποταπὸς, quod in Marco Laurentius tranſferre uolebat per quantus. Et aptius erat reperiſti, ſiue nacta es gratiam q; inueniſti, hoc eſt obtigit tibi eſſe gratioſam apud deũ. Nam apud græcos εὑρεῖν polyſemon eſt. Vnde qui hic philoſophantur, non inueniri, niſi quod perijt, argute magis q; appoſite differunt.

Et filius altiſſimi.) ὑψίστου, idem uerbum, quod aliàs uertit in excelſis, ἐν ὑψίστοις (Dauid patris eius.) Latinius erat patris ſui, atq; ita legitur in nonnullis exemplaribus. Et pro (in æternum) eſt. εἰς τοὺς αἰῶνας, id eſt, in ſæcula. Nam quod πῶς ἔσται, id eſt, quomodo erit, uertit quomodo fiet, nihil peccauit interpres.

Non cognoſco.

Virum non cognoſco) Cum hic conſentiant Latina cum Græcis exemplaribus, mirum eſt, unde Ambroſius unus legat cognoui non cognoſco, niſi forte hoc librariorum errore fuit inductum. Siquidem præſens uerbi tempus melius explicat uirginis propoſitũ.

Quod naſcitur ex te.) τὸ γεννώμενον. i. quod natum fuerit. Cæterũ illa duo uerba, ex te, nec in ullis Græcorum exemplaribus addita reperi, ne apud Vulgarium quidẽ, nec in antiquis codicibus latinis. Præterq; in uno in quo, neſcio quis, in margine adiecerat. Proinde miror, unde in primam huius operis æditionem inuaſerint. Eſt autem abſolutior ſermo, ſi non addantur. Apparet adiecta ab explanatore quopiam.

Quoniam non erit impoſſibile.) ἀδυνατήσει, uerbo cõpoſito. Senſus eſt, nihil à deo promitti tam nouũ aut magnũ, quod ipſe nõ queat præſtare. Atq; hic plane uerbũ poſuit ꝓ

oratione

oratione ῥῆμα. Ac paulopoſt, fiat mihi ſecundum uerbum tuum, ῥήματόσου. Niſi forte licet ῥῆμα natiuo ſignificatu uſurpare, quo ῥῆσιμ uocamus orationem.

Verbum ῥῆμα nō λόγομ.

In montana.) εἰς ὀρεινὴν, id eſt, in montanam, ut ſubaudias regionem. Eadem uox eſt aliquanto inferius. Et factus eſt timor ſuper omnia montana Iudææ, ἐπὶ ὅλῃ τῇ ὀρεινῇ. Cꝫ quàm interpres probe reddidit ſententiam, ne quis putet illū à me reprehendi.

Salutationē Mariæ.) Hic certe Mariam pronunciauit inflexione græca, nō Hebraico more. Exultauit) ἐσκίρτησεμ. i. ſalijt, ſibi ſubſultauit, idē eſt paulo poſt, exultauit in gaudio, nec eſt, ἐπὶ χαρᾷ, ſed ἐπ' ἀγαλλιάσει, quod geſticulationē magis ſonat lætātis Cꝫ ipſum gaudium. Vnde ἀγαλλιασώμεθα uertit exultemus. Et mox (Exultauit ſpiritus meus) ἠγαλλίασεμ. Quoniam in poſitum erat pro per, uertimus præ gaudio.

A domino. i. nomine domini.

Quæ dicta ſunt ei à domino.) παρὰ κυρίου, quod ita ſonat, uon quaſi dominus dixerit, ſed quod nomine domini, & illius, ut nos loquimur, uerbis, hæc illi dicta fuerint, quemadmodum dicimus, dic illi ex me ſalutem.

Et ait Maria) In homilijs ſcriptis in Lucam, quas Origenis titulo legimus, indicatū eſt in nōnullis codicibus fuiſſe ſcriptū prophetauit, pro, ait. Et ſtilus ꝓpheticū quiddā ſapit.

Magnificat anima mea.) μεγαλύνει, aptius erat magnifacit, quàm magnificat, quāquàm magnificat poſitum eſt pro extollit & effert laudibus.

Salutari meo.) σωτῆρί μου. i. ſaluatore meo, ſiue ut Latini loqui malunt, ſeruatore meo.

Humilitatem ancillæ.) ταπείνωσιμ, ut intelligas paruitatem, non animi uirtutem, quam ſuo uocabulo Græci uocant ταπεινοφροσύμλω. Nec eſt, reſpexit humilitatem, ſed aſpexit ad humilitatem, ἐπέβλεψεμ ἐπὶ τὴν ταπείνωσιμ, ut ſit contrarium ei, quod eſt auerſari. Sitꝫ ſenſus, & ſi ſim infima ancilla, tamen nō eſt auerſatus me. Ex hoc) ἀπὸ τοῦ νῦμ, id eſt, poſt hac ſiue ad uerbum, ex hoc nunc, quod tamen aliquoties non dubitat ita uertere.

Humilitas ταπείνωσις.

Beatam me dicent.) μακαριοῦσι, id eſt, beatificabunt, quod tamen apud Græcos ſignificat felicem iudicare, ſicut & magnificare laudibus tollere. Quemadmodum & εὐδαιμονίζω, pro fortunatū dicere, ſiue felicem iudicare. Magna qui potens eſt.) μεγαλεῖα, quod aliàs uertit magnalia. Et qui potēs eſt) ὁ δυνατὸς, id eſt, ille potens, ſiue qui poteſt.

A progenie in progeniem.) εἰς γενεὰμ & γενεὰμ, id eſt, in generationem & generationē. Laurētius legit in ſuis exemplaribus, εἰς γενεὰς γενεῶμ, id eſt, in generationes generationū. Vt intelligas ætates innumerabiles. Atꝫ ita ſanè legit quiſquis fuit autor homiliarū in Lucam, quas Origenis titulo legimus, homilia octaua. Et ipſe in uno duntaxat ita ſcriptū reperi. Oſtēdit idem in noſtris quoꝫ exemplaribus, uariam fuiſſe ſcripturam. In duobus omnium uetuſtiſſimis ſcriptū erat, in progenies & progenies, quod perinde ualet ac ſi dicas, in progenies innumeras, Hebræorum more.

Fecit potentiam.) κράτος robur ſiue imperium. Nam utrūꝫ ſignificat κράτος. Et in brachio, pro eo quod eſt per brachium. Hebræorum more dixit.

Cordis ſui.

Cordis ſui.) καρδίας αὐτῶν. Græca uox indicat ſui non eſſe referendū ad deū, ſed ad ſupbos. Nec eſt mente ꝓprie, ſed διανοίᾳ cogitatione, ut intelligas ſupboꝫ, ſuis ipſorū cōſilijs diſpergi. Depoſuit potentes.) καθεῖλεμ δυνάσας, id eſt, detraxit primores, ſiue magiſtratus. Nam δυνάστης proprie, qui poteſtate fungitur publica in ciuitate, uelut hi, qui ſunt in imperio. Neque eſt de ſede, ſed ἀπὸ θρόνωμ, id eſt, à ſedibus.

Dimiſit.) Non eſt hic, permiſit, ſed emiſit à ſe, ἐξαπέστειλε, ueluti fruſtratos. Cæterum participia græca commodius uertiſſet per uerba. Eos qui eſuriebant implebat bonis, & eos qui diuites erant emiſit inanes ſiue uacuos.

Suſcepit Iſrael.) ἀντελάβετο, quod proprie eſt ſuccurrentis, ac manum porrigentis.

Memorare.) μνησθῆναι, id eſt, ut memor eſſet. Primū abuſus eſt modo uerbi interpres. Deinde haud ſcio an uſꝫ legatur, memorari ꝓ recordari. At chorus eccleſiaſticus hodie canit, Recordatus miſericordiæ ſuæ. Nec ſuæ additur apud Græcos, ſed tātum eſt miſericordiæ, licet reclamantibus cunctis Latinis quæ ſanè uiderim exemplaribus.

Memorare pro meminiſſe.

Sicut locutus eſt.) ἐλάλησεμ, quoniam uerbum eſt præteriti temporis, ſed indefiniti, rectius hic uertiſſet, Sicut locutus fuerat. Eſt enim gemini præteriti temporis ſignificatio.

Abraham & ſemini.) Abraham tametſi eſt indeclinabile, tamen articulus appoſitus indicat eſſe datiui caſus, τῷ Ἀβραάμ, hoc eſt, ipſi Habraam. Cæterum quod Laurentius diſputat

putat,dicendum potius,apud patres noſtros,ꝙ ad patres noſtros, ſomnium eſt. An ſic deus locutus eſt apud patres Iudæorum,ut nos loquimur apud iudicem aut principem? Quod ſi alicubi πρὸς ſonat apud,ut illic,uerbum erat apud deū,non ſtatim oportet ubiq; idem exigere,imo quemadmodum latine dicimus ſcribo tibi & ſcribo ad te,mitto tibi,& mitto ad te,Loquor tibi,& loquor ad te,itidem & Græci.Proinde quoniam utroq; modo licuit dicere,Lucas uariauit ſermonis figuram.Sentit autem Maria hoc deum præſtitiſſe iam humano generi quod olim maioribus fuerat pollicitus. Quibus autem maioribus? Nempe Abraham,ad quem loquitur deus,& in ſemine tuo benedicētur omnes gentes.Deinde ſemini,id eſt,poſteris,huius nempe Dauid,cui promiſſum eſt,De fructu tuo ponam ſuper ſedem tuam.

Valla taxatus.

In ſæcula) εἰς τὸν αἰῶνα,id eſt in æuum,licet apud quoſdā lego ἕως αἰῶνος.i.uſq; in æuū.

Quaſi menſibus) ὡσεὶ.i,ferè ſiue circiter. Et congratulabantur) συνέχαιρον, id eſt,ut ad uerbum reddam,congaudebant,quod latini fere dicunt gratulari. Quanq; congaudere poteſt qui non gratuletur,cum illud ſit animi,hoc uoce teſtantis gaudium.

Quia nemo eſt.) ὅτι prorſus hic erat omittēdū,cū ſermo latinus huiuſmodi genus orationis reſpuat. Quē uellet uocari) τί ἂν θέλει καλεῖσθαι.i,quid uellet uocari, hoc eſt, quo nomine. Et poſtulans pugillarem.) Quomodo ſcripſit in pugillaribus poſtulans, ut adferrentur? Proinde græcum participiū præteriti temporis ita uertendū erat,& poſtulata tabella .Sentit em̄ tabellā ceratā,quā πινακίδιαν uocat,in his em̄ olim ſcribebat. Scripſit dicens) Si dixit quid opus erat ſcribere? Vnde dicens hoc loco referendū eſt, nō ad Zachariam loquētem,ſed ſcripturam loquentē.Nam mox ſubditur apertam fuiſſe lingua illius & cœpiſſe loqui. Quis putas.) τίς ἄρα.i.quis nā.Nā ἄρα cōiunctio eſt expletiua,Pleriq; codices habebāt,τί ἄρα.i.qd nā.Nā puer græcis neutri generis eſt παιδίον.

Pugillares.

Plebis ſuæ,) τῷ λαῷ αὐτοῦ.i.populo ſuo.Conſentientibus & uetuſtis latinorū exemplaribus,in quibus eſt plebi ſuæ.Laurentius latinitatis obſeruantiſſimus mauult populo ꝙ plebi,quod populus uniuerſos ciuitatis ordines complectatur,plebs infima pars ſit.

Prophetarum eius.) Suorū erat dicendū latine,& qui à ſæculo fuerūt potius ꝙ ſunt.

Salutem ex inimicis.) σωτηρίαν,quod magis ſonat ſeruationem ſiue incolumitatē,σωτὴρ enim ſeruator ſiue ſoſpitator,inde σωτηρία.Quanquàm ſuperius idem uerbū fuit, Erexit cornu ſalutis,& paulo poſt. Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius.

σῶτηρ σωτηρία.

Ad faciendā &c.memorari) Vtrūq; Græcis eſt uerbū infinitū, ποιῆσαι μνησθῆναι.i.ut faceret & memor eſſet. Daturum ſe.) δοῦναι ἡμῖν, id eſt,dare nobis.Quanquàm græca uerba nonnihil aliud ſignificant,quàm nos accipimus. τοῦ δοῦναι ἡμῖν ἀφόβως ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας λατρεύειν αὐτῷ.i.ut daret nobis abſq; metu de manib⁹ inimicorū noſtrorum liberatos ſeruire ſibi. Parare uias eius.) ἑτοιμάσαι.i.ad parandum.

Ad dandam ſcientiam ſalutis.) Cum mox reliquerit infinitum ἑτοιμάσαι, nunc uertit in gerundium τοῦ δοῶναι ad dandum.Atq; hæc ad puerum quoq;,quem alloquitur probe referri poſſunt.Præibis enim ante faciem domini,ut pares uias illius,& des cognitionem ſalutis populo illius,in remiſſionem peccatorum.Ioannis em̄ prædicatio fecit,ut intelligerent inſtare ſalutem,idq; in remiſſione,hoc eſt per remiſſionem peccatorum. Neq; enim eſt in remiſſionē Græcis,ſed ἐν ἀφέσει. Nō quod ipſe Ioannes remiſerit peccata,ſed quod ſuo baptiſmo præparauerit illos ad pœnitentiam, alioqui remiſſionem peccatorum non fuiſſe ex Ioanne palàm arguit,quod mox ſequitur per uiſcera miſericordiæ.

In remiſſione pro remiſſionem.

In remiſſionē peccatorum eorum) Ita & Græce legitur,& in uetuſtis latinorum exemplaribus. Cæterum quando ad ſenſum nihil intererat,ad effugiendum τὸ δύφθεγκτον maluimus eius aut ipſius. Oriens.) Non eſt hic participium,ſed nomen ſubſtantiuum ἀνατολή, quæ uox ſignificat exortum ſolis aut regionem, unde oritur . Chriſtum igitur ipſum,ſolem uocat orientē. Illuminare) ἐπιφᾶναι, id eſt,illuce,ſiue illuceſce,ſiue exorere,quanq; magis placet,ut ſit infinitum uerbum,quod tamen in alium modū erat uertendum. Viſitauit nos oriens ex alto,ut illuceſceret his qui in tenebris & umbra mortis ſedebant,ſiue ſedebamus,& dirigeret pedes noſtros.

Oriens ἀνατολή.

Et confortabatur.) ἐκραταιοῦτο,hoc eſt,fiebat robuſtus ac ualidus, non corpore tātum, ſicuti uulgus,ſed ſpiritu.Nam ætas corpori robur ac uires paulatim addit,quod hic trāſtulit ad animū

lit ad animum. Nec est simpliciter crescebat, sed ἠυξανεν, id quod peculiare est plantis & animantibus. Cæterum hic accõmodatius dixisset, adolescebat.

Ostensionis suæ ad Israel.) ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτου πρὸς τὸν ἰσραήλ. Quorum uerborum hic sensus est, donec denuo proferretur & ostenderetur apud populum Israel, qualis esset. Nam interea ueluti latebat, suo tempore proditurus.

EX CAPITE SECVNDO.

Dictum.) δόγμα, id est, decretum, quod tamen recte mutauit interpres.

Cyrino.) κυρωνίου. id est, Cyrenio, nec est à præside, sed ἡγεμονύοντος, id est, præsidem agente. Porrò prima referri potest ad præsidem Cyrenium, ut non accipias simpliciter primã, sed primã sub illo indictam. Cyrenius. Prima sub hoc.

Vt profiterentur.) ἀπογράφεσθαι. Idem uerbum quod hactenus uertit describeretur. Cæterum eadem res, cum agitur in re militari, uocatur dare nomen, cum in æstimandis facultatibus & expẽdendo numero capitum, appellatur census. Sic enim Vlpianus, uitia priorum censuum, æditis nouis professionibus euanescunt. Proinde magistratus censet, populus profitetur. Et superius latinius uertisset cẽseretur & describeretur. Et professio rectius & descriptio. Declarat & Ambrosius hoc loco nihil aliud esse professionem & censum. Professio, inquiens, ista fidei, cẽsus animorũ est. Porrò quod dixit, uniuersus orbis, Ambrosius ad allegoriam trahere mauult, cũ Augustus id temporis, nec Armenijs, nec Gottis imperarit. Verũ ut historiæ quoq; sua cõstet fides, totus orbis aut accipiendus est per synecdochen, ut intelligas maximã orbis partem, aut ut intelligas totum orbẽ Rhomanũ. Ex hoc em̃ loco colligũt nõnulli ad imperatorẽ totius orbis imperiũ pertinere, cum nec hoc agat Lucas, nec Augustus ipse totius orbis imperium tenuerit. Quan & ut nõ improbarim, si quis unus totius orbis imperio potiatur, modo is quantum præmineret autoritate, tantum & præstaret prudentia simul & integritate: Ita stultissimum arbitror id somniare, quod nec fuerit unq;, & hoc ipsum quod fuit, iam olim è uita hominũ sublatum sit, crudelissimum autem huiusmodi factitios titulos, tanto rerum omniũ tumultu, tantáq; sanguinis iactura persequi. Postremo neutiq; tutũ rebus humanis, tantã potestatem unius hominis libidini cõmittere, qui uir pessimus possit obtingere. Nullus impator tenuit totũ orbem. An expediat uni cõmitti omnia qui possit esse malus.

In suam ciuitatẽ.) Hic licebat uertere, in sua ciuitate, hoc est in sua quisq; ciuitate, nisi referas ad ibant. In Iudæam ciuitatẽ) εἰς τὴν ἰουδαίαν εἰς πόλιν δαβὶδ in Iudæã in ciuitatẽ Dauid. Deest in præpositio, in ciuitatẽ. Prius em̃ posuit nomẽ regiõis, deinde ciuitatis.

Et familia) ἧς πατριᾶς) Idem uerbũ, quod in Paulinis epistolis nertit paternitas, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, sed hac de re proximo capite nõnihil annotabimus. Vxore prægnante) Ita uertit interpres, ut Ioseph uideat̃ duxisse Mariam uxorẽ iam tũc prægnantẽ ante coniugiũ initũ, cũ græce sit οὔσῃ ἐγκύῳ. i. quæ erat grauida, siue quæ ferebat uterum. Ordo sermonis nonnihil habet amphibologiæ, quod ordinari possit. Ascendit Ioseph, cum uxore prægnante. Aut ascendit ut profiteretur cũ uxore prægnante. Id tamen ante nos annotauit Petrus comestor, ne quem omnino sua laude fraudemus. Petrus comestor. Et pannis.) ἐσπαργάνωσεν, ad uerbum sonat infarciauit, id est fascijs involuit, ne quis imaginetur laceros pannos.

Non erat ei locus) eis est græce αὐτοῖς, ut accipias de ambobus. Cæterũ qui cõuenit nõ fuisse locũ in diuersorio, cum præsepe pars, opinor, fuerit diuersorij, nisi quod alibi καταλυμα uertit refectionẽ, & cœnaculũ. Nõ erat locus aptus parturienti, quæ solitudinẽ reqrit.

Vigilantes) ἀγραυλοῦντες, id est, in agris agentes, siue stabulantes. Nam hinc Græcis est composita dictio, ἀγρὸς ager, αὐλὴ stabulum. In septis enim noctu seruantur greges, ob incursum luporum, uerum ea septa in agris sunt. Vigilantes ἀγραυλοῦντες.

Et custodientes uigilias) φυλάσσοντες φυλακὰς. i. custodientes custodias, siue excubantes excubias. Et claritas) ἡ δόξα, id est, gloria, quod aliquoties uertit maiestatem.

Stetit iuxta illos) ἐπέστη αὐτοῖς magis significat angelum imminuisse ex alto supra illos, & astitisse. Inuolutum pannis) ἐσπαργανομένων participiũ est eius uerbi de quo paulo ante diximus. i. fascijs puerilibus inuolutũ, ne rursum mẽdicorum pannos imaginemur. Nam ut parentibus Iesu tenuitatem ac paupertatem libenter tribuimus, ita sordes ac mendicitatem procul amouemus. Habet & paupertas suam mundiciem, nam quo minus in Christ⁹ pauper, at non mẽdicus, ut uulgo sunt.

conclaui pepererit Maria, nō paupertas obſtitit, ſed diuerſantiū turba. Alioquí ſi Chriſto tantopere placuiſſet mendicitas, ut quidam putant, in ptochodochio naſci poterat. Nunc mēdicantiū uocabulo ſeſe uenditāt, & ij qui Satraparū opes domi poſſidēt. Nec inſector quorūdā inſtitutū, qui uere mendicato uiuunt, ſed rectius opinor facturos, ſi qui ualēt, ut ualent permulti, manibus pararent, unde tū ſibi, tū alijs egenis poſſent ſuppeditare.

Ocioſa mendicitas improbanda.

Hominibus bonæ uoluntatis.) ηρὴ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, id eſt, & in terra pax, in hominibus bona uoluntas. Vt intelligas tria diſtributa, ac ſingula ſingulis reddita, gloriam uni deo tribuit, idq; in altiſſimis, terræ pacē, hominibus bonam uoluntatē εὐδοκίαν, quod aliàs uertit beneplacitum. Siquidem homines ueluti tertios ac medios inter cœlum & terram ponit. Neq; uero ſic accipiendum, opinor, ut ipſis hominibus ſit bona uolūtas, ſed ut intelligant hanc gloriam, hanc pacem, non ex hominū meritis exhibitā mundo, ſed duntaxat ex beneplacito dei, cui ſic uiſum fuit hominibus gratificari. Porrò cū ita conſtanter habeatur in omnibus græcis exemplaribus, & ad eum modum exponat Vulgarius, mirum eſt nuſq; hanc lectionem, nec apud Hieronymū deprehēdi, nec apud Ambroſium, ne apud Origenē quidē, aut Chryſoſtomū, qui omnes nō ſolū adducunt hunc locum iuxta noſtrā lectionē, uerumetiā interpretātur. Nōnulli græci codices habebāt, in hominibus bona uoluntas, ἐν ἀνθρώποις, alij, hominibus uoluntas: abſq; præpoſitione.

Diuerſa a ueteribus recentiū Græcorū lectio.

Paſtores loquebantur.) In pleriſq; Græcis codicibus ſic erat ſcriptum, ηρὴ ἄνθρωποι δὲ οἱ ποιμένες εἶπον, id eſt, & homines illi paſtores dicebant, ut homines opponantur angelis. Iam uero illud (adinuicem) pro inter ſeſe, crebrius occurrit q; ut libeat admonere.

Tranſeamus uſq;.) Græci addunt coniunctionem expletiuam διέλθωμεν δή, quæ nonnunq; urgens quiddā habet, ut hic emphaſim habeat accelerantium ac geſtientium abire.

Verbū pro re acta.

Verbum hoc quod factum eſt.) Nihil obſto quo minus hic philoſophetur, qui uolet, de uerbo facto, modo ſciat iuxta proprietatem Hebræi ſermonis uerbum dici, rem nouā quæ rumore diuulgetur, & ita eſſe deprehendet, quiſquis obſeruare uoluerit. Annotauit hoc & ante nos Auguſtinus libro de idiomate ueteris inſtrumenti, locū adducens ex Ioſue capite octauo, Quid uerbum hoc feciſti nobis, ut non uocares nos? Nec eſt (oſtendit nobis) ſed ἐγνώρισεν, id eſt notificauit, ſiue mauis notū fecit, aut indicauit, & aperuit. Quis enim alioqui dicitur oſtendiſſe uerbum? Et inuenerunt Mariam.) deeſt una coniuctio, καὶ εὗρον τὴν Μαρίαμ, id eſt, Mariamq; & Ioſeph, quāq; hoc loco penè fuit ocioſa prima coniunctio latinis, & Græcis aliquoties ſic apponitur, ut uideatur magis ad uenuſtatem facere ſermonis, q; emphaſim, quo ſermonis genere uidemus delectatum Ennium.

Et cognouerunt de uerbo.) ἰδόντες δὲ διεγνώρισαν, id eſt, ubi uidiſſent notum fecerunt, ſiue diuulgarunt ut intelligas illos quod uiderant, alijs, qui non uiderant prædicaſſe. Eſt enim uerbum compoſitum à γνωρίζειν, quod modo uertit oſtendit nobis. Aſtipulatur huic interpretationi Vulgarius.

Maria uero.) ἡ δὲ Μαριὰμ. Expreſſius erat, ſi uertiſſet, ipſa uero Maria, propter additum articulum, quo magis diſtinguatur ab alijs, qui hiſce de rebus loquebantur ipſa tacente.

Purificatus dicitur et Chriſtus.

In omnibus.) ἐπὶ πᾶσι, id eſt, ſuper omnibus, ſiue de omnibus.

Sicut dictum eſt ad illos.) Hæc clauſula referēda eſt duntaxat ad proximum uerbum, & uiderant. Audierant enim, & audita uiderant. Dies purificationis eius.) Alter codex habebat αὐτοῦ, ut purificationē referas ad Chriſtum, alter αὐτῶν, ut ad utrunq;. Atq; ita ſanè legit & enarrat Origenes, aut quiſquis fuit, homilia decimaquarta, ſcribēs hunc in modum. Si ſcriptum eſſet propter purgationē eius, id eſt Mariæ quæ pepererat, nihil quæſtionis oriretur, & audacter diceremus, Mariā, quæ homo erat, purgatiōe indiguiſſe poſt partum. Nunc uero in eo quod ait, dies purgationis eorum, nō uidetur unum ſignificare, ſed alterū, ſiue plures. Rurſū homilia decimaoctaua. Refert oblationē oblatā pro mūdatione Chriſti, nō id ſentiēs, quod Chriſtus eſſet immūdus, ſed quod eodē ritu purgatus ſit, quo cæteri ſolēt ſordibus obnoxij. Ne quid hic fruſtra cauillet aliquis de purificatiōe Mariæ, nā purificationē uocat eas ceremonias, quibus olim & puerpera, & fœtus luſtrabatur.

Vulua non eſt obſcurū uocabulū, nō magis q; matrix.

Vt ſiſterent.) παραστῆσαι τῷ κυρίῳ. i. ut exhiberent ſiue cōmendarent. Nam utrunq; ſignificat Græca uox. Adaperiens uuluam.) διανοῖγον μήτραν, Aperiens uterum, ſic enim mauult Laurentius, homo ſuperſtitioſe uerecundus, quaſi uero uulua ſit obſcœnum uocabulum

bulum,aut quaſi legis huius uerba de Maria proprie dicta ſint, ac nō potius de omnibus fœminis quæcunq; pariunt. Siquidem aperiens uuluam iuxta ſermonis Hebraici proprietatem dictum eſt,pro naſcēs. Atq; idem quiſquis fuit,in homilia decimaquarta, cuius modo teſtimonium adduximus, putat & Chriſtum matris adaperuiſſe uuluā, ſed nequaq; more cæterorū. Cæterorum enim conceptus quoq; mulieris uterum aperit,cum Chriſtus clauſo uirginis utero ſit conceptus,citra uirilem operā,ubi uirtus altiſſimi obumbrans cœlitus,uice complexus fuit,ſpiritus ſanctus illabens uice ſeminis maſculini. Porrò naſcēs aperuit uterum,ſed ita ut non conuelleret clauſtra pudicitiæ uirginalis. Atq; hæc quidem eſt illius ſententia,pro qua non eſt animus in præſentia digladiari,etiamſi pugnat cū eo quod iam olim pia credulitas omnium animis infixit, Chriſtum ſine ſordibus,ſine nixu ac labore parturientis,clauſo uirginis utero prodiſſe. Que ſanè ut ſunt dictu plauſibilia, nec irreligioſa,ita certis ſcripturarum ſacrarum teſtimonijs doceri non poſſunt. Certe diuus Ambroſius non abhorret ab illius ſententia,hunc enarrans locum,nam cōmentarium his clauſit uerbis, Qui enim uuluam ſanctificauit alienam,ut naſceretur propheta,hic eſt qui aperuit matris ſuæ uuluam,ut immaculatus exiret. Et timoratus. (εὐλαβὴς, id eſt,pius ſiue religioſus. Inde dicta uox quod reuerenter ac circumſpecte tractetur aliquid.

A daperiens uuluā & ad Mariā pertinere.

Quomodo Chriſtꝰ matris aperuerit uterum.

Et reſponſum acceperat.) hic reſpōſum accipe oraculum, καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον, id eſt,erat illi promiſſum oraculo. Nunc dimittis.) ἀπολύεις. Annotauit hunc locum Auguſtinus libro de ueteris inſtrumenti tropis quarto, quod raro reperiatur de morte dictum,nam ἀπολύεται uxor,quæ repudiatur. Adducit locum qui eſt in numeris, Et uidit omnis ſynagoga,quia dimiſſus eſt Aaron,pro quo noſtra habet æditio. Omnis autē multitudo uidēs occubuiſſe Aaron fleuit &c. Ante faciem omnium.) κατὰ πρόσωπον quod magis ſonat in conſpectu. Et erat pater & mater.) In Græcis aliquot codicibus lego pro pater, Ioſeph,quod arbitror immutatum à quopiam, qui uereretur Ioſeph uocare patrem Ieſu,cum poſtea ipſa Maria uocet illum patrem Ieſu.

Ioſeph dictꝰ pater Ieſu.

Parentes eius.) eius non additur apud Græcos, ὡς τοῦ εἰσαγαγεῖν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον, id eſt,cum inducerent parentes puerum Ieſum. Cui contradicetur.) ἀντιλεγόμενον, id eſt,cui contradicitur ut abſolute accipiamus. Atq; ita citat Auguſtinus cū aliàs,tum uero pſalmū enarrans 88. Atq; ita ſubinde adducit Origenes in homilijs quibus hunc explicat euangeliſtam,ſi uerax eſt titulus operis. Et tuam ipſius animam.) καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχήν, id eſt,& tuam autem ipſius animam pertranſibit. Nec eſt ocioſa cōiunctio δέ, ſignificās mutari perſonam,& ueluti noui doloris initium. Neq; uero lubet hic referre uarias interpretationes,quas Lyranus & Carrenſis in hunc congerunt locum, quorum poſterior etiam citat autorem Chryſoſtomū. Illud conſtat ipſius nō poſſe referri, niſi ad Mariam,cum ſit αὐτῆς. Nec eſt quod hic prodigioſas interpretationes cōminiſcamur cum ſenſus ſit expeditus,fore ut Chriſto reclametur,& hinc nonnullam doloris portionem ad matrem redituram. Cæterum iſtos illoto ſermoni magis aſſuetos offendit,tuam ipſius,elegātius dictum,q; pro illorum auribus. Quanq; uenuſtius erat,penetrabit q; pertranſibit,uel ob id quod pertrāſit etiā quod præterit. Atq; hinc hauſiſſe uidetur Auguſtinus libro quæſtionum ueteris & noui teſtamenti quæſtione ſeptuageſima tertia,cū ſcribit,Mariā quoq; Ieſu matrē nōnihil in fide uacillaſſe,cū uideret extinctum filiū,ſed tantiſper donec à mortuis reſurgeret,& ob eā cauſam pertranſijt gladius,quod hæc dubitatio nō inſederit illius animo,ſed pertranſierit duntaxat. Hæc quoniā præter publicam theologorum opinionē dicta ſunt,ne quis me uocet in ius,ipſius uerba ſubſcribā. Quod autē adiecit dicens,& tuā ipſius animā pertranſibit gladius,ut reuelētur multorum cordiū cogitationes,hoc utiq; ſignificauit,quia etiā Maria,per quā geſtum myſteriū incarnationis ſaluatoris,in morte domini dubitaret,ita tamen ut in reſurrectione firmaretur, omnes ſtupore quodā in morte domini dubitarent. Quis em̄ nō ambigeret,uidens eū,qui ſe filium dei dicebat,humiliatū ut uſq; ad mortē deſcenderet? Et quia ut dixi,omnis ambiguitas in reſurrectione domini receſſura erat,pertranſire dixit gladiū,nō ſupercadere aut contingere tranſeuntē membrū aliquod. Vt ſicut gladius miſſus,pertranſiens iuxta hominē,timorē facit,& tamen nō percutit, ita & dubitatio mœſtitiam faceret, non tamen occideret, quia non ſedit in anima, ſed pertrāſijt quaſi per umbram, contingens corda diſcipulorum. Hactenus Auguſtinus.

Tuā ipſius animā ridiculę expoſitū a quibuſdam.

Auguſtinus uideꝰ tribuere Mariæ leuē de Chriſto dubitationem.

Chryſoſtomus quoq; tribuit Mariæ aliquid humanum.

Cũ Auguſtino ſentit Chryſoſtomus, qui Mariæ tribuit nõnihil affectus, qualẽ habet matrum uulgus erga filios, de quorũ factis ſibi gloriæ nõnihil uindicant. Cõſydera, inquit, tã matris q̃ fratrum importunitatẽ, nam cũ debuiſſent intrare, atq; cum turbis ſimul audire, aut ſaltem expectare foris ſermonis finẽ, ac demum accedere, ambitione quadã ac oſtentatione cõmoti, foris eum in præſentia omniũ euocauerunt &c. Idẽ enarrans Ioannis euãgeliſtæ capitulum ſecundũ, homilia uiceſima, conſimilẽ affectum tribuit Mariæ, Optabat em̃, inquit, ut iã hominum gratiam cõciliaret, & fortaſſis aliquo humano afficiebatur affectu, quẽadmodũ & fratres eius, cum dixerunt, oſtende teipſum mũdo. Et aliquãto poſt: Siquidẽ nõ adhuc debitã de ipſo opinionẽ habebant, ſed more matrũ Maria, iure omnia filio ſe præcepturã cenſebat, cum tanq; dominũ colere & reuereri liceret. Ad hæc is quiſquis fuit, qui ſcripſit homilias in Lucã quas habemus ex Merlini æditione Origeni inſcriptas, apertius etiã docet, ſcandali gladium attigiſſe Mariæ pectus. Quid putamus, inquit, quod ſcandalizatis apoſtolis, mater domini à ſcãdalis fuerit immunis? ſi ſcandalũ in domini paſſione paſſa nõ eſt, non eſt mortuus Ieſus, pro peccatis eius. Si autẽ omnes peccauerunt, & egent gloria dei iuſtificati gratia eius & redempti, utiq; & Maria illo tempore ſcãdalizata eſt. Ac mox ibidem: Pertranſibit infidelitatis gladius, & ambiguitatis mucrone ferieris, & cogitationes tuæ te in diuerſa lacerabunt &c. Idem homilia uigeſima, Ioſeph & Mariæ tribuit fidem nõ dum perfectã, cum puerum reprehenſum è templo abducerent. De quorũ opinione aliorum facio iudiciũ. Ego ut pro hac ſentẽtia nolim digladiari, ita nõ probo quorundã uel audaciam, uel pertinaciam, qui quantũ animo poſſunt imaginari tribuunt Mariæ, atq; id ita tuẽtur, quaſi ſit oraculum euangelicũ, hereticũ clamitantes, ſi quis addubitarit. Cæterum cum Chriſtus ineffabili, nouóq; cõſilio redimere uoluerit genus humanum, impie cuiuſdã audaciæ uidetur, ſi quis ei præſcribere cõtendat, quibus rationibus id egerit, præſertim in huiuſmodi rebus, quæ nobis certo ſciri non queunt. Certe quod ad præſens munus attinet, multo aliud eſt Græcis διελθεῖν & παρελθεῖν, hoc eſt, pertranſire & præterire. Atqui Lucas ait διελεύσεται, hoc eſt, per mediũ ibit, & mediũ cor ſcindet. Eamus nunc & ceu rem ſuperuacaneam irrideamus Græce linguæ cognitionẽ, cũ hoc uideamus accidiſſe tam inſigni eccleſiæ doctori, quod Græca uel neſcierit, uel nõ conſuluerit. Quod tamen nemo ſic interpretabitur, quaſi dictum ſit in tam ſacri doctoris contumeliã, ſed potius ad excitãda bonorum iuuenũ ſtudia. Sunt em̃ quidam ſic addicti certis autoribus, ut protinus nõ ferendam contumeliã clament, ſi quis uel unguem latũ ab hoc aut illo diſcrepet. Franciſcanus nõ fert uſq; diſcedi à ſuffragio Lyrani, Prædicator nõ tolerat quicq; cõuelli ex Thomæ aut Carrenſis placitis, Auguſtinenſis nõ patitur ab Auguſtino diſſentiri. Atqui ſi hoc recipimus, ut ſuum quiſq; autorẽ mordicus teneat, fiet tandem ut prorſus à nemine liceat diſſentire, cum ipſi autores inter ſeſe nõ conſentiant, imo cum ſinguli à ſe ipſis aliquoties diſſentiãt. Nullius autoritati debet addictus eſſe, qui ueritatis agit negocium, neq; par eſt hoc cuiq; hominum tribuere quod nec ipſi ſibi poſtulant, & ſi poſtularẽt tanto minus erat tribuẽdum. Et hæc uidua uſq;.) καὶ αὕτη χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων, & hæc uidua circiter annorum octoginta quatuor. Interpres legiſſe uidetur ἕως pro ὡς, Quod tamen ita eſt accipiendum, ut annorũ numerus nõ ad ætatem uiduæ pertineat, ſed ad ſpatium uiduitatis, in qua tot annos perſeuerarat. Id palam̃ oſtẽdit Ambroſius. Non ocioſe tamen inquiens annos octoginta quatuor uiduitatis eius expreſſit. Ita quidẽ Ambroſius, etiamſi ſubdurum eſt creditu, tantum annorum exactum fuiſſe à coniugio, niſi uehementer anus fuit. † Obſecrationibus.) δεήσεσι, miror quare diſplicuerit interpreti precibus aut deprecationibus, cum obſecratio aliud quiddam ſignificet, nempe quoties per rem ſacram obteſtamur, quod Græci uocant, παρακλήσεις.

Origenes.

Nõ temere definienda quæ ꝓbari nõ poſſunt.

Vidua octoginta annorum.

† aut admodũ maturè mortua.

Addicti autoribus.

leiunijs & obſecrationibus ſeruiens.) Incertũ an hi datiui Græcis ſint ad aliquid, an inſtrumentales, ueluti dicas, ſeruio lucro, & ſeruio corpore, hoc eſt, an intelligẽdum, illam ſeruiſſe deo, an illum coluiſſe talibus uictimis ieiuniorum & deprecationum.

Hæc ipſa hora.) αὐτῇ ὥρᾳ, clarius erat eadem hora.

Taxatus Valla.

Superueniens.) ἐπισᾶσα, id eſt, aſſiſtens. Quod autem Valla monet, friuolum eſt, poteſt enim ſuperuenire, dum hæc fiunt, quæ tamen in aliqua templi parte ſit.

Confitebatur domino.) ἀνθωμολογεῖτο, non eſt ſimpliciter confitebatur, ſed confeſſione reſpondebat

ne respondebat, ut referatur ad confessionem Symeonis & aliorum, quorum hæc confessioni respondebat. Redemptionem Israel.) Non est Israel in Græcis, sed in Hierusalem, ἐν ἱερουσαλὴμ. Vetustissimi codices habent Hierusalem absq; præpositione.

Et confortabatur.) Græci codices addunt spiritu, τῷ πνεύματι.

Per omnes annos.) κατ' ἔτος, id est, annue, siue in singulos annos, siue quotannis.

In die solenni paschæ.) τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα, id est, in festo paschæ. Quorsum enim pertinebat periphrasis? Ac paulo post (cū redirent) dilucidius erat, si addidisset illi, quod mox consequitur, remansit puer Iesus, & Græce est, ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτούς, hoc pronomen ut aliàs citra incommodum nonnunq; omittitur, ita hoc loco commodum erat addere.

Periphrasis affectata.

Et non cognouerunt parentes eius.) Græci codices habent, καὶ οὐκ ἔγνω ἰωσὴφ & μήτηρ αὐτοῦ, id est, & nō cognouit Ioseph & mater eius, quod & ipsum mutatum arbitror, præsertim cum in nonnullis exemplaribus secus habeatur, nempe οἱ γονεῖς αὐτοῦ, id est, parentes eius, quemadmodum paulo superius.

In comitatu.) ἐν συνοδίᾳ, quod proprie sonat comites & socios eiusdem itineris.

Et ipsi non intellexerunt uerbum.) Hoc sanè loco ῥῆμα positum est pro sermone, siue dicto. Quid autē facient huic loco quidā qui sedulo magis q; circumspecte beatæ uirgini ferè tantū tribuunt fœlicitatis, iā inde ab initio, quātum nūc possidet? Certe nō obscure locutus est Christus, & tamen subijcit Euāgelista, ab illis nō fuisse intellectū, quod dixerat Iesus. Quin & illud annotandū, q; nō blande respondet parētibus puer obiurgatus, imo penè obiurgat obiurgantes, neq; em̄ hoc ueritus est dicere Ambrosius, adeo Christus suum negotiū quod totum è cœlo pēdebat, purū esse uoluit ab humanis affectibus, nec hic ullā hominis autoritatē passus est admisceri, sic & Petrū admonētē ne iret Hierosolymam statim reiecit, Abi retro satana. Nūc humanis cupiditatibus geruntur omnia, quæ tamen cū primis cœlestia uideri uolumus.

Maria quædā nescіuit.

Christ⁹ nusq; legit blādus fuisse matri.

Et Iesus proficiebat &c.) Nō me fugit, quibus rationibus explicuit hūc locū interpres, Christū profeciſſe, nō quod illi quicq; accesserit à tempore quo conceptus est in utero matris, sed quod dotes suas, quibus erat cumulatissimus magis ac magis expromeret, exsereretq;, idq; tū apud homines, quorū saluti consulebat, tum apud deū, cuius gloriā illustrabat. Rursum sunt qui sic expediant, ut dicant Christo dotes easdē aliter cōtigisse, & quod prius afflatu tenebat, mox usu, studioq; humano comparasse. Quorū ego sentētiā nō refello, tantū illud uelim expēdat lector, num incolumi fidei syceritate, sentiri possit, cū extra controuersiā sit dotes omneis, quibus prædītus fuit Iesus ut homo, beneficētiæ fuisse diuinæ, deitatē præ grad⁹ quosdā eas impartisse naturæ humanæ assumptæ, præsertim cū id apud Lucā eodē capite bis legam⁹, ait em̄ paulo superius: Puer aūt crescebat & confortabat̄ plenus sapientia, q; em̄ corroborat̄, auctu quodā uiriū fulciri uidet̄. Ac rursū apertius hoc loco, Et Iesus proficiebat, sapientiā & ætate & gratia, apud deū & apud homines. Cū em̄ tria coniūgat sapientiā, ætatē, & gratiā, sicut uere profecit ætatis accessu, ita uere profeciſſe uidet̄ dotiū incrementis. Nā quod adferūt quidā Iesum ab initio gratia plenū fuisse, nō impedit profectū, cū idē de Ioanne, deq; alijs dictū sit, quibus grad⁹ & accessionē uirtutū nihilo secius tribuimus. Neq; uero perinde nos moueat, si id pugnet cū aliquo placito scholasticorū, aut alicuius hominis opiniōe, sed an quod aperte scripsit Lucas, fidei syceræ aduersetur, cui semper est modis omnibus adhærēdū. Atq; hoc ipsū quiqd est haud alio studio ꝓposui, q; ut lector pius & eruditus secū expēdat, Iā illud etiā excutiendū, cur ætatē mediā fecerit, inter sapientiā & gratiā, cū ætati ceu parti leuissimæ primus locus magis cōpetere uideat̄, nisi forte ætatis uocabulū hic omneis dotes cōplectitur, quas anni suboleſcētes solent aduehere. Rursū gratia, anceps est, an sentiat eū profeciſſe dotibus diuinitus infusis, an gratiosiorē fuisse factū cōmendatiōe uirtutū in eo sese proferētiū. Cæterq; q; hic uertit ætatē, eadē uox est græce, quā Matthæi cap. 6. trāstulerat staturā, nimirū ἡλικίαν. Itē huius ipsius Euangelistæ cap. 19. quia statura pusillus erat.

Anceps sermo.

Stupebāt aūt.) ἐξίσανται, q; significat uehemētē admiratione aut metū, ita ut quis nō sit apud se, cui finitimū est illud quo mox utit̄ ἐξεπλάγησαν, quasi dicas attoniti facti sunt.

EX CAPITE TERTIO.

PRocurante Pontio.) Interpres delectatus est uarietate, qui nunc uertat procurāte, quod modo uerterat præside ἡγεμονεύοντος, id est, præsidem agente.

Tetrarcha autem.) Et hæc apud Græcos participia ſunt abſolute poſita, τετραρχοῦντος, id eſt, tetrarcham agente. In omnem regionem.) ἐπὶ πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου. In omnem regionem circa Iordanem, ſiue finitimam, aut circumiacente Iordani.

Rectas facite ſemitas eius.) Et hic pro dei noſtri, quod eſt apud Hebræos, ac ſeptuaginta, mutauit eius, de quo admonuimus ſuperius. Niſi quod Lucas longius proſecutus eſt Eſaiæ teſtimonium, in quo conſentit cum Hebraica ueritate ſimul & ſeptuaginta, niſi quod pro eo quod habet Hebraica ueritas. & uidebit omnis caro pariter quod os domini locutum eſt, hic uelut interpretans dixit, τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ, id eſt, ſalutare dei. Cæterũ Hebraica, ſic extulit Hieronymus. Omnis uallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aſpera in uias planas, & reuelabitur gloria domini, & uidebit omnis caro pariter, quod os domini locutũ eſt. Praua in directa.) τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, id eſt, obliqua in rectã, ut ſubaudias uiã. Nam hic interpres praua poſuit non pro malis, ſed pro diſtortis. Vſus eſt autẽ figura Hebraica, qua illi ſic loquuntur, erit mihi in patrem, erunt duo in carnem unam, pro eo quod eſt, erit mihi pater, & erunt duo una caro.

Praua pro diſtorta.

Et aſpera in uias.) Καὶ τραχεῖαι. i. & aſperæ, ut ſubaudias uiæ. & planas, Græce eſt λείας leues, quod prima ſyllaba producta opponit aſpero. Genimina.) γεννήματα, quod aliàs uertit progenies, id quod nõ ſemel iã admonuimus. Quis oſtendit.) τίς ὑπέδειξεν, quod magis ſonat ſubindicauit, hoc eſt, clam cõmõſtrauit, quẽadmodũ ſolemus inſtãte piculo.

Dignos pœnitentia.

Dignos pœnitentiæ.) ἀξίους τῆς μετανοίας. Poteſt accipi & ita, dignos pœnitentia, nam dignus apud Græcos gignendi caſum habet. Verum hoc admonuimus in Matthæo.

Ne cœperitis dicere.) Quod in Matthæo dictum eſt, μὴ δόξητε, hic dixit, μὴ ἄρξησθε. Græci hic addunt, ἐν ἑαυτοῖς, id eſt, in uobis ipſis, ſiue intra uos, hoc eſt in animo ueſtro.

Et filios Abrahæ.) Abrahæ Græcus datiuus caſus eſt, τῷ Ἀβραάμ.

Iam enim ſecuris.) Græci addunt copulam, & ſecuris ἤδη δὲ ἀξίνη, quæ ſanè non eſt otioſa, ſignificat enim præſens periculum, ni reſipiſcant.

Ad radicem arboris.) Arborum eſt & apud Græcos, & in uetuſtiſſimis noſtris codicibus, τῶν δένδρων. Sentit enim de cunctis hominibus, atq; ita legit Ambroſius.

Excidetur.) Exciditur & mittitur eſt Græcis, ἐκκόπτεται καὶ βάλλεται, quemadmodum & in Matthæo. Det non habenti.) μεταδότω, id eſt, communicet, ſiue impartiat. Neq; enim iubet dari duas tunicas, ſed è duabus unam. Nam id eſt μεταδοῦναι.

Quàm conſtitutum eſt uobis faciatis.) Miror non eſſe animaduerſum, nec à Laurentio, nec à quopiam alio, ne à Vulgario quidem, πράσσετε, hic uertendum fuiſſe non faciatis ſed exigatis, cum loquatur de publicanis, hoc eſt publicorum uectigalium redemptoribus, quibus hic & hodie mos, extorquere à plebecula, nõ quantũ princeps iuſſerit, quod ipſum per ſe iniquum eſt, ſed quantum omnino poſſint. utrunq; enim ſignificat πράττω. Vnde πράκτορες, exactores. Et aliquanto poſt ſemel atq; iterum, πράκτορας, uertit exactores. & capite decimo nono, ἔπραξα, uertit exegiſſem. Atque ita ſanè legiſſe uidetur Ambroſius, huius loci ſententiam reddens his uerbis, Singulis quoq; generibus hominum, cõueniens tribuit ſanctus Ioannes Baptiſta reſponſum, unum omnibus. ita publicanis, ne ultra præſcriptum exigãt, militibus ne calumniam faciant, ne prædam requirant. Conſimiliter Auguſtinus ſermone de uerbis domini ex Matthæo decimonono, legit & interpretatur, Nihil amplius exigatis, q̃ quod conſtitutũ eſt uobis.

Faciatis pro exigatis.

Calumniam faciatis.) συκοφαντήσατε. Συκοφαντεῖν, apud Græcos nõ uno ſumitur modo, uerũ plerunq; συκοφαντεῖν eſt falſò deferre, & crimen data opera impingere, quo nonnihil emolumenti extorqueatur à reo. Duo igitur uult abeſſe à militibus, uim qua prouinciales opprimebant, & calumniã, qua deferebant illos apud ſuos præſides, quo ſine ui, ſed nõ minus pernicioſe ſpoliarent. Ridiculum uero quod quidã ex hoc loco probare nituntur bellum, quaſi uero Ioannes hæc dixerit Chriſtianis, ac non potius ethnicis, aut certe prophanißimis Iudæis, ſi qui tamen Iudæi meruerunt unq; ſub ethnicis, aut hoc egerit ut præſcriberet cuiuſmodi deberent eſſe milites, & nõ illud potius ut qui peſſimi erant, inciperẽt eſſe minus mali, Sic enim undiq; præparabat uiam domini. Alioqui qui potuiſſet Ioãnes ab illis extorquere militiam, cum Chriſtus à Iudæis non potuerit extorquere ceremonias & ſuperſtitionem Moſaicæ legis, & hominum conſtitutiunculas? Quis negat Iudæis permiſſum fuiſſe bellum, ſed iiſdẽ quibus permiſſum fuit odium inimici. Bellaſſe Iudæos legimus

Aduerſus bellum.

gimus,ſtipendijs meruiſſe ſub alienis ducibus non legimus.Bellabant Iudæi, ſed iuſſu numinis. An ob id uolumus Chriſtianos contra Chriſti iuſſum belligerari? Imo ferrum & lanienam habere uenalem? Gregorius negotiationem inter eas artes ponit, ad quas a baptiſmo non ſit fas redire, & nos homines facinoroſos,qui quouis mercede pellecti aduolãt ad bellum & cædẽ Chriſtianorũ,imo ſi deſit conductor, ultro erumpunt,inter Chriſtianos habemus,& hos euangelico patrocinio tuemur? Neq; uero me fugit, quid hic diſputet Auguſtinus cum aliàs,tum aduerſus Fauſtum. Sed fas eſſe puto, Chriſti & apoſtolorum doctrinam anteponere Auguſtini ſentẽtiæ. Nec tamẽ ille probat hoc bellorum genus,quibus nos ſine fine collidimur.Pro publica Chriſtianorum pace tuenda,Cæſari,Cæſariſq; præfectis concedit arma.Verum hæc non eſt puriſſima pars corporis Chriſti.Religioſus erat id temporis imperator, quiſquis non opprimeret eccleſiam,& alicubi faueret. Nũc belligerantẽ epiſcopi,nec aliud ferè q; belligerãtur. Ambroſius libro de uiduis palam declarat,qb⁹ armis uelit eſſe inſtructos ſacerdotes & pure Chriſtianos.Arma,inqt,eccleſiæ fides eſt,arma eccleſiæ oratio eſt,quæ aduerſariũ uincit.Atq; inibi,Eccleſia aũt non armis ſæcularibus uincit aduerſarias poteſtates,ſed armis ſpiritualibus,quæ ſunt fortia deo. Sed hiſce de rebus,alius dabit dicẽdi locus. Stipẽdijs ueſtris.) ὀψωνίοις ὑμῶν, quo uerbo Terẽtius uſus eſt,p cibis lautioribus. Quã q; Paulus quoq; ſemel atq; iterum uſus eſt hoc uerbo pro ſtipẽdio,ſiue autoramẽto militari. Apte uero præmiũ ſordidorũ hominũ,ſordido uocabulo expreſſit.Siquidẽ opſoniũ uentris præmiũ eſt,dignũ ijs,qui uentri militant.

Iudæorum bellum.

Nec Auguſtin⁹ probaret hoc bellandi genus.

Exiſtimãte.) προσδοκῶντος ſ̃, id eſt,expectante,ſiue ſperãte,uelut ex euẽtu iudicaturus eſſet.Ambroſius legit æſtimãte,nec addit cogitãtibus oĩbus,ſed tantũ æſtimãte populo & cogitãte.Niſi quod ex interpretatiõe ,ppemodũ licet ſubodorari,Ambroſiũ legiſſe expectãte.Sic eĩ ait inter cætera,Erat eĩ qui expectabat,& ipſe utiq; qui expectabat, nõ is qui nõ expectabat aduenit.Cũ autẽ uetuſtiſſimi codices cõſentiãt cũ æditiõe uulgata,nõ ſatis queo coniectare quid legerit interpres,niſi forte pro προσδοκῶντ@ legit δοκοῦντ@.

Exiſtimante ,p expectãte.

Ne forte.) μήποτε. Num ipſe mallem, quàm ne.Nam ποτε hic plane coniunctio eſt expletiua. Cuius non ſum dignus.) Ambroſius uidetur hoc loco legere, cuius non ſum dignus calciamenta portare, quemadmodum legimus in Matthæo.

Cuius uentilabrum.) τὸ πτύον,quod inde dictum,quod paleas ſecernat a granis.Nam πτύω eſt expuo. In horreum ſuum.) εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτου.Incertum an ſuum referatur ad triticum,an ad Chriſtũ.ſed magis opinor ad triticũ,ut indicatũ eſt in ſuperioribus.

Deprauatio

Adiecit & ſuper hoc omnia.)Librarij uitio deprauatus ordo.legendum autem, Adiecit & hoc ſuper omnia,quemadmodum reperio ſcriptum & in emendationibus latinorũ codicibus. Factũ eſt aũt.)Poterãt cõmodius reddi Græca,Accidit aũt cũ baptizaretẽ totus populus,ut Ieſu quoq; baptizato & orãte aperiretur cœlum, & deſcẽderet ſpiritus ſanctus corporali ſpecie ueluti colũba ſup illũ,& uox e cœlo proficiſceretẽ quæ diceret.

Sicut colũba.) ὡσεὶ περιστερὰ.Laurentius mauult,uelut columba, quod alioqui uideatur ſenſus,& columbam deſcendiſſe in Ieſum.Nũc uero ſentit ſpiritũ ſanctũ deſcendiſſe, ſed ſpecie columbæ. Tu es filius meus.) σὺ εἶ ὁ υἱός μου,id eſt,tu es ille filius meus,Propter Græcũ articulũ, cuius uis nõ eſt hoc loco ocioſa. Quaſi annorũ.) ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα,id eſt,annorũ circiter triginta. Quã q; nõnulli codices ſic habebãt, ἦν δὲ αὐτὸς ὁμ ὁ ἰησοῦς ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενο@ ὡμ,ὡς ἐνομίζετο υἱὸς ἰωσὴφ. Quorũ uerborũ hic eſt ſenſus, Et ipſe Ieſus ingreſſus erat annũ trigeſimũ,ut putabatẽ filius Ioſeph.aut certe ad hũc modũ, & ipſe Ieſus accedebat ad annũ trigeſimũ,ut intelligamus illũ aut agere cœpiſſe trigeſimũ annũ, aut acceſſiſſe iã ad illud ætatis. Cæterũ participiũ uerbi ſubſtãtiui ὢν ita poſitũ eſt, ut poſſit uel ad ſuperiora,uel ad inferiora referri.Origenes,ſi modo nõ fallit inſcriptio, homilia in Lucã 28.palam admonet in Luca nõ eſſe uerbũ incipiẽdi,trahẽs ad allegoriã, qd a baptiſmo,ceu renati eſſe incipimus.Verũ qui potuit eſſe filius Ioſeph, ſi putabatẽ tm & non erat? Vnde res ipſa cogit,ut ad ſupiora referatẽ,& accipiamus participiũ uſurpatũ uice uerbi infiniti, nẽpe ὢν pro εἶναι, qui incipiebat eſſe.quod ſanè non infrequẽs eſt apud Græcos. Qui fuit Heli.) τοῦ ἡλί.i.qui fuit filiꝰ Heli. Græce hæc nomina cõnectuntẽ per articulos.Proinde noſtrũ qui,nõ eſt referendũ ad Ioſeph,nec ad Chriſtũ,ſed ad proximum nomẽ,excepto primo,quod ad proximũ Ioſeph ptinet.In recẽſendis noĩbꝰ mira in Græcorũ codicibus confuſio,ne latinis quidem inter ſe conſentientibus, alibi deerat, alibi ſupererat, inuerſa

ὡσεὶ

Incipiẽs eſſe annorũ triginta.

rat, inuersa ac deprauata pleraq; , quæ nos diligentissima collatione, qua licuit, restituimus. Cæterum quod Matthæus discrepat a Luca in recensenda genealogia Christi, quod hic per Nathan stirpis seriem deducat ad Dauid, ille per Solomonem, longum sit altius repetere theologorum quorundam super hac re digladiationem, quorum nonnulli nimis q̄ ridicule uolunt hunc Nathan non fuisse filium Dauid, sed prophetam, quem Dauid adoptarit in filij uicem, suum uidelicet obiurgatorem, & ne ipsa temporis ratione refellantur, uolunt Nathan μακροβιώτατον fuisse, cæteros qui ante hunc regnauerunt a Solomone μινυνθαδίους, ut Homerico utar uerbo. Et in hac quidem sententia uideo propemodum fuisse diuum Hieronymum, Ambrosiumque, & ante hos Origenem. Quanquam nihil erat opus ad hæc suffugia diuertere, si perpendissent apud Hebræos duplici ratione dici filios iuxta legem, & iuxta naturam. Lex erat, siquis sine liberis decessisset, ut huius frater instauraret posteritatem defuncti. Itaq; qui sic natus erat, duos habebat patres, alterum naturalem, ex quo natus erat, alterum legalem, in cuius nomen & progenie̅ succedebat, nempe defuncti. Ad hunc modum cum posteritas Solomonis defecisset, in Ochozia, ex Simeon cognominato Ioas, qui prognatus erat è stirpe Nathan filij Dauid, instaurata est posteritas Solomonica, ut mox latius docebimus. Quod quidem palam arguit illa præfatio, haud scio cuius, quæ Lucæ euangelio præfertur. Nam ab Hieronymia no stilo tantum abest, ut nullius omnino latini uideri possit, sed Græci cuiuspiam, eruditi tamen, & eloquentis. In ea sic legimus, Cui ideo post baptismum filij dei, a perfectione generationis in Christo completæ, repetendæ a principio natiuitatis humanæ potestas permissa est, ut requirentibus demonstraret, in quo apprehendens erat per Nathan filium Dauid, introitu generationis recurrentis in deum admisso, indisseparabilis dei, ut prædicans hominibus Christum suum, perfecti opus hominis redire in se per filium faceret, qui per Dauid patrem uenientibus iter præbebat in Christo. Obsecro quis hunc sermone̅ ascribat Hieronymo? Sed ut ad rem, hic quisquis est, palam asseuerat stirpem Dauidica̅ intercidisse, & per Nathan filium Dauid restitutam seriem generis. Suffragatur huic sententiæ & Gregorius Nazianzenus in carmine genealogico, duos recensens Δαυίδα, Solomonem & Nathan, nec ullam adoptionis faciens mentionem. Quin libro Paralipomenon primo, capite tertio, palam inter filios quos Dauid suscepit ex Bersabeæ Hierosolymis, nominatim recensetur Nathan, ordine prior Solomone. Porrò omnem adoptionis cauillationem palam excludit, quod additur, Filijs Dauid ex Bersabeæ. Disseruit accuratius hac de re, magnus ille bonarum literarum antistes Iacobus Faber Stapulensis in commentarijs, quos ædidit in epistolam ad Hebræos. Neq; pauca refert Ioannes Annius ex Philone. Ea quanquam admodum probabilia sunt, tamen quoniam is non tam certo citat quam uellem, præsertim in re controuersa, neque nobis erat Græci Philonis copia, paucis attingenda iudicauimus, & in hoc duntaxat, quo lectori diligenti, cætera peruestigandi præberemus ansam, præsertim cum hæc penè πάρεργα sint huic instituto. Iā quoniam hinc pleriq; fallantur, quod nonnulli sint ὁμώνυμοι, nonnulli binomines, aut etiam trinomines, interdum cognomina addita, ipsis misceantur nominibus, pauca recensebimus, quibus cognitis, minor sit errandi occasio.

Nathan nō esse prophetam.

Præfatio in Lucam falso inscripta Hieronymo.

Nazianzenus.

Iacobus Faber.

Binomines.

Primum Elih.) Idem est cum Iehoiakim, quem corrupte uocant Ioachim pater naturalis Mariæ uirginis, & auus Iesu Christi secundum carnem. Quod testatur & Hieronymus, atq; hinc colligere licet, Lucam naturalem Christianæ genealogiæ seriem secutum esse, non legalem, siquidem ad Christum respicias, sin ad Ioseph referas, contra erit. Nam Matthæus per naturæ lineam deuenit ad Ioseph, quæ ad Christum tendenti legalis est.

Deinde Iane.) Et hunc & Ianum, qui præcessit, unà cum his qui inter hos duos intercedunt. Philo testatur Israhelitico functos imperio. Recensentur autem his insigniti cognomētis Ianeus secūdus, Hircanus. Ioseph iunior, Arses. Matthathia, Siloa. Amos, Syrach, Nahum, Maslot, Hesli, Aglai, Nagid, Artaxat, Maath, Aser, Elih, Mathathias, Semei, Abner, Ioseph primus, Iudas primus, Hircanus, Iana, Ianeus primus.

Præterea Zorobabel.) Idem dictus Barachias, duos habuit filios, unum Resa nomine, cognomine Misciollam, quemadmodum legis in Neemia. Huius propaginem Lucas narrat, alterum Abiud, cognomento Anania. Cuius stirpem Matthæus prosequitur.

quitur. Ex horum ſtirpe deſcendunt, & qui apud Lucam, & qui apud Matthæum deinceps referunt. Ad hæc Salathiel, Rectius, ni fallor, dicẽdus שְׁאַלְתִּיאֵל Shealthiel, idẽ alio nomine dictus Mezebeel, & Zorobabel, tã apud Lucã, q̃ apud Matthæũ recenſent, ut coniectare liceat hos ex Nathan ortos. Iã & Neri idẽ eſt, qui apud Matthæũ dicit Iechonias, id cognominis illi tributum eſt a populo, poſtea q̃ ereptus è carcere, in precio habitus eſt apud Euilmerodach, quod lucerna Dauidici generis, quæ uidebatur extinguenda, redaccenſa ſit in hoc. Is igit tũ genuit Salathiel. Proinde fruſtra Iulianus calumniã ſtruit euangeliſtis, quaſi duos patres uni tribuant filio, cum idem ſit Neri & Iechonias, quemadmodum cæteri quoq; reges, qui hunc præceſſerunt πολυώνυμοι fuerunt, uſq; ad Ioas, qui eſt Simeon apud Lucam, haud ille quidem e ſtirpe Solomonis, quæ iam interciderat in Ozochia, ſed ex Nathan, cuius poſteritas ius habebat hactenus in regnum ſuccedendi. Cæterum quod parum reſpondeat numerus eorum, qui apud Lucam referuntur, & qui apud Matthæum, haud ita mirum uidebitur, ſi quis perpenderit, primũ quod & Hieronymus indicauit, & ante hũc Origenes, nõnullos in genealogiæ ſerie fuiſſe prætermiſſos, idq; data opera, quemadmodum annotauimus in Matthæum. Quandoquidem nec Ioas uſq; recenſetur. Quos ſi cæteris adieceris, comperies & numerum conſentire.

Multorum nominum reges.

Præterea Iechonias idem eſt cum eo, qui dictus eſt Neri. Huius pater Ioachim prætermiſſus apud Matthæũ, idẽ eſt cũ Melchi, ante quẽ regnauit menſibus tribus Ioachaz, quẽ ne ipſũ quidẽ cõmemorauit Matthæus, Et haud ſcio an huic reſpondeat addi. Rurſus Ioſias, Amon, Manaſſes, Ezechias, & Achas, cognomentis deſignantur hiſce, Coſam, Elmodam, Er, Ieſo, Eliezer, quorũ ſane cognominũ & Philo meminit. Deinde Ioathan, Aſarias, Amaſias, Ioas, a dnominati ſunt his nominibus, quæ ſunt apud Lucam, Ioram, Matha, Leui, Simeon, quorũ Matthæus omnino non meminit. Quin & Simeon, qui eſt apud Lucam, trinominis fuit, idem dictus Simeon, Heli & Ioas. Hic primus ortus eſt ex poſteritatis Dauidicæ inſtauratoribus, quos Hebræi אֲחִישָׁרִים Acheſarim uocant, ceu regni adiutores, cũ iam in Ochozia poſteritas Solomonis defeciſſet, nec hæc modo, uerum etiam ipſa familia Acheſarim, nimirum omnibus ab Athalia interemptis, hoc ſolo ſuperſtite, quod hunc Ioſaba Ochoziæ ſoror ſeruaſſet, etiamnum in cunis agentem. Neq; enim erat is Ioas filius Ochoziæ natura, ſed ſucceſſione dũtaxat, iuxta ius Acheſarim. Licet libro regũ quarto, capite undecimo, uocetur Ozochiæ filius. Philo tamẽ aperte pronũciat, hunc natura filium non fuiſſe, ſed ut modo dictum eſt iure ſucceſſionis. Proinde ab hoc reliqua poſteritas omnis ad Nathan pertinet, ut unde duxerit genus, licet in ſorte collocetur Solomonis. Quod ſi ſtirps regia defecit in Sedechia, ſicut apparet ex quarto regum, capite ultimo, & ex Hieremiæ capite uigeſimoſecundo, non protinus conſequitur antea nõ defeciſſe. Porrò Nathan hic de quo cœperamus in initio dicere, filius fuit Dauid, frater Solomonis ex Berſabeæ, quemadmodum legis Paralipomenon libro primo, capite tertio, Is ut dixi, nec erat propheta, nec adoptatus à Dauid in ius filiorum, uerum huius poſteritatem ius regni manebat, idq; ex edicto Dauid, ſi quando Solomonis ſtirps intercidiſſet, id quod Annio citante docet Philo. Idem propemodum colligere licet ex libro regum tertio, capite quarto: Nempe quod Nathan Achiſar inſtitutus fuerit, hoc eſt, regiæ ſtirpis inſtaurator. Sic enim & illic apellatur filius Nathan, quem אֲחִישָׁר Lucas uocat Nathan. Huius partes erant, uniuerſam familiam regiam moderari, & ob id ius dicebantur Hebræis מְתֻתִים, id eſt, donati ad ſuccedendum, & אֲחִי שָׁרִים hoc eſt, fratres principum, quia in pari honore cum regum filijs habebantur, ad hos pertinebat tribus Beniamin, cum ad poſteritatem Solomonis, ſola domus Iuda pertineret. Hæc pauca e multis carptim delibauimus, ne nihil lucis præberemus auidis eadem exactius inquirendi, præſertim cum ad hiſtoriæ fidem faciãt. Neq; rurſum probarim in huiuſmodi quæſtionibus uel anxie diſtorqueri, uel contentioſe digladiari, in quibus haud multo plus fructus eſſe uideo, quam in illa nobili pugna theologorum de conceptione deiparæ uirginis. Et Paulus non uno in loco monet, pijs hominibus huiuſmodi genealogias, & nunquam finiendas quæſtiones eſſe uitandas, quod non ſolum nihil conducant ad pietatem, uerum etiam pariant lites & contentiones, peſtem Chriſtianæ concordiæ.

Ioas nõ erat filius Ozochiæ natura iuxta Philonem.

In genealogijs non anxie digladiãdum.

Ex capite

EX CAPITE QVARTO.

Egressus p regressus.

EGressus est a Iordane.) Regressus legendum est, ὑπέστρεψεν, reuertit, siue reuersus est, certe regressus cõstanter habent uetusti codices.

Et agebatur.) καὶ ἤγετο, id est, ductus est, siue actus, cum alibi dicatur expulsus a spiritu. In deserto.) ἐις τὴν ἔρημον, id est, in desertum accusandi casu. Diebus quadraginta.) ἡμέρας τεσσαράκοντα πειραζόμενος, id est, & quadraginta dies tentatus est. Nam quadraginta dies ita positum est, ut possit uel ad superiora, uel ad sequentia accommodari, uerum mollius est, ut ad inferiora pertineat, non quod toto hoc tempore tentatus sit a diabolo, sed quod aliqua parte huius temporis. Certe Origenes, aut quisquis fuit alius, homilia uigesimanona, ita legit ut sentiat eum quadraginta diebus tentatum.

Tentatus quadraginta dies.

Viuit homo.) Græcis est ζήσεται, id est, uicturus est, siue uiuet, uerbum futuri temporis. Consentiẽtibus uetustis latinorũ exemplaribus, nominatim codice Corsendoncensi.

In momento temporis.) ἐν στιγμῇ χρόνου, id est, in puncto temporis, qua Græci prouerbiali figura breuissimum tempus indicant. Sumptum est a puncto mathematico.

Et cui uolo.) καὶ ᾧ ἐὰν θέλω, id est, cuicunq; uolo, siue uelim.

προσκυνεῖν. unde dictũ.

Si procidens adoraueris.) σὺ οὖν ἐὰν προσκυνήσῃ ἐνώπιόν μου, id est, tu igitur si adoraueris coram me. Atq; ita sanè legitur in uetustis latinæ linguæ codicibus, nominatim in Corsendoncensi, sed refragante Paulino. Proinde quisquis addidit procidens, rem fecit explanatiorem. Est enim προσκυνεῖν adorare, sed gestu corporis, uerbum uel a moto galero dictum Græcis, uel ab osculando.

Scriptum est.) Hic græci codices addunt, ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, id est, uade post me Satana. Sic enim fermè erat in Matthæo. Verum apparet huc ascriptum ex eo loco, quo studio mira deprauatio irrepsit in sacros libros, quando nec apud Ambrosium quicquam huiusmodi legit, nec apud Origenẽ, cuius titulo habemus homilias in hũc euangelistã. Immo cum is annotarit ὀπίσω μου non addi quũ iubet abire diabolus. Apud Vulgarium tamen additur ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, contra Origenis annotationem.

Post me additur apud Lucam.

Seruies.) λατρεύσεις, quod plerumq; ad diuinum cultũ pertinet, unde & latria dicta est.

Mandauit de te.) ἐντελεῖται, id est, mandabit futuri tẽporis ut indicatũ est a nobis & alibi.

Ne forte.) μήποτε, id est, nequando, siue ne. Quorsum autem erat opus forte.

Per uniuersam regionem.) καθ' ὅλης τῆς περιχώρου, id est, per totam finitimam regionem, siue per omnem undiq; regionem.

Et magnificabatur.) δοξαζόμενος, id est, glorificabatur. Non satis uideo, cur hic Laurentium offendere debuerit coniunctio. Mauult enim ille, docebat in synagogis eorum omnibus eum glorificantibus.

In die sabbati.) σαββάτων, id est, sabbatorum.

Et reuoluit librum.) καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον. Quod ego maluissem uertere, & explicito libro, nam ipse mox uertit, & cum plicuisset librum, καὶ πτύξας τὸ βιβλίον.

orientales habet libros absolutos instar Calendarij unde in uertit explicuit librum.

Lucas sequitur Septuaginta.

Spiritus domini super me.) Locus est apud Esaiam capite sexagesimoprimo. Quanq; hoc sanè loco citatio Lucæ magis cõsentit cum æditione Septuaginta, quam cum Hebraicis uoluminibus. Siquidem Hebræa uertit ad hunc modum Hieronymus, Spiritus domini dei super me, eò quod unxit me dominus, ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, & annũciarem annum placabilem domino. Porrò iuxta Septuaginta legimus ad hunc modum, Spiritus domini super me, propter quod unxit me. Euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis ut uideant, & uocare annum acceptabilem domino.

Eo quod unxit me.) οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, id est, propter quod unxit me. Atque ita legitur in antiquissimis latinis exemplaribus, sed Græcis ad uerbum redditis, magis q; eleganter.

Et cæcis uisum.) καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, Quod magis sonat redditum uisum, q; uisum, quasi dicas, reuidentiam.

Additũ aliquid apud nos.

Et diem retributionis.) Hæc uerba non adduntur in Græcis uoluminibus, nec adduntur ab Hieronymo, qui citat hunc locum è Luca, edisserens Esaiam prophetam.

Impleta

Impleta est scriptura.) Hæc, addendum est, & ita legitur in emendatioribus libris, Impleta est hæc scriptura. Deest in nostris.

Vtiq; dicetis.) πάντως ἐρεῖτε, id est, omnino dicetis. Est enim aduerbium confirmandi.

Quanta audiuimus.) ὅσα, id est, quæ, siue quæcunque. Atque ita legit autor homiliarum in Lucam, quas Origenis titulo legit uulgus. Quanta p quæcunq.

In ueritate dico uobis.) Græci addunt coniunctionē non ociosam, ἐπ' ἀληθείας δὲ λέγω ὑμῖν. Sed in ueritate dico uobis, aduersat' em̄ hæc pars supiori, quæ de contēptu meminit. Atque ita concinnandus ordo. Contemnitis me, quod præsto sim, uerum non omnibus datum est habere talem, qualis ego sum.

Quia in potestate erat sermo ipsius.) Nemo nescit quid sit esse in potestate, atqui hic iuxta proprietatem Hebræi sermonis sentit sermonem Iesu cum autoritate & potestate fuisse coniunctum. Ita aliàs, in uirtute ueniet, dictum est, pro, cum uirtute ueniet. Potestas p autoritate.

Sine.) ἔα, quod tamen aliquoties est aduerbium exclamantis. De figura sermonis, quid tibi & mihi, iam dictum est non semel.

Scio te quis sis.) οἶδά σε τίς εἶ ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ, i. noui te quis es, nēpe sanctus ille dei.

Et factus est pauor.) θάμβος, quod sæpe uertit stupor, est autem plus quiddam q̄z timor, aut admiratio. Nam hoc loco magis uidetur admirantium esse, q̄z timentium.

Diuulgabatur fama.) ἐξεπορεύετο ἦχος αὐτοῦ, nomen est a uerbo ἠχέω, quod est, resonare, unde & echo dicta est, quæ uocem acceptam reddit, quod fama tinniat, & pro una uoce plurimas reddat: ab eodem composita est uox catechumenus.

Magnis febribus.) πυρετῷ μεγάλῳ, id est, febre magna. Nec est, tenebat', sed συνεχομένη, quod aliàs uertit coartari.

Imperauit febri.) ἐπετίμησε, i. increpauit, forte scriptū erat, increpauit febri, more Græcorū. Et offēsus quispiā nouitate cōstructionis, mutauit increpauit in impauit, id quod & aliàs factum deprehendimus, & suo commonstrabimus loco. Porrò quod sequitur, & dimisit illam, maluissem reddi, eaq̄z reliquit illam, ne Christus uideatur reliquisse puellam. Vt ne cauiller, Et surgens ministrabat illis, parum commode redditum, cum dicendum fuerit, erecta ministrauit illis, siue surrexit ac ministrauit illis. Imperauit deprauatū pro increpauit.

Cum autem sol occidisset.) δύοντος δέ, id est, cum occideret, siue, occidente uero sole. Consentaneum est autem eos magis accelerasse quod nox immineret.

Quia sciebant.) ὅτι ἤδεισαν τὸν χριστὸν αὐτὸν εἶναι. Et hic sensus esse potest, quod scirēt se, siue ipsum Christum esse.

EX CAPITE QVINTO.

IRruerent in eum.) ἐπ' αὐτὸν τὸν ὄχλον ἐπιπεῖσθαι αὐτῷ, id est, cum turba irrueret illi, siue urgeret eum. Præceptor.) ἐπιστάτα, non est, διδάσκαλε, neq̄z καθηγητά, sed tertium quoddam, quod sonat quasi præfectum.

Venirent & adiuuarent eos.) se, dicendum erat, non eos, & in altera naui potius q̄z alia. Ita ut penè mergerentur.) Penè nō addit', nec in Græcis, nec in uetustis exēplaribus. Verū lector aliquis, nolēs illic perire apostolos, addidit penè.

In captura piscium.) Hæc pars non est referenda ad uerbum, erant, sed ad uerbum, pauor habebat, ut intelligas eos stupefactos ob tantum piscium captum.

Ex hoc iam.) ἀπὸ τοῦ νῦν. i. posthac. Eris capiēs.) ζωγρῶν. Est autem ζωγρεῖν, proprie capere uiuum, quēadmodū fit in bello, dictione composita ex ζῶ, uiuo, & ἀγρέυω, uenor, siue uenatu capio. Nūc qui Turcas inuadūt, ut illos iugulēt, ac spoliēt, mortuos capere malūt, q̄z uiuos. Capere, ζωγρεῖν.

Volo mundare.) mundare passiuum est, & imperatiui modi, καθαρίσθητι.

Sed uade ostende.) Hic nonnihil addendum erat, nempe, inquit, sed uade, inquit, ostende te sacerdoti, quod ne quis putet illum religione non fecisse, fecit idem in actis apostolicis, quam audistis, inquit, per os meum. Addit aliqd de suo interpres.

Et ipse erat docens.) Ad eum quidem modum habent Græca. Verum Lucas aliquoties adhibet eam coniunctionem καὶ, ut plane uideatur supereresse. καὶ apud Lucā sic aliquoties additur, ut uideat supesse

Magnificās deū.) δοξάζων τὸν θεὸν, i. glorificās. Ac mox, & magnificabāt deū, καὶ ἐδόξαζον.

Quia uidimus mirabilia.) παράδοξα, quod aliquando uertunt, noua, aut incredibilia.

Nomine Leui.) Lucas inflexit Λευεὶν uelut a nominatiuo Leuis.

Conuiuium

Conuiuiũ δοχὴ. Conuiuium magnum) δοχὴν μεγάλην, id est, ut ad uerbum reddam, acceptionẽ magnã, inde dictum, quod accipiantur inuitati. Vnde & splendide acceptos dicimus, qui lauto cõuiuio pasti sint. Athenæus libro dipnosophistarum quinto, spendida conuiuia ὑποδοχὰς uocat. Ac rursum libro octauo splendidum epulum δοχὴν appellat. Hoc admonendum duximus, ne quis de nomine cauilletur, ut sunt nõnulli in his anxij.

Nõ potestis filios sponsi.) νυμφῶν, id est, filios thalami, sed proprie in quo sponsus & sponsa uersantur, ut & ante commonstrauimus.

Commissuram a uestimẽto.) Rursus est ἐπίβλημα ἐπιβάλλει. i. immissurã immittit.

Melius pro suauius. Vetus melius est.) Græce est χρηστότερον, quod magis sonat suauius, aut blandius. Sic eñ uertit iugum meum suaue est, χρηστόν. Siquidem ut poma ita & uina per se austera, mite sunt uetustate. Ita leuiora nobis uidentur, quibus assueuimus.

EX CAPITE SEXTO.



N sabbato secundoprimo.) δευτεροπρώτῳ. Annotauit Ambrosius noue positum a Luca, secundoprimum sabbatum potius & primosecundum, cum magis debuerit præferri quod natura prius est. Verum nihil explicat præter allegoriam. Diuus Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum, narrat se cum uersaretur apud Nazanzienum, hanc illi proposuisse quæstionem, quid sibi uellet apud Lucam sabbatum δευτερόπρωτον. At illum, cum (opinor) non haberet in promptu quod responderet, elusisse ioco, Docebo te, inquit, apud populum, ubi acclamantibus, & applaudentibus cunctis uelis nolis cogeris nobis assentiri. Lyranus salebram hanc fortiter transilit. Hugo Carrensis addit secundo primum sabbatum dici, quod a præcedenti proximum sit. Atqui iuxta hanc rationem omnia sabbata δευτερόπρωτα erunt, excepto eo quod fuit omnium primum. Admonet idem nimirum homo diligens secũdo primo duas esse dictiones, ne quis uel imprudens bene posset errare, ut quẽadmodum apud Græcos e duabus unica composita est dictio, itidem apud latinos unã faceret, & ita diceret secundoprimo, quemadmodum Plautus dixit Tragicocomœdiam & nos dicimus Gallogræciam. Equidem super hac re nihil adhuc apud autores comperi, quod satis faciat: Cæterum quod Vulgarius Græcus interpres etiamsi recentior in hunc prodidit locum hic ascribam, & quidem ipsius uerbis, ὁι Ἰουδαῖοι πᾶσαν ἑορτὴν σάββατον ὠνόμαζον, ἀνάπαυσις γὰρ τὸ σάββατον, πολλάκις δυμ ἅπαντα, ἡ ἑορτὴ ἐν τῇ παρασκευῇ. ἡμέρᾳ ἐκάλουν τὴν παρασκευὴν σάββατον διὰ τὴν ἑορτὴν, εἶτα τὸ κυρίως σάββατον ὠνόμαζον δευτερόπρωτον, ὡς δεύτερον ὂν προκυησαμένης ἄλλης ἑορτῆς, ἡμέρᾳ σαββάτου. Quæ quidem ut non grauatus sum ascribere in eorum gratiam qui diffidunt, ita non pigebit interpretari latine propter eos, qui græce nesciunt. Iudæi, inquit, totum festum sabbatum uocabant, nam sabbatum requiem sonat. Sæpenumero igitur incidebat festum in parasceuen, & uocabant parasceuen sabbatum propter festum. Itaq; quod proprie sabbatum erat, nominabant secundoprimum, quod secundum esset ab altero festo, & sabbato quod præcesserat. Hactenus Vulgarius. Chrysostomus homilia in Matthæum quadragesima, indicat hoc esse sabbatum, cuius meminit ille capite duodecimo, addens secundoprimum uocari, quando quies atq; ocium duplex erat, tam sabbati domini, quam solennitatis alterius succedentis.

Secundoprimũ sabbatũ

Petrus Comestor. Miserabile uero dictu, quam hoc loco sese torqueat Petrus Comestor, explicare conans quid sit primosecundum, uertens sese in omnia, ac ne sic quidem elabens. Nec multo minus Carrensis. Nuper quidam monachus & idem theologiæ professor, in conuiuio rogatus ab erudito quopiam, sed tamen aliud studiorum genus professo, quid sibi uellet apud Lucam sabbatũ secundoprimũ, negauit quicq; tale reperiri usq; in euangelijs, quæ alioqui probe teneret. Cumque alter assueueraret apud Lucã esse, ibi prouocat fortissimus theologus ad certaminis periculum, Hanc, inquit, cappam meam depono, si quid tale scripsit usquam Lucas.

Interrogo uos.) ἐπερωτήσω, id est, interrogabo.

Si licet sabbatis.) τί ἔξεστι, id est, quid liceat, siue utrum liceat, quandoquidem de duobus interrogat. Interpres pro τί legisse uidetur εἰ.

Restituta est manus eius.) Exemplar Græcum addit ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη, id est, sana quemadmodum altera. Verum haud scio an aliunde ascriptum.

Insipientia

Insipientia.) ἀνοίας, id est, dementia.

Simonem quem cognominauit.) ὃν καὶ ὠνόμασε πέτρον, id est, quem & nominauit Petrum, siue quem eundem, ut binominem intelligas, quanctꝫ aliàs cognomen appellat.

Iacobum Alphæi.) Subaudi filium, quanctꝫ interpres addere debuit, quod in articulo Græco subauditur. Et maritima & Tyro.) καὶ τὸν παραλίου τυρόν, id est, & maritima Tyro citra coniunctionem. Siquidem olim Tyrus insula fuit, post facta peninsula, per Alexandrum magnum regaliter insanientem. Regaliter insanire.

Et Sidonis.) Mirum cur hic reliquerit græcum genitiuum, nisi putauit utrunque relinquendum fuisse, ut subaudias regione, ad hunc modum, a maritima parte Tyri & Sidonis, hoc est, ab extrema parte, qua spectat ad mare. Aut a maritima parte Iudææ, nempe Tyro & Sidone, siquidem utraꝫ ciuitas littoralis est.

Beati pauperes.) Hic aperit cœlestis ille doctor arcanam illam suam philosophiam, quã ut traderet suis, è cœlo descenderat in terras, & hanc Christianorum uulgus libenter anti quari sinimus, ac uelut obolescere, & aliàs nugas agimus. Cum hæc in primis sint inculcanda animis omnium. Quod si fieret, non ita passim omnes pro rebus friuolis pro pecuniola, pro uanissimis imperij titulis, pro quauis iniuriola digladiaremur. Hæc demum sunt, quæ uere reddunt Christianos, nõ argutiæ Scotistarum, aut Occanistarum, frigidæue hominum constitutiunculæ. Philosophia Christi.

Exprobrauerint.) ὀνειδίσωσι, id est, probris affecerint.

Væ uobis cum benedixerint uobis omnes homines. Secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum.) Græci legunt non prophetis, sed ψευδοπροφήταις, id est, falso prophetis, consentientibus & latinorum codicibus emendationibus nonnullis, sed reclamante Paulino. In Corsendoncensi, pseudo ascriptum erat, manu recentiore. Vnde mihi subolitur suspicio utriusꝫ linguæ exemplaria uariasse. Et haud scio an germana lectio sit prophetis. Cæterum quoniam sententia prima specie uidetur durior, opinor offensum eruditulum quempiam, mutasse scripturam. Meo iudicio probe quadrat, ut hic quoque legamus prophetis, illic eiciebant prophetas, quod uera loquerent, hic ita faciebant prophetis, quod ab eis assentationem exigebant potius ꝙ ueritatem. Quod si cui magis placet diuersa lectio non admodum repugnarim. Superius enim totidem uerbis de prophetis locutus est. At hic de adulatoribus prophetis, Illic faciebant, significabat affligebant, hic faciebant, significabat præbebãt sese, & demulcebantur illorum assentatione. Ex Ambrosio colligi non potest quid legerit. Varia lectio.

Aufert tibi uestimentum.) ἱμάτιον, id est, pallium, hoc est, summam uestem. Nam tunica infra pallium est. Vnde Plautinum illud, tunica pallio propior est.

Et si bene feceritis iis, qui uos diligunt.) καὶ ἐὰν ἀγαθοποιῆτε τοὺς ἀγαθοποιοῦντας, id est, & si benefeceritis benefacientibus, consentiunt, & latinorum uetusti codices.

Siquidem & peccatores hoc faciunt.) τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν, id est, idem faciunt.

Peccatores peccatoribus fœnerantur.) δανείζουσιν, id est, mutuum dant. Nam est idẽ uerbum quod superius ita transtulit. Cæterum intelligens fœnerari uitio datum, non ausus est uti eo uerbo, de probis uerba faciens. Illic igitur dixit mutuum dare, hic fœnerare, cũ Græcis utrobiqꝫ idẽ sit uerbũ, qd tamẽ illis anceps est. Nã & qui citra usurã dat mutuũ δανείζει, & qui ad usurã dat δανείζει. Verũ hic perpetuo uertendũ erat dare mutuũ. Agit emi nõ de questu fœneratorũ, sed de mutuis officijs amicorũ inter ipsos. At inter impios quoque reperias, qui amico credat pecuniam mutuam. Idem si faciunt discipuli Christi, nihil magni faciũt. Extenuat emi Christꝰ uulgaria officia, utpote cõmunia cũ Ethnicis ac malis, ut ad illa prouocet quæ peculiaria sunt Christianorum, ut sit in quo cæteros antecellant. Verũ eò redierunt mores, ut si titulum, si ceremonias subduxeris, hac nota uix possis Christianum ab Ethnico dignoscere. De uulgo Christianorum loquor, non de omnibus. Fœnerare δανείζειν.

Verum tamen.) πλὴν, id est, imo.

Nihil inde sperantes.) μηδὲν ἀπελπίζοντες. Græcis composita dictio est, ἀπελπίζειν ex re quapiam sperare. Sentit enim opinor de fœnore, quod ex mutuo redit. Inde spãtes ἀπελπίζοντες.

Quia ipse benignus est.) χρηστός, quod sæpenumero uertit bonus, sonat autem commodum & humanum, ac facilẽ, ad gratificandum id quod propemodum declarat & benignus, qua de re compluisculis locis, & dictum est, & dicetur.

Dimittite ,p remittite.

Dimittite & dimittetur uobis.) Latinius erat;remittite & remittetur. Credi uix possit, quantas tragœdias excitarint apud indoctam plebeculam, sycophantæ quidam, cucullæ personati,quod in oratione dominica,maluerim,remitte nobis debita nostra,sicut & nos remittimus.quasi sit atrox contumelia facta Christo,si quis malit dicere remitte & dimitte. Atqui diuus Augustinus libro quinquaginta homiliarũ, homilia uigesimanona,adducens hũc locum,legit, remittite,& remittetur.

Confertam coagitatam quid.

Cõfertam & coagitatam.) πεπιεσμένον,quod sonat pressam . Id enim fit in aridis,quo plus capiat mensura.& coagitatam, est σεσαλευμένον,id est,concussam. nam & hoc pacto fit,ut plus capiat uas quo metimur . Gaudet enim Christus harum rerum collationibus uti,quæ sensibus omnium notissimæ sunt.

Si sit sicut magister eius.) Græca secus habent.nempe ad hunc modũ κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτου,id est,perfectus autem omnis erit sicut magister ipsius. non enim uetat Christus ne sit perfectus discipulus . at non uult , ut discipulus usurpet sibi,quæ præceptor non usurpauerit,ac præire conetur, sed ita perfectus erit , si per omnia imitetur suum præceptorem.Et in hanc sententiam legit, & interpretatꝰ Vulgarius. Christus non usurpauit opes & honores huius mundi,hæc si affectet Christi uicarius , uidetur plus quiddam usurpare sibi,quam usurparit Christus.

Trabē in oculo tuo.) ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ,i.in tuo ipsius oculo , siue in proprio oculo.

Qui fodit in altum.) Sensum recte uertit,cæterum Græce est ὃς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, hoc est,ut ad uerbum reddam, fodit & profundauit.

Aedificanti domum suam.) οἰκοδομήσαντι,id est,qui ædificauit domũ suam.Nec est,supra petram,quod Græci dicunt ἄνω πέτρας, sed ἐπὶ πέτραν,id est,super petram.

EX CAPITE SEPTIMO.



Enturionis autem .)Ex hoc loco constat quem Matthæus παῖδα uocat nõ filium fuisse,sed famulum, δοῦλος enim nihil aliud quam seruum, aut famulum significat.Et quod hic uertit,erat moriturus,uertere poterat, agebat animam,aut erat in periculo mortis, aut certe incipiebat mori . Sic enim uertit aliquoties.Deinde, qui erat illi precios⁹.)noue dixit , Charus enim tũ ad rẽ tum ad hominem pertinet . Precios⁹ non nisi ad rem , nisi per metaphoram . proinde ἔντιμος uertendum erat charus , aut in precio habitus.

Precios⁹ noue pro charus.

Solicite.) σπουδαίως , diligenter, siue, ut magis ad uerbum, studiose,ac sedulo , Et quia coniunctio erat omittenda . Annotandum autem quam Iudaica commendatio , quam non sine causa recensuit Lucas.Amat inquiũt, gentem nostram , & synagogam nostram ipse ædificauit nobis.Ad eundem modum & hodie quidam , quæstui prætexentes pietatem,adulantur diuitibus.Benigne largitur fratribus,extruxit nobis monasterij partem, fauet ordini nostro , tantum legauit, fraudatis etiam liberis.

Discipuli eius.) Græci addunt ἱκανοὶ,id est,multi.

In ipsa autem hora.) ἐν αὐτῇ, In eadem autem hora . quanꝯ hoc loco tempus significet potius quam horam.

Laurentij sententia pensitata.

Pauperes euangelizantur. Demiror quid Laurentio acciderit , cum hoc loco mauult euangelizant, quam euangelizantur,quasi uero sensus sit,pauperes prædicasse euangeliũ, ac non potius accepisse euangelium.Etenim ut Græci dicunt,euangelizo te,pro eo quod est , adfero tibi bonum nuncium , ita dicunt, ille euangelizatur, pro eo quod est , accipit lætum nuncium,ut & aliàs indicauimus.Porrò pauperes uocat mites,siue mansuetos Hebræorum more,quibus עניים ab Hieronymo uertitur,pauper,a Septuaginta mansuetus, quod ferè diuitias comitetur ferocitas, & ferocitas indocilis sit.

Vento agitatam.) σαλευόμενον, id est, qui agitatur,siue uacillantem.Est enim passiuum præsentis temporis.Proinde Ambrosius legit arundinem uento moueri, participio uerso in uerbum,ut temporis ratio conueniret.

In ueste preciosa.) ἐνδόξῳ, id est,glorioſa,siue splendida.Nec em̃ est ἐντίμῳ,siue πολυτελῆ, Quod si latine loqui uoluisset,mutanda erat forma Græcanici sermonis . Nam illi τὴν πορφύραν

ἐν πορφύρᾳ dicũt, hoc eſt, illum qui eſt in purpura, pro purpurato, ſiue purpuram induto. Vertendum igitur erat ad hunc modum, Qui ſplendido ueſtitu utunt̃, & in delitijs uerſantur, in regijs ſunt, ſiue in regum palatijs ſunt. Eſt enim græcis ἐν τοῖς βασιλείοις.

Vtiq; dico.) ναὶ, quod eſt affirmantis.

Spreuerũt in ſemetipſos.) ἠθέτησαν εἰσ ἑαυτούς, id eſt, aſpernati ſunt aduerſus ſeipſos. Sentit enim illos recepiſſe in ſuum bonum, hos in ſuum malum reiecíſſe. Ambroſius legit in ſe. Poteſt & εἰς accipi poſitum uice ἐν, atq; ita fuerit ſenſus. Intra ſeſe, hoc eſt, in animo ſuo, cum non auderent palam damnare, quod impenſe placeret populo. Senſus uarius.

Et loquentibus ad inuicem.) καὶ προσφωνοῦσιν ἀλλήλοις, id eſt, acclamãtibus inter ſeſe. De cæteris item quæ ſequuntur, diximus in Matthæo.

Venit autem.) ἐλήλυθεν γάρ, id eſt, uenit enim, ſuffragantibus & antiquis exemplaribus. Nec eſt, deuorator, ſed edax φάγος. Et bibẽs uinũ.) οἰνοπότης. i. uinipotor, ſeu uinibibus.

Sapientia a filijs ſuis.) Apud Lucam additur omnibus, πάντων, ut intelligamus Chriſti doctrinam placuiſſe omnibus, qui eſſent filij ſapientiæ. Atq; ita legit Ambroſius, nec legit modo, uerum etiam interpretatur, atq; itidem ſcriptum eſt in libris emendatioribus tum Græcis, tum etiam latinis. Omiſſa uox

Ecce mulier in ciuitate peccatrix.) καὶ ἰδοὺ γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλός. id eſt, & ecce mulier in ciuitate, quæ erat peccatrix, ſiue quæ fuerat peccatrix.

Lachrymis cœpit rigare.) Interpres omiſit dictionem, κλαίουσα, quæ tamen haud ſcio an addita ſit a ſtudioſo quopiam. Siquidem per ſe flere intelligitur & affatim flere, quæ lachrymis rigarit pedes. Ἑστῶσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὀπίσω κλαίουσα, ἤρξατο βρέχειν, id eſt, & ſtans iuxta pedes illius a tergo flens, cœpit rigare lachrymis &c. Cæterum conijcere licet triclinium more ueterum in ædito fuiſſe, ut ſtans attigerit pedes, a tergo lectis patentibus, in quibus diſcumbebatur. Variatlectio Græcorum.

Quæ & qualis.) Rurſum eſt ποταπή, quod alibi Laurentius uerti uoluit in quanta, quod hic certe non poterat.

Cuidam fœneratori.) δανειστῇ, Quod nõ ſolum fœneratorem ſonat, uerum etiam creditorem, nomen uerbale, a uerbo δανείζω, de quo ſupra diximus. Hoc ſanè loco, magis quadrabat, creditori, quandoquidem de officio loquitur. Alioqui quis unq; audiuit fœneratorem condonaſſe cuiquam æs alienum? Fœnerator creditor.

Vnus debebat denarios.) Vnus & alter dicendum erat, non alius, aut alter & alter, ſi latine loqui ſtuduiſſet. Donauit utriſq;.) ἐχαρίσατο, melius ſic erat, condonauit.

Quis ergo plus diligit.) Græci habent τίς οὖν αὐτῶν εἰπέ, πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει; horum igitur dic uter eum plus diliget? Eſtimo.) ὑπολαμβάνω, id eſt, opinor, ſiue exiſtimo.

Pedibus meis.) ἐπὶ τοὺς πόδας μου, id eſt, in pedes meos.

Non ceſſauit oſculari eum.) οὐ διέλειπε καταφιλοῦσα. Belle participium mutauit in uerbum infinitum. Eſt enim Græce, non defecit deoſculans. Interpres auſus mutare Græca.

Cui autem minus dimittitur.) ὀλίγον eſt Græce, id eſt, parum, ſiue paulum, nõ minus.

Intra ſe.) Græcus ſermo anceps eſt. Accipi poteſt, intra ſeſe, ut cogitarint duntaxat. aut inter ſeſe, ut collocuti ſint.

EX CAPITE OCTAVO.

PEr ciuitates & caſtella.) Vetuſti codices habent, per ciuitatem & caſtellum, numero ſingulari, nimirũ Græcis ad uerbum redditis, κατὰ πόλιν καὶ κώμην. Verum id perinde ualet Græce, ac ſi dicas oppidatim & caſtellatim, id eſt, per ſingulas ciuitates & caſtella. Vnde interpres nõ omnino perperam mutauit numerum. Per ciuitates.

De ciuitatibus.) καὶ τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων, id eſt, eorum qui oppidatim accedebant, hoc eſt, ſingulis ciuitatibus.

Inter ſpinas.) ἐν μέσῳ ἀκανθῶν, id eſt, in medio ſpinarum. Quanq; & hoc recte mutauit interpres.

Et exortæ ſpinæ.) καὶ συμφυεῖσαι αἱ ἄκανθαι, id eſt, ſimul enatæ ſpinæ, hoc eſt, unà cum herba ſegetis.

Nã qui ſupra petram.) οἱ δὲ ἐπὶ τῆς πέτρας, οἵ ὅταν ἀκούσωσι, id eſt, qui uero in petra, qui cum audierint, ut ſubaudias, ſeminati ſunt, aut ſemen acceperunt.

Quia ad tempus credunt.) οἱ, qui eſt, non quia, ὅτι, ſuffragantibus etiam uetuſtis exemplaribus.

plaribus. Euntes ſuffocantur.) Pro euntes Græce eſt πρευόμενοι. Apparet hoc participiũ nõ uſurpatũ, ut ſit deponens, ſed ut ſit paſſiuũ a πρεύω, quod, ut cõſtat, ſignificare ago, ſiue duco, ita haud ſcio an idem ſignificet copiam adfero, id enim eſt πρεῶμι, & πρίζαμι, ut ordine mus ad hunc modum, συμπνίγονται πρευόμενοι, ὑπὸ μεριμνῶν, καὶ πλούτου, καὶ ἡδονῶν, id eſt, ſuffocantur, dum obruuntur a curis, ac diuitijs & uoluptatibus. Verum hoc lectoris eruditi iudicio relinquo. Non referunt fructum.) τελεσφορεῖν, unicã dictionẽ Græcam duabus reddidit. Sonat autem Græca uox non ſolum fructum, ſed fructum perfectum & abſolutum. herbeſcunt enim & illa ſemina, cæterum non ædunt fructũ quem expectat agricola. Bono & optimo.) ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ, id eſt, in corde honeſto & bono. utrunque poſitiuum eſt. Sed conduplicatio facit ad epitaſin, quaſi dicas egregie bono.

Suffocant. πρευόμενοι.

Bono & optimo.

Et ſubtus lectum.) Valla recte mutat ſubtus aduerbium in ſubter præpoſitionem.

Quod non manifeſtetur.) Græcis utrunq; uerbum futuri temporis eſt, φανερὸν γενήσεται. καὶ οὐ γνωσθήσεται. Proinde mutato duntaxat uerbi modo, ſic commode reddidiſſet, nihil occultum, quod non futurum ſit manifeſtum, & nihil abſconditum, quod non ſit cognoſcendum, & in propatulũ uenturũ. In palam) εἰς φανερὸν, id eſt, in apertum, aut in propatulum. Nec latine locutus eſt interpres, nec Græca reddidit uerba.

Videte igitur quid audiatis.) πῶς ἀκούετε, id eſt, quomodo audiatis.

Qui enim habet.) ὃς γὰρ ἐὰν ἔχῃ, id eſt, quicunq; enim habet, ſiue habuerit.

Quod putat ſe habere.) ὃ δοκεῖ ἔχειν, id eſt, quod uidetur habere. Licet Græcus ſermo ancipitem habeat ſenſum, uidetur habere ſibi, & uidetur alijs.

Et non poterat audire.) Adire legendum eſt, ſuffragantibus uetuſtis codicibus. Nam Græce eſt, οὐκ ἠδύναντο σωτυχεῖν αὐτῷ .i. & nõ poterãt cõuenire eũ. Verũ id nõ accidit interpretis culpa, ſed librariorum. In nauiculã.) εἰς πλοῖον, id eſt, in nauim. ut hunc præter diminuta nihil delectat. Tranſfretemus trans ſtagnum.) διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης, id eſt, tranſeamus in ulteriora ſtagni. Deinde & aſcenderũt, ἀνήχθησαν, potius eſt ſoluerũt, hoc eſt, diſceſſerũt a littore ſubducti.

Audire pro adire mẽdoſe.

Compellebantur.) Hoc ſcio deprauatũ a librarijs, tamen quia tam propè accedit ad uerã lectionẽ, ne inualeſcat error, admonendum duxi, complebantur, eſſe legendũ, concordantibus & uetuſtiſſimis exemplaribus latinis, συνεπλήρουντο. Latinus quidam codex addit fluctibus. Præceptor.) Græce eſt, ἐπιστάτα ἐπιστάτα, id eſt, præceptor præceptor. ut intelligas & Ieſum altum dormiſſe ſomnum, & diſcipulos inſtanter inclamaſſe.

Compellebantur pro cõplebant.

At ille ſurgens.) ὁ δὲ ἐγερθείς, .i. at ille experrectus. Geraſenorũ.) τῶν γαδαρηνῶν .i. Gadarenorũ. de quo iã ante nõ ſemel diſſeruim⁹. Vir quidã.) Græci addũt, ἐκ τῆς πόλεως, id eſt, è ciuitate, quod tamẽ nuſq; additũ reperio apud latinos, nec ex Ambroſianis commentarijs cõijcere licuit illum ita legiſſe. Apud Vulgarium Græcum reperio, quanq; magis uertendũ erat, ex ea ciuitate, ut accipias dæmoniacum prodiſſe è ciuitate Gadara.

Gadareni.

Arripiebat illũ.) συνηρπάκει αὐτὸν, id eſt, corripuerat illũ. Nec eſt, (& compedibus cuſtoditus,) ſed, καὶ πέδαις φυλασσόμενος, καὶ διαῤῥήσσων τὰ δεσμὰ, ἠλαύνετο, id eſt, & compedibus ſeruabatur, ac diſrumpens uincula, agebatur. &c. Quod tamẽ mollius uerti potuit ad hũc modũ, Cunq; cõpedibus ſeruaret, tñ diſrũpens uincula ferebatur a ſpiritu in loca deſerta.

In deſerto.) εἰς τὰς ἐρήμους, id eſt, in deſerta, ut ſubaudiamus loca, atq; ita legitur in codicibus latinorum emendatioribus.

In abyſſum.) Græca uox eſt, Latine uorago dicitur. Præceps.) κατὰ τοῦ κρημνοῦ, id eſt, per præceps, ſiue per præcipitiũ, & ſic habent uetuſtiſſimi Latini codices.

A legione.) ὁ δαιμονιοθείς, id eſt, a dæmonio uexatus, ſiue a dæmonibus agitatus.

Geraſeni.

Multitudo regionis Geraſenorũ.) ἅπαν τὸ πλῆθος τῆς περιχώρου τῶν γαδαρηνῶν, id eſt, uniuerſa multitudo regionis undiq; finitimæ Gadarenis. Ambroſius aut legit Geraſenos, aut eoſdem putauit Geraſenos & Gadarenos, cum paulo poſt ait, Reliquerat in Geraſenis ſynagogam Chriſtus, &c. Dimiſit aũt eũ Ieſus dicens.) Quoniam interpres alicubi uſurpat, dimiſit, pro ſiuit, ſiue permiſit, ſciat lector hic eſſe ἀπέλυσε, hoc eſt, nõ paſſus eſt eſſe ſecum, ſed ablegauit a ſe. Et hæc moriebatur.) ἀπέθνησκον. Poterat eſſe, & mortua erat, ut intelligamus iam tum puellam expiraſſe, licet id nondum ſciret pater, qui reliquerat agentem animam. imo haud ſcio an hoc uerbo ſecus liceat uti.

Geraſeni.

Et contigit

Et contigit dum iret.) Etiamsi id ad sensum nihil omnino habet momenti, tamẽ in Græcis quos ego uiderim, non additur, καὶ ἐγένετο.

A turbis comprimebatur.) οἱ ὄχλοι συνέπνιγον αὐτὸν, id est, turbæ suffocabant eum, hoc est, cõstringebant & arctabãt, diuersum uerbũ ab eo, quod mox uertit, comprimũt.

Quæ in medicos erogauerat.) ἥτις εἰς ἰατροὺς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον, οὐκ ἴσχυσεν ὑπ' οὐδενὸς θεραπευθῆναι, id est, quæ cum insumpsisset in medicos totam substantiam, nõ potuit a quoq; sanari. Et aliquanto post (Turbæ te comprimunt & affligunt) συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσι. malim, coarctant te, siue distringũt te atq; afflictant.

Nam & ego noui.) In Græcis tantum est, Nam ego noui, consentiente exemplari Paulino, sed dissentiente Corsendoncensi. Ambrosius consentit cum Paulino.

Virtutem de me exisse.) ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ. Recte sanè hoc loco interpres mutauit participium in uerbum infinitum, quod tamen in Matthæo & Marco non fecit. Virtutem exisse.

Vade in pace.) εἰς εἰρήνην, id est, in pacem, quæ Græca præpositio anceps est.

Venit ad principem synagogæ.) Ita quidem constanter habebant latini codices, etiam uetusti. Ex Ambrosio non liquet quid legerit. Cæterum Græce est παρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου λέγων αὐτῷ, id est, a principe synagogæ dicens ei. Verum offensus aliquis absurditate, quam prima fronte præ se fert sermo, mutauit a principe, in, ad principem. Atqui erat sub audiendũ domo, ut fieri solet in huiusmodi orationibus. Verum de hoc quoq; superius dictum est copiosius in Marci caput quintum. Ad principẽ p a principe

Ipse autem.) Hic addunt Græci, ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, id est, foras eiectis omnibus, id quod additur in cæteris euangelistis. Quanq; apud Ambrosium non reperio additum, & haud scio an aliunde huc transcriptum sit. Argutatur Valla non conuenire parentes solos obstupuisse si turba aderat illa tota, cuius ante facta est mentio. Præterea quorsum attinebat inquit, interdicere, ne cui dicerent, si res tot testibus acta est? Ob hæc necesse putat adiici hæc uerba, quæ sanè in Græcis codicibus constanter adscripta uisuntur, eiectis omnibus. Mihi, ut dixi, uidentur ex Marco ac Matthæo addita, quorum uterq; testatur turbam fuisse eiectam. Matthæus capite nono narrat, turbam eiectam, idem dicens quod Marcus capite quinto, qui prodidit omnes fuisse eiectos, præter parentem utrunq; puellæ, ac discipulos quos secum habebat, nimirum tres, Iacobum, Petrum, & Ioannem, quos paulo ante solos iusserat sequi. Neq; erat causa, cur hic adderetur, eiectis foras omnibus, cum Lucas paulo ante testatus sit, Iesum non passum esse quenq; ingredi eò, ubi funus erat puellæ, præter patrem & matrem, ac treis modo dictos discipulos. Quos si eiectos intelligamus, quomodo dicuntur obstupuisse? Neq; periculum erat, ne res celari nõ posset, tam paucis testibus gesta. Nihil est igitur quod hoc loco cauillatur Laurentius. Vnus modo scrupulus restat. Si iuxta Lucam Iesus non est passus turbam ingredi, quomodo dicit eiecta? sed fieri potuit, ut in uestibulo, aut in atrio constiterit turba, funus autem in interioribus ædibus positum fuerit. Valłæ sententia expẽsa.

Et reuersus est spiritus eius.) ἐπέστρεψε, conuersus potius, q; reuersus, nisi forte interpres legit ἀπέστρεψε.

EX CAPITE NONO.

IN uia.) εἰς τὴν ὁδόν. id est, in uiam. Et tuleritis, non est a uerbo fero, sed a tollo, ne quid tollatis in uiam, siue ad iter, hoc est, ne quid deportetis.

Neq; duas tunicas.) μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας, id est, neq; binas tunicas, id est, singuli duas. Cæterum ἔχειν, infinitum uerbum positum est uice imperatiui, more Græcanico. Et inde ne exeatis.) Græce secus est, κἀκεῖθεν ἐξέρχεσθε. i. & inde exite. Sentit eñ ut unis duntaxat ædibus uterent, ne aliunde exirent relicturi ciuitatẽ, quã quo ingressi fuissent aduenientes, ne cui parũ stabiles uiderent. Ad eũ modũ non legit modo Vulgarius, uerũ etiã interpretat. Verũ hoc nõ interpretis culpa, sed librariorũ uicio mutatũ esse constat. In testimoniũ supra illos.) ἐπ' αὐτούς. Quæso cur nõ potius aduersus illos q; supra illos? adeo ne studio fuit corrupte diceret? Duas pro binas. Deprauatio in nostris manifesta.

Et hæsitabat.) διηπόρει. quod ut significat hæsitare, ita significat, & perplexũ esse, atq; anxipitis cõsilij, & animi dubium. Metuebat enim, si is resurrexisset quem occiderat.

Quæ est Bethsaida.) εἰς τόπον ἔρημον πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά. i. in locũ solitarium ciuitatis, quæ dicit Bethsaida. Qui cura indigebant.) θεραπείας. Cur nõ potius curatiõe,

cũ de morbis loquat, cũ & latinius sit, & ad Græcã uocẽ exprimendã accommodatius.

Quæ circa sunt.

Villasq; quæ circa sunt.) εἰς τὰς κύκλω κώμας, id est, in circũiacentes uicos, siue oppidula. Et rursus agros, uertit in uillas, nec id sane male, modo bene intelligatur.

Inueniunt escas.) ἐπισιτισμὸν, id est, commeatũ. ἐπισιτίζειν em̃ est cibarijs instruere.

Per cõuiuia.) κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα. i. in singulo accubitu quinquaginta, Nã id intelligit interpres per conuiuia. neq; enim est hic συμπόσια, ut in Matthæo, sed κλισίαι, quod sonat accubitus, siue discubitus. At ille increpans illos.) Antehac interpres penè perpetuo trãstulit ἐπιτιμᾶν, cõminari, qd' si usq; aliàs, hic certe faciendum erat. Cur em̃ increparet Christus discipulos ob hoc responsum, ob quod tantopere collaudatus est Petrus iuxta alios euangelistas? Proinde uertendum erat. interdixit eis, siue interminatus eis, præcepit ne cui dicerẽt. Tollat crucẽ suã cotidie.) Cotidie in nõnullis Græcis codicib⁹ nõ addebat sed refragantib⁹ uetustissimis Latinis. Nã qui perdiderit.) ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ, Quicunq; uero perdiderit. nisi nã, positũ est loco, autẽ. Et uestitus eius alb⁹ & refulgẽs.) ἐξαστράπτων, quasi dicas, ex se mittens fulgur, & effulgurans. Deinde illud quod mox præcessit, (& facta est species uultus eius altera,) τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον, maluissem ita reddere, species aspectus eius alia, siue diuersa. aut si licet a uerbis discedere. mutata est species uultus eius. In maiestate.) ἐν δόξῃ, id est, in gloria, quẽadmodũ uertit & paulo superius.

Altera pro diuersa.

Excessus, p obitu.

Excessum eius.) Excessum, mortẽ intelligit. Nã Græce est ἔξοδον, i. exitum, non ἔκστασιν. quandoquidẽ & excessum & exitũ usurpari pro morte, cõpluribus exẽplis docet Laurentius, a quo petat, si quis forte diffidet. Nos cõpendio studemus. Dilaniãs eũ.) καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ σπαράσσοντος αὐτὸν, id est, & uix discedit ab illo lacerãte se, ut intelligas puerũ uix effugere a spiritu. Quanq; hoc loco uariant exemplaria Græcorum. Quædã habebant σπαράσσον. i. cõminuẽs, aut discerpẽs, quæ lectio mihi magis probat. Elisit eũ dæmoniũ, & dissipauit.) ἔῤῥηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον καὶ σπαράξαν. i. laniauit illũ dæmoniũ, & cõcerpsit. Interpres pro ἔῤῥηξεν, legisse uidetur ἔῤῥιψεν, pro quo reddidit, elisit. Nec mihi displicet hæc lectio. In magnitudine dei.) ἐν μεγαλειότητι. i. in magnificentia, siue maiestate. Dictũ est em̃ ab eo nomine quod solet uertere magnalia, μεγαλεῖα.

In auribꝰ, p in cordibus.

Ponite uos in cordibus uestris.) Græce est, εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν. i. in aures uestras, hoc est, diligenter auscultate quæ dicturus sum, Refertur enim ad sequentia. Porrò in auribus dixit potius q̃ in cordibus, propterea quod non essent intellecturi. Sequitur enim mox. At illi ignorabant uerbum istud. Velatum ante eos.) παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, id est, absconditũ ab illis. Intrauit aũt.) εἰσῆλθε. i. subijt. Cogitatio.) διαλογισμὸς. i. disputatio, quãq; græca uox anceps est. Cæterum ex alijs euangelistis liquet inter illos hac de re disceptatũ fuisse, neq; rẽ intra tacitam animi cogitationẽ constitisse. At in eo quod mox sequit̃ At Iesus uidẽs cogitatiões cordis, significat se de cogitatiõe loqui. Est em̃ & hic eadẽ uox, διαλογισμὸν. Est aũt in hoc loco magna inter euangelistas diuersitas, quæ tn̄ haud magno negocio redigi potest in concordiã. Iã articulus Græcus, quẽ addit Lucas, ὁ τίς ἂν εἴη μείζων, ita reddi potuit, de hoc quis nã esset futurus maior, siue maximus. In eis.) ἐν αὐτοῖς, id est, inter eos. Hic maior est.) Græce sic habet, ὁ δὲ μικρότερος ἐν πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων, οὗτος ἔσται μέγας. i. qui em̃ minor fuerit inter uos oẽs, hic magnus erit. Iã ante demõstratũ est, magnũ dici magnatẽ, & minorẽ infimatẽ. In ciuitatẽ.) εἰς κώμην. i. in castellũ. Nã ita plerũq; uertit, tãetsi quidã codices habẽt πόλιν. i. ciuitatẽ. Atq; ita legisse uidet̃ interpres. Nã aliquãto post, εἰς ἑτέραν κώμην, uertit in aliud castellũ. Facies eius erat eũtis.) τὸ πρόσωπον τοῦ αὐτοῦ ἦν πορευόμενον. i. facies eius erat uadens. Quanq; nihil refert ad sententiã. Et utinã frequentius id ausus esset Euangelista, sensum magis q̃ uerba reddere. Sicut em̃ oculi loqui dicunt̃, quæ innuũt quod dictũ uelis, ita facies ire dicit̃, quæ præ se ferat iter aliquo destinatũ esse. Vis dicimus.) θέλεις εἴπωμεν, id est, uis dicamus.

Cõtra tyrannidem facerdotum.

Additũ aliquid apud Græcos.

Et consumat illos.) ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε, id est, quemadmodũ & Helias fecit. Hoc additum reperio in Græcorũ codicibus, quos quidẽ uiderim omnibus. Verum haud scio an uelut ab explicãte locũ aliquo sit hoc assciptũ. Neq; em̃ in ullo ueterũ exẽplariorũ nostrorũ cõperi, etiãsi sic legit & Vulgarius. Nõ uenit animas perdere, sed seruare.) In Græcis quos uidere memini codicib⁹ addit̃ hominũ, sed reclamantib⁹ uetustis exẽplaribus pluribus, atq; etiã uulgatis, nec refert ad sensũ. Quin totũ hoc. filiꝰ hois nõ uenit aias pdere, sed saluare,

ſaluare,non attigit Vulgarius,nec legens,nec interpretans,quod an caſu acciderit incertū.

Quocunque ieris.) ἀπέρχῃ, id eſt, abieris.

Renunciare ijs quæ domi ſunt.) Ex Græcis non liquet an legendum ſit,ijs quæ domi ſunt,an ijs qui domi ſunt.Niſi quod uetuſtiſſimus codex habebat ijs qui domi ſūt,genere maſculino,conſentiente & Corſendoncēſi exemplari,nimirum ut ad perſonam referatur. Quanq̄ idem Lucas eodem uerbo ſic uſus eſt huius euangelij capite decimoquarto,ut ad rem pertineat,niſi quis renunciauerit.& cætera. Quemadmodum & hominem iubemus ualere,& uoluptates ualere iubemus.Poterat igitur & hic accipi, renunciare negocijs domeſticis. Quod interpres hic uertit renunciare, alibi uertit ualefacere, uelut in epiſtola ad Corinthios poſteriore, capite ſecundo, ἀλλ' ἀποταξάμην αὐτοῖς, ſed ualefaciens eis. Rurſus in actis apoſtolorum capite uiceſimo.& exhortatus eum, ualedixit. Nā illic interpres legiſſe uidetur ἀποταξάμενος, licet noſtri codices habent ἀσπασάμενος. Rurſum eiuſdē operis capite decimo octauo.Fratribus ualefaciens nauigauit in Syriam, τοῖς ἀδελφοῖς ἀπεταξάμην. Eſt autem proprie ἀποτάσεσθαι, mandatis ijs,quæ uelis,aliquem dimittere.an idem polleat renunciandi uerbum,mihi non admodum liquet. Aliquoties renūciare,comperio poſitum, pro nunciare quod geſtum eſt.aliquoties pro nuncio miſſo interdicere, ut renunciauit illi hoſpitium, apud Ciceronem.& apud Terentium,alteri illi renūciaui,cuius nuptias recuſarat.Nos quo dilucidior eſſet ſermo uertimus ualedicere, pro renunciare. Renunciare quid ſit.

Nemo mittens manum.) ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα. Alterum participium eſt præteriti temporis,alterum præſentis.Ea ſic cōmode reddi poterant,Nemo ſi poſtq̄ admouit manum aratro,in tergum reſpexerit,accommodus eſt regno dei.

EX CAPITE DECIMO.

ET alios ſeptuaginta duos.) Quod Laurentius arguit interpretes ueteris teſtamenti,cū numero fuerint ſeptuaginta duo,quippe è ſingulis tribubus delecti ſex,tamen incertum errore,an ſtudio ſeptuaginta uocari, non aliter q̄ apud Rhomanos Centūuiri dicti ſunt iudices è ſingulis tribubus, quæ triginta quinq̄ erāt,delecti terni,utiq̄ numero centum & quinque,uerum ſit nec ne, nō admodū arbitror ad hūc locū ptinere.certe probabile eſt.Illud mirū quod è ſeptuaginta diſcipulis fecerint ſeptuaginta duos,uelut idē oportuerit factū in diſcipulis,qđ factū eſt in ſeptuaginta interpretibus,cū apoſtolos duodecim elegerit.uerū nō hos quidē è ſingulis tribubus ſingulos. Cæterū græci codices cōſentiunt in ſeptuaginta. Atq̄ ita legiſſe uideť & diuus Ambroſius,cū exponens hunc locū,Ecce ego mitto uos ſicut oues inter lupos, Ad ſeptuaginta,inquit,diſcipulos dicit hoc. Pro nobis facit & typus ueteris teſtamēti ubi duodecim fontes,& ſeptuaginta palmæ in deſerto repertæ,præfigurāt duodecim apoſtolos & ſeptuaginta diſcipulos. Quin & Dorotheus martyr in cōpēdio rerū apoſtolicarū & propheticarū nominatim recēſens diſcipulos,ſeptuaginta dūtaxat facit,nō ſeptuaginta duos.Et tamē paulo inferius repetūť ſeptuaginta duo, Reuerſi ſūt aūt ſeptuaginta duo cū gaudio,ut appareat nō caſu,ſed ſtudio factū. Atq̄ in hoc mire cōſentiunt exemplaria latinorū. Diſcipuli ſeptuaginta. Dorotheus Martyr.

Rogate autem.) Rogate igitur legendum eſt, δεήθητε οὖν.

Vt mittat operarios.) ὅπως ἐκβάλλῃ, id eſt,ut extrudat,ſiue eijciat,ut intelligamus,aut inuitos emittendos,aut celeriter extrudendos,ut annotatum eſt in ſuperioribus.

Inter lupos.) ὡς μέσῳ λύκων. i.in medio luporū. Et Valla mauult,uelut oues,q̄ ſicut oues.

Sin autem.) εἰ δὲ μήγε, id eſt,ſin minus,hoc eſt,ſi nō fuerit illic filius pacis. Nec eſt (quæ apud illos ſūt) ſed τὰ παρ' αὐτῶν, hoc eſt, quæ ab illis offerūť,alioqui dixiſſet, τὰ παρ' αὐτῆς.

Pœniterent.) μετενόησαν. Cur non potius pœnituiſſent,cum ſit præteriti temporis.

Qui uos ſpernit, me ſpernit.) Hieronymus alicubi uertit, Qui uos reprobat, me reprobat.Eſt enim Græcum uerbum ἀθετεῖ, quod eſt reijcit & auerſatur,& ita legit Cyprianus in epiſtola ad Cornelium fratrem,Et hunc locum detorquemus ad noſtram tyranni dē.Chriſtū ſpernit,qui ſpernit epiſcopū,qui ſpernit pontificē,uerū eſt,ſed apoſtolorū ſimiles,& Chriſti negociū agentes, qui uos tales ſpernit,me ſpernit.Simul utriq̄ demus operā,ut meminerimus officij,Sacerdotes tales eſſe ſtudeāt,quales erāt apoſtoli, nos ut Chriſtū ipſum recipiemus & obtemperabimus. Cæterum ubi ſacerdos tyrannum agit, uentris negociū perſequiť,nō Chriſti, neſcio an in tempore citetur, Qui uos ſpernit,me ſpernit. Qui uos ſpernit,meū agētes negocium.

Septuaginta duo. Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo.) Rurſum addidit duo, cum Græcis non ſint niſi ſeptuaginta. Ecce dedi.) ἰδοὺ δίδωμι, id eſt, ecce do.

Exultauit in ſpiritu ſancto,) ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ὁ Ἰησοῦς, id eſt, in eadē hora exultauit ſpiritu Ieſus. nec additur ſancto, nec præpoſitio in, ſed refragantibus uetuſtis latinorum exemplaribus, in quibus ut apponitur epitheton ſancto, ita Ieſu nomen nō apponitur. certe articulus facit, ut de ſpiritu ſancto intelligamus.

Varia lectio.

Paruulis.) νηπίοις, quod hoc ſanè loco magis uertēdū erat, ſtultis, aut inſipiētibus, ut opponat ei quod præceſſit ſapiētibus, niſi ſermo duriuſculus uideretur. Quāq; & de hoc dictū eſt aliàs. Etiā pater.) ναί, quod ſuperius uertit, utiq;. Eſt autē aduerbiū cōfirmantis.

Quoniam ſic placuit ante te.) ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου, id eſt, Quia ſic fuit bona uoluntas coram te. Sic enim uertit Hieronymus.

Omnia mihi tradita.) Ante hæc uerba Græci codices aliquot addunt καὶ στραφεὶς πρὸς μαθητὰς εἶπε. i. Et cōuerſus ad diſcipulos dixit. Deinde ſequit, Omnia mihi tradita ſunt. Et error hinc ortus, qd' mox ſequit eadē oratio (Et conuerſus ad diſcipulos ſuos.) Verū hic addit Græcus codex, κατ ἰδίαν. i. ſeorſim, atq; ita ſeparatur à ſuperiore, licet reclamēt latinorū exemplaria.

Pro ſuſcipiens ſuſpiciēs deprauate.

Suſpiciens autē Ieſus.) ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς. i. Suſcipiens autē Ieſus. Atq; ita legitur in antiquiſſimis latinorū exemplaribus. Poſitum eſt autē ſuſcipiens, pro excipiens & ſuccedens in uicem reſpondendi. Ad eundem modum Vergilius. Excipit Aſcanius. Et Xenophon, καὶ ὁ Κῦρος ὑπολαβὼν εἶπε, id eſt, Et Cyrus ſuſcipiens dixit. Ne id quidem commiſſum eſt interpretis uicio, ſed ſcioli cuiuſpiam, cui uiſum eſt ſuſcipiens hoc loco nihil ſignificare, & uertit in ſuſpiciens, quaſi Ieſus reſponſurus homini ſuſpexerit in cœlum.

Stabulū pro diuerſorio.

Semiuiuo.) ἀφέντες ἡμιθανῆ, id eſt, relicto ſemimortuo. Quanq; id quidem ad ſententiam nihil habet momenti. In ſtabulum.) εἰς πανδοχεῖον, id eſt, in diuerſorium. Nam Græca uox hinc dicta eſt, quod accipiat quoſlibet, quod Latini uocant diuerſorium meritorium. Nec interpres ſenſit de ſtabulo iumentorum, ſed de loco in quo ſtatur. unde & ſtabulari dicuntur, qui locum habent alicubi. Et altera die.) καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον, id eſt, poſtero die. Stabulario.) πανδοχεῖ, id eſt, hoſpiti, ſed meritorio.

In quoddam caſtellum.) εἰς κώμην τινά, id eſt, oppidulū, ſiue uicum quendam, ne quis imaginetur arcem potentem ſimilem iſs, quæ nunc caſtella uulgo uocantur.

Satagebat.

Satagebat.) περιεσπᾶτο, id eſt, diſtrahebatur, ſiue diſtendebatur. Quanq; interpres elegantius uertit, q; ut rudis lector animaduertat. Siquidem ſatagere proprie eſt, anxie torqueri difficultate rei cōficiendæ. At græca uox aptius quadrat cum eo quod ſequitur, Porrò unum eſt neceſſarium. Pugnant enim diſtrahi & intentum eſſe in uno.

Circa frequens miniſterium.) περὶ πολλὴν διακονίαν. i. circa multam miniſtrationem.

Erga plurima.) περὶ πολλά, id eſt, circa multa, ſiue plura, ſuffragantibus & antiquiſſimis libris nonnullis. Et haud ſcio an interpres ſcripſerit plura, pro multa. quod ita quiſpiam uertit in plurima, ut in preculis ſolennibus, legimus plurimorum martyrum, pro plurium.

Optimā pro bonam.

Optimam partem.) τὴν ἀγαθὴν μερίδα, id eſt, bonam partem, niſi quod articulus additus declarat pluſculum, nempe partem illam certam, quæ uere bona ſit. Auguſtinus ſermone in Lucam uiceſimo ſexto, nō optimam legit, ſed meliorē. Meliorem inquiens partem elegit, non tu malam, ſed illa meliorem. Neq; ſecus legiſſe uidetur Ambroſius, in commentariolis hæc ſubiiciens, Nec Martha tamen in bono miniſterio reprehenditur, ſed Maria quod meliorem partem ſibi elegerit, antefertur.

EX CAPITE VNDECIMO.



A nobis hodie.) Hic uariāt græci codices. In nōnullis ſcriptū erat, δὸς ἡμῖν δ' καθ' ἡμέραν. i. da nobis cotidie. Quāq; de hoc aliàs dictū aliquāto copioſius.

Sed libera nos à malo.) Hoc in quibuſdā latinis exemplaribus apud Lucā nō additur, ſicut & alia nōnulla, quæ uidentur ex aliis Euāgeliſtis adiecta, ne uiderētur diſſentire. Id quod coniicio factū & aliis itē compluribus locis. Si quidē apud Lucam hæc oratio multo pauciora complectitur q; apud cæteros, ad hunc modum, Pater, ſanctificetur nomē tuum, adueniat regnum tuū. Panē noſtrum cotidianū da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata noſtra, ſiquidē & ipſi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tētationē. Sic em̄ habebatur ſcriptū in uetuſtiſſimis codicibus quos id

Precatio dñica iuxta Lucam.

quos id temporis nobis exhibebant Amorbachij. Paulinum & Corſendoncenſe, nec admodum hinc diſcrepāt, nec omnino conſentiunt, ne inter ſe quidem. In græcis codicibus precatio dominica ferebatur abſoluta, excepta coronide, quam additā aliàs indicauimus. Vel hinc palàm eſt, q̄ Euāgeliſtæ nō fuerint ſuperſtitioſi de uerbis. Præſcripſerat hāc precandi formam, non epiſcopus quiſpiam, non pontifex Rhomanus ſed ipſe Chriſtus, & tamen in tantula precatiuncula, quātam partem omiſit Lucas. & certe conſentaneum uero eſt, eum ſic oraſſe, ut nobis orandi formam tradit autore Chriſto. Et ubi ſunt interim qui miſere trepidant, quoties ex humanis preculis uocula fuerit omiſſa? At ijdem fortes ſunt & intrepidi, quoties uirulenta lingua fratris lacerant famam? Nec hoc dixerim, quo minus attenti ſimus in precibus, ſed ne præpoſtere ſimus ſuperſtitioſi.

Contra ſuperſtitioſos in dicendis preculis.

Commoda.) χρῆσον, id eſt, mutua, ſiue mutuum da. quanq̄ Græca uox anceps eſt. Cōmodatur enim, cuius uſus modo præſtatur, ut equus, ueſtis, patella. Mutuum datur, quod uſu abſumitur, ut oleum, triticum, aut quod non idem redditur.

Cōmodare. Mutuū dare

Si perſeuerauerit pulſās.) Hæc in pleriſq̄ Græcorū codicibus nō repperi, cōſentiēte uetuſtiſſimo codice latino, quē exhibuit bibliotheca eccleſiæ Paulinæ apud Londinū, ſed diſſentiente Corſendoncenſi. Propter improbitatē.) διὰγε τὴν ἀναίδειαν, id eſt, propter impudentiam. Eleganter quidem uertit interpres, ſi modo recte intelligatur.

Additum aliunde.

Quis ex uobis patrem.) Græca nōnihil diſcrepant, τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, id eſt, Quem autem ex uobis patrem poſcet filius panē. Ea nos reddidimus in hunc modum. Quis autem ex uobis pater à quo ſi filius petierit panem, num lapidē dabit illi? Quanq̄ & hic ſermo duriuſculus eſt, opinor ex idiomate linguæ Hebrææ. Videtur autē alluſum ad iocum uulgarē, quo panem expectāti lapidē porrigunt, iuxta Plautinū illud, Altera manu fert lapidē, panē oſtētat altera. Itē ſcorpium porrigunt uacuo oui putamini incluſū. ſic & ipſæ dipſades fallūt, ſtruthiocamelorū inanibus putaminibus occultātes ſeſe.

Sermo ptūbatior.

Bona data.) ἀγαθὰ δόματα, id eſt, bonas dationes, ſi ſic liceat loqui.

Dabit ſpiritū bonū.) Græci codices qui tum aderant habebant πνεῦμα ἅγιον. i. ſpiritū ſanctū, ſed magno conſenſu reclamantibus exemplaribus latinis, etiā uetuſtis, quibus ego ſanè magis aſſentior. Ex Ambroſio, quoniam carptim iſta tractat, nihil poteſt elici.

Diuerſa lectio.

Et illud erat mutum.) Hallucinatur & hoc loco Valla, in mutum & mutus, κωφὸν & κωφὸς, putans utrobiq̄ ſurdum uertendum fuiſſe non mutum, aut non intelligens, aut certe non animaduertens utrunq̄ Græcis ſonare κωφὸν, quemadmodum & mox, Omne regnum in ſeipſum diuiſum, mauult in ſeipſo, ſiue ſuper ſeipſum, cum ſit aduerſus ſeipſum, quod Græcis hæc præpoſitio ſit anceps, ut ferè ſunt omnes.

Valla taxat.

Deſolabitur.) ἐρημοῦται. i. deſolatur. Et paulo poſt, πίπτει. i. cadit, non cadet, ſuffragantibus & antiquiſſimis exemplaribus. Vniuerſa arma.) πᾶν πανοπλίαν, qua uoce Græci declarant, quicquid ad iuſtū apparatū armati uiri pertinet. Auferet.) αἴρει. i. tollit. & diſtribuit, non diſtribuet διαδίδωσιν, ut præſentis ſint temporis, non futuri. Nec enim uaticinatur, quid futurum ſit, ſed quod fieri ſoleat proponit, ſimilitudinem conferens.

Inuenit eam ſcopis mūdatā.) εὑρίσκει. i. inuenit, præſentis temporis, prima ſyllaba acuta.

Scopis mundatam.) Græci codices addunt, καὶ κεκοσμημένην, id eſt, & ornatā, quod haud ſcio an ex alijs Euangeliſtis ſit huc aſſcriptum. Cæterum illud ſcopis mūdatam, Græcis unica dictio eſt σεσαρωμένην, id eſt, uerſam à uerbo uerro, non uerto.

Quinimo.) μενοῦνγε, ea cōiunctio neq̄ negat qđ dictū, neq̄ reijcit, ſed infert quod eſt certius. Vides aūt ut hic quoq̄ Chriſtus ſui ſimilis haud multū tribuit cognatiōis affectui.

Chriſtus parū tribuit affectui cognationis.

Turbis autem concurrentibus.) ἐπαθροιζομένων, id eſt, coaceruantibus, conglobantibus, ſiue condenſantibus ſe, aut cum turbæ denſius affluerent. Græcis enim σωαθροισμὸς dicitur, cum omnia confertim in unum conferuntur locum.

Pluſq̄ Solomon hic.) ὧδε hic, aduerbium eſt hoc loco, non pronomen. Similiter & paulo inferius pluſq̄ Iona hic. Lucerna corporis tui.) Tui nō additur à Græcis, & ſenſus magis quadrat eo amoto. Fit enim catholica ſententia, ut & ſuperius indicauimus.

Tui additū.

Ne lumen quod in te eſt.) μὴ τὸ φῶς, poteſt accipi, & num lumen quod in te eſt? &c. quod aduerbium μὴ ad utrunq̄ ſenſum ſit accōmodum, interrogantis & prohibentis.

Et quemadmodū lucerna.) ὡς ὅταν ἀψὶς λύχνος τῇ ἀστραπῇ φωτίζει σε, ut cū lucerna fulgore illuminat

gore illuminat te.ut sit sensus, non aliter tuum corpus erit lucidum oculo puro,& domus tua lucida est tibi,accensa lucerna. nec est illuminabit,sed illuminat. Alioqui sermo uideri possit subabsurdus,si totum lucidum fuerit, totum lucidum erit. Proinde nos de nostro adiecimus,sic,quo magis sentiretur collatio. Baptizatus esset.)ἐβαπτίσθη. Cur non potius lotus esset,cum de simplici manuum lotione loquatur?

Baptizatus p lotus.

Catini.) τοῦ πίνακος. Quod nõ solũ catinum, sed etiam quadram aut tabellã significat.

Intus est uestrum.) Vestri mauult Laurentius,ut sit genitiuus pronominis primitiui.

Quod supereſt.) τὰ ἐνόντα. Diuersa uox est ab ea quæ frequentior est ac tritior, τὸ λοιπόν. Cæterum quod noster interpres uertit,quod supereſt,longe secus interpretatur Vulgarius. Eius uerba subscribam, τὰ ἐνόντα, ὅω, τοῦτέστι, τὰ ὑπάρχοντα ὑμῖν. καλῶς δὲ εἶπεν ἐνόντα, καὶ οὐκ εἶπεν ὄντα, διότι τὰ χρήματα ἔνεισι τῇ καρδίᾳ τοῦ φιλοχρημάτου, καὶ ἐκάθιστα αὐτῇ, διὸ καὶ ὁ Δαβὶδ φησί, μὴ προσίθεσθαι πλοῦν καρδίαν ὅσ πλούτῳ, id est, Quæ insunt igitur, hoc est quæ suppetunt uobis. Recte autẽ dixit quæ insunt,& non dixit quæ sunt,propterea quod pecuniæ insint cordi auari,atque insideant ei, Quapropter & Dauid monet non apponendum esse cor diuitijs. Vulgarius accipere uidetur, ut τὰ ἐνόντα, & ἐλεημοσύνην appositiue iungantur,date res uestras eleemosynam.Potest autem & sic accipi,ut subaudiatur וכו׳. iuxta ea quæ suppetunt uobis, date eleemosynam. Interpres intellexisse uidetur,iuxta ea quæ sunt in uobis. At quod præterijt nõ est in uobis,atq; ob id uertit,quod supereſt.Illud adnotandum,cum modo fecerit mentionem rapinæ, in remedio non fieri mentionem restitutionis,tantum pollicetur eleemosyna data, omnia fore munda.

Quod supereſt τὰ ἐνόντα.

Duplex sensus.

Verumtamen date eleemosynam.) δότε ἐλεημοσύνην. Anceps est, utrum sit date an datis, indicandi modo an imperandi. Iuxta priorem lectionem sensus erit.Existimatis uos data eleemosyna liberari ab omni rapina,si paululum ex ea contuleritis in pauperes? Siquidem obijcit alibi pharisæis,quod eleemosynam suam facerent coram hominibus.Iuxta posteriorem lectionem sensus manifestus est. Sed tamen hæc adhortatio duriuscule cohæret cum ijs quæ præcedunt ac sequuntur, quæ magis exprobrationem habent quàm admonitionem. Alioqui qui conuenit,ut quos modo fecerit tam sceleros, subito data eleemosyna uelit undiquaq; mundos uideri?

Mentam.) ἡδύοσμον, Vox dicta ab odoris gratia. Nominat autem duas herbas uiles, nec admodum necessarias ad usum humanæ uitæ. & omne olus, dixit pro quouis olus, hoc est, quantumlibet contemptum, insignem illorum notans auariciam, Etiamsi diuus Ambrosius decimatis accipere uidetur,pro decimas datis.Sic enim scribit, Breuiter autem uicia eorum multa perstringit, qui uiliorum fructuum decimis conferendis omne studium intendunt suum. Cumque hac sententia magis congruit quod sequitur.& præteritis iudicium & charitatem dei. Iudicium hominum est, cum quis ex huiusmodi obseruatiunculis iudicatur pius, si quis crebro ieiunet, si quis multum precularum dicat, si quis sordide uestiatur. Iudicium dei est, cum ex animi affectu pietas hominis æstimatur. Charitas hominum est, cum leuiculo beneficio iuuatur quispiam, quod aliquoties præstabat collatum non esse. Charitas dei est, cum in his succurritur homini, quæ ad illius æternam salutem pertinent, cum hic affectus præstatur & inimicis. Et haud scio, an hic Christi sermo ad istos pertineat,qui benignitate sua rem augent monasteriorum, aut collegiorum, fortassis etiam pontificum opibus affluentium, præteritis egenis, nonnunquàm cognatis, aut etiam liberis.

Decimare p decimas dare.

Quæ portari non possunt.) δυσβάσακτα, id est,difficilia portatu.

Non tangitis sarcinas.) τοῖς φορτίοις. Idem uerbum quod modo uertit onera.& significantius erat attingitis,& tangitis,& appositius ad Græcam uocem.Hic locus ad eos pertinet, qui constitutionibus humanis illaqueant populum,nõ aliò spectantibus & ad cõmodum eorũ qui instituunt. Quod consentitis.) συνευδοκεῖτε, id est,comprobatis.

Inter altare & ædem.) μὴ τοῦ ὄικου, id est,domũ,sed partem templi intelligit.

Super generationem.) γενεὰ, quo sæpe utuntur sacræ literæ, Græcis sonat ætatem. Neque enim est hic eadem uox,qua Matthæus utitur in generatione Christi.

Ita p etiam.

Ita dico uobis.) Ita non est hic οὕτως, sed ναί, quod aliquoties transfert etiam,aliquoties utiq;,aduerbium uehementer affirmantis. Verti poterat profecto siue certe.

Tulistis

Tulistis clauem.) ἤρατε, à tollo, hoc est, recepistis in uos.

Insistere.) σωέχειν, id est, cohibere. Verum emendatiores codices habebant ἐνέχειν, id est, imminere, siue urgere, atq; ita consentaneum est interpretem legisse.

Et os eius opprimere.) ἀποσομίζειν. Interpres legisse uidetur ἐπισομίζειν, quod significat obturare os, nec sinere loqui. At Græci codices habent, ἀπωσομίζειν, quod magis significat pendere ab ore, & obseruare quid dicatur. atque id longe rectius quadrat cum ijs quæ præcesserunt & sequuntur. Insistebant ei, & insidiabantur, & quærentes capere aliquid ex ore eius. Neque enim hæc competunt in eum qui occludat os loquentis. Denicq; ad hũc modum interpretantur Græci interpretes. Quod si quis mihi parum habet fidei, ipsius Vulgarij uerba subscribam, quod ad hunc attinet locum, καὶ δὲ ἀπωσομίζειν αὐτὸν ἤρξαντο, τοῦτ' ἔστι πυκνῶς ἐρωτᾶν αὐτὸν καὶ ἀπορεῖν. γίνεται γὰρ τὸ ἀποσομίζειν, ὅταν πλείονες ἐρωτῶσιν ἕνα περὶ ἄλλων καὶ ἄλλων ὑποθέσεων, τότε γὰρ μὴ δυνάμενον ἀποκρίνεσθαι, ἔμφασιν δίδωσι τοῦ ἀνοήτου δοκεῖν ἀπορεῖσθαι. τοῦτο τοίνυν ἐσοφίζοντο καὶ οἱ κατάρατοι ἐκεῖνοι κατὰ Χριστοῦ. πολλοὶ γὰρ ἐρωτῶντες τὸν ἕνα, ἐδόκουν ἀποσοματίζειν αὐτὸν, καὶ εἰς ἀπορίαν ἄγειν, ὡς μὴ δυνάμενον ἀποκρίνεσθαι. ὅπερ εἰκώτως ἐγίνετο. πῶς γὰρ ὁ εἷς δύναιτο πολλοῖς ἀποκρίνεσθαι, ἄλλα καὶ ἄλλα ἐρωτῶσιν; Δύναται δὲ ὁ ἀποσομίζειν μὴ οὕτως νοεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ παγιδεύειν αὐτὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ στόματος κρατεῖν. ὅταν γάρ τις κρατηθῇ ἀφῶν λέγει, ἀποσομίζεσθαι δοκεῖ, τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ τοῦ στόματος ἕλκεσθαι καὶ κατακρίνεσθαι. δῆλοι ἢ τοῦτο καὶ τὰ ἑφεξῆς. ζητοῦντες γάρ φησι θηρεῦσαίτι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. ὅπερ γὰρ πρὸ ὀλίγου εἶπεν ἀποσοματίζειν, τοῦτο νῦν λέγει θηρεῦσαίτι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Quæ nec transferre grauabor in gratiam eorum, qui Græce nesciunt. Verum ἀποσομίζειν etiam illum cœperunt, hoc est, frequenter interrogare eum, & perplexum reddere. Fit enim δ' ἀποσομίζειν, cum plures interrogant unum de alijs atque alijs argumentis, tum enim qui non potest respondere, speciem præbet stulti, quod hæreat. Hoc sanè tunc moliebantur etiam scelesti illi aduersus Christum. Nam cum multi interrogarent unum, uidebantur ἀποσομίζειν illum & ad hæsitantiam deducere, ut qui non posset respondere id quod probabiliter accidisset. Quo pacto enim unus posset multis respondere, alia atque alia interrogantibus. Quanquàm potest ἀποσομίζειν & sic accipi pro eo, quod est illaqueare eum, & ab ore capere. cũ enim quis capitur ex his, quæ dicit, ἀποσομίζεσθαι uidetur, hoc est, ab ore trahi ac condemnari. Declarant autem hoc & ea quæ sequuntur. Quærentes enim, inquit, uenari quippiam ex ore illius, quod enim paulo ante dixerat ἀποσομίζειν, hoc nunc dicit uenari quippiam ex ore eius. Hactenus Vulgarius. Cæterum ne Laurentius quidem, satis attentus fuit hoc loco, qui ἀποσομίζειν, siue ἀπωσοματίζειν, nam utrunq; reperio, putat unico uerbo reddi potuisse, interpellare, siue obstrepere, siue obloqui. Et tamen is ἀποσοματίζειν legit, non ἐπισομίζειν. Equidem non memini legere uerbum hoc apud alios autores, præter q̃ apud paucos, nempe Athenæum libro Dipnosophistarum octauo, pro eo quod est memoriter recitare, nullo codicis auxilio, quod uulgo dicunt oretenus dicere. Eius uerba subscribam, καὶ ὁ πλάταρχος ἔφη ξοδιακὴν εἶναι λεγομένην ἱστορίαν, ἣν ἐπὶ τοῦ παραγόντος ἀποσοματίζειν οὐ δύασθαι, ὡς πάνυ πρὸ πολλοῦ ἐντετυχηκέναι ὡς ταῦτα περιέχοντι βιβλίῳ, id est, Et Plutarchus aiebat esse fabulam, quæ Rhodiaca diceretur, sed quam in præsentia non posset memoriter referre, quod ante plurimum temporis incidisset in eum librum, in quo illa continerentur. Astipulatur & Hesychius, ἀποσομίζειν inquiens, ἀπὸ μνήμης ἀξιοῦν λέγειν, id est, memoriter uelle dicere. Quanquàm idem mox interpretatur ἀποσομίζων φιμοιῶν, id est, obturans siue occludens os. Quod quidem posterius, propius accedit ad sensum Euangelistæ. Verum haud scio an ἐπισομίζειν legendum sit pro ἀποσομίζειν. Quo uerbo usus est Athenæus eodem in libro paulo inferius, πάντας γὰρ ἐπισομίζειν παρώμενος, οὐδενὸς μὲν ἀμαθίαν κατέγνως, σαυτὸν δὲ ἀποφαίνεις κενώτερον λεβηρίδος, id est, Etenim dum omnibus studes occludere os, non alios insciitiæ condemnas, sed teipsum ostendis inaniorem leberide. Consimilem in modum usus est Paulus in epistola ad Titum capite primo, οὓς δεῖ ἐπισομίζειν, ubi Hieronymus uertit silentiũ indici. Vulgarius interpres redargui. Cuius uerbi meminit Iulius Pollux libro secũdo, exponẽs ἐπισομίσαι, τὸ ἐπισχεῖν τὴν λέσνιν. i. cohibere loquẽtẽ. Idẽ indicat ἀποσοματίζεσθαι & apud Platonem inueniri, qui scripserit alicubi, τὰς παῖδας ἀποσοματίζεσθαι, quoties exigentibus

Vulgarius.

Os opprimere an recte uersum.

Laurẽti' nõ satisfacit.

ἀποσοματίζειν ore reddere.

ἐπισομίζειν. occludere os.

gentibus præceptoribus pueri reddunt memoriter quæ præcepta sunt. Quin & ipsum quod redditur, ἀποσοματίζεσθαι dici, ut uel ad rem, uel ad personam referatur. Quæ nobis apud idoneos autores super hoc uerbo comperta sunt, in medium attuli, prudenti lectori iudicium relinquens ac delectum.

EX CAPITE DVODECIMO.

Vltis turbis.) πῶν μυριάσιν ὄχλων, id est, Myriadibus turbæ. Myrias autem Græce significat decem milia, quanꝯ ea uoce abutuntur pro innumerabili multitudine. Vnde uerti poterat, innumera turbæ multitudo. Nec est (concurrentibus.) ἐπισυναχθίσιν, id est, simul aggregatis.

Ad discipulos.) Hic Græci addunt πρῶτον, id est, prius, siue primũ. Quanꝯ aduerbium ita positum est, ut possit utrouis referri, primũ dixit ad discipulos, siue primum attendite. Deinde est (Attendite uobisipsis.) προσέχετε ἑαυτοῖς.

Cubicula ταμεῖα.

Reueletur.) Reuelabitur est græce, & scietur, nõ sciatur, ἀποκαλυφθήσεται, γνωσθήσεται.

In cubiculo.) ἐν τοῖς ταμείοις, id est, in penetralibus, siue intimis ædium.

Dupondio.) Expositum interpres quod uertit. Nam græce est, ἀσσαρίων δύο, id est, assibus duobus, quanꝯ Græca uox diminutiua est, sicut & passerculi.

In obliuione.) ἐπιλελησμένον, quasi passiue dicas oblitum.

Ita dico uobis.) Rursum est ναί, de quo modo admonui.

Respondere ἀπολογεῖσθαι.

Qualiter aut quid respondeatis.) τί ἀπολογήσησθε, id est, quid responsuri sitis, sed proprie accusanti. Hoc est, quibus modis uerba facturi sitis, & qua ratione instituturi defensionem, quidúe adducturi pro defensione causæ, quemadmodum uulgus reorum facit, qui solent utroꝯ modo periditari, si uel formam agendi nesciant, uel parum instructi sint, ad refellendum quod obijcitur. Cõfessus fuerit me.) Græce est, ἐν ἐμοί, id est, in me. Sic nõ est, confitebitur eum, sed in eo, id tamen ad sensum nihil refert, tantum est idiomatis Hebraici. Ab omni auaricia.) Omni non additur in Græcis codicibus. Nec est simpliciter auaricia, quæ magis dicitur φιλαργυρία, sed est πλεονεξία, nomen à plus habendo dictum, quo sæpenumero usus est diuus Paulus. Vbi quis fraudatis alijs plus usurpat sibi ꝯ par est.

Epulari.

Epulare.) εὐφραίνου, id est, lætare. Neꝯ enim opus erat repetere epulare, cum ante dictum sit, comede bibe. Cæterum uerbum εὐφραίνομαι inde dictum, quod animo bene sit, omnes uitæ uoluptates complectitur, quibus animus oblectat se. Proinde in psalmis: Et uinum lætificat cor hominis, Græcis est, εὐφραίνει. At hic perpetuo uertit epulari. Nam & aliquanto post, Adducite uitulum saginatum, & occidite & manducemus, & epulemur. εὐφρανθῶμεν. Ac rursum, Et cœperunt omnes epulari, εὐφραινθῆσθαι. Id secutus opinor, quod epulari non sit simpliciter agere conuiuium, sed genialiter & opipare commessari. Repetent.) ἀπαιτοῦσι, id est, repetunt, Auferent, siue rapient, repetunt. Porrò Hieronymus subinde citat, ut sit præsentis tẽporis, & aptior est hypallage ad mox imminens periculum significandum. Cyprianus in precationẽ dominicam adducit his uerbis, Stulte hac nocte exposcitur anima tua.

Cuius erunt?) τίνι ἔσαι; id est, cui erũt? hoc est, cui cedent, & quẽ dominum sortientur?

Sic est qui sibi.) Est, non additur in Græcis exemplaribus, ut liberum sit subaudire, quod commodissimum sit. Quibus non est cellarium.) Pro cellario Græcis idem uerbum est, quod iam aliquoties uertit, cubiculum, ταμεῖον, qui proprie locus est in ædibus, in quibus esculenta poculentáque reponuntur, à ταμιεύειν, quod est dispensare uictum, & ταμίας promus condus. Porrò quod Laurentius cauillatur, cellam accipi pro uinaria duntaxat, & coruos esse hydropotas, bis errauit. Nam primum, cella à celando dicta, non uini tantum reconditorium est. Deinde, si corui non bibunt uinum, hoc magis facit ad sensum euangelicum, ut qui quouis potu contenti, quem passim obuium præbet omnibus natura, non egeant cellis uinarijs.

Laurentius taxatus.

Pluris estis illis.) διαφέρετε τῶν πετεινῶν, id est, Præcellitis uolucribus. Nam διαφέρειν tametsi significat differre, usurpatur tamen sæpenumero pro præstare & antecellere. In quẽ sensum usus est & Paulus, ad Philippen. cap. primo. Itẽ ad Rhomanos cap. secũdo.

Cogitando.) μεριμνῶν. i. sollicitudine. Quanꝯ Græce participiũ est, quasi dicas curãs.

Si autem

Si autem fœnum.) τὸν χόρτον. Cur non potius gramen aut herba, quemadmodum & aliàs tranſtulit. Niſi forte nihil intereſt inter fœnum & gramen. Ad hoc enim adhibetur ſimilitudo, ut intelligamus deum non neglecturum nos, cum curet & gramen, quod eodem die uiret, & deſectum eodem die exareſcit, maxime in æſtuoſis regionibus. Fœnum.

Quanto magis uos modicæ fidei?) Vos, accuſandi caſu profertur, ὑμᾶς, ut ſubaudias, ueſtiet. Et modicæ fidei, Græcis compoſita dictio eſt, ὀλιγόπιστοι, quod ſonat parum fidentes. Nam fides eſt præſtantis, & fides eſt fidentis. Sic enim nos abutimur Chriſtiani.

In ſublime tolli.) μὴ μετεωρίζεσθαι, quod nõ proprie pertinet ad tumorem, quod Græci uocant μεγάλα φρονεῖν, ſed magis ne curemus ea quæ ſupra nos ſunt, μετέωρα enim uocantur, quæ ſunt in nubibus, & in ſublimi aeris regione. De quibus Meteorologica ſcripſit Ariſtoteles. Conſentit cum doctrina Chriſti dictum illud Socraticum, Quæ ſupra nos, nihil ad nos. Nec uideo quomodo hæc particula quadret cum præcedentibus ac ſequentibus, niſi ſentiatur de ijs, qui ex aſtrorum curſu procul in futurum cõſulunt, qui ferè mos eſt diuitum ac principum. In ſublime tolli.

Et iuſtitiam eius.) Hæc uerba non adduntur apud hunc Euangeliſtam, nec in græcis, nec in uetuſtis Latinorum exemplaribus, uerum ex alio loco huc tranſlata ſunt. Si ſciret paterfamilias.) Lucas uſus eſt uerbis præteriti temporis, Si ſciſſet, uigilaſſet, & non ſciuiſſet. ἤδει, ἐγρηγόρησεν, ἀφῆκε, Ponit enim uelut parabolam alicuius, cuius domus perfoſſa ſit. Super famuliam.) ἐπὶ τῆς θεραπείας, id eſt, ſuper famulicium, ut intelligas tantũ præfectum famulis, non etiam liberis. Quod genus ſeruorum columen familiæ uocant. Iam illud, τίς ἄρα, quiſputas, uertit ſuo more pro quis, ſiue quiſnam. Nec eſt cõſtituit, præſentis tẽporis, ſed κατασήσει conſtituet, futuri temporis. Suffragante exemplari Paulino, licet in Matthæo habeatur conſtituit. Familia pro famulicio.

Tritici menſuram.) σιτομέτριον referri poteſt ad omnem cibum. Id quod latine uocant demenſum, ſiue quod ad certum modum tribuatur, ſiue quod in ſingulos menſes redderetur, ut Donato placet. Ita Terentius in Phormione, quod ille unciatim uix de demẽſo ſuo, ſuum defraudans genium comparſit miſer. Et Plautus in Sticho, Vos meminiſtis quot Calendis petere demenſum cibum. Cæterũ Græcis dictio cõpoſita eſt, σιτομέτριον, ex frumẽto & menſura, non ex tritico. Quanq; σῖτος Græcis aliquando frumentum, aliquando quemlibet cibum ſignificat. Et ſerui farre ac leguminibus alebantur, magis q; tritico, id quod licet intelligere ex Catonis libris, de re ruſtica, qui diligenter hiſce de rebus præcipit, qui cibi modus ſit dandus ſeruis. Atq; illud diuidet eſt διχοτομήσει, id eſt, in duas diuidet partes, ſiue diſſecabit. σιτομέτριον

Cum infidelibus.) μετὰ τῶν ἀπίστων, id eſt, cum infidis, pro quo Matthæus dixit, Cum hypocritis. Nam qui fidus eſt, non ſimulat, neq; diſſimulat. Vapulabit multis.) Ac paulo poſt, plagis uapulauit. Cur non utrobiq; addidit plagis, aut utrobiq; omiſit? Quandoquidẽ apud Græcos utrobiq; ſubauditur plagis, Verum hoc nos diſtinctione corrupimus, etenim ablatiuus plagis, quem nos referimus ad paucis, ad digna fuerat referendũ, ἄξια πληγῶν, atq; ita utroq; loco in πολλὰς & ὀλίγας ſubaudiendum πληγάς. Et quid uolo niſi ut ardeat?) καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη, id eſt, Et quid uolo, ſi iam accenſus eſt? Etiam ſi ſecus legit Ambroſius ac Hieronymus, quorũ hic in Ionam ita citat, Ignem ueni mittere in terram, & quem uolo ut ardeat. Verum opinor pro quam, deprauatum fuiſſe quem. Nam alijs in locis quam inuenio. Apparet interpretem legiſſe, καὶ τί θέλω εἰ μὴ ἀνῆφθαι, id eſt, Et quid uolo niſi accendi. Aut certe, quod uero propius eſt, τί θέλω. ἢ ἤδη ἀνήφθαι, id eſt, Quid uelim, niſi mox accenſum eſſe. Quandoquidem græcis ἢ adiungitur etiam poſitiuis. Vulgarius nõ legit tantum, uerumetiam interpretatur iuxta noſtrã æditionẽ. Nam quid uolo poſitũ eſt pro eo quod erat, nihil aliud uolo, & ſi iam accenſus eſt, celeritatis habet emphaſim, & in ſi, ſubeſt tacita ſignificatio uoti. Varia lectio

Erunt enim & hæc.) ἀπὸ τοῦ νῦν, id eſt, poſt hac, ſiue amodo ut loquuntur nonnulli græcam formam reddentes. Et duo in tres diuidentur.) Et hunc locum corrupta diſtinctione deprauarũt librarij, uerbum diuidetur referentes ad ſuperiora, cum quibus ut cohæreret mutato numero ex diuidetur, διαμερισθήσεται fecerunt diuidentur. At quid opus erat repetere in hac parte diuidentur, cum iam dictum ſit, Erunt quinq; in domo una diuiſi. Sic itaq; diſtinguendum erat. Diuidetur pater aduerſus filium &c. Siquidem diuidi uocat, habere diſſidiũ. Proinde melius uertiſſet, aduerſus filium, q; in filium, Diſtinctio apud nos corrupta.

cum anceps sit græca præpositio. Huius casum, si quẽ id forte moueat, mutauit eodem in loco Lucas, qui cum ante cœperit adiungere datiuum, ἐπὶ δυσὶν, mox addit accusatiuũ, ἐπὶ τρὶς νύμφην. Et ita fiet.) Fit legendum est, & Laurẽtius mauult hymbrem quàm nymbum, cum græce sit ὄμβρος.

Hymber nymbus.

Quid autem & à uobis ipsis.) τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν. Dilucidius erat. Cæterũ cur nõ etiam ex uobis ipsis iudicatis quid sit iustum? ut sit sensus, Aliunde captatis argumenta, ex quibus coniectetis ea quæ sunt extra uos, & earum rerum, quæ intra uos sunt, & quarum ex uobis ipsis colligi possunt argumenta, nullam facitis coniecturam.

Cum autem uadis.) Græcis enim, est pro autem. Cohæret enim cum ijs, quæ præcedunt, ut intelligant adesse tempus resipiscendi, quod ni fecerint, fore, ut durius cum illis in posterum agatur, si tam obuiam clementiam dei neglexerint.

Ad principem in uia.) ἐπ' ἄρχοντα, quod Ambrosius haud male uertit ad magistratum. Et in uia rectius refertur ad sequentia, In uia da operam.

Trahat. Cõdemnet.

Trahat te ad iudicem.) Demiror quid legerit Ambrosius, qui pro trahat, habet condemnet, nisi forte pro κατασύρῃ legit κατακρίνῃ. Ac sensus sanè magis quadrat. Nec enim uidetur alius esse iudex, cũ is, quẽ paulo ante dixit principem. Nam id uult agi cum aduersario inter eundum, ne sit opus ad iudicem peruenire. Origenes seu quisquis fuit, homilia in Lucam. 35. annotat amphibologiam esse in trahat, quod subaudiri possit uel princeps uel aduersarius. Tradat te exactori.) πράκτορι à uerbo πράττω exigo, quod ante uertit facio, non recte, sicut admonuimus in Matthæo.

EX CAPITE XIII.

Occupat καταργεῖ.

IN ficulnea.) ἐν τῇ συκῇ, id est, in ficu. Eadem uox est quam modo uertit arborem fici, immodicus copiæ affectator, ne dicam intempestiuus.

Terram occupat.) καταργεῖ, id est, onerat, sed inutili onere, hoc est enim proprie καταργεῖμ. Et illud, etiam terram, ego sanè maluissem uertere, cur uel terram occupat, ut intelligamus infrugiferã, non solum indignam stercoratione & cultu, uerum etiam loco, quem occupabat.

Et mittam stercora.) κοπρίαν, id est, stercus, aut potius fimum mox uertit sterquiliniũ. Nam græca uox stercorationẽ sonat magis cũ stercus. Et stercoratio non solum fit ex animantium excrementis, uerumetiam è stipulis culmis, aut terræ medulla, quam mergam uocant Britanni, teste Plinio, Ambrosius legit cophinum stercoris.

Gulielmus Budeus.

Sin autem.) εἰ δὲ μήγε, id est, sin uero minus, aut sin secus, ut subaudias, sinemus illam, aut aliud commodius. Est enim eclipsis aut aposiopesis, siue ut Budæo nostro placet, ἀναπόδοτον, qui huius formæ exemplum unum & alterum ex Aristophane Ciceroneq; adducit in annotationibus, quas scripsit in Pandectas Iuris. Nec enim est quisq; sua fraudandus laude. Porro quod hic interpres uertit, sin autẽ, male latine, tolerabilius aliquando uertit alioqui. Nec omnino.) εἰς τὸ παντελὲς, quod aliàs uertit in æternum.

Nec est inclinata.) sed συγκύπτουσα, id est, toto corpore deflexa in terram, & contracta cui contrarium est, quod sequitur, ἀνακύψαι, quod uertit, sursum aspicere, hoc est, erigere caput. Nec enim est mentio de aspiciẽdo, sed de gestu corporis, quo utuntur qui cupiunt sursum aspicere. Proinde & παράκυψις prospectus dicitur, ubi quis obliquato capite è fenestra prospicit. Vocauit ad se.) προσεφώνησεν. Potest accipi quod appellauerit eam, hoc est, allocutus sit. Nam ad se, non additur apud Græcos.

Requieuerunt.) κατεσκήνωσεν, quod aliquoties uertit, nidificare.

Sata tria.

Sata tria.) σάτα τρία. Superius admonuimus, satum non esse uocem latinam, sed Syram, quæ apud illos mẽsuræ genus declaret capientis sesquimodium. Apud Ambrosium non additur sata tria, Tantum est, Abscondit in farina, donec fermentatum est totum. Atq; adeo interpretans indicat hoc ex Matthæo huc transscriptum, cum ait ad hunc modum. Et quia in Matthæo tribus mensuris absconditum esse fermentum &c. Quorsum enim attinebat ex Matthæo citare, si idem legisset in Luca? Sed hoc iam in Euangelicis uoluminibus nouum uideri non debet, neq; quenq; magnopere commouere, cum nec moribus pijs, nec fidei synceritati quicq; officiat.

Additum aliquid.

Si pauci sunt qui saluantur.) Si nõ est anceps apud Latinos, ut ἢ apud Græcos, unde uertendum erat in an, quandoquidem interrogant.

interrogant. Contẽdite intrare.) ἀγωνίζεσθε, id est, certate, siue laborate. Quanquàm apte uertit interpres, si modo intelligamus. Nam contendit & qui acriter adnititur.

Qui erant nouissimi.) Erunt utrobiq; legendum, ἔσονται. Sunt postremi, qui futuri sunt primi, & sunt primi, qui futuri sunt postremi. Agit enim de inuertendo ordine inter eos, qui tum erant, & qui successuri essent in Euangelio.

Tertio die consumor.) Consummor legendum est, duplicato m, Est enim τελειοῦμαι. quod quoniam medium est uerbum, satius erat uertere actiue, ut intelligamus illum tertio die absoluturum opus suum. Quanq; ea consummatio mors erat & resurrectio.

Quia non capit.) ἐνδέχεται, quod Matthæus dixit χωρεῖ. Est autem uelut impersonale, quasi dicas, ipsa natura rerum non fert. Idem autem aliquanto post dixit, ἀνέδεκτόν ἐστιν, pro eo quod est ἀδύνατόν ἐστι. Capit, pro possibile est.

Qui missi sunt ad te.) πρὸς αὐτήν, id est, ad se, tertiæ personæ, nisi componatur cum alio pronomine. Ad hunc fermè modum sonat Græcis, Hierusalem Hierusalem, illa quæ occidit prophetas & lapidat missos ad se. Deinde subito mutat personã. Sic & nos miscemus tertiam personam primæ, Tu illa lapidatrix prophetarum. Quemadmodum auis.) ὄρνις, quod est anceps ad auem & gallinam. Est enim mirus amor auium ad confouendos pullos, sed præcipue gallinis. ὄρνις auis & gallina.

Ecce relinquetur.) ἀφίεται, id est, relinquitur, ut admonuimus & antea.

EX CAPITE XIIII.

Neq; uicinos, neq; diuites.) μηδὲ γείτονας πλουσίους, id est, neq; uicinos diuites. attestantibus & uetustissimis exemplaribus nostris. Siquidẽ huc pertinet parabola Christi, ut beneficium cõferatur gratuito, citra spem reditu ri fœnoris. Id fiet, si præstet egenis, quibus nõ est facultas referendæ gratiæ.

Ne forte.) μήποτε, id est, ne, siue ne quando. Et paulo post, ne forte & ipsi te reinuitent. Et quod uertit hic honoratior est, ἐντιμότερος, quod & chariorem significat, & magis in precio habitum, Et aliquanto post, ἀντικαλέσωνταί, reinuitent, Cur non potius uicissim uocent siue inuitent. Non habent retribuere.) οὐκ ἔχουσιμ ἀνταποδοῦναι, id est, non possunt retribuere. Nam ita frequẽter accipitur ἔχω, cum adhæret uerbis infinitis. Nõ habẽt, p nõ possunt.

Qui manducabit panem.) Nonnulli codices pro ἄρτον habebant ἄριστον, id est, prandium, sed reclamantibus uetustis exemplaribus latinis.

Qui manducabit.) ὃς φάγεται, id est, Qui manducat seu potius edit, præsentis temporis, nisi forte interpres legit φάγηται. Vt uenirent.) ἔρχεσθε, id est, uenite.

Simul omnes excusare.) παραιτεῖσθαι, id est, recusare. Quanquàm interpres eleganter usus est excusandi uerbo. si modo lector animaduertat eum excusare, qui adducta causa recusat quod rogatur. Gustabit cœnam meam.) Hoc loco addunt libri græci, πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί, id est, Multi em̃ uocati, pauci uero electi. Quanq; id non reperiatur in omnibus exemplaribus. suspicor aliunde huc asscriptum. Additum aliquid.

Nonne prius.) οὐχί, id est, non. quanq; & hoc aliquando pro nonne ponitur.

Sedens computat.) καθίσας ψηφίζει, id est, calculis subducit rationem, ut intelligas diligentem atq; exactam supputationem. Ac paulo post, μήποτε. tandem desinit uertere ne quando. Iturus committere bellum.) ἀπέρχεται συμβαλεῖν εἰς πόλεμον, id est, Abit ut confligat, siue congrediatur in bello. Non sedens.) Hic est eadem uox, quam modo uerterat nonne. Ad se.) ἐπ' αὐτόν. Cur non potius contra se, siue aduersus se.

Cum decem milibus.) σὺν δέκα χιλιάσι. Interpres haud male mutauit in, græcam præpositionem ex idiomate sermonis hebraici positam, in decem milibus, quanquàm castius erat prorsus omittere, quod apud nos nec ullum habeat usum, & orationem reddat inelegantem. Quod genus sunt illa in Deuteronomio, Et incendens ciuitatẽ in igni. Item, Et lapidabis eos in lapidibus. Cuiusmodi complura recensuit Augustinus in annotationibus hebræi sermonis. In decẽ millibus iuxta hebræam dialecton.

Alioqui illo adhuc longe agente.) εἰδὲ μήγε, quod ante uerterat, sin autem, non recte, hic recte uertit alioqui.

Longe agente.) πόῤῥω αὐτοῦ ὄντος, id est, cum procul est, siue procul abest.

Qui non renunciat.) οὐκ ἀποτάσσεται, quod aliàs est dicto uale dimittere.

Euanuerit.) μωρανθῇ, id est, fatuũ redditũ fuerit. Siquidẽ nõ homines solum, sed & alia

fatua dicuntur, quæ nihil ſapiant. Quemadmodum Martialis betas fatuas appellat.

Vtile eſt,) εὐθετον, id eſt, accommodum, ante uertit aptum.

EX CAPITE XV.

Congratulamini.) συγχάρητε, id eſt, congaudete.

Nonne accendit.) οὐχί. At, non, magis hic quadrabat. ſiue, an non, etiam ſi hic ſermo eodem laborat incõmodo, quo is quem ante notauimus. quis ex uobis pater ſi filius petat panem &c.

Verrere. Euertit.) σαροῖ, id eſt, uerrit, hoc eſt, ſcopis purgat. Fortaſſis interpres ſcripſerat, euerrit, id imperitus aliquis ac ſciolus non intelligens, inuerſa ſcriptura fecit, euertit. quod ſanè minus mirum eſt fuiſſe deprauatũ, quàm non fuiſſe animaduerſum, Adeo mendum hoc in omnibus exemplaribus latinis inoleuit, etiam uetuſtiſſimis. Senſit hic nonnihil incommodi & Carrenſis, interpretans, euertit totam domum, id eſt, ea quæ in domo ſunt. Et moraliter euertere domum, eſt perturbare conſcientias peccatorum.

Carrenſis ridicula interpretatio.

Subſtantiam.) Duæ ſunt uoces apud Græcos, ſubſtantiæ & ſubſtantiam, οὐσίας καὶ βίον, id eſt, ſubſtantiæ & uictum. quanquàm βίος & uitam ipſam ſignificat apud Græcos & facultates quibus uiuitur. Quæ me contingit.) τὸ ἐπιβάλλον, id eſt, quæ redit ad me. Viuẽdo luxurioſe.) ζῶν ἀσώτως, id eſt, uiuens luxurioſe. Hinc & Paulus luxum uocat ἀσωτίαν. Vinum in quo eſt luxuria. Id autem non ad libidinem tantum pertinet.

Conſumma re pro conſumere. Et poſtquàm omnia conſummaſſet.) δαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ πάντα, id eſt, cum is conſumpſiſſet, ſiue abſumpſiſſet omnia. Quod quidem arbitror librariorum uitio fuiſſe deprauatum, licet mirus ſit noſtratium exemplarium conſenſus. Ambroſius indicat ſeſe legiſſe more Græcorum, cum ita ſcribit in cõmentarijs. Ille igitur uiuendo luxurioſe conſumpſit omnia ornamenta naturæ. Vnde tu qui accepiſti imaginem dei, qui habes ſimilitudinem eius, noli eam irrationabili fœditate conſumere.

Quanti mercennarij.) Cur non potius, quot, πόσοι, ſiue quàm multi.

Cum adhuc longe eſſet.) μακρὰν ἀπέχοντος, id eſt, cum procul abeſſet.

Cito proferte.) Cito nõ additur in Græcis exemplaribus. Budæus exiſtimat hic quoq; exprimendam fuiſſe uim articuli, τὴν στολὴν τὴν πρώτην, id eſt, ſtolam illam primam. Eſt autem ueſtis genus in talos demiſſæ, ut intelligamus non de qualibet ueſte dictum, ſed de certa quapiam & eximia. Nam anulo & calciamentis non præponitur græcus articulus. At rurſum uitulo geminum addidit articulum ut ſtolæ, τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν, id eſt, uitulum illum ſaginatum, ut certum & inſignem uitulum accipiamus deſignari. Iam & in ſequentibus, cum ſæpe repetatur hic uitulus, ſemper adduntur articuli.

Articuli uis.

Et epulemur.) εὐφρανθῶμεν, id eſt, lætemur, ut placet Vallæ.

Et cœperunt epulari.) Rurſum eſt εὐφραίνεσθαι, de quibus ſuperius iam admonuimus.

Symphoniam & chorum.) συμφωνίας καὶ χορῶν, id eſt, concentum & choros; hoc eſt, ſaltationes. Id enim hoc loco ſignificat choros. Cœpit rogare eum.) Græcis eſt παρεκάλει αὐτὸν, quod non ſolum ſignificat rogare, ſed & inuitare & adhortari.

Subſtantiã tuã, nõ ſuã. Cum amicis meis epularer.) Rurſus eſt εὐφρανθῶ. Item paulo poſt, epulari autem, εὐφρανθῆναι. Deuorauit ſubſtantiam ſuam.) Græci legunt tuam, ut ſit odioſius, ὁ καταφαγών σου τὸν βίον. Atq; ita legiſſe Ambroſium, ex his illius uerbis licet colligere. Impius qui accuſabat fratrem, quod cum meretricibus paternam ſubſtantiam prodegiſſet: Non enim dixit ſuam ſubſtantiam, ſed paternam.

EX CAPITE XVI.

Vi habebat uillicum.) οἰκονόμον, id eſt, diſpenſatorem, hoc eſt, œconomũ, ab οἶκος domus, & νέμειν diſtribuere, quod ea diſpenſet, quæ ad rem domeſticam pertinent. Villicus, ut inquit Varro in libris de re ruſtica, agri colendi cauſa conſtituitur, appellatus à uilla, quod ab eo in eam conuehuntur fructus, & euehuntur cum uenerint. Atq; ipſe diuus Hieronymus diſtinguit uillicum ab œconomo. Villicus, inquit, proprie uillæ gubernator, à uilla nomẽ uillici accepit, œconomus non tantum frugum, ſed & omnium quæ dominus poſſidet, gubernator eſt.

Villicus οἰκονόμος.

nator est. Vnde Oeconomicus Xenophontis pulcherrimus liber, qui non uillæ gubernationem, sed uniuersæ domus dispensationẽ, Tullio interpretante significat. Proinde magis quadrabat hoc loco œconomus siue dispensator quàm uillicus. Quin & in his quæ mox sequuntur, Redde rationem uillicationis tuæ. &, non poteris amplius uillicare, græce est οἰκονομίας & οἰκονομεῖν, id est, dispensationis & dispensare. Atq; ita citat diuus Hieronymus, explicans hunc locum in epistola ad Algasiam. Redde rationem dispensationis tuæ, non enim poteris ultra dispensare. Cæterum quod hic uertit, diffamatus est, græcis est, διεβλήθη, quod magis sonat, delatus est, à διαβάλλομαι, unde diabolus calumniator, διαβολὴ calumnia. Quanq; hoc interest, calumniator falso defert. At defertur etiam qui merito accusatur. Nec est, quasi, sed ὡς διασκορπίζων, ueluti dissipans, siue uelut qui dissiparet. nimirum delatus est hoc nomine quod dissiparet bona illius. Diffamatus est.

Mendicare erubesco.) ἐπαιτεῖν, pro quo aliàs usus est προσαιτεῖν.

Conuocatis itaq; singulis.) προσκαλεσάμενος, id est, ad se uocatis, siue accersitis.

Centum cados.) ἑκατὸν βάτους, id est, centum batos, non cados. Nam Batus hebraica uox est, illis mensuram significans liquidorũ, ut docet Iosephus libro antiquitatum Iudaicæ gentis octauo, ea capiebat sextarios septuaginta duos, quemadmodum & illud quod mox sequitur, Coros, Ea mensura aridorum capiebat medimnos Atticos quadraginta unum, ut idem testatur libro tertio. Cadus Batus mensuræ.

Accipe cautionem.) τὸ γράμμα, idem uerbum quod mox uertit literas, idq; nõ latine. Nam literæ numero multitudinis significat epistolam. Aut igitur utrobiq; uertere debuerat cautionem, cum utrobiq; sit γράμμα, quod literam sonat, aut scriptum, aut syngrapham, aut codicillos, aut libellos, aut huiusmodi quippiam.

Villicum iniquitatis.) Ex idiomate sermonis hebræi dixit uillicum iniquitatis, pro dispensatore iniquo siue iniusto. cui non dissimile est quod mox sequitur, de mammona iniquitatis. Villicus iniquitatis, pro iniquo.

Et in maiori.) ἐν πολλῷ, id est, in multo.

In minori.) ἐλαχίστῳ, id est, in minimo. Sed amat uariare interpres. Nec hic est in maiori, sed in multo, ut superius.

Quod uestrum est quis credet uobis.) τὸ ἀληθινὸν, id est, quod uerum est. Id quod in nonnullis codicibus haud dubie librariorum uitio fuerat deprauatum. Quandoquidem & in emendatioribus Latinorum exemplaribus uerum legimus, non uestrum. Opponit autem uerum iniquo. Nam ueræ diuitiæ sunt, quæ sine fraude parantur. Et hoc loco credet, positum est pro cõmittet. Porrò qui committit tibi, nimirum alienum committit, non tuum. At in proxima clausula uestrum opponit alieno, Et quod uerum est non creditur, quod nostrum, non datur. Vestrum, pro uerum.

Aut enim unum odio habebit.) Id quoniã totidem uerbis dicitur apud Matthæum, inde petat qui uolet, quod in hunc annotauimus locum.

Audiebant autem hæc omnia pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum.) Græci secus distinguunt, ἤκουον δὲ ταῦτα πάντα, καὶ οἱ φαρισαῖοι φιλάργυροι ὑπάρχοντες ἐξεμυκτήριζον αὐτὸν, id est, Audiebant autẽ hæc omnia, & pharisæi qui erant auari deridebant eum. Vt intelligas hæc omnia cæteris quoq; fuisse audita, uerum solos pharisæos offensos fuisse, quorum hulcus tetigerat, etiamsi nonnulla exemplaria, rursus addita coniunctione habebant, & deridebant eum.

Deridebant.) ἐξεμυκτήριζον. Est autem μυκτηρίζειν, quod Latini uocant naso suspendere. Erat enim olim nasus irrisioni dicatus. μυκτὴρ græce nasus, inde μυκτηρίζειν subsannare. Et quo usus est Cicero, ἀντιμυκτηρίζειν, uicissim irridere. Subsannare μυκτηρίζειν.

Ex eo.) ἀπὸ τότε, id est, ex tunc, ut aliàs uertit. ut in psalmo, Parata sedes tua ex tunc. ἀπὸ τότε, latinius erat ex eo tempore, siue ab eo tempore.

Et omnis in illud uim facit.) Græca quidem reddidit, uerum Latinius erat, incolumi tamẽ sensu, Et omnes in illud, quemadmodum legit Ambrosius, siue quiuis in illud. Iam enim promiscue conabantur irrumpere, etiam ethnici.

Purpura & byssо.) Mirum unde Augustinus in psalmum. 48. pro purpura legat holosericis.

Nomine Lazarus.) לְעָזְרִיָּהוּ Hebræis sonat adiutus à domino, ut ipsum etiam uocabulum faciat ad parabolam, Destitutus erat ab hominibus, sed adiutorem habebat deum. Siquidem עָזַר auxilium sonat, יָהּ deus. Lazarus.

Qui iacebat.) ἐβέβλητο, id est, porrectus erat, quo uerbo solet uti de uehemẽter ægrotante &

tante & affixo lecto. Nec eſt ſimpliciter ianua, ſed πυλῶνος, quod ueſtibulum ſonat, ſiue oſtium diuitũ, Nomen deductũ à porta. Nec eſt, hulceribus plenus, ſed ἑλκωμένος, id eſt, hulceratus, ſiue hulceroſus. Et ſepultus eſt in inferno.) Græce ſecus eſt, καὶ ἐτάφη, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμούς, id eſt, Et ſepultus eſt, & in inferno ſublatis oculis. Vt ſit ſenſus, diuitem quoq; qui felicitatem poſuerat in opibus ac delitijs ſuis ſimiliter mortuum fuiſſe ac ſepultum, quemadmodum & pauperculum illum. Cæterũ animam, quæ deuecta fuerat ad inferos, ſublatis oculis uidiſſe Abraham. Alioqui qui poterat tollere oculos ſepultus? Ad hunc ſanè modum planè diſtinguit & Vulgarius, qui ab eo loco, Et in inferno eleuans oculos ſuos, noui capitis facit initium, commentario in medio interpoſito. Recepiſti bona.) Græci addunt, tua, τὰ ἀγαθά σου. ut diſtingueret illius falſa bona ab huius ueris. Et mox, Similiter mala, ſubaudias ſua, non quod ſimpliciter eſſent mala, ſed illius mala. Nunc autem hic conſolatur.) παρακαλεῖται, paſſiue, hoc eſt, ſolatio fruitur, ſiue ſolatium habet, aut ſolatio afficitur, atq; ita uitaſſet amphibologiam.

Diſtinctio apud nos uiciata.

In his omnibus, p ſuper hæc omnia.

Et in his omnibus.) καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις. Poteſt accipi & hic ſenſus, Et ſuper hæc omnia ſiue præter hæc omnia, ut intelligamus hoc accedere ad infelicitatem diuitis, quod ob uoraginem interiacentem non poſſit illi ſuccurri.

Chaos magnum firmatum eſt.) Mirum quid uenerit in mentem interpreti, ut græcam uocem alia græca redderet, nec ea ſanè idem ſignificante. Siquidẽ græce χάσμα eſt, quod hiatum terræ ſignificat, qui ſolet exiſtere nonnunquàm in terræmotu, quem Ariſtoteles in libro de mundo chaſmatian appellat. unde & chaſmaticus terræmotus dictus. Nonnulli uoraginem uocant, quod fiſſura terræ in immenſam deuergat profunditatem. Chaos autem confuſionem ſignificat, hoc dictum à χέω, fundo, illud à χαίνω, hio. Annotauit hunc locum Guilielmus Budæus noſter, nonnihil adijciens annotationi Laurentianæ. Hoc admonendum duxi, partim, ne quem ſuo fraudarem honore, partim, ut qui diligentius hæc & exactius uelit cognoſcere, ex illius petat Annotamẽtis, quæ ſcripſit in Pandectas Iuris. Nam nos ubiq; ſeruimus compendio, ne lectori faſtidio ſimus.

Budæus.

Neq; inde.) μηδὲ ὁι ἐκεῖθεν, id eſt, Neq; qui iſtinc. Nam Græci carent hac proprietate aduerbiorum, cum apud Latinos hinc referatur ad primam perſonam, hoc eſt, loquẽtis, iſtinc ad ſecundam, illinc & inde ad tertiam. Nec eſt, tranſmeare, ſed διαπερῶσιν, hoc eſt, ne tranſcendant, ſubiunctiui modi. Nec eſt, tormentorum, ſed τῆς βασάνου, tormenti, ſiue cruciatus.

EX CAPITE XVII.

Lapis molaris.



Apis molaris.) μύλος ὀνικὸς, id eſt, mola aſinaria. Nam Græci ὄνον, id eſt, aſinum uocant, & ſaxum ſubſtratum in mola, quod accipit frumentũ, de quo dictum eſt in Matthæo. Si pœnitentiam egerit.) εἰ μετανοήσῃ, id eſt, ſi pœnituerit, ſiue ſi reſipuerit. ne accipiamus de ſatiſfactione & pœna. ut diſſimulem, quod dimittes toties, dixit pro remittes.

Et conuerſus fuerit.) In nonnullis Græcorum codicibus additum erat ad te, ἐπί σε, in alijs non erat. Apud Ambroſium additur. Si habueritis.) εἰ ἔχετε, id eſt, ſi habetis, quod recte uertiſſet, ſi haberetis. Dicetis huic.) ἐλέγετε ἄν, id eſt, dixiſſetis. Antiqui codices habent diceretis, non dicetis, quod propius accedit ad græcam ueritatem.

Morus arbor.

Arbori moro.) συκαμίνῳ. Eſt arbor ſui generis, peculiaris Syriæ, quemadmodum indicat Hieronymus. Heſychius addit à nonnullis dici μοριάν, uulgato ut coniecio, uocabulo. Deinde quod addit tranſplantare, ſenſum magis expreſſit quàm uerbum. Nec enim eſt μεταφυτεύθητι, ſed φυτεύθητι, hoc eſt, plantare. Et obediet.) καὶ ὑπήκουσεν ἄν, id eſt, obediſſet. Antiquus codex habebat, obediret, ut reſpondeat diceretis. Quanq; ἄν modũ reddit potentialem, & ob id fortaſſis tolerabilius erat futurum tempus.

Paſcentẽ boues ſupereſt

Articuli uis.

Aut paſcentem boues.) Græce non eſt boues, ſed tantum paſcentem. Conſentiunt & antiquiſſima exemplaria ποιμαίνοντα. Magis autem accipiendum de paſtore ouium, q; boum. Proinde in Corſendoncenſi codice aſſcriptum erat in interſtitio uerſuum, oues, atq; ita ſuſpicor legiſſe Ambroſium. quanquàm & illic uerterint oues in boues.

Magnificans deum.) δοξάζων, id eſt, glorificans, quod tamen ſubinde ita tranſfert quo magis ſit uarius. Nouẽ ubi ſunt?) Venuſtius eſt apud Græcos omiſſo uerbo, οἱ ἐννέα ποῦ; id eſt, nouem autem illi ubi? Nam illi addo loco articuli græci.

Non eſt

Non eſt inuentus.) οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες δοῦναι δόξαν τῷ θεῷ, id eſt, Non ſunt reperti, reuerſi dare gloriam deo. Porrò reperiri Græci dicunt, quod accidit, quodq; compertum ſit. Inuentus, p compertus.

Quando deſyderetis.) ὅτε ἐπιθυμήσετε, id eſt, cum deſyderabitis. Quanq; legi poteſt & ἐπιθυμήσητε. De ſub cœlo, in ea quæ ſub cœlo ſunt.) ἐκ τῆς ὑπ᾽ οὐρανὸν εἰς τὴν ὑπ᾽ οὐρανὸν λάμπει, id eſt, E regione quæ ſub cœlo eſt, in eam quæ ſub cœlo eſt, hoc eſt ex una cœli plaga in alteram. Ita enim uidetur oculis hominũ. Cæterum collatio hæc ſignificat ſubitum & inexpectatum eſſe aduentum regni dei, non ſolum quantũ ad tempus attinet, uerumetiam quantum ad locum, non aliter quàm fulgur ſubito erumpit, nũc hinc, nunc illinc, quod prius uideas, quàm expectes uenturum. Primum autem oportet.) πρῶτον pro prius poſitum eſt. Veniet quidem ut fulgur, ſed nondum ueniet, imo prius oportet illũ multa pati &c. Vxores ducebãt.) ἐγάμουν, ἐγαμίζοντο. Quod ante in Matthæo uertit nubunt, hic uertit, ducũt uxores. quod illic nubunt, hic dabantur ad nuptias. Nubunt, nubuntur.

Duo in agro.) Hæc pars apud Græcos non additur in Luca, etiamſi meminit agri diuus Ambroſius. Imo in exemplari Paulino non erat mentio niſi de lecto. Cæterum Ambroſius pro eo quod eſt in græcis ἐπὶ τὸ αὐτὸ, legit in piſtrino, fortaſſis alterius Euãgeliſtæ ſententiam referens. Vbicunq; fuerit corpus.) Græce eſt ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται καὶ οἱ ἀετοί, id eſt, ubi corpus illic congregabuntur & aquilæ. Quanquàm nõnulli codices habent πτῶμα, id eſt cadauer, à cadendo dictum Græcis. Atq; hanc lectionem uidetur magis approbare Hieronymus. Corpus cadauer.

EX CAPITE XVIII.

QVomodo oportet.) πρὸς τὸ δεῖν, id eſt, in hoc quod ſemper oportet orare. Porrò ἐκκακεῖν ſonat ſegneſcere, hoc eſt defatigari, quod hic uocat deficere. κακοὺς enim Græci nõnunq; uocant inertes & ignauos. Per multũ tempus.) ἐπὶ χρόνον, id eſt, ad tẽpus, ſiue aliquãdiu. Deinde εἰς τέλος, quod uertit, in nouiſſimo, rectius uertiſſet, denicq;. Sugillet me.) ὑποπιάζῃ, id eſt, uiſuperet, ac deroget. Nam id ſignificat ſugillare, uerbum à pugilibus ductum, qui ſuperne ſugillant, genis liuore notatis, inferne ſupplantant, impulſo ad ruinam antagoniſta. Sugillare.

Et patientiam habebit in illis.) Græca nõnihil diſcrepant, βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ μακροθυμῶν ἐπ᾽ αὐτοῖς, id eſt, Clamantiũ ad ſe nocte & die, & leni animo ferens illos. Sed alius codex habebat, ναὶ λέγω μακροθυμῶν ἐπ᾽ αὐτοῖς ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν, id eſt, Etiam dico longanimis ſuper illis faciet uindictam, ut intelligamus omnino ulturum, licet ſerius. Quanq; ſecus legit Vulgarius, & rectius, ni fallor, propterea quod ſequitur ἐν ταχεῖ, id eſt celeriter, id quod pugnat cum illo μακροθυμῶν. Varia lectio.

Tanquàm iuſti.) ὅτι εἰσὶ δίκαιοι, id eſt, quod eſſent iuſti, tametſi uerti poterat ad ſententiam, tanquàm eſſent iuſti. Sentit enim illos ſibi tribuiſſe iuſtitiam, & hac opinione fretos, cæteros deſpexiſſe. Cæteri hominum.) Græce dixit, nam homines dicendum erat latine, cum Græci in his abutantur genitiuo pro quouis alio caſu. Cæteri hominum.

Velut etiam.) ἢ καὶ ὡς οὗτος, id eſt, aut etiam ut hic. Laurentius uidetur ſuſpicari ſcriptum fuiſſe, uel & ut. Cæterum quod de mutata coniunctione cauillatur, leuiculum eſt, & ad elegantiam ſermonis attinens magis, quàm ad rem theologicam.

Nolebat nec oculos.) Fortaſſe torquebunt dialecticos hæ duæ negationes, uni additæ uerbo. Proinde uertere poterat, Nec oculos uolebat ſuſtollere ad cœlum. Atq; ita citat Cyprianus in expoſitione precationis dominicæ.

Iuſtificatus ab illo.) Nonnulli græci codices habebant κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ γὰρ ἐκεῖνος, id eſt, Deſcẽdit hic iuſtificatus in domum ſuam, quàm enim ſiue certe ille, hoc eſt magis certe quàm ille. Sed in pleriſq; non inuenio γαὰρ. Proinde uertendum erat potius, quàm ille, ſiue præ illo. Non quod neſciam ſic alicubi loqui Gelliũ, fríget ab illo, pro eo quod eſt, friget comparatus ad illum. Ab illo, pro præ illo.

Conuocans illos.) προσκαλεσάμενος, id eſt, aduocãs, ſeu potius ad ſe uocatis illis. Et illos, ad pueros referẽdũ eſt αὐτὰ, quod eſt neutri generis, quemadmodum pueri παιδία. Accitis puellis, dixit haud dubie quin prohibentibus. Et (ſicut puer) Offendit Vallam, qui mauult, uelut puer, uel tanquàm puer, ut intelligamus imitationem perſonæ, non acceptionis.

Quid me dicis bonũ?) Hoc nõnihil discrepat à Matthæo, nã illic offensus est, quod interrogasset de bono quod esset facturus. De filio hominis.) Græcis non additur de. τοῦ ὑῖοῦ τοῦ ἀνθρώπου, hoc est, filio hominis. Vt uideã.&, respice.) Idem uerbũ est Græcis, ἵνα ἀναβλέψω. ἀνάβλεψον, qđ significat recipere uisum. Id mirũ cur mox mutarit interpres.

EX CAPITE XIX.

Sycomorus. IN arborem sycomorum.) συκομοραῖαν, id est in caprificum, hoc est fatuam ficum. Illud mirum apud Græcos hanc dictionem scribi per o micron, cum μωρὸς habeat ω mega. Quia inde.) ἐκείνης, id est illac, nec enim est ἐκεῖθεν. Statura pusillus erat.) Quod hic staturã uertit, alibi uertit ætatem, Græce est ἡλικία. Ad hominem peccatorem diuertisset.) εἰσῆλθεν καταλῦσαι, id est, ingressus esset ad diuersandum apud illum. Et si quid aliquẽ defraudaui.) ἐσυκοφάντησα, quod est ꝓprie delationibus extorquere aliquid, hic ꝓ quacũq; fraude posuit.

Eo quod & ipse filius sit Abrahæ.) Paulo durius est, quod hæc sub tertia persona pronunciantur à Christo, præsertim cũ non scribatur ad alios uersus. Proinde suspicor, quod græce dicitur filius Abrahæ, non pertinere ad Zacchæũ, sed ad domũ, quæ græcis est masculini generis. Nam quemadmodum nos domũ Christianam diceremus, ita ille domũ

Domus filia Abrahæ. dixit filiam Abrahæ, quod Abraham patrem fide imitaretur.

Homo quidã nobilis) εὐγενὴς, id est clarus, & claro genere prognatus. Decẽ mnas.) Latini interponunt, i, dicentes minas. In pleriscq; græcis codicibus reperio μνᾶς, nominandi casu, quod errore ne, an studio factum sit, incertus sum. Quantum quisq;.) τίς, τί, id est, quis quid. ad eam formam, Quem cui cõmendes, etiam atq; etiã aspice, Et quid cui cui des, quid cui credas. Et (Euge serue bone) id est recte bone serue, Collaudat enim seruum, functum officio suo. Exegissem illud.) Illam erat dicendum. Sed ἀργύριον apud

Interpres dormitãs. Græcos est neutri generis, Et interpres oblitus se uertisse pecuniã, non argentum, reliquit illud. Ad hæc quod hic uertit exegissem, Græcis est ἔπραξα, idem uerbum quod ad eundem modum uerti oportuit superius cum de publicanis loqueretur, nihil amplius quàm quod uobis constitutum est faciatis. Et quod habet, auferetur ab eo.) Ab eo, additum est ex idiomate sermonis Hebræi, ne quis uelut à nobis obliuione prætermissum reponat. Præcedebat ascendens.) ἐπορεύετο ἔμπροσθεν ἀναβαίνων, id est, procedebat, hoc est, pergebat ire. Cui nemo unq;) In quo nunq; legendum est, ἐφ' ὅν, suffragantibus & antiquissimis exemplaribus & Origene, licet interpres recte uerterit.

Copia interpretis. Operam eius desyderat.) αὐτοῦ χρείαν ἔχει, id est eo opus habet. Quia dominus eũ necessarium habet.) Hæc græca nihil dissident à proximis, ubi uertit, dominus eius operam desyderat, cum utrobiq; sit αὐτοῦ χρείαν ἔχει, id est illo opus habet.

Et iactantes.) καὶ ἐπιῤῥίψαντες, id est, & iniectis uestibus, siue pallijs suis. Omnes turbæ discedentium.) ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν, id est, uniuersa turba discipulorum, nam mox iubetur increpare discipulos. Gloria in excelsis.) ἐν ὑψίστοις, id est, in altissimis.

κεκράξονται. Lapides clamabũt.) κεκράξονται, quod Græci uocant μετ' ὀλίγον μέλλον, hoc est paulo post futurum, & habet urgens quiddam ac uehemens. Nunc autem quæ ad pacem.) Omittenda erat cõiunctio quia, ὅτι, quæ ex idiomate græcanici sermonis apponitur aliquoties affirmandi gratia. Diuus Hieronymus in cõmentarijs Esaiæ, nõ semel hunc citat locum, sed sensu nonnihil immutato, uidelicet ijs uerbis, Si scires etiam tu quæ ad pacem sunt tibi. Deinde subijcit de suo, quã quia nõ suscepit, intulit, Nunc autẽ ueniet dies sup te &c.

Si cognouisses & tu, locꝰ hactenꝰ paucis intellectus. Consimiliter adducit & enarrat hunc locum, exponens Micheæ caput secundum. Quæ quidẽ interpretatio, ut longe lateq; dissonat à recentiũ Theologorũ interpretatione, ita uehementer consentit cũ græca ueritate & interpretamento Vulgarij. Nam græca sic habent, ὅτι εἰ ἔγνως καὶ σύ γε, ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ τὰ πρὸς εἰρήνην σου, id est, si nosses & tu sanè in die tuo hoc, quæ ad pacẽ tuã, ut subaudias quæreres, sitq; sensus, Hic dies est tuus, quo te inuisit redemptor. quod si intelligeres quantũ boni tibi offeratur, saltẽ tu curares quæ ad pacẽ tuã pertinẽt, hoc est crederes & obtẽperares mihi. Ad hunc modũ legisse uidẽt diuus Hieronymus. Cæterũ in pleriscq; codicibus ita scriptũ est, εἰ ἔγνως καὶ σύ. καί γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ τὰ πρὸς εἰρήνην σου. i. Si nouisses & tu, saltẽ in die tuo hoc, quæ ad pacẽ tuã pertinẽt, curares, Nec est ociosa cõiunctionis iteratio καὶ & καί γε, quod prior ad personã

urbis

urbis pertinet,altera ad diem. ut intelligamus aduentũ peculiariter pertinere ad ciuitatẽ Hieruſalem,præſertim eo die,quo adueniebat iam moriturus,licet altera coniunctio non addatur apud Origenem,aut quiſquis eſt autor,homília.38. Porrò quod recentiores interpretantur, Si nouiſſes imminentia tibi mala,fleres & tu &c. non cohæret cũ eo quod ſequitur,Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Repetit enim Chriſtus quod dixerat,Si cognouiſſes,nimirum indicans eos non agnoſcere diem ſalutis ſuæ.

Ad terram proſternent.) πρὸς ἔδαφιοῦσιν. ἔδαφος ſolum ſiue pauimentum. Inde ἐδαφίζειν ſolo æquare. Plus enim dixit Lucas,quàm uerterit interpres. Tempus uiſitationis.) ἐπισκοπῆς,id eſt inſpectionis. Interpres legiſſe uidetur ἐπισκέψεώς σου. Solo æquare.

Suſpenſus erat audiens illum.) ἐξεκρέματο,id eſt pendebat, hoc eſt,inhiabat. Ita Vergilius. Pendetq; iterum narrantis ab ore.

EX CAPITE XX.

IN uno dierum.) Græci addunt ἐκείνων,id eſt illorũ. Illud ſemel admonuiſſe ſat eſt,Hebræos unũ dicere,quod Latini quiddam. ut uno die,pro quodã die,& unus ſcriba,pro quidam. Conuenerunt.) ἐπέστησαν,id eſt ingruerunt,ſiue aderãt,ſiue quod malim,adorti ſunt. Sic enim utitur in actis Apoſtolorum. Vnum uerbum.) ἕνα λόγον,id eſt unum ſermonem. Certi enim ſunt.) πεπεισμένος γάρ ἐστιν,id eſt,Perſuaſa eſt enim,ſiue perſuaſum habet,ut ſubaudias plebs, quæ modo præceſſit. Certus enim eſt aliquis de re uera. at perſuaſus eſſe poteſt,qui falſum credat. Multis temporibus.) χρόνους ἱκανούς, id eſt multum tempus, ſiue temporis,ſi ſenſum maluiſſet reddere quàm uerba. Certus ſum. Perſuaſus ſum.

Conquaſſabitur.) συνθλασθήσεται,id eſt confringetur. Qui negant eſſe reſurrectionem.) Qui putãt nihil immutandũ in ſacris literis,uertant hæc Lucæ ad uerbũ ſi lubet, οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι, id eſt, Qui contradicunt non eſſe reſurrectionem. Sed quorſum attinet ex innumeris unum aut alterum proferre? Illud annotandum,quoniam ἀνάστασιν dixit abſq; articulo,uertendũ potius fuiſſe,qui negant ullam eſſe reſurrectionẽ.

Et mortuus eſt ſine filijs.) ἄτεκνος,id eſt orbus, ſiue abſq; liberis. Nã liberorũ nomine & filiæ cõtinentur. Neq; nubunt,neq; ducũt uxores.) οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται, id eſt,neq; ducunt uxores,neq; nuptum dantur.quanq; γαμοῦσιν ambiguum eſt. Aliàs certe uertit,ducunt uxores,atq; adeo paulo ſuperius in hoc ipſo Luca. Filij liberi.

Aequalis enim angelis.) ἰσάγγελοι,dictione cõpoſita,hoc eſt,ſimiles ſiue pares angelis. Quemadmodũ Homerus ἰσοθέους & θεῷ ἐπέλους,Eximios uiros,& dijs æquiparandos.

Quia reſurgunt mortui.) ὅτι δὲ ἐγείρονται. Tametſi anceps eſt græca coniunctio,tamẽ hoc loco dicendum erat,Quod autem reſurgant mortui,ſiue reſurgere autem mortuos.

Simulantes longam orationem.) Ὡς προφάσει μακρᾷ προσεύχονται,id eſt & prætextu longo precantur. In nonnullis codicibus habebatur, προφάσει μακρὰ ultima acuta,non circũflexa,ſub prætextu multa precantes. Nam quid ſibi uult longus prætextus? Prolixæ preces.

Damnationem maiorem.) περισσότερον κρίμα,id eſt maius iudicium. Interpres ſentẽtiam explicat,non uerbum. Nam hic aliquoties κρίμα uſurpatur pro condemnatione.

EX CAPITE XXI.

REſpiciens autem.) Reſpicere eſt flexis in tergum oculis aſpicere. At hic eſt ἀναβλέψας,quod aliquoties eſt recipere uiſum,aliquoties attollere oculos uidendi gratia. Ex abundanti ſibi.) ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτῖς,id eſt ex eo quod ſibi ſupereſt. Ex eo quod deeſt.) ἐκ τοῦ ὑστερήματος,id eſt ex defectu,hoc eſt,ex penuria. Omnem uictum.) βίον,quod alibi ſubſtantiã uertit. Et donis.) ἀναθήμασι. Ea dicuntur dona,quæ dicata dijs ſuſpenduntur in parietibus & columnis templi,cuiuſmodi nunc uiſuntur potiſſimum iuxta monumenta diuorum,ſtatuæ argenteæ,equi aurei,pocula gemmata,dicta ab ἀναθλῶσαι,hoc eſt,à ſeponẽdo, ſiue ſuſpendendo. Vnde & ἀνάθεμα dicitur. Cum hæc incipient fieri.) μέλλει ταῦτα γίνεσθαι,futura ſunt hæc. Verum μέλλω ſic & aliàs expreſſit per incipiendi uerbum. Anathemata,dona conſecrata.

Dicentes quia ego ſum.) ὅτι ἐγώ εἰμι,id eſt, quod ego ſim,hoc eſt,dicent ſe eſſe Chriſtum qui ſum ipſe. Et mox (Terroresq; & ſigna) φόβητρά τε, id eſt,terriculamẽtaq;. Aliud enim terror,aliud monſtrum,quod terrorem incutit.

Nondum

προσονομασία. Nondum ſtatim.) οὐκ εὐθέως, id eſt non ſtatim. Fames & peſtilentiæ.) Adnominationē in λιμοὶ & λοιμοὶ iā aliàs annotauimus. Non præmeditari qualiter reſpōdeatis.) μὴ προμελετᾶν ἀπολογήσασθαι. i. nō ante meditandā eſſe defenſionē, Id qd̄ cæteri rei faciūt, qui ad lucernam elaborāt arte orationē, qua flectant iudicem. Cyprianus ultima ſecundi libri epiſtola, ſic adducit hunc locū. Ponite in cordibus ueſtris, non præmeditari excuſare.

Omnes aduerſarij ueſtri.) ἀντικείμενοι ὑμῖν, id eſt aduerſantes uobis. Et aliquāto poſt, (Capillus de capite ueſtro non peribit.) ἀπόληται, id eſt perit. habet neſcio quid certius & aſſeuerantius tēporis ἐτέρωσις. Poſſidebitis.) κτήσασθε, id eſt poſſidete, ſiue obtinete. Apparet interpretem legiſſe κτήσεσθε, etiamſi græci codices quos ego uiderim, cōſtanter habent κτήσασθε. Et nutrientibus.) θηλαζούσαις, id eſt lactantibus & mamma nutrientibus, ut ſuperius indicatum eſt. Et Ambroſius pro nutrientibus legit, quæ ubera dant.

Mamma nutrire.

Preſſura.) στενοχή, id eſt coartatio, ſiue anxietas. Nonnulli codices habebant ἀνάγκη, quod neceſſitatem ſonat & uim illatam. Nec eſt in ore gladij, ſed ore gladij, στόματι μαχαίρας, quod tamen rectius uertiſſet, acie gladij. Quādoquidem aciem gladij Græci στόμα uocant, quod ea parte mordeat, & δίστομον utrinq; incidens.

Tempora nationū.) ἐθνῶν, gentium, Idem nomen quod proxime præceſſit. Interpres fugit eiuſdē uocis iterationem. Præ confuſione.) ἐν ἀπορίᾳ, id eſt in perplexitate ſiue deſperatione. Quanq; uterq; genitiuus abſolute poteſt legi, ut ſit ſenſus, præ deſperatione reſonante mari & fluctu, & areſcentibus hominibus. Sonitus maris.) ἠχοῦσης θαλάσσης, id eſt reſonantis maris. Areſcentibus hominibus.) ἀποψυχόντων, quod ſonat exanimari dolore, ſiue extabeſcere. Videte.) ἴδητε, græcum uerbum anceps eſt, an ſit uidetis an uidete. Cum produxerint ex ſe fructum.) Græce tantū eſt προβάλωσιν ἤδη, quod ego uertiſſem proruperint. Neq; enim de fructu ſentit, ſed de gēmis ac frondibus erumpentibus, id quod ex alijs Euangeliſtis liquet. Quanq; & aliàs diſſident græca à noſtris. βλέποντες ἀφ' ἑαυτῶν γινώσκετε, id eſt cernentes ex uobis ipſis cognoſcitis, hoc eſt, cū uidetis protrudi gemmas & frondes in arboribus, etiamſi nemo admoneat, tamē ex ipſa re intelligitis adeſſe æſtatem. Et paulo poſt, rurſum μήποτε uertit ne forte, quaſi ſit hoc in illorum fortuna ſitum, ac non potius in illorum cura.

Cōfuſione, id eſt deſperatione.

Produxerīt. pruperint.

Curis huius uitæ.) μερίμναις βιωτικαῖς, quod in Paulo uertit ſæcularia βιωτικά. Significat autem eas curas quæ ad uictum parandum, uitæq; uſum faciunt. Vt digni habeamini.) καταξιωθῆτε, id eſt digni reddamini, qui poſſitis effugere hæc omnia. Senſus autem eſt, ut ſemper hoc ipſum orent, ut poſſint effugere. Morabatur in monte.) ηὐλίζετο, quod ante uerterat ſtabulare. Et omnis populus manicabat.) Græcam uocē imitatus eſt interpres ὠρθριζε. Idē uerbū quod in pſalmis uertit de luce uigilo ὀρθρίζω. Vetuſtiſſimus codex latinus habebat diluculo ueniebat. Vnde mirū eſt unde hæc uox omnino latinis inaudita irrepſerit, quā nec Auguſtini aures ferre queāt. Notat enim hanc in librū Iudicū quæſtione 46. indicans quoſdā interpretatos maturabis, ceu uox ea dicta ſit à matutino.

Manicare, p mane uenire.

EX CAPITE XXII.

Præfecti tē/plo tuendo.

DE duodecim) ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα, id eſt qui erat de numero duodecim. Et magiſtratibus) Et ductoribus, ſiue ducibus exercitus. Eſt enim στρατηγοῖς, quos aliàs, ni fallor, ſentit præfectos tuendo templo, nec alios hic arbitror intelligendos. Sine turbis.) ἄτερ ὄχλου, id eſt ſine turba, hoc eſt ſine tumultu. Nam utrūq; ſignificat ὄχλος, ut latinis turba, & multitudinē, & tumultum. Occidi paſcha.) θύεσθαι, id eſt immolari. Amphoram.) κεράμιον, quod ſignificat uas fictile. Hoc idcirco admonui, quod mihi uideatur ad myſteriū facere ſi quis excutiat, quid ſibi uelit hydria fictilis, quæ rumpitur apud Eccleſiaſten, recurrēte uitta aurea. Eadem uox eſt, quam alibi uertit lagenam. Ex hoc.) ἐξ αὐτοῦ, id eſt ex eo, nempe paſcha, ne quis ad tempus referat. Accipite & diuidite.) λάβετε τοῦτο, id eſt accipite hunc. Qui p uobis fundetur.) τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, id eſt qui p uobis effunditur. Cum paulo ſuperius dixerit datur tēpore præſenti, cur hic uereamur dicere effunditur? Et certe datur, reperitur in exemplaribus noſtris. In meam cōmemorationem.) εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, quod expreſſius extuliſſet, ad renouandam mei memoriam.

Aenigma apud Eccleſiaſten.

Per quem.

Per quem tradetur.) παραδίδοται, id est traditur, ut sit præsentis temporis.

Dominantur eorum.) earum uertendū erat, siue eis. Gens enim Græcis neutri generis est. Proinde in ἀυτῆν oblitus sui interpres, græco usus est genere.

Dormitatio interpretis.

Sicut minor.) ὡς ὁ νεώτερος, id est sicut iunior, siue minor natu. Antiquissimi codices habent iunior, non minor. Quanq; hoc loco magis contemptū significat, q; ætatem. Vt enim honoris causa presbyteros uocabant, hoc est seniores, ita cōtemptos iuniores, quod genus est illud in psalmis. Adolescentulus sum ego & contemptus. Nam Hebræis צָעִיר sonat iuuenem & nullius autoritatis.

Iunior pro contempto.

Et qui præcessor est.) ὁ ἡγούμενος, id est dux siue rector. Nam hoc quoq; significat græca uox, ac magis conuenit cum eo quod sequitur, pugnant enim præsidem esse, & ministrum esse. Ait autem dominus Simoni.) Exemplaria græcanica sic habent, εἶπε δὲ ὁ κύριος, σίμων, σίμων ἰδοὺ, id est dixit autē dominus. Simon Simon, ecce &c. Porrò conduplicatio seruit affectui. Atq; ita citat Diuus Hieronymus in dialogis aduersus Pelagium. Expetiuit uos.) ἐξητήσατο, quod magis sonat depoposcit, deposcuntur enim, qui ad pœnam petuntur, uelut hoc efflagitarit Satanas ut illos cōminueret, quemadmodum Iob poposcit Satan, & impetrauit. uerum id præscriptis legibus.

Non cantabit.) οὐ φωνήσει, id est non sonabit, siue non ædet uocem. Sed nūc qui habet sacculū.) Quæso te lector Christiane, quis tā est ἀγέλαστος qui possit à risu temperare perpendēs q; ridicula recētiores quidā non theologi, sed theologistæ in hunc scripsere locū. Rursum quis est tā φιλόγελως qui nō indignetur cœlestē illam doctrinā huiusmodi uitiari interpretamētis. Lyranus em̄ ille, ut multis uidetur, probatus doctor, huc detorquet uerba Christi, quasi moneat Apostolos, ut ingruente procella persecutionū muniāt se duabus rebus, nempe cōmeatu, & armorū præsidio, ne uel desit quod edant, uel à persecutoribus opprimantur. Atq; eadē multo impudentius inculcat Carrensis, dignior profecto qui carrucas agat, q; qui sacras tractet literas, si cætera ad eundem interpretetur modum. Is etiam Chrysostomū suæ sententiæ citat autorem, sed οὐδὲν πρὸς ἔπος. Pullos inquit è nido educens, iubet propriis uti pēnis. Quid ais uir præclare? ita ne propriæ Apostolorum pennæ sunt cōmeatus & gladij? Quid igitur interest inter carem militem conductitium, & uirū apostolicum? At mutatis, inquiūt, temporibus licet mutare uitæ rationem. Tempore pacis hæc interdicūtur, tempore belli permittuntur. Quasi uero unq; bonis defuerit persecutio. Ita ne Christus omniū illorum dogmatum suorū, de non resistendo malo, de diligendis ac iuuandis inimicis, de bene precando ijs qui male precantur nobis, de beatis mitibus, & persecutionē perpetientibus propter iustitiam, de præbenda maxilla altera, si quis alteram percussisset, atq; alijs id genus plurimis, iam moriturus palinodiam canit, & ad comparandum commeatum & πανοπλίαν adornandam excitat suos? Oblitus etiam eorum quæ paulo ante dixerat, In patientia uestra possidebitis animas uestras? Atqui illic sanè de persecutione loquitur, nec meminit præsidiorū. Imo cum apud Matthæum uniuersam persecutionum tragœdiam ponit ob oculos, rogo num usquàm ulla mentio defensionis? Vbi est illud quod unum Apostolos à se iubet discere quod mitis esset & humilis corde? Vbi uox illa seuera, nescitis cuius spiritus sitis, qua discipulos à uindictæ reuocat affectu? Vbi uox illa, qua negat se agnoscere discipulū, qui sublata cruce sua non sequatur se? Num hic crucē mutat in gladiū? Deinde quid magni docet Christus suos, si hoc præcipit quod sua sponte faciunt & pyratæ & latrones? Hæccine est illa doctrina cœlestis, quā ut nobis impartiret, relicto cœlo descendit in terras? Præterea aūt si id docuit quod isti uolunt, cur ipse nō præstat quod docet? quando ipse parauit sibi cōmeatum? quādo ensibus aut machinis sese aduersus persecutorū uim cōmuniuit? Nec uident q; ista pugnēt cum uaticinio quod ædidit in illum Esaias, uelut ouis coram tondēte obmutuit. Vt interim sileā, ne consistere quidē istorū cōmentum. Etenim fingamus hāc esse Christi mentē, ut uelit Apostolos suos parare gladium ferreū, quo grassant̄ & latrones, & cōmeatum quē parant duces exercituū, qua ratione illud explicabūt, quod tunica diuendita iubet emi gladiū? quandoquidē placet urgere literam sermonis. Num illos nudos ensibus accinctos mittit in bellum? Nouū uero copiarū genus, Ad hæc cum dixerit, sed nunc qui habet sacculū tollat, similiter & perā, qui cohæret quod mox sequitur, Et qui

Hugo Carrensis.

Inconsistens

non habet

Gladius.

non habet,uendat tunicã ſuam,& emat gladium? An non hinc ſatis euidens eſt non præcipi ut ferrent ſecum ſacculum & peram, ſed tollerent uendenda,precióq; redimerẽt gladium? Quod ſi nihil horum eſſet,tunicam uenundarent potius,q̃ gladius non eſſet. Vt maxime torqueant,non iubet parare ſacculum aut peram,ſed permittit ut tolerandum, ſi quis forte poſſideat. At enſem etiã uendita tunica iubet emi. Proinde proſpicere de uictu permittitur duntaxat,at gladio nos defendere tantopere iubemur,ut nudis etiam ſit cum hoſte confligendum,uelut in hoc ſumma pietatis ſita ſit? At ſaltem non reſipiſcunt ex his quæ mox ſequũtur apud alios Euangeliſtas. Obiurgat minaciter ac ſeuere Petrũ quod utatur gladio,& iubet recondi,addens perire gladio,qui gladio pugnent,ſibi non defuturas quamlibet multas legiones,à patre ſuppetias,ſi ſe ui defendere uoluiſſet. Præterea quãdo unq̃ legimus Apoſtolos feciſſe qd̃ hic tantopere iubet Chriſtus faciendũ? Fugiſſe legimus,reſpondiſſe legimus,loricam aut gladium geſtaſſe nuſq̃ legimus, ac ne unguibus quidẽ unq̃ repugnaſſe,ne dicam gladijs. Deniq; cur in omnibus ſuis epiſtolis audẽt à præceptoris ſui doctrina diſſonare? Tolerãtiã uno ore docẽt omnes,iubẽt obrui beneficijs inimicum,& igneos carbones congeri in caput illorũ. Paulus iubet malum uinci bono. Iactat toleratas calamitates ſuas,proſtratos ac fuſos hoſtes non iactat. Toties armat ille Tyronem Chriſtianum,euangelica panoplia,galea ſalutis,ſcuto fidei,gladio ſpiritus, Vbi inter hæc huius gladij mentio,quã nos cõminiſcimur? In nugis leuiculis,quæq; citra diſpendium Euangelicæ philoſophiæ uel neſciri poterant, hæreſes ac blaſphemias ἐκτραγῳδίζομεν. Mihi nulla hæreſis uidetur pernicioſior, nulla blaſphemia ſceleratior,q̃ ſi quis Philiſtinorum exemplo Euangelici agri puteos,qui à Chriſto uenam habẽt aquæ uiuæ ſcatentis in uitam æternam terra oppleat,& ſenſum ſpiritualem uertat in carnalem, doctrinã cœleſtem deprauet in terrenam, ac ſacroſancta Chriſti dogmata detorqueat, imo corrumpat,idq; reclamantibus omnibus eius præceptis,reclamante tota ipſius uita, reclamante doctrina Apoſtolica,refragantibus tot martyrum millibus, repugnãtibus uetuſtis interpretibus. Nec animaduertunt quid hic interpretetur Ambroſius,etiam ſi in re tam perſpicua,quid opus interprete? Cur inquit emere iubes gladium,qui ferire me prohibes? Cur habere me præcipis,quem uetas promi? Niſi fore ut ſit parata defenſio,nõ ultio neceſſaria,ut uidear potuiſſe uindicari,ſed noluiſſe. Deinde diſſoluens quod poterat ex ueteris inſtrumenti literis obijci,permiſſum eſſe bellum,lex tamen inquit,referire me non uetat,& ideo fortaſſe Petro duos gladios offerenti,ſat eſt dicit,quaſi licuerit uſq; ad euangeliũ. ut ſit in lege æquitatis eruditio,in euãgelio bonitatis perfectio. Mox aduerſus redamaturos opponit hæc. Multis hoc iniquũ uidetur,ſed nõ iniquus dominus,qui cum ſe poſſet ulciſci,maluit imolari. Deniq; in calce hoc adijcit, duos gladios interpretatus ueteris ac noui teſtamenti ſcientiam,quaſi nihil inquiens deſit ei, quem utriuſq; teſtamenti doctrina munierit. Origenes theologorum ſine cõtrouerſia doctiſſimus,homilia in Matthæum ſeptima,ſermonem hunc Chriſti peſtiferum eſſe pronũciat,ſi ad literam accipiatur. Eum poſteaq; recitarat, ſubijcit hnnc in modũ. *Si quis ergo literã uolens aſpicere, & non intelligens uoluntatem uerborum,uendiderit ueſtimentum ſuum corporale, & emerit gladium talem,contra uoluntatem Chriſti ſuſcipiens uerbum eius, peribit, forſitan & gladio peribit.* De quo autem gladio dicat,non eſt loci huius exponere. Idem libro aduerſus Celſum ſecundo,pronunciat bellum ab uno Chriſto ſublatum,quaſi hoc illi fuerit peculiare. Conſentiunt in hanc ſententiã,omnes omniũ literæ, omnes ſanctorum libri,qui tolerantiam nobis cõmendant,non armaturam indicunt. Tolerandum utcunq;,ſi unum duntaxat locum philoſophiæ cœleſtis ad hunc corrupiſſemus modum. Nihil propemodum eſt dogmatis Chriſti,quod non huiuſmodi cõmentis ac diſtinctiunculis ſubuertãt quidam. Et hæc leguntur & approbantur à ſummis,ut uulgo uidentur,theologis,hæc uelut oraculo prodita citantur,hæc publice docentur,hæc audiunt principes, his animãtur ad bellum,quaſi uero nõ ſuapte ſponte inſaniant ſatis. Quibus rebus illud factum eſt,ut apud Chriſtianos inſanius propè tumultuetur,litigetur,pugnetur, pro re,ꝑ ditione,pro uindicta,q̃ uſq̃ apud ethnicos. Verum moderãdus eſt animi dolor,tametſi iuſtiſſimus, præſertim cum indignitas rei uix ingenti uolumine poſſit,ut par eſt,explicari. Nec iſti me uel tantulum mouent,qui nolunt ius belli principibus adimi. Quomodo nunc bellent

Humanius eſt curare uictum, q̃ uindictam.

Hæreſis occulta.

Ambroſius.

Origenes.

Chriſtianorum inſana bella.

principes

príncipes,non líbet meminíſſe.neq; neceſſe eſt hoc íllos docere, quod ultro nimis acríter agunt,ſi tamen hoc bellare eſt,ac non potíus in populi pernicíem inter ſe colludere,& bel lorum prætextu,ſuam conſtabílire tyrannídem.Illud non fero, nos huiuſmodi dogmata in Chriſtū autorē referre.Si quíd habet humanæ uitæ neceſſitas,ut habet multa neceſſa ría mala,quemadmodum ait ílle,ſi quid cōdonatur craſſæ multitudíni,quid hoc ad cœle/ ſtem Chriſti philoſophiam? Ille de cœlo uenit ut doceret cœleſtia:craſſa hæc aut uelut ignorauit,aut reſpuit,aut neglexit.Non agnoſcebat Cæſaris ímaginem,reíjcit eum à quo rogabatur ut arbíter eſſet diuídundæ hæredítatis . Adulteram mulierem , nec abſoluit , nec damnat . Neque me fugit díuum Auguſtínū hunc locum adducere aduerſus Mani chæum Fauſtum líbro xxíj. qui bellum deteſtabatur & in Iudæis. Sed íta adducit,ut ta/ men Apoſtolos nolít bellare,ne ímperatores quídem, níſi plene fíſos pietati,níſi iuſta de cauſa,níſi contra ſacrílegos & dæmonum cultores,níſi pro pública tranquíllitate. Neque díſſentit à nobis in pera & baculo uenum tollenda . in hoc tantum díſcrepat, quod ílle Petrum uult obiurgatum fuíſſe, quod íniuſſus pugnam aggreſſus ſit, quod iuſſus quí/ dem eſſet ferre gladium,at non ferire gladío.Quod cōmentum quantum habeat ponde ris,alíjs excutiendum relínquo,ne quíd aſperíus dícere uídear in tantum eccleſíæ docto rem. Sunt enim qui protínus contumeliam interpretentur, ſi quis à receptis autoribus díſcrepat,cum hoc honoris,nec ípſi poſtulent, Imo contumelióſum fuerit opínor, ſi quis íllos hominum more lapſos alícubi conetur aduerſus ueritatem tueri. Nam cuiuſmodi eſt obſecro tam ſerio præcepto díſcípulos onerare,gladío ínutíli,quem ne tum quídem lí ceat eximere cum maxíme eſt opus? Perínde quaſi iubeat aliquis,fac habeas paratum lí/ gonem,at caue ne quando fodías. Circunfer quídem ſoleas,ſemper tamen nudís ínce/ das pedíbus. Tolerabílior erat ínterpretatio,ſi ad hunc modū íntelligámus, etiamſi quan do adſit defendendí facultas,tamen abſtínete à defenſione, ſolo uerbí díuíni gladío uos defendite.Iam íllud uídendum,an de bello ſíbí ſatis conſtet Auguſtínus:qui cū tot locís Chriſtiane bellū deteſtetur,nunc aduerſus Manichæos ac Donatíſtas belli patronus eſſe uídeatur.Siquidem is enarrans pſalmū 37.ſcríbit orandum pro ínímicís, non ut occídan tur,ſed ut corrígantur. Si non lícet orare deum, ut ínimici iuſto ſupplício coerceantur, multo mínus nobis licet íllos occídere. Idem epiſtola 158. ſcríbit contamínarí paſſiones ſanctorum,ſi uiciſſim occídantur ínimici.Rurſus epiſtola quínta,quàm multa díſſerit ad/ uerſus bellum.Porrò quot locís agít cum Cæſarianis præfectis,ne Donatíſtæ non ſolum hæretici,uerumetiam horrendo latrocínij genere graſſantes in orthodoxos occiderētur, ne non eſſent qui poſſent corrígi,ſed hactenus coercerētur,ut eccleſíæ bonis alíò tranſla/ tis,ſequi cogerētur. Poſtremo cum toties uitæ Auguſtíni tenderent inſídias Donatíſtæ, quando legitur ílle manum armatam aduerſus íllorum uíolentiam collegíſſe? Sed qua fronte faceret hoc ipſe,qui tam obnixe intercedit & obteſtatur ne fieret à Cæſarum præ fectis? Verum ita fit,ut in conflictu cum aduerſarijs, ſcripturam ſacram ad ſuam quíſque cauſam detorqueat. Et uerum eſt quod aiunt , hæreticos nōnulla ex parte profuíſſe reli/ gioni Chriſtianæ,dum orthodoxos ad diuinorū uoluminum peruestigationem extímu lant. Atqui huic commodo íllud adiunctum eſt incōmodi,quod dum ſcripturarum te/ ſtimonia uictoriæ ſeruire cogímus , non raro deflectantur à germana ueráq; ſententia. Proinde mihi ſimplícius uídetur , Chriſtum paulatím conantē ſuorum animis uulgares affectus eximere,cum prius eos líberaſſet cura cōmeatus, nunc & ſuppliciorum ac mor/ tis metu líberare uoluiſſe.Sciebat quid íllis adhuc rudíbus in eo tumultu uenturum eſſet in mentem,& ídeo de gladíjs ſinebat eos ad tempus errare , quo efficacius eximeret ex íllorū affectíbus uindictæ cupiditatē. Si tacuíſſet de gladio, uideri poterat licita defenſio, quoties urgeret uitæ periculum,uíris apoſtolicis.Nunc ita rem ac ſermonem temperauit, ut nulli dubium eſſe poſſit,quin uſum ferri ſuis interdixerit. Míſerat eos paulo ſuperíus ſpecimen daturos,& guſtum quendam ſumpturos Euangelící muneris, ſed duntaxat in tra Iudææ fines. Cumq; hic humana ſollícitudo commeatum, ac nonnulla uíæ ſolatia re/ quireret,iuſſit ſuos proficiſcí ſine pera,ſine baculo,& tamen nihíl defuerat, ultro ſuppedi tantibus bonis.Atqui quoniā futurum erat ut euangelicæ prædicationis faſtigium,ſum/ máq; manus eſſet martyrium,& nihil morte formidabílius,aduerſus hoc quoq; certamē

Chriſtus nō níſi ſumma docuit.

Auguſtinus bellum ali/ quod ꝓbās.

Ridicule iu bet portare gladiū,qui nolit eo uti.

Auguſtinus alibi dete/ ſtans bellū.

Donatiſtæ ui graſſātes hæretici.

Torquet ſcri pturam qui pugnat.

Quo cōſilio Chriſtus iuſ ſerit emi gla dium.

suos instructos esse uoluit,non solum exemplo suæ mortis,uerumetiam admonitu. Pro inde ut ex ijs quæ iam erant experti,fidem faceret eorum quæ postea esset consecutura, cõmonefacit eos pristinæ prædicationis, Quando misi uos sine sacculo & pera & calcia mentis,num aliquid defuit uobis? Cumq; respondissent nihil omnino defuisse,uocat ad perfectiora, Videtis hactenus nudis nihil defuisse, ne quid hæc sollicitudo uos grauet. Sed quemadmodum de commeatu uiæq; subsidijs non est quod angat uos sollicitudo, ita nihil est quod de defensione sitis solliciti,si quando persecutor, cruciatus aut mortem intentabit, Iisdem præsidijs uincetis tyrannos quibus ego uinco, imo quo magis eritis omnibus humanis præsidijs destituti, hoc magis ad hoc bellum instructi. Adeo ut si cui forte sit tunica aut pera,quo sit expeditior,& hæc abijciat. Non est opus nisi gladio meo, qui sic amputat ac reuellit omneis affectus carnales, ut accinctus eo, nec tormenta formidet,nec mortem,tantum abest,ut famem metuat aut nuditatem. Neq; uero cum hæc dico,ius adimo principibus gerendi belli,modo Christiane geratur. Laudantur & Ambrosio Cæsares qui se pro tuenda Christiana tranquillitate aduersus Barbaros ceu murum opposuere,& tamẽ idem negat hoc esse puritatis Euãgelicæ. Sed quid hæc ad nos, qui sacerdotes ipsi sine fine belligeramur,idq; pro imperio,pro præda,pro mundana gloria? Sed his aliãs fusius differendi dabit locus. Vulgarius discrepat nõnihil ab hac interpretatione,quippe qui tollendam peram ac sacculum interpretetur,quemadmodũ & gladium.nõ quod uelit eos de hisce rebus prospiciendis esse sollicitos hominum more, sed ne posthac toti pẽdeãt à præsidio Christi,qui hactenus eos nõ secus ac pueros curæ habuit,uerum ut ipsi quoq; in posterum præparent animos suos,aduersus inopiam,aduersus famem,aduersus mortem,idq; significatum esse pera,sacculo & gladio. Cæterum ut id solum agam,quod ago, sic est ordinanda lectio. Sed nunc qui habet sacculum tollat, utiq; uendendum,consimiliter & peram tollat, nimirum uendendam. quod si desint,uel tunica diuendita emat gladium,non istum quo grassantur latrones,sed uerbi diuini,qui penetrantior est quouis gladio ancipiti,pertingens usq; ad dissectionem animæ ac spiritus. Quod si quis omnino contendat,tollat hic positum pro secum deportet, certe cum in gladio cogamur allegoriã adhibere,hic quoq; adhibeamus oportet. Accipis gladium euangelicum,accipe & peram & tunicam euangelicam.

Gladi⁹ Christi.

Bellare non est Euangelicæ puritatis.

Pera & tunica euangelica.

Orate ne intretis.) Latinis anceps est sermo. Nam potest & hic esse sensus,orate,ne si non oraueritis,fiat ut intretis in tentationem. At Græcis non potest nisi unus accipi sensus,nempe hic,hoc rogate patrem, ne ueniatis in tentationem, προσεύχεσθε μὴ ἐισελθεῖμ. Quanquàm paulo post commutatis nonnihil uerbis,eandem extulit sententiam, ἵνα μὴ ἐισέλθητε,id est,ne intretis.

Et factus in agonia.) Quis tantum latine sciens cognoscet ex hisce uerbis quid senserit interpres? Agon Græcis certamen siue periculum,aut labor. Agoniam igitur appellat horrorem illum & affectionẽ qua corripi solent homines iam instante atq; urgente graui discrimine. Nos ut potuimus uertimus,Et correptus labore.

Si percutiamus.) εἰ πατάξομεμ,id est,num percutiemus? Si, pro an dixit interpres.

Sinite usq; huc.

Sinite usq; huc.) ἐᾶτε ἕως τούτου, id est,sinite hactenus, id quod perinde sonat Græcis quasi dicas,hactenus ne resistite,cum alius sit sensus Euangelistæ.

Ac magistratus templi.) στρατηγοὺς, duces. Erant enim & milites præfecti custodiendo templo,quorum præfectos hic uocat στρατηγοὺς.

Et dum fuisset intuita.) καὶ ἀτενίσασα,id est,& fixis in eum oculis. Plus enim quiddã est ἀτενίζειμ quàm intueri, nempe immotis oculis obtueri. Quasi horæ.) ὡσεὶ, id est, ferè. Quanquàm & Suetonius usus est, quasi in hunc modum. Sicut dixerat.) ὡς εἶπεμ αὐτῷ, quomodo,siue ut dixisset sibi. Nam hoc ipsum illi ueniebat in mentem, Christum sibi dixisse futurum ut se negaret. Conuenerunt seniores.) συνήχθη τὸ πρεσβυτέριομ, id est,coijt ordo presbyterorum. Neque dimittetis.) οὐ ἀπολύσετε, aut dimittetis, quanquàm recte mutauit interpres. Vos dicitis quia ego sum.) ὅτι ἐιμὶ, id est, uos dicitis me esse. Alioqui non ideo dicebant quod ille esset. Quid adhuc desyderamus.) τί ἔτι χρείαμ ἔχομεμ μαρτυρίας, id est, quid insuper opus habemus testimonio? Interpres eleganter reddidit magis quàm ad uerbum,aut suo more.

EX CAPITE XXIII.

DVxerunt.) ἤγαγεν, id est duxit, tametsi hic uariant exemplaria, cum in nõnullis sit ἤγαγον. Et mox peruertentem potius quàm subuertentem διαστρέφοντα. Tu es rex Iudæorum.) σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων; id est, tu es ille rex Iudæorum, ut unicum illum Iudæis promissum & expectatum regem intelligas. Articuli uis.

Nihil inuenio causæ.) οὐδὲν αἴτιον, nihil noxiæ, aut nihil criminis quod imputari debeat. Causa, p crimine.

Commouit populum.) ἀνασείει, id est, commouet, præsentis temporis, ut accipiamus non de una seditione accusari Christum, sed totã illius ac perpetuam accusari uitam uelut seditiosam.

Et audiens Galilæam.) ἀκούσας γαλιλαίας, id est, cum audisset de Galilæa, siue audito nomine Galilææ.

An homo Galilæus esset.) Galilæus non est coniungendum cum homine, sed separandum propter articulum græcũ ὁ ἄνθρωπος. Nam cum Christum signet, tamen uelut ignoto sibi nomine hominem uocat, ut Petrus puellam, mulierem γύναι.

Constanter accusantes.) εὐτόνως, id est acriter, & intento clamore. Cõstanter, p acriter.

Nullam causam.) αἰτίαν. Cur nõ potius crimen? quãdoquidem & hoc significat αἰτία. Porrò quod addit post, causam mortis, sic dixit causam mortis, ut si dixisset crimen mortis, quod nos dicimus capitale.

Emendatum ergo.) παιδεύσας, id est, castigatum siue correptum. Nam quod mox uertit, corripiam, eadem est uox græca παιδεύσας. Cæterum corripimus uerbis magis, quàm uerberibus. castigamus utroq; modo.

Per diem festum.) κατὰ ἑορτήν, id est, singulis festis. Nam pascha recurrebat quotannis. Et hac figura subinde utuntur Apostoli & Euangelistæ κατὰ τόπους, κατὰ πόλεις. Per festum; pro singulis festis.

Simul uniuersa turba.) παμπληθεὶ Græcis aduerbium est, quod additum uerbo significat id agi per uniuersam multitudinem. nam uerbum ipsum est numeri pluratiui ἀνέκραξαν, id est exclamabãt, seu potius succlamabant.

Voces eorum.) Hic addunt Græci καὶ τῶν ἀρχιερέων, id est, summorũ sacerdotum, siue pontificum.

Petitionem eorum.) αἴτημα, id est postulationem. Efflagitant enim ac postulant.

Beatæ steriles, & uentres quæ.) Dicendum erat, uentres qui non genuerunt. Apparet hallucinatum interpretem, quod κοιλία, id est, uentres apud Græcos sit fœminini generis: At mox certe Græcus sermo refert ubera, quæ sunt masculina apud illos, καὶ μαστοὶ οἱ οὐκ ἐθήλασαν. Nam quæ non lactauerunt, ad ubera refertur, non ad mulieres. Vẽtres qui.

In uiridi.) ἐν ὑγρῷ, id est, in humido, atq; ita magis respondet, quod sequitur arido. Cohærent autem humere & uirere.

Duo nequam.) δύο κακοῦργοι, id est, duo malefici siue facinorosi. Nequã pro facinorosis.

Et latrones.) καὶ κακοῦργους. Latrones nunc uertit, quod modo uerterat nequam, homo nimirum copiosus.

Stabat populus expectans.) θεωρῶν, id est spectans, suffragantibus & antiquis exemplaribus nostris, uerum id haud dubium quin librariorum acciderit errore. Expectans, pro spectãs.

Et deridebant eum.) ἐξεμυκτήριζον, id est subsannabant. idem uerbum cum eo quod ut superius indicatum est, significat naso suspendere, siue diecteriis incessere.

Si tu es rex.) ὁ βασιλεύς, id est, ille rex. Et paulo ante ὁ χριστὸς, id est, ille Christus. Ac rursum ὁ τοῦ θεοῦ ἐκλεκτὸς, id est, ille dei electus. Nec enim in his ociosus est articulus græcus. Articuli uis.

Erat autem & superscriptio.) ἐπιγραφή. Cur non potius inscriptio quàm superscriptio?

Græcis, & hebraicis, & latinis.) Alius est græcis ordo, ἑλληνικοῖς καὶ ῥωμαϊκοῖς καὶ ἑβραϊκοῖς, id est Græcanicis, Romanis, & Hebraicis, quæ sanè tres linguæ uel hoc nomine Christianis omnibus deberent esse commendatæ, quod in cruce domini nostri Iesu Christi sint solæ omnium dedicatæ. Saltem hunc titulum conueniebat passim suis depingi formulis, quem Ioannes ad hanc formam ponit.

יהושע הנוצרי מלך היהודים ΙΗΣΟΥΣ Ο ΝΑΣΩΡΑΙΟΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.
IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM. Tres linguæ præcipuæ.

Qui pendebant latronibus.) κακούργων, quod modo uerterat nequam.

Neq; tu times deum.) Tacita uis coniunctionis neq;, potest ad tria referri, nisi obstet compositio, ad times, ad tu, & ad deum. Si ad deum, hic erit sensus, Non solum nõ times homines, sed ne deum quidem metuis. Si ad tu, hic. Parum est si isti deum contemnant; nisi tu quoq; contemnas. Si ad times, sensus hic erit, Non solum non amas deum, sed ne times quidem, cum sis in supplicio constitutus. At ea est apud Græcos sermonis compositio, ut non Trifariã accipitur eadem negatio.

tio,ut nõ possit accipi nisi hic sensus,quem postremo loco recensui, οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν θεόν, id est, ne times quidem tu deum. Qui in eadem damnatione es.) Græcis non est ὃς, sed ὅτι, consentientibus & Latinorum uetustis exemplaribus. Siquidem in Paulino erat,quod,non qui. In Corsendoncensi quia,nisi quod a, uidebatur erasum,sed euidenti uestigio testante corruptelam. Nihil mali.) οὐδὲν ἄτοπον, id est,nihil absurdi.

Qui, pro quod.

Commendabo.

In manus tuas commendo.) Græcis est παραθήσομαι, id est commendabo, siue deponam futuri temporis. Idq; iuxta ueritatem Hebraicam, quæ habet ad hunc modum, בְּיָדְךָ אַפְקִיד רוּחִי. Siquidem א additum huic uerbo פקד indicat futurum tempus. Atq; ita sanè uertit diuus Hieronymus & septuaginta, Etiamsi fieri potuit ut Christus tempus mutauerit. Cæterum παραθῆναι est commendare, ueluti commendatur depositum seruandum,ac suo reddendum tempore.Nam huc alluſit Ambrosius cum ait, Bonũ ergo pignus est spiritus,bonum depositum. Qui erat decurio.) βουλευτὴς hic nomen est dignitatis,nõ officij militaris,ac sonat fermè senatorem siue consultorem,de quo nõnihil dictum est aliàs. Consilio & actibus.) τῇ βουλῇ καὶ τῇ πράξει, id est,consilio & facto.Interpres legisse uidetur πράξεσι. Et posuit eum in monumento.) Et posuit illud legẽdum est,refertur enim ad corpus αὐτὸ. Atq; ideo in latinis quoq; codicibus emendatioribus scriptum est illud,nõ illum,ut palam sit librariorum esse peccatum, non interpretis,quemadmodum & participium depositum καθελὼν αὐτὸ, quod quidem magis sonat detractum quàm depositum,Quemadmodum & illud in cantico Mariæ, Deposuit potentes, καθεῖλεν detraxit. Nam καθελεῖσθαι dicitur quod in alto suspensum pendet,ueluti clypeus aut lagena. In monumento excisso.) λαξευτῷ,ut intelligamus solidum fuisse saxum,non compactile aut structile,sed exculptum suo loco natiuo.

Siluerunt ꝓ quieuerunt.

Sabbato quidẽ siluerunt.) ἡσύχασαν, id est quieuerunt,utrũq; enim significat ἡσυχάω.

EX CAPITE XXIIII.



Vna autẽ sabbati.) Vno sabbatorum est Græcis, ut subaudias die, τῇ δὲ μιᾷ σαββάτων. Valde diluculo.) ὄρθρου βαθέος, id est, diluculo profundo, hoc est quod multũ adhuc haberet noctis. Vnde rectius uertisset, crepusculo, mea quidem sententia. Ad monumentũ.) Hic Græci codices addunt, & quædam cum illis, καί τινες σὺν αὐταῖς. quod tamen anceps est de uiris dicatur,an mulieribus,quod τινές communis sit generis.

Mente cõsternatæ essent.) ἐν τῷ διαπορεῖσθαι, id est,dum hærerent,ac perplexæ essent, & animi incerti. In uestibus fulgentibus.) ἀστραπτούσαις,quod magis sonat fulgurantibus,& fulguris instar relucentibus. Cum timerent autem.) Plus dixit Euangelista quàm interpres, ἐκφόβων δὲ γενομένων, id est, expauefactis autẽ illis, ac uultum deflectentibus in terram.Apparet interpretem legisse ἐμφόβων,quod ipsum in nõnullis græcorum codicibus inuenitur. Recordamini qualiter dixerit.) μνήσθητε græcis anceps est,quẽ admodum nobis recordamini,imperatiui ne sit modi,an indicatiui,nisi quod ea quæ sequuntur arguũt imperatiuum modum. Et recordati sunt uerborum &c.) Latinius erat, ut dixerit,quàm qualiter locutus est.Laurentius mauult,quod dixerit.

Quia oportet.) Aut omittendum erat ὅτι, aut uertendum in quod,mutato uerbi modo,quod oporteret &c. Et procumbens.) παρακύψας,quod est obliquato capite prospicere,ueluti si quis immisso per fenestram capite prospiciat. Vnde prouerbiũ περὶ ὄνου παρακύψεως. Et linteamina posita.) κείμενα.maluissem iacentia quàm posita.

Procumbẽs παρακύψας.

Et abiit secum admirans.) Apud se,referendum ad participium admirans.Et abiit admirans apud sese, καὶ ἀπῆλθεν πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων.

Loquebantur ad inuicem.) ὡμίλουν πρὸς ἀλλήλους, id est colloquebantur,siue confabulabantur inter se.Nam idem uerbum mox uertit fabulabantur.

Et secum quærerent.) Quid interpres legerit,non satis conijcio, Nam græce tantum est συζητεῖν, hoc est,simul quærerent,siue disputarent,siue commentarentur.

Et estis tristes.) σκυθρωποί, id est,parum alacri uultu,ut ad habitũ oris pertineat, nõ ad animum. Peregrinus es.) παροικεῖς, id est,aduena es. In damnationem.) Aliàs admonui

monui κρίσιμ & κρίμα sæpe poni pro κατάκρισιμ, simplex pro composito.

Quia ipse esset redempturus Israel.) ὅτι αὐτός ἐσιμ ὁ μέλλωμ λυτροῦσθαι τὸμ ἰσραήλ, id est, sperabamus quod is esset ille qui redempturus esset Israel.

Et nunc super hæc omnia.) ἀλλάγε σὺμ πᾶσι τούτοις τρίτημ ταύτημ ἡμέραμ ἄγει σήμεροm, σὺμ pro ἐπί. id est, uerũtamen cũ omnibus his tertiũ hunc diem agit. Noue dixit Lucas, nisi forte scripsit ille ἐπὶ πᾶσι τούτοις. Nec est & super, sed ἀλλάγε, id est atqui, siue uerũtamen. Nec est, mulieres quædam ex nostris, sed ex nobis, ἐξ ἡμῶμ, hoc est nostri gregis. Deinde plus est quàm terruerunt, ἐξέστησαμ, id est, attonitos reddiderunt. nam magis pertinet ad epitasin admirationis quàm timoris. Quidam ex nostris.) τινὲς τῶν σὺμ ἡμῖμ, id est, quidam eorum qui erant nobiscum. Ac mox (& ita intrare) ita, redundat.

Euanuit ex oculis eorum.) ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶμ, euanuit ab illis, Nisi quod interpres expressit uim nominis ἄφαντος. Ego sum nolite timere.) In græcis exemplaribus tantum est, pax uobis. cætera uidentur adiecta. Nec admodum cohærent cum sequentibus, in quibus eximit eis terrorem, licet apud Ambrosium adduntur, sed ex alio Euangelista, sicut opinor, admixta. Aliquid quod manducetur.) βρώσιμομ, id est, esculentum siue edulij. Ac mox. Fauum mellis.) ἀπὸ μελισσίου κηρίου, id est, de apiario fauo. Nam & alia quædam insecta mel & fauum habent.

Et cum manducasset coram eis.) Græca dissident, καὶ λαβὼμ ἐνώπιομ αὐτῶν ἔφαγεμ, εἶπε δὲ αὐτοῖς, id est, accipiens coram illis comedit, dixit autem illis.

Incipientibus.) ἀρξάμενομ. Apparet interpretem legisse ἀρξαμιύω, ut referatur ad discipulos. Atq; hanc germanam esse lectionem arbitror, licet reclamantibus græcorum exemplaribus. quod si legamus ἀρξάμενομ, ut pertineat ad Christum, non eius erat dicendum, sed suo, ad hunc modum. sic oportebat Christum pati & resurgere à mortuis tertio die, & prædicare in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum, exorsum, siue initio facto ab Hierusalem. At huic lectioni reclamat, quod Christus non cœperit ab Hierusalem, sed Apostoli. Et rursum quod sequitur, magis cohæret cum hac lectione, Vos autem estis testes horum, licet ambiguum sit, utrum estis legendum sit, an sitis, ἐστε an ἦτε, & utrunq; satis quadrat. Promissum patris mei.) ἐπαγγελίαμ. Ne nescias promissum esse nomen substantiuum, non participium.

Incipientib⁹ uaria lectio.

Et ipsi adorantes.) προσκυνήσαντες, id est adorato eo reuersi sunt. Adorabant enim abeuntem in cœlum, ac deinde recipiebant se Hierosolymas. Hoc loco subijcienda erant acta Apostolorum. Nam Lucas historiam suam duobus libris complexus est, quos ambos ad eundẽ scripsit Theophilum. Atq; ipse secundũ exordiens cõnectit cũ superiore. Deinde acta illa, planè pars est Euangelicæ historiæ. Verum ne uideremur Ioannem dirimere ab Euangelistis, distraximus duos Lucæ libros, & acta proximo subiecimus loco.

Duo libri Lucæ unũ opus est.

ANNOTATIONVM IN LVCAM FINIS.

IN EVANGELIVM IOANNIS ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.

Orbis cõditi & redẽpti ſimile initiũ.

IN PRINCIPIO erat uerbum.) Illud in primis annotandum, quod indicauit & Chryſoſtomus, Ioannem neq; Matthæi, aut Marci more ſumere exordiũ, neq; ad exemplum Lucæ, ſed iiſdem uerbis ingreſſus eſt hiſtoriã Euangelicã, quibus Moſes ingreſſus geneſim mundi. Sed quod illic quidã interpretantur, in principio, id eſt in filio, hic certe locum non habet. Erat uerbum.) λόγος græcis uaria ſignificat, uerbũ, orationẽ, ſermonem, rationẽ, modum, ſupputationem, nõnunq; & pro libro uſurpatur, à uerbo λέγω quod eſt dico ſiue colligo. Horum pleraq; diuus Hieronymus putat competere in filium dei. Miror autẽ cur uerbũ, magis placuerit latinis q; ſermo, in quo genus cõueniſſet, & ſermo magis exprimit græcã uocẽ q; uerbũ, quod græcis ῥῆμα ſeu λέξις potius diceret. Certe Cyprianus & Hilarius nõ uerẽtur dei filiũ ſermonẽ patris uocare. Verũ id quoniã uſq; adeo receptũ erat, nõ ſumus auſi mutare, protinus ne quem offenderemus infirmũ. Cæterũ illud propius ad hoc inſtitutum pertinet, nõ ſimpliciter poſitum λόγος, ſed additũ articulum ὁ λόγος, ut non poſſit de quouis accipi uerbo, ſed de certo quopiã & inſigni. Habet emi hãc uim articulus, quã latine utcũq; reddimus adiecto pronomine ille, ueluti cũ Ariſtoteles, in genere de quolibet agit bono, ἀγαθὸν uocat. Cæterũ cum unicũ illud ac ſummũ bonũ intelligi uult, addit articulũ τἀγαθὸν. Item καλὸν appellant philoſophi, quod quouis modo pulchrũ ſit. τὸ καλὸν eximiũ illud ac uere pulchrũ ſiue honeſtũ, quod à uirtute proficiſcitur. Itẽ πᾶν appellant, quod quocunq; modo totũ eſt. uerũ abſolutum illud uniuerſum, quod uere completitur omnia, nõ ſimpliciter πᾶν, ſed τὸ πᾶν appellant. Itidẽ in diuinis literis, cũ deos uocãt amicos dei, nõ apponitur articulus, ſed tantũ θεοί ἐστε, id eſt, dii eſtis. aut cũ intelligũtur dii gentiũ, quale eſt apud Paulũ in epiſtola ad Corinthios prima cap. viij. Et ſi ſunt q dicunt dii, ſiue in cœlo ſiue in terra, queadmodũ ſunt dii multi, & domini multi. Nullus emi hic appoſitus eſt græcus articulus. Auguſtinus in quæſtionibus quas ſcripſit in geneſim libro primo, adducit & alterũ exẽplũ ex geneſeos cap. xxxiij. in quo Iacob ait ſe uidiſſe faciẽ Eſau, ac ſi quis uideat faciẽ dei, negãs in græcis exẽplaribus eſſe ſcriptũ, πρόσωπον τοῦ θεοῦ appoſito articulo, ſed πρόσωπον θεοῦ, citra articulũ. At quoties ſignificat uerus ille & ſolus deus, ſemper additur articulus ὁ θεός. Et quoties ſe uult intelligi Chriſtus, nõ quouis modo dei filiũ, ſed natura ac uere filiũ, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ dicit. Rurſus ubi diuinitatẽ diſſimulans, ſe filiũ hominis appellat, ſed utriq; nomini ſuo præpoſito articulo, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ceu nõ quilibet Adæ filius, ſed eximius ille filius hominis, humani generis reſtitutor. Rurſum ὁ ἀμνὸς, cũ multi ſint agni, unicus ille agnus intelligitur, cuius immolatione tolluntur peccata mũdi. Et ὁ προφήτης, unicus ille ꝓpheta per Moſen promiſſus. Et cũ lux illa deſignat unde lux omnis nobis fluit, τὸ φῶς dicit, addito articulo. Et cum paſtor bonus dicitur, unicus ille paſtor Chriſtus, ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, congeminato articulo, Et, ἐγώ εἰμι ἡ θύρα, ego ſum oſtium, cum nõ quoduis oſtium, ſed unicũ illud denotatur. Et paulo inferius inuenimus Meſſiã, τὸν μεσσίαν, unicũ illum Meſſiã, Et tu es rex Iſrael, ὁ βασιλεύς. Didymus libro de ſpiritu, quem latinũ fecit Hieronymus, diligenter & hoc adnotauit, quoties in diuinis literis mentio fit ſpiritus diuini, articulũ apponi, τὸ πνεῦμα, idq; confirmat compluribus arcanæ ſcripturæ locis in hoc adductis. Atq; hoc potiſſimum argumento docet eundẽ fuiſſe ſpiritum, qui afflauit prophetas, & quem hauſerũt Apoſtoli. Annotauit idem Athanaſius libro de ſpirituſancto ad Serapionem, & hic ſuam ſententiã compluribus ſcripturarũ teſtimoniis

λόγος multa declarat Græcis.

Articulus græc⁹ quantam uim habeat.

Exẽpla ephiloſophis.

E literis ſanctis.

Auguſtini exemplũ.

Filius hominis. i. Adæ.

Agnus dei.

Lux mundi.

Bon⁹ paſtor.

Oſtium.

Meſſias.

Rex.

Spiritus.

Jam Spiritus Apoſtos & Prophetas flauit.

mõnijs cõprobãs. Ac planè tantũ habet momẽti, hoc loco prætermissus aut additus articulus, ut Chrysostomus & Cyrillus hoc potissimũ argumẽto reijciãt hæresim quorundã, qui negabãt Christũ illud esse uerbũ, qđ ab initio fuerat in patre, sed illud aliud quoddã fuisse uerbũ interius patri, unde natũ sit alterũ uerbũ quod esset Christus. Et uerbũ erat apud deũ) Rursum addidit articulũ, nõ solũ uerbo, sed etiã deo, ut illud unicũ ac uere uerbũ intelligamus, de quo prius dixerat, & patrẽ uere deum, non quẽuis alium deũ. Mos enim hic est diuinæ scripturæ, plerũq; dei uocabulũ, licet omnibus personis ex æquo cõmune, patri tribuere. & haud scio an usq; legaĩ dei cognomẽ aperte tributũ Christo in apostolorũ aut euangelistarũ literis, præterq; in duobus aut tribus locis, Etiãsi ex compluribus locis certo colligiĩ Christũ fuisse deum, nõ hominẽ tantũ. Et deus erat uerbum.) Hoc loco deo nõ addiĩ articulus, cũ tamẽ uere ac natura deum significet, uerũ id facit coactus. Alioqui nõ poterat simul explicare diuinã essentiã tribus cõmunẽ personis, nam si utriq; addidisset articulũ, ϰὴ ὁ θεὸς ἦν ὁ λόγος, iam cõfudisset personarũ proprietates, Atq; hic fuisset sensus, & ille deus nempe pater, erat illud uerbũ, nempe filius. Rursum si deo addidisset articulũ nõ uerbo, ϰὴ ὁ θεὸς ἦν λόγος, iam duo significasset uerba, ac sensus fuisset, & ille deus, nempe pater, erat & ipse uerbũ quoddã, & si nõ idem uerbũ quod filius, tamẽ aliquod uerbũ. in qua sentẽtia fuere ueterũ nõnulli, duo faciẽtes uerba, gignens & genitũ, ut dictũ est paulo superius. Atq; adeo Prudentius ipse uideri posset huiusmodi quippiã sensisse, cũ in hymno Iambico de natali Christi scribit, Ex ore quãlibet patris, Sis ortus & uerbo æditus. nisi malumus uerbo interpretari, uerbi prolatione. Nunc quoniam uerbo addidit articulũ, & deo nõ addidit, ϰὴ θεὸς ἦν ὁ λόγος, Christianã expressit sententiam, sic ut aliò detorqueri non possit, nimirũ hanc, Et illud idem uerbũ, quod modo dixi in principio fuisse apud deum, erat deus, hoc est, particeps essentiæ diuinæ. siue ut melius dicam græce, ὁμούσιον τῷ πατρί. Neq; enim sic liceret loqui Græcis, ἡ ἐλάτη τὸ δένδρον ἔστιν, id est, palma arbor est. aut ἡ κιθάρα τὸ ξύλον ἔστιν, id est, Cithara lignũ est, apposito articulo. Hæc ita esse ut diximus, facile comprobabit, qui uel mediocriter græce nouerit. Nos quanq; in hoc exordio parcius imutauim⁹, reueriti sacramentũ ineffabile, tamẽ admonendũ putaui, quo magis intelligant nostri Theologi nõnihil interesse, è suis haurias fontibus mysticas literas an è lacunis. Omnia per ipsum facta sunt.) Cum de uerbo fiat hic quoq; mẽtio, de quo modo locutus est, rectius uertisset, omnia per illud facta sunt, ut repetat uerbũ, siue omnia per idem facta sunt, sicut paulo superius, Hoc erat in principio, nisi mauis pronomẽ ipsum referri ad deum patrẽ, qui proxime præcessit. Verũ huic sensui nonnihil refragaĩ præpositio διὰ per, quæ pugnat cũ ratione paterni principij, siue mauis Hilarij uerbo uti, autoritatis. & magis cõcinit cũ Paulinis uerbis, qui ait p quẽ fecit & sæcula, ut per filiũ intelligamus omnia cõdita à patre. At nunc latinus ancipitẽ reddidit sentẽtiã, quod, ipsum, pnomẽ utrolibet possit accõmodari. Quanq; & Græcis ambiguus sit sermo, sed quẽ Græci omnes interpretentur, ut per ipsum ad uerbũ referaĩ, nõ ad patrẽ. Siquidẽ hinc arripuerũt occasionẽ Arriani, somniantes patrẽ in cõdendis rebus filio ceu instrumẽto usurũ, cũ ita p filiũ cõdiderit omnia pater, ut is nihilosecius cũ patre cõdiderit omnia. Et sine ipso factum est nihil.) Hunc locũ bifariã distinguunt. Chrysostomus homilia. 4. & hunc secutus Vulgarius, ita legunt cõiunctim, Omnia p illud facta sunt, & absq; illo factũ est nihil quod factũ est, ut intelligas nihil omnino creatũ, qđ nõ sit creatũ à patre p filiũ. Scribit autẽ hæreticos quosdã distinguere ad hunc modũ, Omnia p ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. atq; hic interposita diastole, subijciũt, quod factũ est in ipso, uita erat, interpretantes spiritũ sanctũ, quẽ creaturã faciũt, intelligi in eo qđ dicit, qđ factũ est. Et tamẽ in hunc modũ distinguunt Cyrillus Græcus & Augustinus Latinus, quanq; diuerso sensu. Nã Augustinus intelligit omnẽ creaturã in deo uitam esse suo more nõ illibẽter πλατωνίζων. Cyrillus autẽ sic interpretaĩ, ut intelligamus omnia per filiũ fuisse cõdita tã uisibilia q; inuisibilia, & quicquid conditũ fuit, in eo uerbũ illud est uita, ut nõ solũ sit omnib⁹ autor originis cũ patre, uerũ etiã idẽ admixtũ omnib⁹, ueluti uita tueaĩ & cõseruet uniuersa quæ cõdita sunt. Atq; hanc distinctionẽ sequiĩ Hilari⁹, nõ admodũ dissentiẽs & à Cyrilli sentẽtia. Sequiĩ & Gregori⁹ Nazianzen⁹ in ope de spũ sctõ, sic reijciẽs hæreticos, ut dicat hunc locũ accipiẽdũ de ijs quæ facta sunt, ut ad filiũ aut spiritũ sanctũ

Duo uerba faciunt hæretici.

Cur uero deo nõ additur articulus.

Prudentij dictũ quõ accipiẽdũ.

Homusion eiusdem essentiæ.

Per ipsum, id est, uerbũ

Arrianorũ error.

Distinctio quantum ualet.

Nihil, id est, peccatum.

accõmodari nõ queat. Cæterũ qđ quidã interpretant nihil, peccatũ aut malitiã, qđ ea sola sint, quæ natura sunt, & ob id bona sunt, peccatũ esse quiddã priuatiuũ, etiãsi Hieronymus nõ reiiceret, tamẽ p se coactius est, & argutũ magis q̃ theologicũ. Quanq̃ ad eum modũ interpretatur diuus Augustinus, edisserens hunc Euangelistæ locum, subindicans quibusdam nihil, esse aliquid quod ad mali naturam pertineat, iuxta hos qui duo constituunt principia, bonorũ ac malorũ. Cæterũ quod ait peccatũ esse nihil, & qui peccant fieri nihil, & Idolum iuxta Paulum esse nihil, non simpliciter est accipiendũ. Alioqui quid attinebat negare à deo factum esse, quod nihil sit, & ob id à nullo fieri possit? Nam ego magis arbitror ad rem pertinere, dare operam ut à peccato puri simus, q̃ anxie digladiari, num peccatũ sonet aliquid positiuum iuxta Thomistas, an mera priuatio sit, iuxta Scotistas. Idem tamẽ Augustinus, libro aduersus Manichæos, Cap. 25. serio interpretat sine eo factũ est nihil, nihil aliud ualere, q̃ si dicas, quicquid factũ est, non absq̃ eo factũ est, irridens superstitiosam Manichæorũ distinctionẽ, qui negabant hunc sensum reddi, nisi cũ hoc ordine pronunciaret, Nihil sine eo factum est. cæterũ si pronuncies, Sine eo factum est nihil, Nihil iam accipi pro eo quod sit aliquid, & factum sit. Id cum multis uerbis derideat Augustinus, tamẽ Sophistæ putant non minimũ interesse, quoties uox quæpiam in alium tranffertur locũ. Cauillatur hoc loco nescio quid, is cuius nomine extant aliquot homiliæ in Ioannẽ Origenis titulo, sed falsissimo, id quod uel me tacẽte, res ipsa clamitat, cum nihil illic sit, quod ullam Origenis uenam, ulla ex parte sapiat. Atqui eò res rediit, ut huiusmodi nugas etiã prudentes, datacq̃ opera adiiciant typographi, quo uolumine aucto quæstus fiat uberior. Quod si illis licet quicquid uolunt, quocunq̃ prodere nomine, & nobis fas nõ erit, titulo semel illito chartis refragari, bella nimirũ erit studiosorũ condition, si nebulonis aut impostoris nugas p oraculis cogentur amplecti. Verũ hæc πάρεργα. Vt ad rem redeam, Is quisquis est, aut quicunq̃ sunt, siue homines, siue diĳ, cauillatur nescio quid, græce significantius dici, pro eo quod nos dicimus, Et sine ipso factum est nihil. Apud illos enim esse extra nõ absq̃, quod sanè quid sibi uelit nõ satis intelligo, nisi quod in omnibus quæ quidẽ uiderim Græcis exẽplaribus scriptũ comperio χωρὶς ἀυτοῦ, id est, absq̃ illo. Atq̃ eadem est præpositio græca Ioannis cap. 15. Sine me nihil potestis facere χωρὶς ἐμοῦ. At is utrobiq̃ uult legi extra, nõ sine. Nisi forte ille quisquis fuit pro χωρὶς, legit ἐκτός. Ad Cyrilli sententiam nõnihil facit, quod cum bis dixerit uitam, priori uitæ nõ addidit articulum, posteriori addidit. In eo quod conditũ est, uerbum illud erat quædam uita, dum impertit incolumitatẽ naturæ cõditæ. Ac mox cũ ipsum uerbũ peculiari modo uitam appellat, & uita erat lux hominũ, apposuit articulũ, uerã illam ac ineffabilem uitam significans, ὃ ἐν ἀυτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς. Augustinus indicat etiam distinctionẽ, sic emendũ, quod factum est, & hic interposito silentio, subiiciat, In ipso uita erat, ut accipiamus nõ in quouis creato esse uitam iuxta Manichæos, cũ lapides uita careant, sed creatura fuisse in creatore, qui uita est, uidelicet de ideis sentiens. Hilarius secus distinguit, Quod factum est in eo, ut hic distinguatur, deinde succedat, uita erat. Quod ne cui dubium esse possit, faciunt ea quæ sequuntur. Hoc igitur nõ sine eo, quod in eo factum est, Nam quod in eo factum est, etiam per eum factum est. Fuit homo missus.) ἐγένετο, idem uerbum quod modo transtulit, facta sunt. Proinde Valla maluit hoc loco, extitit, q̃ fuit. At ego malim, erat homo missus, cum paulo inferius sequatur, non erat ille lux. Illud annotandum hic homini non præponi suum articulum, quo tantũ hominis indicet naturam, & Ioannẽ hac nota separet à Christo, qui simul & deus erat, cui ut respondeat deus, & hoc citra articulum extulit παρὰ θεοῦ, Homo erat qui mittebatur, ut hominibus annunciaret Christum, sed ne cui leue sit huius testimonium hominis, à deo missus erat nõ ab homine. Et haud scio an alioqui id perpetuũ sit in arcanis literis, cũ deo apponit articulus, aut certam personã denotari in diuinis hypostasibus, aut uerũ illum & unicũ deum à reliquis gentiũ diis distingui, licet nõ temere liceret addere aut demere articulum. Cui nomẽ erat Ioannes.) ὄνομα ἀυτῷ ἰωάννης, id est, nomẽ ei Ioannes. Et mutauit nõnihil latinus interpres, & addidit de suo, idq̃ nulla cõpulsus necessitate. Ne quis nobis succẽseat, si quid forte mutamus alicubi, uel adacti necessitate, uel inuitati cõmoditate. nec est simpliciter missus, sed ἀπεσταλμένος participiũ eius uerbi unde dicti sunt apostoli, emandatus.

Digladiatio Thomæ Scoti.

Disputatio curiosa, de peccato, mera ne sit priuatio, an macula.

Homiliæ in Ioannẽ falso Origeni inscriptæ, q̃uis testetur Origenes se in Ioannem scripsisse.

Quomodo uerbũ uita in rebus creatis.

Manichæi & saxis uitam tribuunt.

Hilarij distinctio.

Articulus cur non additus deo.

Missus.

Vt omnes

Vt omnes crederẽt per illum.) Græcis incertum est an per illum, referatur ad Ioannẽ, ut intelligamus illo testificante omnes debuisse credere in Christum, an omnes debuisse credere patri per illud lumen, cui testimonium perhibebat Ioannes, quod αὐτῷ possit accipi masculino aut neutro genere. Amphibologia. Non erat ille lux.) Primum illud admonẽdus est lector, quod latinus hic interpres modo lumen uertit, modo lucem, Græcis eandem esse dictionem φῶς, ne quis Græcanici sermonis ignarus in cõmutata uoce latina somniet subesse mysterium. In emendatioribus Augustini exemplaribus legitur, Non erat ille lumẽ, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Cæterũ illud nõ abs re quæritur à doctis, cum Christus apud Matthæum cap. 5. suos apostolos uocet lucem mundi, & cum Ioannes baptista nominatim dictus sit lucerna ardens & lucens, cur hic eum lumẽ esse neget. Verum hunc tantũ alioqui nodum additus aut omissus articulus dissecat, quandocunq; ueram illam & suapte natura lucem significat, articulum addit τὸ φῶς & τοῦ φωτὸς. Hic item cum negat Ioannẽ esse lucem nõ dixit οὐκ ἦν ἐκεῖνος φῶς, hoc est, nõ erat ille lux, sed οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, id est, nõ erat ille lux illa, nõ erat illa uera lux, de qua modo dixi. Annotauit hæc Cyrillus, si cui nostra leuis est autoritas. Aut sic accipe, Non erat ille lumẽ de quo modo locutus sum, cum dicerẽ, ut testaretur de lumine. Habet em̃ & hoc articulus, ut referat rem de qua prius fuerit sermo. Quod ideo adiecimus, quia apud Matthæũ ubi Christus uocat suos lucẽ mundi & sal, utrobiq; additur græcus articulus. Ad hæc cur magis placuit periphrasis, ut testimoniũ perhiberet de lumine, & testificaret̃ siue testaret̃, cum Græce sit μαρτυρήσῃ, Quanq; hic sermo nõnullam ellipsim habere uideat̃, quæ sic poterat suppleri, Non erat ille lumẽ, sed missus erat, ut testaret̃ de lumine. Erat lux uera.) Iam admonui lucem & lumen Græcis idem esse nomẽ, ne quis erret in luce & in lumine, putans esse aliquid discriminis. Cæterũ illud magis ad rem pertinet, erat, quo referre oporteat? num ad uerbũ? nam quo minus ad Ioannẽ referat̃, obstat ipse sensus. Equidẽ arbitror, nec ad uerbũ referẽdum, sed ad ipsum lumẽ, qd̃ mox sequit̃, propterea quod utriq; nomini lux & uera suus præponit̃ articulus ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ut ad hunc legamus modum, Non erat Ioannes lumẽ illud de quo loquor, sed in hunc mundũ duntaxat missus, ut testificaretur de lumine, nam lumen hoc de quo loquor, erat lumẽ uerum quod illuminat omnẽ hominem, hoc est, erat fons luminis, unde ipsi quoq; Ioanni suum fluxit lumen.

Apostoli lux. Christus lux.

Erat ad lumẽ referatur.

Venientẽ in hunc mundum.) εἰς τὸν κόσμον, id est, in mundum, nam hunc nõ addunt Græci, nisi quod ita frequẽter uertit interpres, exprimere cupiẽs opinor uim articuli. Sed cur hic magis addidit hunc, & in ijs quæ sequunt̃? In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit, quæ singula cum suis articulis efferuntur?

In hunc mundũ.

Et mundus eum nõ cognouit.) αὐτὸν uidetur ad uerbũ referri, quod Græcis quidẽ est masculini generis. Cæterũ interpreti latino uertendũ erat in neutrũ, Et mundus illud non cognouit. Idem sentiendũ de ijs quæ mox sequuntur, Et sui eum nõ receperũt, quotquot autẽ receperũt eum. Hoc certe incõmodi uitari poterat, si pro uerbo sermo placuisset interpretibus. Cæterũ illud, in propria uenit & sui eum nõ receperũt, Græcis est eadẽ dictio ἴδια & ἴδιοι, in sua uenit, & sui eum nõ receperũt, & apparet sic legisse diuum Augustinũ, Quãdoquidẽ apud hunc scriptũ uidemus, in sua propria uenit. Interpres immemor sui.

Qui nõ ex sanguinibus.) Diuus Augustinus fatetur sanguinibus, non dici latine numero multitudinis, sed interpretem abusum numero, ut declararet, ad cõmunẽ hominis generationẽ nõ uiri solum, sed & mulieris semẽ cõcurrere. Idem admonet hoc loco carnẽ appellari fœminã. Ex sanguinibus, cur plurative dictũ.

Ex uoluntate carnis.) Annotandũ neq; carni, neq; uiro, neq; deo, suum apponi articulum, ut speciẽ carnis aut uiri designari intelligas, nõ hanc aut illam carnẽ aut uirũ. Atq; his tribus, sanguinibus, carni & uiro opponit̃ deus, item absq; articulo. At Laurẽtius mauult hoc loco geniti sunt & nati ἐγεννήθησαν. Præterea nõ est in nomine eius, sed in nomẽ εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Quanq; his promiscue utuntur Euangelistæ, credere illi, & credere in illum, & in illo, confiteri illum, & confiteri in illo, baptizari in nomen Christi, & baptizari in nomine Christi. qua de re compluribus uerbis disputat Valla, si quis forte requiret. Articulus cur nõ additus.

Et uerbum caro factum est.) καὶ ὁ λόγος, id est, & uerbum illud, nempe de quo tam sublimia diximus. Ac recte sanè locis compluribus admonuit Augustinus, caro hic positum pro homine, partim ut excluderetur error Apollinaristarum, qui negabant Christo Caro p toto homine.

animam

animam fuisse humanam.partim, ut euidentius esset miraculum,coniuncto uerbo cum carne,quæ pars est hominis crassissima. Idq; dictum est iuxta idioma sermonis hebraici, qui totum hominem,nunc animæ,nunc carnis appellatione notat. Cæterum quando sermo græcus anceps est,habitauit inter nos,aptius erat quam in nobis ἐν ἡμῖν,& si Chrysostomus diuersam sequitur interpretationem. Et uerbum habitauit.) ἐσκήνωσεν, à tabernaculis dictum est, quod aliàs uertit nidificare, ut intelligas temporariam apud nos habitationem. Et uidimus.) ἐθεασάμεθα, id est,spectauimus, siue conspeximus, ceu nouum & admirandum spectaculum. Gloriã quasi unigeniti.) Laurentius mauult, tanquam unigeniti,quod uere esset unigenitus. & in hoc uerbo philosophatur nonnihil Chrysostomus, interpretans ancipitem apud Græcos uocem ὡς, quæ tamen hic non sonet assimulationem,sed speciem ueri exhibitam. ueluti si descripto regio apparatu subijcias,Incessit tanquam rex,id est,apparatu regio. Et unigeniti non est hic participium,sed nomen, μονογενοῦς, unici.unde quod sequitur à patre,magis pertinet ad gloriam, quam ad unigenitum. Spectauimus gloriam eius,gloriam inquam non quamlibet,sed gloriam à patre exhibitam,quæ declararet eum esse unicum filium. Sentit enim opinor de baptismo Iesu & transfiguratione,cũ audita est uox patris,Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est,ipsum audite. Plenum gratiæ & ueritatis.) Plenum hic nominandi casus est,non accusandi πλήρης,& refertur ad ὁ λόγος,quod & ipsum Græcis est generis masculini,ut sit sensus,uerbum illud caro factum est, plenum gratiæ & ueritatis. Alioqui uerba hæc magis uidebantur cohærere cum Ioanne qui sequitur,ut legamus,plenus gratia & ueritate, Ioannes testificatur de illo,ut accipiamus Ioannem hac præfatiuncula commendatum,quo plus ponderis habeat illius testimonium, Etiamsi non sum nescius interpretes omnes hoc ad Christum referre, non ad Ioannem. Verum quoniam duriuscule cohæret cum superioribus,lectorem admonendum putaui, quo rem expendat. Atq; hæc quidem ita uelim accipiat lector,uelut ab admonente dicta, non tanquam à dogmatis autore. Nam quod sequitur, de plenitudine eius accepimus omnes, magis pro hac facit sententia. Siquidem illic plenus gratiæ & ueritatis,de Baptista dicebat Euangelista,hic Ioannes ipse fatetur suam plenitudinem ab illo fonte fluxisse. Nec est nouum in literis diuinis, & alios sanctos plenos gratiæ ac perfectos dici, ne quis putet hoc uni Christo tributum. Quãdoquidem Stephanum plenum spiritu sancto legimus in Actis, & Zacharias legitur repletus spiritu sancto, & Baptista replendus spiritu dicitur ex utero matris suæ. Rursum in actis apostolorum, omnes qui conuenerant, dicuntur repleti spiritu sancto. In eodem opere,Saulus plenus spiritu sancto legitur, & ipse iubet ut impleamur spiritu sancto. Verum, ut dixi, super hac re nihil definio, sequatur quisq; quod magis probarit. Deinde noue mutauit subito tempus uerbi μαρτυρεῖ.& κέκραγεν, id est, testificatur & clamauit,nisi forte præteritum usurpatum est uice præsentis. Sic enim legit interpres Cyrilli,testificatur & clamat. At is qui Chrysostomum transtulit,legit testimonium perhibet,& clamabat. Qui post me uenturus est, ante me factus est.) ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν. Participium ἐρχόμενος à uerbo ἔρχεται est,quod ad utrunq; tempus solet accommodari,præsens ac futurum. Quanq; hoc loco, si cui placet tempus præsens,uertendum erat per præteritũ,propterea quod adhæret uerbo præteriti temporis γέγονεν,ad hunc modum, Qui cũ post me uenerit,ante me factus est.ut intelligamus Christum & serius natum fuisse, & serius prædicare cœpisse q̃ Ioannem,sed tamẽ autoritate anteuertisse,id quod solet accidere gnauis curforibus, ut serius digressi à linea,assequant̃ ac præcurrant eum qui multo ante discesserat. Et in hanc fermè sententiam edisserit Cyrillus. Chrysostomus ἐρχόμενος, exponens prædicaturus, altiora quædam mauult sectari ob Arrianos,qui hinc filium dei creaturã esse uolebant. Verum haud scio an ad huius loci sensum accommodatiora. nam factus est,positum est,pro eo quod est cœpit esse. Qui post me ueniebat,cœpit esse ante me,hoc est,qui sequebat̃ iam præcessit. Neq; enim Christus usquam simpliciter dicitur factus in literis diuinis, licet dicatur factus homo, factus hominibus notior. atqui isto pacto non est factus ante Ioannem,qui fuerit natu minor Ioanne. Ad hæc,ante,Græcis est ἔμπροσθεν non πρό, ut intelligas præcedentem. id quod subnotauit & diuus Augustinus.

Inter nos. In nobis.

Quasi pro tanq; ὡς.

A patre.

Plenum gratiæ,utrũ ad Christũ,an ad Ioannem referendum

Pleni gratia dicti sunt & alij sancti.

Ante me factus est,quõ accipiendũ.

Et prior me erat.) Prior, positum est pro potior ac potētior, siue celebrior, quanquam græce est πρῶτος primus, superlatiuū uice positiui. Verum si prior erat, quomodo factus est prior? Sed quod erat, cœpit & agnosci. Rursum cum id temporis notior Christo esset Ioannes, quomodo iam prior factus dicitur? Chrysostomus putat more prophetarum præteritum uice futuri positum, hoc est, factus est, pro futurus est. Iam illud quia prior me erat, diuus Augustinus uidetur ad tempus referre, cum ait, Prior me erat, quia in principio erat uerbum. Mihi uidetur ad dignitatem pertinere, qua Christus etiam ut homo, maior erat Ioanne. Rursum post me uenit; ad natiuitatem refert, cum iuxta Chrysostomum magis ad prædicandi tempus attineat. Neq; enim magnopere referebat ad autoritatem, si Ioannes tribus aut quatuor mensibus Christo grandior erat.

Prior. Potior.

Quomodo Christus prior factus cū prior esset

De plenitudine eius accepimus omnes gratiam pro gratia.) Admonet Augustinus ex Græcorum codicum autoritate coniunctionē hoc loco addendam. Accepimus omnes, & gratiam pro gratia. Atq; ita scriptum comperi in peruetustis exemplaribus, quorum alterum exhibuit bibliotheca diui Pauli apud Londinum, alterum collegij canonicorum Corsendoncensium iuxta inclytam Brabantiæ Antuuerpiam. Quanq; Chrysostomus sic interpretatur, quasi coniunctio, &, non copulet hoc loco, sed interpretetur & explicet. Lex Mosaica nonnullam habebat gratiam, plenitudinem nō habebat, At ex Christi plenitudine accepimus omnes, nimirum gratiam euangelicam pro gratia naturæ & legis Mosaicæ. Nec illud opinor omittendum, quod Chrysostomus homilia. 13. admonet hæc uerba, De plenitudine eius accepimus omnes, & gratiam pro gratia, non ad Baptistæ solum, sed Euangelistæ personam esse referenda. Sic enim scribit, Et testimonium suum baptistæ testimonio coniungit. Hæc enim particula, de plenitudine eius nos omnes accepimus, non præcursoris uerbum est, sed discipuli. Id clarius efficit & pronomen nos, additum apud Græcos. Nam ij, quibus loquebatur Ioannes, nondum de plenitudine illius acceperant. Vulgarius tamen ad Baptistæ personam refert, ut sit sensus, Nos prophetæ quicquid habemus, ab hoc hausimus, ut nos non referatur ad auditores, sed ad ordinem propheticum. Per Iesum Christum facta est.) Nequis frustra hic somniet mysterium in facta est, idem est uerbum quod primum uertit, facta sunt, & factum est, deinde fuit homo, Rursum, ante me factus est. Ergo facta est hoc loco, magis est, cœpit esse, siue orta est, aut, quod uerbum arridet Vallæ, extitit. Deum nemo uidit unquam.) Fortasse mirabitur quispiam hic non apponi Græcum articulum, θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. Verum opinor ob id omissum, quod hoc loco deus, neq; hac ponitur ratione ut distinguatur à cæteris diis, neq; pro certa persona, sed potius pro ipsa deitate, quando hoc uerbo usus est & diuus Augustinus. Ad eundem modum paulo superius, Sed ex deo nati sunt, ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν. Sentit enim diuinam quandam generationem diuersam ab humana. Ipse enarrauit.) Annotauit & hanc uocem Chrysostomus, qua uult expressiorem ac certiorem declarari doctrinam, Siquidem Græcis est ἐξηγήσατο. & ἐξηγήματα dicuntur commentarij, quibus explicatius explanatiusq; edisseruntur obscurius dicta. Quod enim tectius dixerat pater prophetarum oraculis, id filius explicuit, atq; id quoq; ad plenitudinem, cuius modo meminit, pertinet. Quia non sum ego Christus.) Aut uertendum erat omissa coniunctione, non sum ego Christus, aut confessus est se nō esse Christum, mutata persona pronominis, Aut quemadmodum nos uertimus, Confessus est inquiens, non sum ego Christus, quod ipsa Baptistæ uerba, sic uelut ab ipso loquente recitata, nonnihil ad emphasim fidei facere uiderentur. Alioqui quid aliud exprimebatur hisce uerbis, nisi Baptistam confessum esse quod Ioannes euangelista non esset Christus. Et tamē illud interim donamus, quia coniunctionem accipi posse ἐιδικῶς, sicuti quod. Quod si non donetur, sensus erat, ideo Baptistam fuisse confessum, quod euangelista Christus non esset. Nec est quod hic reclament patres. Intelligebamus sensum qualibuscunq; uerbis designatum, quorsum opus id admonuisse? Intelligebamus, non quod latine sciremus, sed quod huiusmodi solœcismis essemus assueti. At quanto simplicius ita reddere sententiam euangelistæ, ut non sit opus hac gratia nouam discere balbutiem, sed quisquis latine norit, protinus intelligat. Verum ad huiusmodi minutula sæpenumero sciens ac prudens conniueo, ne lectori moueam nauseam.

Et gratiam pro gratia

Facta est, ꝙ extitit

Articulus omissus cū de patre loquī uideat

Sermonis absurditas

Facilius semel discit latina lingua, ꝙ multæ balbutiendi species.

Dirigite

Dirigite uiam domini.) εὐθύνατε, id aliàs redditum est, rectas facite, quod alij Euangelistæ dixerunt ἑτοιμάσατε, id est, parate. Flexus enim eius facit, quo minus prospicias aduentantem, & Hebræis est יַשְּׁרוּ, quod nō abhorret à uerbo Ioannis. Iubet enim amoliri obstacula malarum cupiditatum, quæ faciunt ne Christum aduentantem possint cernere. Si tu non es Christus, neq; Helias, neq; propheta.) Christo appositus est articulus ὁ χριστὸς, quo unicum illum exprimeret. Heliæ, nec hic, nec superius apponitur, quod unus tantum esset Helias, quem quidam putabant reuicturum, & Christi aduentum prænunciaturum esse, iuxta quod legitur apud Malachiam cap. quarto, Ecce ego mittam uobis Heliam prophetam antequam ueniat dies domini. Proinde fuisset otiosus articulus, cum nihil esset quod discerneret. Sed quæri poterat, cur hic prophetæ non prætulerit articulum, οὔτε προφήτης, cum paulo ante addiderit, propheta es tu? ὁ προφήτης εἶ σύ; Verum solutio in promptu est. Nam cum interrogant ὁ προφήτης εἶ σύ; non interrogant illic simpliciter an propheta sit quispiam, sed an ille propheta, quem uelut eximium pollicitus est Moses Deuteronomij decimooctauo, Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus. Hic sentire uidentur Ioannem nullo modo esse prophetam, Etiamsi in nonnullis Græcorum exemplaribus additur articulus utrobiq;. Atq; ita Chrysostomum apparet legisse, uel hoc argumento, quod cum annotarit alibi ὁ προφήτης dictum cum articulo, nullum mouerit scrupulum de articulo mox omisso.

ὁ προφήτης ppheta ille.

Stetit ꝑ stat.

Medius autem uestrum stetit.) Melius legatur, ut in Aggæum citat diuus Hieronymus, Medius autem uestrum stat. quod frequenter in his uerbis præteritum tempus pro præsenti usurpetur, quemadmodum iam locis aliquot admonuimus.

Ipse est qui post me uenturus.) Totidem uerbis repetit ea quæ superius posuerat, de quo iam admonuimus. Cuius non sum dignus.) Eius, ex superfluo repetitum est iuxta proprietatem sermonis Hebraici. Hæc in Bethania facta sunt.) Admonet etiam Chrysostomus & huius emulus Vulgarius in uetustioribus & emẽdatioribus exemplaribus non legi Bethaniam, sed Bethabaran, quod Bethania non sit trans Iordanẽ, nec in deserto, sed citra Iordanem proxima Hierusalem. Suidas aut quisquis is fuit alius hominumue, deûmue, corrigit hunc locum, & pro Bethania supponit Thabara Θαβαρά. Ex locis hebraicis diui Hieronymi nihil admodum comperti licuit excerpere, quod istorum uitio deprauata sint apud omnes autores bonos omnia. Quanquam is eodem in ordine meminit Bethaniæ uillæ, quæ absit ab Aelia, hoc est, Hierosolymis bis mille passus, in latere montis oliueti, ubi Christus Lazarũ amicum reuocarit in uitam. Ac mox subijcit Bethaibam, quæ fuerit trans Iordanem, ubi Ioannes baptizauit in pœnitentiam. Vnde Hieronymi quoq; tempore durabat consuetudo, ut qui cuperent in Christo renasci, eo in loco uitali gurgite abluerentur. Neq; dubium esse puto, quin hic sit locus, quem designat Ioannes, utcunq; uariatum est loci uocabulum. maxime cum protinus coargui possit, Bethaniam ultra Iordanem non esse, nec in deserto. Quod si quis cauilletur ad rem nihil attinere, quo sint hæc gesta loco, sciat secus sensisse Euangelistam, qui ad rei narratæ comprobationem putauit attinere loci quoq; testimonium.

Stetit ꝑ stat.

Bethania ꝑ Bethabara.

Thabara.

Bethaiba.

Locus ad testimonij pondus facit.

Altera autem die.) τῇ ἐπαύριον, id est, postero die siue postridie, ut intelligas diem proxime secutum. Nec est uidit, sed uidet βλέπει præsentis temporis. Habet autem hæc temporis ἐναλλαγὴ miram gratiam in narrando, cum imaginamur iam geri quod gestum narramus. Hæc leuicula non tam subinde admonerem, ni perspicerem hanc diligentiam, uel illud præstaturam, ne posthac codices sacri facile queant deprauari, aut si deprauati fuerint, his adminiculis possint restitui.

Temporis enallage.

Agnus dei.) ὁ ἀμνὸς, id est, ille agnus, ut unicum & insignem agnum accipiamus, de quo dixerit Esaias, Velut agnus coram tondente obmutuit. Indicauit & hoc Chrysostomus. Peccata mundi.) τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, id est, peccatum mundi, numero singulari. Ac plus quiddam expressit, quam si dixisset, peccata. Hic agnus, ipsa est innocentia. & solus à suis tollit peccatum, hoc est, ipsam tyrannidem, & uim omnium peccatorum, ut iam nullum sit in eis peccatum. Nam quemadmodum idem Ioannes in epistola sua, summam omnis impietatis & ceu mundum uitiorum omnium malignitatem uocat, cum scribit mundum in maligno positum, ita hic peccatum mundi uocat

ὁ ἀμνὸς, ille agnus.

Peccatū non peccata.

omnium

omnium uiciorum colluuiem. Cõsentiunt cum græcis exemplaribus duo uetustissimi co dices, quorum testimonium nõ semel adduximus. Deniq; sic hunc adducit locum Orige nes homilia in Numeros decima. Rursũ eiusdem operis homilia uicesima quarta. Anno/ tatum est & illud à doctis, quod dixerit αἴρει, id est, tollit, non remittit, uel quia penitus tol lit, non ut Ioannes, uel quia in se recepit. tollimus enim onera, quæ nobisipsis imponimus. Annotauit & temporis rationem Chrysostomus, non esse dictum tulit aut tollet, sed tol/ lit, uerbo præsentis temporis, quod ab illo semper proficiscatur omnis purgatio criminum. ueluti dicas, elleborum purgat cerebrum, significans illi perpetuam & natiuam inesse uim purgandi capitis. Id eo libentius admonuimus, quod tollit facile uerti poterat in tollet scri barũ uicio. Venit uir.) Venit, præsentis est temporis, aut certe futuri ἔρχεται. Quod ante dixerat per participium ὀπίσω μου ἐρχόμενος, hic per uerbũ extulit, quanq; in utro/ q; anceps est temporis significatio, & tamẽ interpres illic per uerbum futuri temporis red didit, hic per uerbum præsentis temporis, etiamsi sensus fermè idem existit. Iam enim suc cedere cœperat Iesus in prædicationem Baptistæ, & illo extincto, prorsum erat successu/ rus. Iam tum igitur qui prius sequebatur, dicitur anteuertisse, cum tam insigni patris testi/ monio commendatus esset. Ego nesciebam eum.) Malim interpretari, & ego non noueram eum, præsertim cũ ita sonent Græca, κἀγὼ οὐκ ἤδειμ αὐτόν. & ad huius loci quæ/ stionem explicandam lectio hæc est accommodatior. Nam dictu mirum quàm sese tor/ queat hic diuus Augustinus, dum conatur expedire, qui consistat, ut cum Ioannes paulo ante baptismum dixerit, ego abs te debeo baptizari, & tu uenis ad me? nunc dicat se igno rasse quis esset, anteq; spiritus columbina specie descendens Christum designasset? Nimi rum intelligebat esse Messiam, à quo fatetur sibi baptismi munus fuisse postulandum. Ex hac difficultate sic conatur elabi, ut dicat & ante Ioãnem nouisse Christum, sed quiddam tamen ex indicio spiritus didicisse quod prius ignorarat, nempe hoc, quod sibi Christus reseruasset baptizandi autoritatem, id colligi ex his quæ sequuntur, Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Atque equidem hanc interpretationem id temporis oportunam fuisse puto refellendis hæreticis, qui contendebant rebaptizandos esse, qui à malis episcopis es/ sent baptizati (Etenim si Christus est autor baptismatis, sacerdos nihil aliud quam mini/ ster, non par est, ob ministri uicium irritari boni autoris beneficium.) Cæterum ut inge/ nue, sed tamen cum pace tanti uiri dicam, coactam, uiolentamq;, quam sensus etiam com/ munis respuat. Primum enim si ideo baptismus non datur homini puro, quod uis baptis/ mi fluat ab ipso Christo, hac ratione nullum sacramentum est homini datum, quandoqui dem in omnibus Christus est, qui largitur uim & efficaciam, sacerdos nihil est aliud, quàm alienæ liberalitatis administrator. Neque quisq; unq; hæreticorum tam crasse delirauit, ut sibi sumeret autoritatem suo nomine baptizandi, sed iuxta præscriptum euangelicum, In nomine patris & filij & spiritus sancti. Mirum igitur est hoc unum latuisse Ioannem, quod & malis hominibus est notum, & cum cætera sciret omnia, ob hoc unum spiritum sanctum descendisse de cœlo, ne diutius hoc nesciret. Iam quod nusq; in scriptura sacra le gitur quisquam hominum dixisse baptisma suum, cum Paulus suum dicat euangelium (nam & hoc argumẽtum adducit Augustinus) Responderi potest, publica ecclesiæ con suetudine comprobatum, receptumq;, ut his uerbis peragatur baptismus, Ego baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Si baptismus Græcis idem est quod latinis ba/ ptizatio, & utique baptizatio est eius qui baptizat, sicut scriptio eius qui scribit, quid ue/ tat aliquo modo baptismum hominis uocari? nõ uelut autoris, sed uelut ministri. Alioqui quo ore dicit baptizo, si non baptizat? At Paulus suum alicubi dicit euãgelium, sed idem aliàs appellat euangelium dei, & euãgelium Iesu Christi. Dei, uelut autoris, Christi, quod is primus prædicauerit, autor & ipse. Pauli, qui muneris huius functionem à Christo de/ legatam susceperit, quemadmodum idem & cæteris apostolis prædicandi, baptizandiq; uices mandauit, ut irent in orbem uniuersum, prædicarent euangelium omni creaturæ, ba ptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Chrysostomus ingenue fatetur, Christum diu fuisse ignotum Ioanni, quod probabile sit eum qui nullis adhuc penè mira culis uulgo innotuisset, Ioanni qui pleranq; ætatem in deserto exegerat notum nõ fuisse. nam miracula quæ de Christi infantia circumferantur fabulas esse. Explicat autem nodum

Tollit præsẽ/ tis temporis

Quomodo Ioannes nõ. nouit Chri stũ, quẽ ante digito osten derat alijs.

Pẽsitata Au/ gustini inter pretatio.

Baptizat & homo.

Euangeliũ Pauli.

Euangeliũ dei.

Solutio Chrysosto/ mi.

Infãtia Iesu fabulosa.

hac ratione,ut dicat id quod dictum est,Et ego nesciebam eum, non esse referendum ad proximum tempus quo Iesus uenit ad baptismum,sed ad longinquius,quo nondum miraculis inclaruerat. Atq; ea temporis longinquitas rectius opinor explicatur per præteritū pluscq̃perfectum,& ego nō noueram eum. Quanq̃ mihi ne hæc quidē interpretatio per omnia satisfacit,quod ipsa sermonis series planè declaret Christum ignotum fuisse Ioanni donec columbæ indicio certior esset factus,sic enim legimus, Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua,ille mihi dixit,Super quem uideris spiritum descendentē. Nec huius est instituti,nec meæ tenuitatis est huiusmodi nodos explicare, Verūtamē admonere lectorem fas est,ut expendat num simplicius sit,dicere diuino consilio factum,ut Ioanni gradibus quibusdā Christus innotesceret,quo certius esset & exploratius illius de Christo testimonium. Quemadmodum passus est & apostolos contantius credere,quo nobis certius fidem facerent eorum quæ ipsi nō temere credidissent. Cum diceret Ioānes, Ego abs te debeo baptizari,& tu uenis ad me? magnum quendam & eximium uirū agnoscebat,qui suo baptismo non egeret,nondum certus hunc esse filium dei. Proinde nesciebat eum,quatenus nondum compertum habebat,signo nondum ædito,quo pater id certum esse uoluit,eo prodito,libere ac palam cōfessus est filium dei. Sciebat aut uenisse,aut iam uenturum Messiam,an is esset,nōdum explorato nouerat. Ac subinde repetit,& ego nesciebam eum. partim ut ipse tandem certissimo argumento intelligatur agnouisse, quē prius non nouerat,partim,ne minus ponderis haberet Ioannis testimonium,si cognato & familiari redditum uideretur,nūc datur ne de facie quidem noto,nec aliter cognito,cq̃ indicio symboli cœlestis. Neq; uero me fallit ilico reclamaturos hic , quibus illud unice studio est diuorum doteis in immensum attollere,quasi indignum sit,si Ioannes qui nōdum natus spiritu prophetico Christum nondum natum senserit , eum iam grandis ignorarit. Verum etiam atq; etiam uidendum istis,ne dum nimium laudes sanctorum exaggerant, non satis habeant rationem sapientiæ consiliiq́; diuini,qui sic totum incarnatiōis & redemptionis negocium temperauit,ut alia uia non potuerit efficacius fieri. Et moderatius feret hoc de Ioāne dici,qui tale quiddam meminerit à Chrysostomo tribui uirgini matri, quæ humano quodam affectu dixerit filio, uinum nō habent. Sed præstat ipsius uerba subscribere,ea sunt in Ioannem homilia uicesima. Optabat enim,inquit,ut iam hominum gratiā conciliaret,& ipsa clarior filij gratia efficeretur, & fortasse aliquo humano afficiebatur affectu,quemadmodum & fratres eius,cum dixerunt,Ostēde teipsum mūdo, cupidi eius miraculis sibi famam comparare. Ideo asperius respondit , Quid tibi & mihi est mulier? Et aliquanto inferius,Siquidem nōdum debitam de ipso opinionem habebant,sed more matrum Maria,iure omnia filio se præcepturam censebat,cum tanq̃ dominum colere & reuereri fas esset . Si nihil uolumus latuisse Ioannem, autore Augustino,ignorauit,quod penè pugnat cum ratiōe Christi. Cum enim Christus esset fons & autor salutis,& baptismus ad salutem est ianua,qui potest nescire baptismi ueri autorē esse Christum,qui Christum esse nouerit? Perinde quasi deum norit aliquis, qui nesciret an summe sapiens esset. Atq; idem omnium consensu dubitauit,num descensurus esset ad inferos, cum mittit discipulos percontatum, Tu es qui uenturus es,an alium expectamus? Atq; hac quidem in re nihil pronuncio, Tantum erudito lectori cogitandi materiam subministro,libenter amplexurus, si quid illi rectius suggesserit Christi spiritus. Sed ut manifestet in Israel.) Græcis abest præpositio ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραὴλ. atq; ita legisse Chrysostomū apparet ex homilia 20.

Opinio Erasmi.

Christus de facie ignot⁹ cognato.

Chrysostomus gradus fidei ponit etiam in Maria.

Ioānes quædam ignorauit.

Altera die.) Rursus ἐπαύριον, id est,postero die,quod modo admonuimus.

Et respiciēs Iesum.) ἐμβλέψας .i. intuitus,ut ipse cum aliàs sæpe,tum mox uertit, Intuitus autē eum Iesus dixit. Nam proprie respicit, qui flexo in tergum uultu aspicit . Atq; ita sanè uertit interpres paulo post, Intuitus autem eū Iesus dixit , Tu es Simon filius Iona.

Idē uerbum uarie uertit interpres.

Vbi habitas.) ποῦ μένεις, .i. ubi manes. idē est uerbū quod eodē in loco nūc uertit manere,nunc habitare. Et uiderunt ubi maneret, ποῦ μένῃ. Et rursū,apud eū manserunt παρ' αὐτῷ ἔμειναν. Id admonere uisum,ne quis in uerbis philosophari cupiens,labi possit.

Quasi pro ferme.

Hora autē erat quasi decima.) Nōnullis nō probatur quasi,pro fermè,& fateor inusitatius esse apud autores emendate loquentes. etiāsi sic alicubi loquitur Suetonius . Quanq̃ apud hunc & alia quædā reperiuntur noue dicta. Porrò hora nominata non solū ad fidē narrationis

narrationis facit,uerum etiã ad explicandã auiditatẽ apoſtolorum, qui cum eſſet tempus ueſpertinum,tamen ambiunt ut cum Chriſto priuatim colloquantur,ſimulq; mirã Chriſti humanitatem,qui non iuſſerit eos poſtridie ad ſe redire,excuſans noctẽ imminentem.

Tu es filius Ioãna.) ὁ υἱὸς ἰωνα .i. filius Iona,quod Hebraice בַּר יוֹנָה bar iona,quod alibi uertit filius Ioãnis. In uno uetuſtiſſimo codice ſcriptũ repperi,filius Iona nõ Ioãna,iuxta Græcã lectionẽ. Bar iona.

Vocaberis cephas quod &.) Cephas Hieronymus in Hebraicis nominibus negat Hebræũ eſſe uerbũ,ſed Syrũ,& apud illos ſonare ſolidũ.unde qui tradunt græcorũ nominũ ἐτυμολογίας, & πέτρα hinc dictã uolunt,quod non facile moueatur. Cephas Syrum uerbũ.

In craſtinum.) ἐπαύριον, quod ſuperius bis uertit altera die, tandẽ mutauit in craſtinũ. at ne id quidem ſatis latine aut cõmode,cum dicendum eſſet,poſtero die,aut poſtridie. Petra a ſtabilitate.

A Bethſaida ciuitate.) Græce eſt, ἀπὸ βηθσαϊδὰ ἐκ τῆς πόλεως .i. à Bethſaida de ciuitate, quaſi Bethſaida ſit regio in qua ſit ciuitas .Quanq; diuus Hieronymus in locis Hebraicis oſtendit Bethſaidam eſſe ciuitatem Galilææ, uicinam ſtagno Genezareth , patriam trium apoſtolorũ,Andreæ,Petri,Philippi. Vnde uidetur ἐκ præpoſitio ſupereſſe , præſertim cũ nec apud Chryſoſtomũ uerſum addatur,nec apud Cyrillũ, nec in uetuſtis latinorũ exemplaribus.niſi forte hoc ſuo more dixit Ioãnes,ut in ſuo quiſq; ſtilo habet aliquid peculiare. Nã proximo capite ſimili forma eſt uſus, ὡς δὲ ἦν ἐν ἱεροσολύμοις ἐν τῇ πάσχα, ἐν τῇ ἑορτῇ .i. cum autẽ eſſet Hieroſolymis in paſcha,in feſto. Cũ appoſitiue cohæreant paſcha & feſtũ, ceu genus & ſpecies,tamẽ iterauit præpoſitionẽ,perinde quaſi dicerẽ,Accepi literas à præceptore à Philippo,pro,à præceptore Philippo.Et apud Vulgariũ græcũ cõperio præpoſitionẽ additam. Peculiaris ſermo Ioannis.

Inuenit Philippus Nathanael.) Inuenit prima ſyllaba acuta pronũciandum eſt, eſt eñ præſentis temporis, Quãq; latinius erat reperit ἑυρίσκει ueluti obuiũ . Ac paulo ſuperius, inuenimus Meſſiã. Etiãſi Chryſoſtomus diuerſum approbat ſenſum, cũ ait, Inuenire eñ quærẽtis eſt . Verũ huius rei arbitriũ penes lectorẽ eſto.Admonet hic idẽ Chryſoſtomus additum articulũ, cũ unicum illum Chriſtũ Iudæis promiſſum & expectatum uellet intelligi, τὸν μεσσίαν. Alioqui reges omnes meſſiæ dicuntur & Chriſti:

Filiũ Ioſeph à Nazareth.) An fuit Ioſeph Nazareus,an Chriſtus? Nam latinus ſermo prorſus anceps,cũ Græce ſit expeditus ac certus, τὸν ἀπὸ ναζαρὲθ, hoc eſt,Nazarenũ,ſiue è Nazareth oriundũ.Id ne cui dubiũ eſſe poſſit,facit articulus præpoſitioni præpoſitus. Ieſus filius Ioſeph. A Nazareth ,pNazare?.

A Nazareth poteſt aliquid.) Græci legunt pronunciatiue,cũ per interrogationẽ quoq; poſſit accipi,quẽadmodũ annotauit & diuus Auguſtinus,tametſi quod conſequitur magis ſuadet,ut per interrogationẽ legatur,quod uideatur uelut interroganti reſponſum,ueni & uide.Atq; hunc in modum legit Chryſoſtomus,indicans hanc interrogationem eſſe hæſitãtis de nomine loci,cum prophetia promiſiſſet Chriſtum proditurũ ex Bethlehem. Varia lectio.

EX CAPITE SECVNDO.



IN Cana Galilææ.) Hieronymus indicat duas eſſe Canas,maiorẽ iuxta Sidonẽ,& minorẽ in tribu Aſer.ad diſtinctionẽ igitur alterius additũ eſt Galilææ,τῆς γαλιλαίας.Eſt eñ in Galilæa gentiũ oppidum quod Hieronymus in Hebraicis locis teſtatur ætate ſua adhuc extitiſſe. Canæ duæ.

Quid mihi & tibi.) Græce reddidit,nã latine dicendũ erat,quid mihi tecum? τί ἐμοὶ καί σοί; Hydriæ græca uox eſt. Nã Plautꝰ uocat aqualem. quãdoquidẽ & ὑδρία ab aqua nomẽ habet græcis. Metretas duas .i. cados,quãq; utraq; uox græca eſt,ſed latinis uſurpatur cadus, apud Horatiũ,Nardi paruus onyx eliciet cadũ,atq; apud Plinium.Metreta eſt apud Catonẽ & Columellã.Eſt autẽ cadus ſiue metreta mẽſura congiorũ decẽ,ut docet copioſius noſter Budæus,libro de Aſſe quinto,ſi quis forte plura deſyderabit. Metreta. Cadus.

Architriclino.) Græca uox eſt,ſignificat eũ qui præfectus eſt apparãdo cõuiuio. Triclíniũ locus tribus cõſtratũ lectis ad diſcumbendum. Architriclinus a tribus lectis accubitorijs.

Vſq; adhuc.) ἑώς ἄρτι .i. uſq; nunc,ſiue uſq; ad hoc tempus.

Numularios ſedentes.) κερματιστὰς dixit,nõ τραπεζίτας .i. mẽſarios.Sunt autẽ κέρματα minutiæ æris,unde cermatiſtæ , qui maiores nũmos minutulis cõmutant nõ ſine quæſtu, qui mos & hodie durat apud Italos.

Et cum feciſſet quaſi flagellum.) Quaſi,nõ addit in græcis codicibus, ☞ ποιήσας φραγγέλλιον .i.facto flagello. Latina uoce uſus Euãgeliſta.

Oues quoq; & boues.) Non eſt quoq; Græcis, ſed quæ, τὰ πρόβατα, oueſq;.

Zelus domus tuæ comedit me.) Extat id teſtimoniũ pſalmo ſexageſimo octauo.

Soluite templũ hoc &c.) ἐγερῶ

Græca uox anceps est ad id quod est excitare iacentẽ, dormiẽtẽ, aut mortuum, & excitare ædificium, hoc est, extruere. Nam & in hunc sensum usurpatum comperimus excitare.

Annotatio frigida de noie Adam.

Quadraginta sex annis.) Quanꝯ alienius est à nostro instituto, tamen admonere uisum est, quod serio nec semel indicat Augustinus, hunc numerũ reperiri in nomine Adã si græcis scribaẽ literis ἀδὰμ, quo geminũ alpha notet duo, delta quatuor, my quadraginta. Id cõmenti, quanꝯ ab alijs repertum ac proditũ est, ut ipse testatur, demiror tamen tã graui uiro tãtopere arrisisse, cum ne quid aliud dicam, Hieronymus rideat Græcã allegoriã in uocabulis Hebraicis. Fortasse nõnihil fuisset, si hisce literis apud Hebræos hic numerus signaretur. Huic simillimũ est, quod annotauit quatuor literis quibus scribiẽ Adam designari quatuor plagas, ἀνατολὴν, δύσιν, ἄρκτον, μεσημβρίαν, Quod quidẽ & ante hunc annotauit diuus Cyprianus. sed homo fuit uterꝯ. Quod ipse nosset omnes.) Omnia est Græce τὰ πάντα, in nonnullis, in alijs secus.

EX CAPITE TERTIO.

Renatus ꝓ natus.

Quod à deo ueneris magister.) Magister nominandi casus est, nõ uocandi, deus te doctorẽ misit, nõ homo, Nã διδάσκαλος est, licet magister usurpatũ reperias pro doctore. Nisi quis renatus.) γεννηθῇ .i. genitus siue natus fuerit. Et in antiquissimis codicibus latinis, natus fuerit, est, non renatus. Valla genitus mauult, quod è uiro quoꝯ gignatur aliquis, cũ è muliere nascamur.

Naſci denuo ἄνωθεν.

Quomodo potest homo renasci.) γεννηθῆναι .i. nasci siue gigni, cõcordantibus & antiquis nostris. Itẽ in sequẽtibus nasci est nõ renasci. Et nasci denuo.) ἄνωθεν, quo aduerbio usus est & Lucas in præfatione euangelij sui, quod nos uertimus ab integro. Chrysostomus annotauit græcam uocẽ ancipitẽ esse, nam idem pollere quod πάλιν .i. iterum, ut referatur ad tempus retroactũ, aut ἄνωθεν ἄνω .i. superne siue de supernis. In quẽ sensum usurpatur Ioannis cap. 19. Nõ haberes potestatẽ in me ullã, nisi tibi datum esset desuper. Posteriorẽ sensum sequitur Cyrillus, interpretãs uelut è cœlo nasci, qui per spiritũ sanctũ renascitur. Annotauit hoc prior Origenes, edisserẽs epistolæ Pauli ad Rhomanos caput sextum, quo tamen in loco rursus Origenis interpres de suo nonnihil addidit.

Spiritus pro uento.

Spiritus ubi uult spirat.) Vbi, loci aduerbiũ est, non temporis. Valla mauult spirat quo uult, nã mox uertit ita ποῦ ὑπάγει .i. quo abeat. Est em̃ simile de flatu, re quidẽ inuisibili, sed tamẽ efficaci. Atꝯ hic spiritũ accipere uidetur pro flatu huius aeris, ut intelligas similitudinẽ duci ab hoc spiritu, re cũ nõ uideatur efficacissima, ad impetũ illius diuini spiritus. Atꝯ

Aer liber est.

ita prorsus interpretaẽ Chrysostomus homilia 25. cũꝯ hoc Cyrillus, apertissime testãs, docẽdi gratia adhibitũ exemplũ de aeris impetu, ne quis hoc meũ somniũ esse cauilletur.

Tu es magister in Israel.) τοῦ ἰσραὴλ. Israel genitiui casus, ut intelligas magistrũ eius gentis. Nec hic abest articulus, σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος, hoc est, ille doctor, cuius tã celebris est opinio. quod quo magis exprimeremus, uertimus, Tu es ille magister Israelis.

Si terrena dixi uobis & nõ creditis.) Variant hic Græcorũ codices, quidã habet, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε .i. non credidistis. Alij rursus, οὐ πιστεύετε .i. nõ creditis. Nihil igitur causæ fuerit, cur protinus radas scripturã, præsertim cum in huiusmodi uerbis præteritum tempus pro præsẽti soleat usurpari. Cæterum quod sequitur credetis, in emẽdatis exemplaribus græcis est πιστεύσητε, id est, crediturí sitis, ob uim modi potentialis.

Aſcẽdit præteriti tẽporis

Et nemo ascendit in cœlum.) Ascendit, Græcis præteriti temporis est, οὐδεὶς ἀναβέβηκεν, ne quis putet de futura ascensione intelligi. Siquidem illud agit, se ideo solum loqui de superna renascentia, quod unus omnium è cœlis descendisset.

Christ⁹ fuit in cœlo.

Qui est in cœlo.) ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ, Participiũ uerti poterat per præteritũ imperfectũ, qui erat in cœlo, uidelicet antequam descenderet. Sic enim filius hominis dicitur fuisse in cœlo, sicut dominus gloriæ dicitur crucifixus, ob proprietatum in hypostasi duas complectentem naturas communionem.

Exaltare ꝓ in altũ tollere, probum uocabulum.

Et sicut Moses exaltauit serpentem.) Sunt quibus exaltandi uerbum non satis latinum habeatur. Mihi non placuit mutare, quod uox ipsa non uideatur absona, præsertim cum apud Senecam certe non pessimum opinor autorem reperiatur, atque etiam apud Columellam.

Iudico ꝓ cõdemno.

Non enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum.) Iudicet positum est pro condemnet, quomodo subinde reperitur apud Paulum, ac cæteros, ut opponatur illi

natur illi quod sequitur, ut seruetur mundus per eum: Idem sentiendum in his quæ sequuntur, Qui credit in eum non iudicatur, Et, iam iudicatus est, Et mox, hoc est autem iudicium, iudicium pro condemnatione positum est.

Omnis enim qui male agit.) ὁ φαῦλα πράσσων, id est, qui mala agit, tametsi sensus idem est, nisi quod male agere dicitur & qui male habet.

Qui de terra est, de terra loquitur.) In Græcis exemplaribus addunt aliquot uerba, ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐστιν, καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ, id est, qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur, Perinde quasi dicas, qui è terra profectus est, is terrenus est, & terrena loquitur. Neq; enim loquitur de terra, quod erat, περὶ τῆς γῆς, sed ἐκ τῆς γῆς, hoc est è terra uelut humilia. Atque ita legit Chrysostomus, atque item Vulgarius, cumq; his Cyrillus. Ad eundem modum scriptum reperio in uetustissimis latinorum exemplaribus, Qui de terra est, de terra est, & de terra loquitur, licet in codice Corsendoncensi, manifestissima uestigia testabantur erasam hanc particulam alteram, de terra est. Augustinus legit, Qui de terra est, terra est, & de terra loquitur, id confirmant ea quæ sequuntur. Nam si non esset illuminatus, terra terram loqueretur. Cæterum parum attentus lector scripturam mutauit, quod ociosa uideretur iteratio, de terra est, de terra est, non animaduertit autem singulis opponi singula. Qui de cœlo uenit cœlestis est, hoc est, supra omnes est, & cœlestia loquitur, & cœlestia facit baptizans spiritu. Qui è terra profectus est, humilis est ac terrenus, & hinc loquitur unde est, hoc est, humilis humilia, & uterque suam refert originem. Dilucidius autem erat, si extremæ particulæ addidisset articulum, τὰ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ. Et qui de cœlo uenit.) Venit, est præsentis temporis, ὁ ἐρχόμενος, nisi quod hæc participia duobus temporibus deseruiunt, præsenti & præterito imperfecto. Atq; ita uertendum erat & ὢν, qui è terra erat terrenus est, at qui de cœlo profectus erat, is supra omnes est. Signauit.) ἐσφράγισεν, id est, obsignauit, hoc est, signo confirmauit. nam sigillum additum rem certam efficit.

Locus apud nos mutilꝰ.

De terra loqui quid.

Signat pro obsignat.

Non enim dat deus ad mensuram spiritum.) Euangelista pronomen omisit τούτῳ, siue ἀυτῷ, quod ex his quæ præcedunt & cõsequuntur satis liqueret de quo loqueretur. Id autẽ fit crebrius apud Græcos q̃ apud Latinos. Nos igitur ne quid offenderet lectorem, pronomen de nostro apposuimus in uersione duntaxat. Dictum est autem figura proverbiali. dat ad mensuram, pro eo quod est, dat parce, aut mediocriter. Qui largiter & effuse dat, nõ metitur quod dat aut numerat, sed cumulatim profundit. Alioqui gratia in Christo quatenus homo fuit, finita dici possit.

Ad mensuram dare.

Et omnia dedit in manu eius.) Incertum est an abusus præpositione, senserit omnia filio tradita in manum, an omnia nobis dari per manum illius, quod iuxta proprietatem Hebraici sermonis in præpositio significationem habeat instrumenti. sed priorem sensum Græci sequuntur interpretes, & mihi magis arridet.

Amphibologia.

Sed ira domini manet.) μένει, id est, manebit, quanq; accentu mutato erit manet μένει, atq; ita legitur in nonnullis exemplaribus, ac mea quidem sententia rectius, Fides aufert peccatum, infidelitas relinquit peccatum, manet autem quod non tollitur.

EX CAPITE QVARTO.

PEr mediam Samariam.) Mediam nõ additur, nec in Græcis codicibus, nec in antiquis latinorum exemplaribus magnopere consentiẽtibus, διὰ τῆς σαμαρίας. Atq; ita legit Chrysostomus. unde mirum uideri potest, unde hoc inoleuerit in uulgatis exemplaribus, nisi forte quispiã sic interpretatus est, per Samariam, per medium Samariæ, atq; id alius in contextum transtulit, qua quidem occasione deprehendimus complureis irrepsisse mendas.

Sedebat sic supra fontem.) οὕτως addit μιμητικῶς, ut gestus exprimat hominis lassi, uel sic, nempe quia fatigatus. Atq; hæc dictio consimilem ad modum usurpata reperitur apud Teretium, aliosq; probos autores. Et melius erat ad fontem, q̃ supra fontem, sic em̃ habebatur in uulgatis exemplaribus, licet in antiquis legitur super, non supra.

Super non supra.

Non enim coutuntur.) συγχῶνται uocem Græcam facticia latina reddidit. quis enim unq; dixit couti, aut quis intellecturus sit, couti esse commercium & mutuam uitæ cõsuetudinem

Couti mutuum habere cõmercium.

tudinem? Nam & latinis usus, familiaritatem significat. & utimur his cum quibus agimus consuetudinem. Cæterum couti & cousus inauditæ uoces sunt.

Forsitan ꝑ utiq;

Tu forsitan petisses.) σὺ ἄμ ἤτησας, tu poposcisses. Interpres pro ἄμ coniunctione expletiua, posuit aduerbium dubitantis, cum ἄμ magis affirmet. Cæterum cum apud euãgelistam utriq; uerbo sit addita coniunctio ἄμ petisses & dedisset, in priore uertit forte, & in posteriore non uertit. Atqui aut erat omittendum utrobiq;, aut utrobiq; addendum.

Neq; in quo haurias.) ἄντλημα, id est, haustrum. Nam eo uerbo usus est Lucretius, quandoquidem hauritorium Vallæ parum nitidum uidetur. Et latinius erat quo haurias, q̃ in quo haurias. Altus.) βαθύ, id est, profundus.

Et pecora eius.) θρέμματα, quæ uox omne animantis genus complectitur, ab alendo dicta. In æternum.) εἰς τὸν αἰῶνα, id est, in æuum.

Quia uirum non habeo.) Quæso quid ex hisce uerbis percipi potest, nisi mulierem dixisse, quod Christus non habuerit uirum? Vsq; adeo nihil referre putamus, quomodo loquamur, aut quid auditurus sit qui legit? Omittenda igitur erat, si usq; aliàs hoc loco coniunctio ὅτι quia, aut mutato uerbi modo, uertendum erat hoc pacto, bene dixisti te uirum nõ habere, siue bene dixisti, nõ habeo uirum. Quod si nunq; interpres omisisset græcam coniunctionem, poterat uideri superstitione factum. Cæterum cum alicubi deprehendatur omisisse, mirum cur hic putarit addendam.

Sermo absurdus.

Qui adorent eum.) τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, id est, adorantes se, siue qui adorẽt se. Apparet interpretem fugisse amphibologiam pronominis reciproci, quod accipi poterat, illos adorare seipsos. ea uitari poterat, si dixisset, qui adorent ipsum.

Quia Messias uenit.) ἔρχεται, quod Græci nõnũq; usurpant pro futuro, tametsi præsentis temporis uox est. Hoc loco magis quadrabat ueniet, propter id quod sequitur. cũ ergo uenerit ille. Et ueniet legitur in antiquis & emendatis codicibus latinis.

Et continuo.) καὶ ἐπὶ τούτῳ, id est, in hoc, siue interim. nimirum cum hæc dicerentur.

Quid ꝑ cur.

Quid cum muliere loqueretur.) ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει, id est, quod cum muliere loqueretur, siue locutus esset. Interpres pro ὅτι legisse uidetur τί. Non enim mirabantur quid esset quod cum illa fuisset collocutus, sed illud admirabantur, Christum cum Samaritana pauperula tam familiariter collocutum esse. Porrò mulierem positum est pro ea, ut hominem, aliquoties pronominis uice usurpamus. Nec enim apostolis noua aut suspecta res erat Christum cum muliere colloqui. Quod diximus, propemodum ex Chrysostomi interpretatione licet conijcere. Astipulatur nobis & ueterum exemplariorum fides, in quibus scriptum est. & mirabantur, quia cum muliere loquebatur, hoc est, mirabantur eum cum muliere colloqui. Nam quod sequitur, quid loqueris cum illa, magis uertendum erat, cur loqueris cum illa, nimirum Samaritana. Abhorrebant enim Iudæi à commercio Samaritanorum. Vidẽtur siquidem discipuli uoluisse dirimere colloquium Christi cum muliere, uerum non ausi sunt hoc facere.

Samaritani abominabiles Iudæis.

Et dicit illis hominibus.) Illis, interpres addidit de suo, nec omnino intẽpestiuiter. Græce tantum est, τοῖς ἀνθρώποις, ac rursum hominibus dictum est pro eis.

Nunquid aliquis.) μή τις, id est, nunquis.

Vt perficiam uoluntatem eius qui misit me.) Græci legunt, καὶ τελειώσω, & perficiam, atque ita Chrysostomus. licet hoc ad sensum parui refert. Et quatuor menses, Græcis unica dictio est, τετράμηνον, id est, quadrimestre.

ἔρχεται

Et messis uenit.) ἔρχεται, Poterat esse, & uentura est.

Quod adhuc.) Cõiunctio ὅτι non erat uertenda, cum ipsorum uerba referat.

In hoc est sermo uerus.) ὁ λόγος cum articulo, ut intelligas de eo sermone quẽ modo dixerat. Porrò præfatus est uerum esse, cum rem nouam & incredibilem subijciat.

Propter sermonem eius.) Eius, ad Christum referendum est, non ad mulierem, διὰ τοῦτο, unde melius erat ipsius.

Saluator mundi.) Græci addunt Christus, ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου ὁ χριστός.

Regulus βασϊλίσκος.

Quidam regulus.) τὶς βασιλικὸς .i. quidam regalis, Tametsi legendum opinor βασιλίσκος, etiamsi constanter reclamant Græcorum exemplaria. quin & interpretes, qui scribunt in hoc euãgelium, hunc basilicon dictũ aiunt, uel quod esset generis regij, uel quod magistratu

magistratu munereq; regio fungeretur. In hanc fermè sententiã Chrysostomus, nisi quod illic regulum lego, non regalem. haud scio interpretis ne an librarij uitio. Et paulo post, Incipiebat enim mori, ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν, id est, erat enim moriturus, siue, nam agebat animam, hoc est, tendebat ad mortem, quod tamẽ hic data opera sic aliquoties uertit.

Melius habuerit.) κομψότερον ἔχειν, id est, melius, siue, commodius habuisset.

Hoc iterum secundum.) Videri poterat dixisse, Iesum duo secunda signa fecisse, & altera uox superesse, etiamsi Græca sic habent. Sensit hoc incommodi Chrysostomus. quid autem ille non sentit? putatq; secundum, data opera additum, quo magis inculcaret Galilæorum incredulitatem, qui cum prius uidissent miraculum in nuptijs, ac rursum hoc de sanato puero, tamen persistebant diffidere Christo.

EX CAPITE QVINTO.

EST autẽ Hierosolymis probatica.) ἔστι δὲ ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα, id est, est autem super probaticam, siue ad probaticam piscina. Nam Græcis probatica datiuus est, piscina nominatiuus. sonat autẽ probatica quasi dicas ouilla, siue pecualis, ut uertit Hieronymus. Quanq; ex Chrysostomo aut Cyrillo certum deprehendi non potest de loci huius lectione. Et piscina hoc loco significat non uiuarium piscium, sed in qua natatur, uel Græca uoce id attestante, quæ dicta est παρὰ τὸ κολυμβᾶν, id est, a natando.

Probatica quid. Piscina natatoria.

Quæ cognominatur Bethsaida.) Græce est, βηθσεδά, id est, Bethseda. Quanquam eadem uox & apud diuum Hieronymum erat deprauata, quod uel hinc colligi licet, quod cum antea Bethsaida nominasset ciuitatem Galilææ patriam trium apostolorũ, Andreæ, Petri, Philippi, iuxta stagnum Genezareth, aliquanto post subijcit rursum, Bethsaida piscinam, quæ fuerit Hierosolymis cognomento probatica, quam nos inquit, pecualem possumus interpretari. Hæc quinq; quondam porticus habuit. Ostenduntur gemini lacus, quorum unus hybernis pluuijs adimpleri solet, alter mirum in modum rubens, quasi cruentis aquis, antiqui in se operis signa testatur. Nam hostias in ea lauari a sacerdotibus solitas ferunt, unde & nomen acceperit. ita ferme Hieronymus. Porrò quod ait hinc nomen inditum, non solum pertinet ad uocem Græcam πρόβατον, quæ pecudem aut ouem sonat, uerum etiam ad Hebraicam בֵּית־עֵדֶר. Siquidem Hebræis בֵּית domus dicta est, עֵדֶר grex, siue pecus. Apparet igitur totũ eũ locum dictũ probaticam, in quo fuerit aliqua pars seruata in usus natare uolentium. Hugo Carrensis admonet piscinam dictam per antiphrasim, quod minime haberet pisces. Quemadmodum sorores diaboli dictæ sunt Parcæ, quod nemini parcant. Nimirũ hæc etymologia simillima est illi, quã attulit de sycomoro, Sycomorus, inquit, dicit quasi sicut morus, quod sit similis moro. Ad hunc sanè modum, non est magnum ingentia condere uolumina, si libeat huiusmodi nænijs miseras cõtaminare chartas. Ne uero quisq; existimet hæc a me calumniandi morbo dici, Imo consulendum arbitrabar studijs quorundam, qui scriptorem hunc & alios huic similes, uelut addicti, nullóq; delectu legunt, alij quod cardinalis fuerit, alij quod ordinis Prædicatorũ. Verum ut audio Carrensem in numerum cardinalium ascitum fuisse, ita in diuorum numerũ ascriptũ nõ lego. Quod si maxime fuisset factũ, tamẽ eatenus debet sanctis uiris reuerentia, ut si quid errarint (nã errãt & sancti) citra personæ contumeliã, ueritati patrocinemur. Quanq; & in alios parcius dicendũ est q; res ipsa meretur, ut quod coarguimus eos, publicæ utilitati, quod moderatius id facimus, Christianæ modestiæ datum uideatur.

Probatica locus, cuius pars est piscina. Carrẽsis etymologia.

Quare conducat indicare quorũdã errata.

Et mouebatur aqua.) Antiqui codices habent, & mouebat aquam, καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ, id est, & turbabat aquam. Quanquam alij rursus habebant, ἐταράσσετο τὸ ὕδωρ. τὸ articulus occasio fuit erroris, cum eadem syllaba possit esse & finis uerbi. Chrysostomus sic interpretatur hunc locum, ut sentire possis ab angelo solitam turbari aquam.

Et qui prior.) Vetusti codices consentientibus Græcis exemplaribus habent, qui ergo primus, ὁ οὖν πρῶτος ἐμβὰς, id est, qui igitur primus ingressus fuisset.

Descendisset in piscinam.) In piscinam, nec est in antiquis, nec in Græcis, uerum hoc aliquis explicandi gratia de suo adiecit.

Additum aliquid.

Post motum aquæ.) μετὰ τὴν ταραχήν, id est, post turbationem. quod ante dixit ἐτάραξε τὸ ὕδωρ. Cognouisset quod multum iam tempus haberet.) Quando literatoris officio fungimur, non grauabimur & hoc admonere, hic subaudiendum quod mox præcessit, in infirmitate.

Dum uenio enim ego.) ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι ἐγώ, in quo autem uenio, ut ad uerbum reddã. uertendum autem erat, cæterum, interea, dum ego uenio, alius ante me descendit.

Grabbatum quid.

Tolle grabbatum tuum.) Mirum est unde Græci scribant, κράββατον, per duplex β, cũ Martialis primã huius dictionis syllabã corripuerit in epigrãmate, Sed si nec focus est mundi nec sponda grabati. præsertim cũ Perottus etymologiam uocis petat a Græcis, dictum enim putat κράββατον, quasi καράβατον, a κάρα caput, & βατὸν peruium. quod uerũ sit nec ne, in præsentia non disputo. Certe lectuli genus est, seu lecticæ potius. In magno Græcorum etymologico reperio κρεββάτιον dictum παρὰ τὸ κρεμᾶν τὰς βάσεις, id est, a suspendendo pedes, quod sic in lecticis portarentur, ut pedibus non contingerent terrã.

Declinare. ἐκνεύειν.

Iesus autem declinauit a turba.) ἐξένευσεν. Incertum an a νεύειν an a ξενεύειν. Hesychius indicat ἐκνεύειν idem esse quod enatare, a uerbo νεῖν, cum ita scribit. ἐκνεύσας ἐκκολυμβήσας. Nec est a turba constituta in loco, alioqui addidisset articulum ὄχλου τοῦ ὄντος ἐν τόπῳ. sed Iesus subduxit sese cum turba esset in loco, quod inter plurimos facile est unum aliquem latere, quem deinde non agnoscas. unde magis dictum uidetur a ξενεύειν, uelut peregrinum, & ignotum fieri. ut ne dicam, quod ὑγιὴς sanus, magis pertinet ad integritatem membrorum, quam morbum ueluti febrim. Nam morbo opponitur bona ualetudo. uitio corporis, opponitur debilitas.

Iam noli.) μηκέτι. id est, ne post hac. quanquam recte uertit interpres, callentibus linguam Latinam, apud quos idem ualet iam, quod posthac.

Iam pro posthac.

Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc fecisset in sabbato.) In Græcorum codicibus additum reperio, ἠ̓λλ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, fortassis ob hoc, quia sequitur, Propterea magis quærebant eum interficere. &c. sed reclamantibus magno consensu Latinorum codicibus.

Nisi quod uiderit patrem.) ἐὰν μή τι βλέπῃ, id est, nisi quid uiderit, aut certe nisi uiderit. Nam τι frequenter additur ex proprietate Græci sermonis.

Sed transiet.) ἀλλὰ μεταβέβηκεν, id est, transijt, præteriti temporis, non futuri, nam transijt facile deprauatum est in transiet.

Et pater dedit ei potestatem iudicium facere.) ἠ̓, coniunctio sublata est in uulgatis exemplaribus, licet in uetustis reperitur addita. proinde nos reposuimus quoq; ut intelligamus & hoc autoritatis accessisse, ut liceret & iudicis personam gerere, ueluti paterni regni consortem. Quia filius hominis est.) Mirum est hic neutræ dictioni Græcum articulum præponi, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν. Cur autem hic omissus sit, equidem meam coniecturam in medium afferam. Opinor enim hic particulam hanc, quia filius hominis est, nihil aliud ualere, quam quia homo est, & ad eam sentẽtiam exprimendã erat superuacuus articulus. Atq; hic mecum facit diuus Augustinus, qui subindicat iudicandi potestatem, quæ semper fuerit Christo, rursus eidem traditã a patre uelut homini, Etiamsi lectionis distinctionem, quam sequitur Augustinus non probat Chrysostomus, ostendens hãc quam uulgus sequitur, esse cuiusdam Pauli Samosatensis hæretici, nec putat omnino consistere sensum, cum Christus non ideo acceperit iudicandi potestatem, quod esset homo. Nã si ob id accepisset, danda erat eadẽ omnibus homĩbus. Proinde distingui iubet ad hũc modum, Et dedit ei potestatem iudicium quoq; faciendi, atq; hic colon intercedat. Deinde subijciatur, Quia filius hominis est, nolite mirari hoc, ut sensus sit, Quod dixi de potestate dandi uitam æternam, quod de potestate iudicandi, ne uobis uideatur incredibile, quod me conspiciatis hominem esse. Quin ex ipsa Cyrilli interpretatione colligere licet eum cum Chrysostomo sentire. Quanquam interpres confudit distinctionem. Verum de ratione distinguendi sermonis, suum cuique permitto iudicium. Omnes hac in parte pro me faciunt, quod filius hominis simpliciter pro homine positum est. Nam Chrysostomus ita scribit, Non enim propterea accepit iudicium, quia homo est, nam nihil prohibuisset omnes homines iudices esse. Item Cyrillus, Nolite inquit, mirari, si

Articulus cur omissus.

Chrysostomus ab Augustino dissentiens.

rari,si cum me hominem esse uideatis, suscitaturum tamen mortuos me pollicear.

Et procedent,qui bona fecerunt.) Est nonnihil momenti in distinctione, ut post uerbum procedent,addas hypodiastolen, ut intelligamus nō bonos solum processuros, sed omnes quicunq; uocem audierint. Deinde subnectantur duæ partes, altera bonorum, altera malorum. Si quis attentius legat Augustinum hæc edisserentem, sentiet illum hoc subnotasse. Scio crassulum esse quod dicturus sum, sed tamen quoniam hoc opus paratur imperitioribus, non piguerit admonere, procedent Græcis esse, ἐκπορεύσονται, id est, exibunt, siue prodibunt. loquitur enim de ijs, qui prodituri sunt è monumentis ad uocem angeli tuba canentis. Distinctio.

Ego autem habeo testimonium maius Ioanne.) Interpres reddidit Græca bona fide. Nam si explanatius uoluisset exprimere, habeo testimonium maius testimonio Ioannis, addidisset alterum articulum fœmininum. τὴν μαρτυρίαν μείζω τῆς τοῦ ἰωάννου. Et tamen dubium non est, quin hic sit sensus Euangelistæ, Neque enim confertur testimonium cum Ioanne, sed testimonium patris cum testimonio Baptistæ. Maiꝰ Ioāne.

Ea ipsa.) Ea referendum ad superiora, ipsa ad sequentia. Opera enim quæ dedit mihi pater, ut perficiam ea, ipsa opera, &c. Hæc distinctio manet etiamnum in peruetustis latinorum exemplaribus. Ea, additum est ex proprietate sermonis Hebraici. Ipsa, positū pro ultro, siue per sese. Opera quæ facio ultro testantur qui sim, etiamsi nullus testetur hominum. Cæterum iteratio operum, ad asseuerationem facit.

Scrutamini scripturas.) ἐρευνᾶτε. Non minus Græcis quam nobis incertum est, utrum scrutamini imperandi modo dictum sit an indicandi. Et uterq; sensus tolerabilis est.

Vos putatis.) ὑμεῖς δοκεῖτε. Græcus sermo anceps, & sic accipi potest. uos uidemini, aut uidemini uobis.

Claritatem.) δόξαν. Miror quare non maluerit gloriam hoc loco, Tametsi δόξα, non est anceps ad claritatem, sed ad gloriam & opinionem. Claritas pro gloria.

Non accepistis.) οὐ λαμβάνετε, id est, non accipitis.

In quo uos speratis.) ἠλπίκατε, id est, speraſtis, tametsi bene uertit interpres.

Si enim crederetis, &c.) εἰ γὰρ ἐπιστεύετε μωσῆ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί, id est, si enim credidissetis Mosi, credidissetis utiq; mihi. Rursum pro ἄν posuit forsan, haud sanè in loco, cum id in dubium uocet interpres, quod Christus affirmat.

EX CAPITE SEXTO.

Multitudo maxima.) πολὺς ὄχλος, id est, multa turba.

Ad eum.) πρὸς αὐτὸν, id est, ad se, prima pronominis uocali aspirata. Qd tamen haud scio quo casu in ecclesiasticis libris apud Græcos non obseruat.

Et duos pisces.) καὶ δύο ὀψάρια. Et apud Terentium in Adelphis pisces obsonium uocātur. Pisces. ὀψάρια.

Quid inter tantos.) εἰς τοσούτους, id est, inter tam multos, siue inter tot. De numero loquitur, non de magnitudine hominum.

Erat autem fœnum.) χόρτος.) herba, siue gramen.

Distribuit discumbentibus.) Græca nonnihil dissonant, καὶ εὐχαριστήσας διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις, id est, & cum gratias egisset, distribuit discipulis, discipuli uero discumbentibus. Nam ad eum fermè modum referunt & cæteri euangelistæ, ipsum nō dedisse turbæ, sed discipulis, deinde discipulos distribuisse multitudini.

De piscibus quantum uolebant,) ὅσον ἤθελεν, id est, quantum uolebat, nempe Iesus, nō quātum illa multitudo. Siquidem is erat qui suo arbitratu augebat cōmeatum illum, alioqui exiguum. Atq; ita legt Cyrillus, Licet ex Chrysostomo non potest certum colligi quid legerit. Cæterum una mutata literula erat, uolebant, ἤθελον, quēadmodū lego apud Vulgarium. Augustinus legit, quantum sufficiebat. Nisi forte illic Augustinus suis uerbis euangelistæ sensum explicuit, quemamodum fecit pauloante. Accepit autem dominus Iesus panes, gratias egit, iussit frangi panes, poni ante discumbentes. Quantum uolebat.

Ne pereāt.) μή τι ἀπόληται, id est, ne quid peeat. nisi τι malis superesse.

Duodecim cophinos fragmentorū.) Legi poterat, & fragnentis, ut referatur ad uerbū impleuerunt.

Duodecim cophinos fragnentorū, ex quinq; panibus hordeaceis & duobus piscib⁹.)

Hæc par-

Hæc particula,& duobus piſcibus,non adijcitur in græcanicis codicibus, atq; his ſuffragabatur utrunq; exemplar latinum uetuſtiſſimum.

Quia hic eſt uere propheta.) Quia,prætermittendum erat. nec ſimpliciter uertendum erat,propheta,ſed ille propheta, ὁ προφήτης. Siquidem ex uaticinio Malachiæ expectabatur Helias,aut illi ſimilis,Itidem ex promiſſo Moyſi. *deutero 18.*

Propheta ille.

Vt raperent eum,& facerent eum.) Vtroq; loco ſe,dicendum erat, non eum.

Fugit iterum.) ἀνεχώρησε, id eſt, ſeceſſit.

Vt autem ſero factum eſt.) ὀψία, ſero pro ueſpere ſemper utitur. Legimus apud Liuium ſerum diei,pro ſera parte diei,ſero non reperimus, niſi aduerbialiter uſurpatum.

Cum aſcēdiſſent in nauim.) εἰς τὸ πλοῖον. Cur hic oblitus eſt ſuæ nauiculæ? Nec eſt,aſcēdiſſent,ſed ἐμβάντες,id eſt,ingreſſi nauim, aut certe cōſcenſa naui.

Et proximum naui fieri.) Nimirū Græce uertit, καὶ ἐγγὺς τοῦ πλοίου γινόμενον, id eſt, naui appropinquare, ſiue accedere ad nauim.

Fuit ad terrā

Fuit ad terram.) ἐγένετο ἐπὶ γῆς, Facta eſt in terra, ſiue appulit terræ.

Quam ibat.) εἰσ ἣν ὑπῆγον, id eſt,ad quam ibant, nempe apoſtoli.

Altera die.) τῇ ἐπαύριον, id eſt, poſtero die.

Nauicula

Quod nauicula alia.) πλοιάριον. hic uere diminutiuum eſt nomen.

Gratias agentes deo.) Hæc uerba, in altero exemplari non habebantur, in altero diuerſa, ἔφαγον τὸν ἄρτον, εὐχαριστήσαντος τοῦ κυρίου, id eſt, ubi comederant panem,cum gratias egiſſet dominus, Quanquam uetuſti codices cum noſtra æditione conſentiunt,aſtipulante & Auguſtino.Nam quid legerit Chryſoſtomus & Cyrillus,parum liquebat ex illorū interpretatione. Quando huc ueniſti.) πότε ὧδε γέγονας. Hic γέγονας,uertit,ueniſti,cur non pauloante ἐγένετο ἐπὶ γῆς, id eſt, uenit in terram.

Signauit p confirmauit

Pater ſignauit.) ἐσφράγισεν, ut intelligas autoritate patris, ac teſtimonio comprobatum, ſicut alias admonuimus.

Non dedit uobis panem.) τὸν ἄρτον, id eſt,illum panem. neq; enim negat ullum panē fuiſſe datum per Moſen,ſed non illum eximium,de quo ſenſit ſcriptura diuina. Item paulo poſt,Panis enim dei eſt. Nam ille panis dei eſt.

Panis enim uerus eſt.) Græci legunt,Panis enim dei eſt,conſentientibus & uetuſtiſſimis exemplaribus. Quia dixi & ego ſum panis uiuus.) Hic nō additur uiuus, ſed tantū, ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, id eſt,ego ſum panis ille qui deſcendit de cœlo.conſentiente cum Græcis utroq; uetuſtiſſimo codice. Et paulo ſuperius panis uitæ legitur, & non panis uiuus. Nonne hic eſt filius Ioſeph.) οὐχ οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ υἱὸς Ἰωσήφ; i.nōne hic eſt Ieſus filius Ioſeph? conſentiunt & antiquiſſima exemplaria latinorum, adſtipulante & Auguſtino,quo magis miror, quo conſilio Ieſus, è uulgatis exemplaribus fuerit ſublatus. Nam hoc loco Ieſu nomen uelut hominis plebei per contemptum additur,quēadmodum & hodie uulgus hominē nulla præditū dignitate,proprio compellat nomine.

In inuicem.) μετ' ἀλλήλων, id eſt, inuicem, ſiue inter uos.

Θεοδίδακτοι

Docibiles.) διδακτοὶ τοῦ θεοῦ, id eſt,dociles dei,ut accipiamus paſſiue.teſtimonium eſt apud Eſaiam capite quinquageſimoquarto, Vniuerſos filios tuos doctos a domino. Nā hinc diuus Hieronymus indicat ſumpſiſſe Ioannem. At cur igitur non dixit in Eſaia, ſed in prophetis? Proinde diuus Hieronymus citat conſimilē huic ſententiam ex Hieremiæ capite trigeſimoprimo. Porrò quod Hieronymus iuxta ueritatem Hebraicam tranſtulit doctos a deo,Septuaginta uerterunt diſcipulos dei,ut intelligas paſſiue accipiendum eſſe non actiue. Laurentius indicat in quibuſdam exemplaribus ſcriptum fuiſſe, διδακτικοὺς, in alijs διδακτοῦς, ac poſteriorem lectionem magis approbat. Cuius ſententiæ & ipſe ſubſcribo, διδακτικὸς enim dicitur, qui eſt appoſitus ad docendum, interprete Hieronymo. Vnde Paulus inter cæteras dotes,uult epiſcopum eſſe διδακτικὸν, hoc eſt, idoneum ad docendum, ut ſuo commonſtrabimus loco. Docilis autem eſt is, qui facile diſcit. Docibilis, uox eſt Latinis auribus inaudita. Paulus in epiſtola ad Theſſalonicenſes compoſita extulit dictione, quod diuiſit Ioannes αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε, id eſt, Nam uos ipſi a deo docti eſtis. Quanquam hoc docti,non eſt participium Græcis, ſed nomen, Vnde interpres ſtuduit nomen nomine reddere, conſimiliter

militer compositio. Homerus citharœdum αὐτοδίδακτον appellat, qui non ex arte, sed afflatu numinis caneret ex seipso doct⁹, αὐτοδίδακτός δ' εἰμί. θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἰμους τε παντοίας ἐνέφυσεν. Proinde hoc loco non erat uertendum, docibiles dei, sed docti a deo, ut consentiat cum eo quod præcessit, Nisi pater qui misit me, traxerit eum, hoc nimirum est esse θεοδίδακτον, trahi patris afflatu. αὐτοδίδακτος.

Vt si quis ex ipso manducauerit.) ἵνα τις ἐξ αὐτου φάγῃ καὶ μὴ ἀποθάνῃ, ut quis ex eo edat, & non moriatur. Quanquam hoc ad sensum haud ita multum habet momenti.

Litigabant ergo.) ἐμάχοντο, id est, pugnabant, siue decertabant. Litigare. μάχεσθε.

Non habebitis.) οὐκ ἔχετε, id est, non habetis, præsentis temporis. Quanquam uideri potest temporis catachresis.

Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo.) Addenda erat interpreti particula, quæ respõdet sicut, quo dilucidior redderetur oratio. quemadmodum misit me pater qui uiuit, ita & ego uiuo propter patrem. Præterea ὁ τρώγων, id est, qui manducat me, participium accommodandum erat uerbo cui adhæret ζήσεται, uiuet. qui ederit me, ipse quoq; uiuet propter me. Qui de cœlo descendit.) καταβὰς. Præteriti temporis est descendit.

Si ergo uideritis filium hominis.) Aliquid subaudiendum, quo sermo fiat absolutus. Quid igitur si uideritis, ἐὰν οὖν θεωρῆτε, significans id futurũ, quod admirabilius sit. nẽpe ut redeat in cœlũ, unde uenerat. Sermo inabsolutus.

Ex hoc.) ἐκ τούτου, id est, ex eo, ut subaudias tempore.

Diabolus est.) Miror hic placuisse uocem Græcam. dicere poterat, delator est, siue calumniator est, Et tamen nos reliquimus, quod uideremus Chrysostomum diabolum pro pemodum interpretari pro Satana.

EX CAPITE SEPTIMO.

IN Galilæa est & in Iudæa.) ἐν γαλιλαίᾳ. & ἐν ἰουδαίᾳ. Nam ambulare positũ est pro, uersari. Quod genus est illud, Cũ bonis ambula, pro eo quod erat, cum bonis uiris habe consuetudinem. Hoc sanè loco Chrysostomus unus omnium, quos uiderim, uariat lectionẽ. Non enim legit, non uolebat in Iudæa ambulare, sed non poterat in Iudæa ambulare. Quod quo magis perspicuum fiat, ipsius uerba subscribam. Post hæc ambulabat Iesus in Galilæa, non enim habebat potestatem in Iudæa ambulare. Atq; ut palam̀ sit Chrysostomum Euangelistæ uerba recensere, præmiserat, quod his uerbis Euangelista significat, moxq; subiecit, Quid dicis beate Ioannes, non enim habebat potestatem in Iudæa ambulare, qui potest omnia quæ uult? &c. Ex his palam̀ fit Chrysostomum non legisse ἤθελε, sed εἶχεν, quod infinito additum sonat, poterat. Et offensus quispiam sententia, quod absurdum uideretur eum non potuisse illic uersari Iesum, qui cum uisum esset, è mediis insidiantium manibus elabebatur, mutauit, εἶχεν in ἤθελεν, id est, ualebat in uolebat. Siquidem in latinis uocibus facilis lapsus fuerat, & a nobis hic error uideri poterat ortus, nisi tantus esset secus legentium consensus. Proinde nos rẽ lectoris arbitrio relinquimus, licet grauis esse debeat Chrysostomi autoritas. In Vulgario legit ἤθελεν, etiãsi ex interpretatiõe nõ satis liquet qd legerit. Nõ uolebat ꝓ nõ ualebat. Habeo pro possum.

Scenophegia.) σκηνοπηγία, scenopegia, quæ uox composita Græcis dicta est a figendis tabernaculis. Nostri perperam addunt aspirationem, quam græca dictio respuit. Scenopegia

Et quærit in palam̀ esse.) καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι, id est, & quærit ipse in libertate esse, hoc est, libere & audacter loqui. Quanquam̀ iuxta Chrysostomi interpretationẽ, ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι, planè uidetur usurpatũ pro celebrem esse, quod cognati illius iudicarẽt hoc ad gloriam eius facere, ut declararet se mundo. Porrò an reperiat̃ apud probos autores in palam̀, sicut in coram, alijs excutiendum relinquo. In palam.

Ego enim non ascendam.) ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω, id est, nondũ ascendo, alioqui mentitus uideri poterat, qui se negarit ascensurum, cum tamen ascenderit. Idq; palam̀ indicauit Chrysostomus, ne cui nostra leuis sit autoritas. Nondum ascendo.

Murmur multus.) γογγυσμὸς πολὺς, id est, murmuratio multa, siue murmur multum.

Nemo tamen palam̀ loquebatur.) παῤῥησίᾳ ἐλάλει, id est, libere loquebatur.

Iã aũt festo mediante.) Vtinã tam feliciter, & audacter interpres expressisset uocem Græcam μεσούσης, id est, mediante. Cæterum latine dicendum erat, cum dimidium festi peractum esset, aut circa medium festi.

Mihi cur

χολᾶμ. Mihi cur indignamini.) ἐμοὶ χολᾶτε, id est, mihi succensetis. & cur aduerbium, non additur, nec in Græco, nec in antiquis exemplaribus. tantum est, Mihi indignamini.

Nolite iudicare secundum faciem.) κατ' ὄψιν, id est, secundum aspectum. hoc est, uulgari more, nimirum ex his quæ corporalibus cernuntur oculis. Augustinus sermone de uerbis apostoli decimonono citat hoc modo, Nolite iudicare personaliter, sed iustum iudicium iudicate. Quanquam Græcis non est κατὰ πρόσωπον, & tamen πρόσωπον, ab aspectu dicitur. Ecce palam.) ἰδοὺ παῤῥησίᾳ λαλεῖ, id est, libere loquitur, siue audacter loquitur. Omissa est nobis coniunctio ἡμῖν, quæ tamen uim habeat aduersatiuam, quemadmodum paulo superius, Et in sabbato circumciditis hominem. ne quis admiretur tamen a nobis additum, quo proprietatem sermonis magis explicaremus.

Nunquid uere cognouerunt quia hic est Christus.) In nonnullis Græcorum exemplaribus repetitur uere, ἀληθῶς, Num uere cognouerunt hunc esse uere Christum? Ad eum quidem modum legit Vulgarius, Cæterum apud Chrysostomum non additur.

Ego scio eum & si dixero. &c.) Græca sic habent, ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτὸν, ὅτι παῤ αὐτοῦ εἰμὶ, κἀκεῖνός με ἀπέστειλεν, ἐζήτουν οὖν, id est, Ego uero noui eum, quia ab eo sum, & ille me misit, Quærebant igitur. &c. Antiquissimi codices propemodum consentiunt cum Græcis. Nã sic habent, Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse misit me, Quærebãt ergo eũ apprehendere. Proinde consentaneum uero est, ea uerba. & si dixero quia non noui eum, ero similis uobis mendax, è fine proximi capitis huc transcripta fuisse a studioso quopiam conferente loca, moxq; a parum attento in contextum relata.

Additum aliquid.

In dispersionem gentium iturus est.) ἑλλήνων, id est, Græcorum, quod tamen aliquoties pro quibusuis gentibus usurpat. ut paulopost, Docturus gentes, τοὺς ἕλληνας, id est, Græcos.

Gentes Græci.

Qui credit in me, sicut dicit scriptura.) Ita distinguit Ioannes Chrysostomus, ut sicut dicit scriptura, referatur ad uerbũ credit in me. Et id quod sequitur. flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ, uerba sint Christi, & non scripturæ. ut hic sit sensus, scriptura monet ut mihi credatur, Nam de me testificatur, Ergo qui crediderit in me, iuxta quod scriptura monet, futurum est, ut ille concepto spiritu meo effundat flumina efficacis doctrinæ. Ad hanc distinctionem confugit Chrysostomus, quod ea uerba quæ sequuntur, nusq; legantur in diuinis literis, Etiamsi Lyranus ex Solomone citata putat. Cæterum quod Carrensis uelut ex Chrysostomo autore mutat aquam uiuam, in fontem uiuum, quid sibi uelit, ipse uiderit. Nihil enim huiusmodi reperies apud Chrysostomum, uerum ex alio loco citat, Fiet in eo fons aquæ saliẽtis in uitam æternam.

Locus obscurus explicatus.

Supereſt aliquid.

Nondũ erat spiritus datus.) Pro datus, Græce est, sanctus, nec additur datus. Cæterum offensus quispiam prima sermonis fronte, quasi spiritus sanctus aliquando non fuerit, pro sanctus fecit, datus. Atqui nihil erat periculi. Agit enim non de substantia spiritus sancti, uerum de illo munere & afflatu, quo apostoli subito mutati sunt in alios uiros. Atq; id propemodum licet ex Chrysostomi uerbis colligere, Quanquam apud hũc semel atq; iterum repetit spiritus datus, consentientibus & uetustissimis exemplaribus Latinis. Itaq; super hac re nihil pronuncio, nisi in Græcorum codicibus constanter haberi scriptum, Nõdum enim erat spiritus sanctus. Certe Vulgarius, cuius exemplar est apud Prædicatores Basileienses, planè legit spiritus sanctus, & interpretatur non erat, id est, non erat datus.

Ex illa ergo turba.) πολλοὶ οὖν ἐκ τοῦ ὄχλου ἀκούσαντες, id est, multi igitur de turba cũ audissent. Maledicti sunt.) ἐπικατάρατοι, id est, deuoti siue execrabiles.

Ex Galilæa propheta non surgit.) οὐκ ἐγήγερται, id est, non surrexit, siue exortus est, ut intelligas neminem exortum. Atque ita legit Chrysostomus. Colligunt enim ex præteritis quod futurum est.

EX CAPITE OCTAVO.

Hiſtoria de muliere adultera in multis non eſt.

Adducunt autem scribæ & pharisæi mulierem. Historia de muliere adultera, nõ habetur in plerisq; Græcis exemplaribus, in nõnullis adiecta erat in calce. Atq; adeo Chrysostomus nullam facit huius mentionem, edisserens euangelium Ioãnis, legens hoc cõtextu, Scrutare & uide, quia a Galilæa propheta non surgit. Rursum igit̃ Iesus illis locutus est, dicẽs, Ego sum lux mundi, &c. Et ad eundẽ modum legit Vulgarius, cum alioqui perpetuam in totum Ioannis euangelium cõ

lium commentationem ſcripſerit. Tametſi diuus Auguſtinus hunc locum & enarrat in commentarijs,& ſubinde citat in operibus ſuis. Quin & diuus Hieronymus in dialogo aduerſus Pelagianos ſecundo,cum uehementer egeret huius teſtimonio loci,quo quidē in caſu ſolet & ex apocryphis adducere teſtimonia;tamen hanc allegans hiſtoriam,ingenue fatetur,non in omnibus haberi codicibus. In euangelio,inquit,ſecundum Ioannem, in multis & græcis & latinis codicibus nō inuenitur de adultera muliere, quæ accuſata eſt apud dominum. Cyrillus hic magnam euangelij partem reliquit intactam, Vnde quid is legerit,certum ſciri non poteſt. Nos tamen,quoniā iam ubiq; recepta eſt,præſertim apud Latinos,noluimus ſuo mouere loco,maxime cum & nos in uno quodam exemplari græco partem hanc aſſcriptam cōpererimus. Et ſatis liquet in ijs exemplaribus, quibus uſus eſt Laurentius non abfuiſſe,uel hoc argumēto, quod unum atq; alterum huius hiſtoriæ locum excutit. Deprehenſa eſt in adulterio.) κατειλήφθη ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχευομένη; hoc eſt,deprehenſa eſt in ipſo facto cum adulteraretur. φωρᾶν enim eſt deprehendere in facinore ipſo. Et huiuſmodi deprehenſionem αὐτοφώρου appellat. Sine peccato eſt.) ἀναμάρτητος, quod non ſolum ſignificat eum qui non peccauit,ſed qui peccare nō poſſit, ut indicauit Hieronymus in dialogis aduerſus Pelagium. Audientes autem hoc unus poſt unum.) Græca diſſonant, οἱ δὲ ἀκούσαντες ἦρξαν ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι ἐξήρχοντο εἷς καθεὶς, id eſt, At illi cum audiſſent,& à conſcientia redarguerentur,exierunt ſingillatim,quanquam aliter legit Valla. A ſenioribus.) Addunt hic Græci ἕως τῶν ἐσχάτων, id eſt, uſq; ad poſtremos. Et remanſit ſolus.) κατελείφθη, id eſt, relictus eſt.

Sine peccato ἀναμάρτητος.

Forſitan & patrem.) Rurſum coniunctionem ἆρα uertit in forſitan, cum id Chriſtus affirmet potius quam uocet in dubium. Vos deorſum eſtis.) ἐκ τῶν κάτω, id eſt, ex inferis,ſiue ex ijs,quæ inferne ſunt. Antiqui libri habent,uos de deorſum eſtis,ac mox, ἐκ τῶν ἄνω, id eſt,è ſupernis,quod articulus additus uim habeat nominis adiectiui.

Principium quia & loquor.) Principium,non eſt hic nominatiui caſus,ut Chriſtus dixerit ſe eſſe principium,nec accuſatiui, id quod diuus exiſtimat Auguſtinus, propterea quod non cohæreat cum ijs quæ præcedunt, ſed aduerbium. Sic enim Græci dicunt τὸ ἀρχήν, pro primo,ſeu principio,quemadmodum τέλος pro poſtremo, aut denicq; aduerbialiter, ut ſubaudias præpoſitionem κατὰ. Nec eſt græce qui ὃς, ſed ὅτι, id eſt, quia, uel quod. Quanquam his quoq; cognitis, ſenſus apud Græcos nonnihil habet ambiguitatis. poteſt enim hic eſſe ſenſus, ut rogatus Ieſus quis eſſet,reſponderit, Hoc primo loco dicam, is ſum qui loquor uobiſcum. Nam cætera de me indigni eſtis qui audiatis. Aut ſi legimus ὅτι non ὃς, ut conſtanter habent Græci codices, aſſentientibus & latinis aliquot exemplaribus, in quibus ſcriptum eſt, principium quia & loquor uobis, poteſt hic eſſe ſenſus,Primum id ſum,quod etiam dico uobis,Non explico quicquid ſum indignis,hoc primum dico,me miſſum eſſe à patre,& præconem uitæ, id quod iam dudum dico uobis,Siquidem græca uox ὅτι anceps eſt,ad quod nomē ſi aſſcribas diaſtolen ὅ, τι, & quia coniunctionem ſi, ſubnotaris ὑφέν. Poteſt accipi tertius quoq; ſenſus, ut hæc cohæreant cum his quæ proxime ſequuntur,Multa habeo de uobis dicere,primū ob id ipſum quod loquor uobis, quo beneficio uos præbetis indignos. multa habeo quæ de uobis dicam, hoc eſt, multa ſunt de quibus uos accuſem & cōdemnem,plura habiturus,ſi dicam quis ſim, nimirum deus & homo. Nam id acceſſiſſet illis ad cumulum impietatis, cum hæc ipſa quæ audierant,inflamment illos ad conſilium occidendi. In hunc fermè ſenſum ediſſerit Chryſoſtomus,& hunc ſecutus Vulgarius. Quorum uterq; ſic accipit, ut Chriſtus nihil reſpōdere dignatus ſit ad id quod interrogarant,tu quis es? ut qui digniores eſſent, qui audirent quid ipſi eſſent,nimirum impij,rebelles,ſcelerati,quam quis eſſet Chriſtus, cui inſidiabantur. Id quo lectori ſit exploratius, Chryſoſtomi uerba ſubſcribam. Principium quia & loquor uobis,hoc eſt,ſanè indigni eſtis qui ſermones meos audiatis,& qui ſim intelligatis, uos ut me tentetis ſemper loquimini, mihi autem non attenditis, & in omnibus uos reprehendere nunc non poſſum, Hoc enim ſignificat, Multa habeo de uobis loqui & iudicare. Expende lector num & hunc in modum accipi poſſit, ut hæc pars, principio quod & loquor uobis, pertineat ad ea quæ præceſſerunt, in peccatis ueſtris moriemini &c. Primum ob hoc quoq; ipſum quod hæc loquor uobis. Quod ſi quid

Principium τὸ ἀρχήν.

Varij ſenſus huius loci, principium quia & loquor.

Chryſoſtomi ſententia

ſuffragarentur exemplaria, uideo commode poſſe legi hoc pacto, πλὼ ἀρχὴν ὁ καὶ λαλῶν ὑμῖν, ut ſit ſenſus, principio ſum ille qui etiam loquor uobis, ſiue qui loquitur uobis. Non quod autor eſſe uelim nouæ lectionis, ſed quo lectorem admoneam, ſi quid forte reperiat in exemplaribus bonæ fidei. Porrò quod additum eſt principio, quaſi plura ſit additurus, pertinet ad id quod ſequitur, Multa habeo de uobis dicere & iudicare. Cæterum diuus Auguſtinus huc detorquet hunc locum, ut hæc uerba, tu quis es, perinde ualeant ac ſi dixiſſent, quem te eſſe dicis, aut quèm te eſſe credimus? Et quaſi ſic interrogaſſent, Chriſtus reſpondit, principium quia & loquor uobis. Quæritis quid debeatis credere, credite me eſſe principium. Quæ quidem interpretatio utinam tam eſſet appoſita, quàm ille frequenter eam inculcat ac repetit, uelut aſſeueratione molliens quod re durius erat. Quanquàm illud certe ſenſit principium hoc in loco fœminini generis eſſe, caſus accuſatiui. Quod ni ſenſiſſet, nullo ſcrupulo offenſo, ſtatim pronunciaſſet, Tu quis es, reſponſum eſſe, ſum principium. Etiamſi me nō fugit, Ambroſium hunc locum adducere iuxta Auguſtini opinionē libro Hexaemeron primo, Cap. 4. Et illud in Euangelio præcipue, quod interrogatus dominus quis eſſet, reſpōdit, Initiū, quod & loquor uobis. Coactius mihi uidetur & illud quod addit, quia & loquor uobis, Nam ex ſenſu colligo Auguſtinū quia, legiſſe nō qui. Ait enim, Et addidit, qui & loquor uobis, id eſt, quia humilis propter uos factus, ad iſta uerba deſcendo. Nam ſi principium ſicuti eſt, ita maneret apud patrē, & non acciperet formam ſerui, & homo loqueretur hominibus, quomodo ei crederent, cum infirma corda intelligibile uerbum ſine uoce ſenſibili audire non poſſint? Ergo inquit, credite me eſſe principium, quia ut credatis non ſolum ſum, ſed & loquor uobis. Ex hiſce uerbis ſatis liquet, Auguſtinum quia, legiſſe non qui, præſertim cum idem libro de Geneſi ad literam referat hoc pacto, principium, quod & loquor uobis. Verum ſi fas eſt à tantis uiris diſſentire, neutra interpretationis pars mihi probatur. Ambroſius aliud agens adducit hunc locum. Auguſtinus ſedulo protulit in medium, quod tum ueniebat in mentem, mutaturus ni fallor, ſententiam, ſi propius rem fuiſſet intuitus, aut ſi Græcorū commentarios excuſſiſſet. Quamuis idem hunc Ioannis locum in eam ſententiam citat, cum aliàs frequenter, tum in libro aduerſus ἀνώνυμον legis aduerſarium Cap. 3. hinc colligens ac demonſtrans Chriſtum recte dici principium. Ac mihi uidetur Auguſtinus aliquoties in tuendis iſs quæ ſemel dixerit paulo conſtantior quàm res poſtulat. Quod ſi huic puero græcæ literæ tam dulces fuiſſent quàm erant Rhomanæ, nec ipſe poſtea ſenex deploraſſet adoleſcentiæ faſtidium, & felicius diuinas literas tractaſſet, Græcorum libris adiutus. Magis autem admiror Ambroſium, qui pulchre græce noſſet, quicq; ſacrorum uoluminum interpretationem ex Græcorum commentariis haurire ſolet, hic cum Auguſtino conſentire, atq; ex hoc loco docere Chriſtum recte dici principium, cum aliàs, tum libro de fide. 3. Cap. 4. Quin & illud annotandum, neq; Chryſoſtomū, neq; Vulgarium quicquam hoc loco offendi, cum offenderetur Auguſtinus, opinor quod græci ſermonis formam agnoſcerent, ſcirentq; πλὼ ἀρχὴν aduerbij uice poni, quemadmodum οὐδ' ἀρχήν, pro nequaq;, & τέλος pro deniq;. Cæterum ut mihi grauis eſt Chryſoſtomi autoritas, ita interpretatio minus uidetur coacta. Vnus adhuc ſcrupus habet animum meum, quod τέλος aut ἀρχὴν quoties aduerbij uim habent, non meminerim uſquam articulo præpoſito uſurpari. Iam & in hoc laborat Auguſtinus quomodo Chriſtus dicatur principium, cum eſſe ab alio, pugnet cum principij ratione. Pater enim ſimpliciter & abſolute principium uocatur. Abſolute dico, non perfecte, cum hæc appellatio perfecte competat & in filium, ſed ita ut nihil nominari poſſit, cuius non ſit principium. Siquidem pater principium eſt omnium & creatorum & increatorum. Filius patris certe principium dici non poteſt, ut neq; deitatis, quemadmodum neotericum Theologorum uulgus loquitur. Quanq; Paulus in epiſtola ad Coloſſenſes, eum principium uocat non abſolute, ſed addens primogenitus ex mortuis, & paulo ſuperius dixerat primogenitū omnis creaturæ.

Auguſtini ſentētia penſitata.

Principium quia &.

Quomodo filius ſit principium.

Quia patrem eius dicebat deum.) Antiqui codices habent, Quia patrem eis dicebat deum. Græci ſic, ὅτι τὸν πατέρα ἰδίον ἔλεγεν, quod patrē eis dixiſſet, nec additur deum. Senſus autem uidetur hic, non intellexiſſe Iudæos cum Ieſus de patre loqueretur quid uocaret patrem. Nam aliud quiddam uidebatur ſignificare, quàm quod uulgo patrem uocant.

Patrem dicebat deum.

uocant. Quin hæc fortaſſe ſentẽtia, ut eſt ſimpliciſſima, ita maxime probabitur eruditis, ut accipiamus Chriſtum patrem eis dicere deum, pro eo quod erat, de deo patre loqueretur. Quem in modum intellexiſſe uidetur Chryſoſtomus, Cum multa diceret de patre ſuo, nõ intelligebant illum de patre cæleſti loqui, cum eum pro homine ſimplici haberent. Receptus eſt enim & hic ſermonis color, hunc dico, pro de hoc dico.

Vere diſcipuli mei eritis.) Græce legunt ἐσὲ, id eſt, eſtis. Interpres legiſſe uidetur ἔσεσθε. Et item paulo poſt, Vere liberi eritis, ὄντως ἐλεύθεροί ἐσε, id eſt, uere liberi eſtis.

Si filij Abrahæ eſtis.) ἐι τέκνα τοῦ ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ ἀβραὰμ ἐποιεῖτε, id eſt, ſi Abraham filij eſſetis, opera Abrahæ faceretis. ut cohæreat cum eo quod ſequitur, nunc autem quæritis me interficere. Antiquiſſimus codex habebat facitis, non facite.

Diligeretis utiq; me.) Cur hic non dixit, diligeretis forſitan. Nam eadem eſt coniunctio ἂμ eodem modo poſita, quam toties uertit forſitan & forte.

Quia mendax eſt & pater eius.) ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ, Sermo quidem Græcis anceps eſt, ſed interpretes referunt αὐτοῦ, non ad diabolum, ſed ad ψεῦδος, id eſt, mendacium. Ad eum modum interpretatur Chryſoſtomus & Cyrillus, diuus Hieronymus in explanationibus Eſaiæ, atq; item diuus Auguſtinus, ut ſit omnis homo mendax, cæterum diabolus mendacij pater, qui primus omnium mendacium produxerit, Eritis ſicut dij. Ex hoc ſanè Manichæi errorem ſuum hauſerunt, ut diabolo darent patrem, opinor mali principium, ut autor eſt diuus Auguſtinus. Porrò ut horum iure optimo deteſtor ineptiam, ita nonnihil obſtat noſtrorũ interpretationi, quod apud Græcos additur articulus, ὁ πατὴρ, quo magis certus aliquis pater deſignatᵉ. Verum hoc quicquid eſt, erudito lectori diſcutiendum relinquo. Mendax & pater mendacij. ὁ πατὴρ.

Arguet me de peccato.) Antiquiſſimi codices habent, arguit, Itidem & Græci ἐλέγχει, ut arguit poſitum ſit pro, poſſit me arguere, & arguere dixit, pro conuincere, non pro accuſare, nam id eſt ἐλέγχειν.

Inhonoraſtis.) In nonnullis erat ἀτιμάζετε, non ἠτιμάσατε, id eſt, contumelia afficitis. antiqui habent, inhonoratis, conſentientibus Græcis.

Ero ſimilis uobis mendax.) Hinc erat tranſcriptum quod indicauimus additum ſuperius. Nam hoc loco legit & interpretatur etiam Chryſoſtomus. Quinquaginta annos nondum habes.

Quinquaginta annos.) Chryſoſtomus legit quadraginta, adijciens commenti uice, ac ſi iam prope accederet ad eam ætatem. Eaq; lectio magis mihi probatur, ſi modo codex mendo uacat. Nec eſt quod faciamus Chriſtum ſenili fuiſſe uultu ob labores. Cuius ſententiæ cum Carrenſis autorẽ nominet Chryſoſtomũ, demiror quem ille habuerit alium Chryſoſtomum à noſtro diuerſum. Mirum autem ſi Chryſoſtomus ipſe ſecum pugnat. Sed ut dixi fieri poteſt, ut in Chryſoſtomo librarius ex quinquaginta fecerit quadraginta, præſertim cum tantus ſit exemplariorum cõſenſus. Vulgarius haud dubie legit quinquaginta, tribuens hoc Iudæorum inſaniæ, quod hominem triginta tres annos fermè natum, quinquagenario cõpararint. Iam hoc loco philoſophatur Auguſtinus, quod Abraham factus dicitur, Chriſtus eſſe. At in eo non philoſophatur Chryſoſtomus, ſed in hoc duntaxat quod in Abraham uſus eſt uerbo præteriti tẽporis, in Chriſto præſentis, Quomodo de ſe prædicat pater, Ego ſum qui ſum. Antequam Abraham fieret.) πρὶν ἀβραὰμ γενέσθαι, id eſt, priuſquam Abraham eſſet, ſiue fuiſſet. fortaſſis interpres uerterat, foret, quod librariorum errore mutatum ſit in fieret. Abſcondit ſe.) ἐκρύβη, id eſt, occultatus eſt. Quanquam recte ſenſum expreſſit interpres & uitauit amphibologiam.

Et exiuit de templo.) Poſt hæc uerba nonnulli Græcorum codices habebant, διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν. ἠγὲν παρῆγεν οὕτως, id eſt, tranſiens per medium illorum, & præterijt ſic. Quæ quidem uerba quando nec apud Chryſoſtomum reperio, nec apud Cyrillum, nec apud Auguſtinum, nec in uetuſtis Latinorum exemplaribus, ſuſpicor à ſtudioſo quopiam addita ex Lucæ Cap. 4. ubi Ieſus ſimili modo elabitur è manibus Iudæorum. Aliquis igitur loca confinia conferens, quod alibi abundabat, alibi adiecit. Deinde ut quod ſequitur cum ſuperiore narratione connecteret, interpoſuit, & ſic præterijt, nimirum dilapſus inter eos, qui uitæ illius inſidiabantur, quod ſequitur, præteriens autem. Proinde non ueriti ſumus hæc ceu ſuperuacua prætermittere. Additum aliquid aliunde.

EX CAPITE IX.

HIc aut parentes.) An parentes dicendum erat, non aut. nam aut diſiungit, an interrogat. & ita legit diuus Auguſtinus. porrò græca uox ἢ anceps eſt ad aut, & an. Et liniuit.) καὶ ἐπέχρισε, illeuit.

In natatoria.) εἰς κολυμβήθραν, id eſt, in piſcina. nam ſic ante uerterat. ſonat autem natatorium, ut ante admonuimus.

Siloe miſſus

Quod interpretatur miſſus.) שלח Hebræis mittere, inde שִׁילֹחַ.

Vicini qui uiderant.) Addenda eſt coniunctio, & qui uiderant. conſentientibus antiquis & græcis exemplaribus. Quia mendicus erat.) ὅτι τυφλὸς ἦν, id eſt, quod cæcus eſſet. Quanquam Auguſtinus legit mendicus, non cæcus, conſentientibus peruetuſtis Latinorũ codicibus, quos quidem uiderim omnibus, & Cyrillo. Proinde mihi πτωχὸς magis arridet quam τυφλὸς, præſertim cum appoſitius ſit ad ſenſum. ob id enim notus erat cæcus ille, non quod cæcus eſſet, ſed quod publice mendicus.

Cæcus, pro mendicus.

Et abij & laui.) ἀπελθὼν δὲ καὶ νιψάμενος ἀνέβλεψα, id eſt, cum abijſſem autem & lauiſſem, recepi uiſum. Et uideo.) καὶ ἀνέβλεψα, id eſt, & uiſum recepi. Ac mox.

Video ἀνέβλεψα.

Quomodo uidiſſet.) πῶς ἀνέβλεψεν, id eſt, quomodo uiſum recepiſſet.

Schiſma erat.) σχίσμα græca uox eſt, diſſenſionem poterat uertere. nam hoc ſignificat ſchiſma, ſiue diuiſionem ſiue diſſidium. paulo poſt uertit diſſenſionem.

De eo qui aperuit tibi oculos.) Græce eſt, ὅτι ἤνοιξεν, id eſt, quia aperuit, ut ſit ſenſus, quem tu putes eſſe illum, ex hoc quod, ut dicis, aperuerit tibi oculos?

Qui, pro quia.

De ſe loquatur.) λαλήσει, id eſt, loquetur, futuri temporis.

Extra ſynagogam fieret.) ἀποσυνάγωγος, id eſt, alienus à congregatione, quod nunc uulgo uocant excommunicatum. Maledixerunt ergo ei.) Non eſt hic, male precati ſunt, ſed ἐλοιδόρησαν, id eſt, conuitiati ſunt. Peccatores deus non audit.) Quod hic tranſtulit audit, idem mox uertit exaudit. Si quis dei cultor eſt, & uoluntatem eius facit, hunc exaudit. Hoc admonendum duxi, ne quis græci ſermonis ignarus, putet hic latere myſterium, in quo explicando ridicule tumultuetur, uerum ita libuit interpreti ludere, tametſi in re plus quam ſeria. Non poterat quicquam.) οὐκ ἠδύνατο, id eſt, nõ potuiſſet, ſiue non poſſet. pro οὐδὲν addidit quicquam.

Audit, ex audit.

Peccatum ueſtrum manet.) Igitur deeſt ἡ οὖν ἁμαρτία, id eſt, peccatum igitur, nimirum ob id quod cum ſitis cæci, uobis tamen oculati uidemini.

EX CAPITE X.

IN ouile ouium.) εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, id eſt, in ſeptũ, ſiue ſtabulum ouium. alioqui cum ouile non poſſit eſſe niſi ouium, ſuperuacaneum erat addere ouium. Cæterum αὐλὴ & aliarum pecudum poteſt eſſe, Nam αὐλὴ nonnunquam atrium, nonnunquam manſionem, aliquoties ſeptum ſignificat. Quid loqueretur eis.) Trifariam hic locus habetur apud Græcos, οὐκ ἔγνωσαν ἃ ἐλάλει αὐτοῖς, id eſt, non intelligebant quæ loquebatur ipſis. Aut οὐκ ἔγνωσάν τινα ἦν ἃ ἐλάλει αὐτοῖς, id eſt, non ſciebant ulla, niſi quæ loquebatur illis. In quibuſdam ita ſcriptum erat, οὐκ ἔγνωσαν τίνα ἦν ἃ ἐλάλει αὐτοῖς, id eſt, non cognouerunt quæ eſſent quæ locutus eſſet ipſis.

Diuerſa lectio.

Hoc prouerbium.) παροιμίαν. prouerbium parabolæ loco uidetur uſurpaſſe, quod pleraq; prouerbia metaphoram habeant admixtam.

Articuli uis.

Ego ſum paſtor bonus.) ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς. utriq; nomini ſuum addidit articulum, Ego ſum paſtor ille bonus, ſiue egregius. Quotquot uenerunt.) Græci πρὸ ἐμοῦ, id eſt, ante me, quod tamen additum uideri poteſt ab exponere uolente locum hunc.

Et non pertinet ad eum de ouibus.) καὶ οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων, id eſt, non curat oues, aut non eſt illi cura ouium. poteſt enim ad nos pertinere, quod tamen curæ non ſit. Cognoſcunt me meæ.) γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν, id eſt, cognoſcor à meis. etiamſi laudo quod fecit interpres. Fiet unum ouile & unus paſtor.) Primum perijt nobis uenuſtas græcanici ſchematis, quod ſitum erat in ποιμνὴ & ποιμὴν, id eſt, ouili & paſtore. utcunq; reddi poterat, unum ouile, & unus opilio. tametſi græcis ποιμνὴ magis eſt grex quam ouile, autore Valla. Et in nõnullis exemplaribus græcis non additur coniunctio &, uerum eſt, Fiet unum ouile, unus paſtor. Quanq; & illud, & unus paſtor, uideri poteſt

Ouile ouiũ.

Periſſologia.

adiectitium,

adiectitium,cum non attingat Chryſoſtomus hunc ediſſerens locum.ac ne Auguſtinus quidem.Etenim cum ſe deſignarit unum paſtorẽ, nihil reſtabat niſi ut fieret unum ouile, gentibus ac Iudæis in unum religionem cõſpirantibus. Vulgarius tamẽ legit ut nos legimus, unus paſtor,atq; etiam interpretatẽ. Diſſenſio iterum facta eſt.) Et hic σχίσμα eſt. Facta ſunt encænia.) Id eſt,initialia,ut uerbum uerbo reddam, à καινὸμ nouum, ἐγκαινόω ,innouo,initio,dedico. Sacer apud Iudæos dies ob memoriam inſtaurati templi poſt diutinam in Perſide captiuitatẽ.Scribendum eſt autem encænia per æ diphthongum,quod κενὸμ per epſilon græcis ſonat inane. Quanquam inuitus occupo lectorem,& chartas huiuſmodi nænijs impleo, tamen haud mihi tempero, quin uel animi cauſa referam q̃ bellam huius uocis etymologiam adferat Hugo Carrenſis, cuius homo ſuauis antepenultimam ſyllabam per e uult ſcribi encenia,quæ compoſita ſit ab en, quod eſt in, & neos nouum,& ce adiectio eſt illi intenſiua. Nihil mirum eſt quoſdã hæc neſcire,illud mirum inueniri tam impudentes,qui quod prorſus nõ intelligunt,nõ uereant̃ tanta cum autoritate docere. Dic nobis palàm.) παῤῥησία,id eſt,libere,ſiue ingenue. quanq; id non male uertit hoc ſanè loco.

Encæniã.

Taxatus Carrenſis.

Loquor uobis.) εἶπον ὑμῖν ,id eſt, dixi uobis.

Quia non eſtis ex ouibus meis.) Hic addunt Græci, quẽadmodum dixi uobis., καθὼς εἶπον ὑμῖν. licet refragantibus magno conſenſu Latinorum exemplaribus. Apparet adiectum à ſtudioſo quopiam,quod idem dixiſſet aliquanto ſuperius.

Non peribunt.) κοὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται ,id eſt,& nõ pereant, niſi quod ἀπόλωνται δ' ωνητικῶς poſitum uidetur, quandoquidem & aliàs uidere eſt, οὐ μὴ geminatum ſubiunctiuo iunctum potentialem modum efficere. Pater quod dedit mihi.) Secus habent græca, ὁ πατήρ μου ὃς δέδωκέ μοι μείζωμ πάντωμ ἐστὶμ ,id eſt,pater qui dedit mihi maior omnibus eſt,ſiue maximus omnium eſt.Siquidem hoc argumento probat neminem eſſe,qui poterit oues rapere de manibus patris, quod potentior is ſit ad eripiendũ.Ita legit Chryſoſtomus,& huic concinens Vulgarius.quanq; Auguſtinus diuerſam ſequitur lectionẽ. Et facilis eſt lapſus in græcis dictionibus μείζωμ & μεῖζομ ,& ὃ & ὃς.

Duplex lectio.

Suſtulerunt ergo lapides.) Græci addunt πάλιμ, id eſt,iterum.

Et non poteſt ſolui ſcriptura.) Soluitur quod deſtruitur, & ſoluitur quod explicatur, quemadmodum apparet hoc loco accipiendum. quanquam obſcurior & confuſior eſt aliquãto ſermo totus. Proinde dilucidius ita reddi poterat.Si illos uocauit deos ad quos ſermo dei factus eſt,& non poteſt ſolui ſcriptura: ut hic ſit interrogatio. deinde ſubijcimus,me quẽ pater ſanctificauit & miſit in mundum,uos dicitis blaſphemare,quod dixerim,filius dei ſum.Aut hoc modo,& non poteſt ſolui ſcriptura,ſubaudi, de eo quem pater ſanctificauit & miſit in mundum. deinde altero initio ſequatur, Vos me dicitis blaſphemare,quod dixerim,filius dei ſum. Quærebant eum apprehendere.) Et hic addunt πάλιμ ,id eſt,rurſum,quod ante tentarint idem.

Soluere,p explicare.

EX CAPITE XI.

ET Marthæ ſororis.) ἀυτῆς ,ut eius ad Mariam referatur, non ad Lazarum. quanquam & harum frater erat Lazarus. Vt glorificetur filius dei per eum.) δι' ἀυτῆς ,id eſt, per eam,ut pertineat ad infirmitatem, non ad Lazarum. atq; ita legitur & in latinis codicibus emendatioribus, nominatim in exemplari Corſendoncenſi. Nonne duodecim horæ ſunt diei.) Quanquam hoc extra huius operis inſtitutum eſſe uideo, tamen quando incidit, libet admonere, mihi hoc loco ueterum interpretationem coactiorem uideri,cum germanus ſenſus in promptu ſit. Auguſtinus Chriſtum interpretatur diem, duodecim horas apoſtolos. Chryſoſtomus biſariam exponit. Aut nihil eſſe timẽdum ijs, qui ſibi nullius flagitij conſcij ſunt.aut luce nihil eſſe timendum, multo magis his qui Chriſto, qui lux erat mundi adhærebant. Atq; in his quidem interpretationibus,ut nihil eſt abſurdum, ita ſimplicius mihi uidetur,ut accipiamus Chriſtum dixiſſe, nihil adhuc eſſe periculi, nondum enim adeſſe tempus mortis ſuæ. quemadmodum reſpondit ijs qui miſſi erant ab Herode, Hodie & cras oportet me operari, & tertio die cõſumor.Et paſſionis tempus, uocat poteſtatem

Duodecim horæ quid.

testatem tenebrarum,& horam impiorum.Dies habet suas horas, nec is nostro arbitrio fit breuior aut longior.& ego tempus habeo præscriptum,quo debeam redimendi orbis negocium peragere.id Iudæorum malicia non potest anticipari,proinde nihil est, quod mihi timeatis. Porrò suum illud tempus & aliàs diem uocat, Optauit Abraham uidere diem meum, uidit & gauisus est.

Et moriamur.) Vt moriamur ἵνα ἀποθάνωμεν, consentientibus & antiquis exemplaribus. Multi autem ex Iudæis uenerant ad Martham.) τὰς περὶ μάρθαν καὶ μαρίαν. Non agnouit hoc loco Valla formam græcanici sermonis,quo dicunt illi τοὺς ἀμφὶ πλάτωνα, pro Platone ipso. non enim inuisebant eas quæ circa illas erant, sed ipsas in luctu constitutas.id quod palàm arguunt quæ sequuntur, Vt consolarentur eas de fratre suo.

Proprietas græci sermonis. Taxatus Valla.

Vtiq; domine.) ναὶ κύριε, quod aliàs uertit,etiam.

Ego credidi quia tu es.) Frequenter admonuimus in huiusmodi uerbis ad affectum pertinentibus præteritum tempus usurpari loco præsentis. γέγηθα, gauisus sum,pro gaudeo. δέδια, metui pro metuo. ἤλπισα, sperauí pro spero. itaq; non ueriti sumus pro credídi uertere,credo. Qui in hunc mundum.) Hunc,nō additur græcis εἰς τὸν κόσμον, id est,in mundum.nec est uenisti,sed ὁ ἐρχόμενος, id est,ueniens,siue qui uenis,aut Christus ille qui in mundum uenturus erat.

Credidi, ꝑ credo.

Silentio dicens.) Qui uocare potuit silens? Græce est λάθρα, hoc est,clanculum.

Surgit. Illa ut audiuit,surrexit.) ἐγείρεται surgit. atq; ita scriptum uidemus in uetustis Latinorum codicibus. Et uenit.) Item præsentis temporis ἔρχεται. Et castellum hic oppidulum aut uicum significat,ne quis imaginetur palatium,aut arcem tyrannicam.

Institæ. Iam fetet.) ἤδη ὄζει, id est,iam olet, quæ uox græcis anceps est. & uerecundius est olet, quàm fetet. Ligatus manus & pedes institis.) Synecdochen græce extulit. & institis græcis est κειρίαις, quæ uincula sunt sepulchralia.

Et in sudario.) Euangelista græce scribens,latino usus est uerbo,quod & aliàs facit.

Congregauerunt ergo pontifices & pharisæi consilium.) Hoc loco in nonnullis Græcorum codicibus additum uidemus κατὰ τοῦ ἰησοῦ, id est, aduersus Iesum.sed id suspicor ex alio Euangelista asscriptum.

Cum esset pontifex.) ἀρχιερεύς, id est,summus sacerdos.Et rursum,Sed cum esset pontifex, ἀρχιερεὺς ὤν. Cogitauerunt ut interficerent.) συνεβουλεύσαντο, id est,consultabant,siue consilium inibant inter se.

Apud Iudæos.) ἐν τοῖς ἰουδαίοις, id est,inter Iudæos.

EX CAPITE XII.



Libram unguenti.) λίτραν. latinam uocem inflexit in græcam, mutata litera β in τ. Nardi pístici.) De hoc dictum est in Marco, nam ísdem uerbis utitur uterq;. Non quod de egenis pertinebat ad eum.) ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, quod de egenis curaret. Simile illi quod paulo superius indicauimus,& non pertinet ad eum de ouibus.

Sinite, ꝑ sine.

Et loculos habens.) τὸ γλωσσόκομον εἶχεν, id est,marsupium,seu potius scrinium in quo pecuniæ reconduntur.dictum à lingua,opinor,quod linguæ speciem haberēt eiusmodi.

Sinite illam.) ἄφες αὐτήν, sine eam, consentientibus & uetustissimis exemplaribus nostris.ad unum enim Iudam id dictum est,non ad omnes, quod consentaneum sit illum prohibiturum fuisse. Vt in diem sepulturæ meæ seruet illud.) Græca dissident, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ τετήρηκεν αὐτό, id est,in diem sepulturæ meæ seruauit illud,Iam enim illa præueniebat sepulturam Christi.Quanquam pro seruauit, Chrysostomus legit fecit. si modo non fallit interpres,nam græci codicis non erat copia.

Me autem nō semper habebitis.) Vtrunq; uerbum est præsentis temporis. Pauperes semper habetis uobiscum, me uero non semper habetis, ἔχετε, ἔχετε. In crastinū.) ἐπαύριον, quod aliquoties uertit altera die.uertendum erat postridie, siue postero die.

Ramos palmarum.) τὰ βαΐα τῶν φοινίκων. Est autem βαΐον proprie ramus palmæ, inde dictus,quod non facile reuellitur, quod hæc arbor natura sursum nitatur aduersus deprimentis

deprimentis manum, παρὰ τὸ βίᾳ τίλλεσθαι. Quidam illiterati palmam eandem putant quæ buxus est, quam & uulgus palmam appellat. Palma diuersa a buxo.

Inuenit Iesus asellum.) εὑρὼν δὲ ὁ ἰησοῦς ὀνάριον, id est, nactus Iesus asellam. Etenim græcis diminutiuum est neutri generis, quod ad utrunq; sexum possit accommodari.

Ecce rex tuus.) Locus est apud Zachariam cap. 9. quanquàm Euangelista decerpsit è prophetia quæ ad hanc rem pertinebant. licet hisce de rebus nonnihil attigimus in Matthæum. De osanna quoq; aliàs dictum est.

Ecce mundus totus abit post eum.) Totus, non additur apud Græcos. cæterum apud Augustinum additum quidem est. uerum ex ipsius interpretatione conijcere licet illum secus legisse. sic enim scribit Augustinus. Quid autem inuides cæca turba, quia post eum uadit mundus, per quem factus est mundus? Et Chrysostomus mundum inquit, hoc loco turbam appellat. Totus mundus, pro mundus.

Quidam gentiles.) ἕλληνες, id est Græci, quod frequenter uertit, gentiles, cum gentiles dicantur ἐθνικοὶ. Clarifica.) δόξασον, id est glorifica. item in sequentibus, & glorificaui, & glorificabo, seu potius, & illustraui, & rursus illustrabo.

Omnia traham.) πάντας ἑλκύσω, id est, omnes traham. Ad eum certe modum constanter habent exemplaria græca, atq; in eum sensum interpretatur Chrysostomus, ut de hominibus duntaxat intelligatur. & sensus sit, non modo Iudæos, uerumetiam Græcos ac Barbaros esse trahendos. quanq; diuus Augustinus nominatim etiam admonet, omnia legendum, non omneis, & cum hoc ita consentiens Cyrillus, ut dubium non sit quin alteruter ab altero sit mutuatus, aut certe à studioso quopiam aliquid sit assutum. id quo magis sit perspicuum utriusq; uerba subscribentur. Augustinus ita disserit. Non autem dixit omnes, sed omnia. non enim omnium est fides. Non itaq; hoc ad uniuersitatem hominum retulit, sed ad creaturæ integritatem, id est, spiritum & animã, & corpus. & illud quod intelligimus, & illud quod uiuimus, & illud quod uisibiles & cõtrectabiles sumus. Ac mox, Aut si omnia ipsi homines intelligẽdi sunt, omnia prædestinata ad salutem possumus dicere, ex quibus omnibus ait nihil esse periturũ, cum de suis ouibus loqueretur. Aut certe omnia hominũ genera, siue in linguis omnibus, siue in ætatibus, siue in gradibus honorũ omnibus, siue in artium licitarũ & utilium professionibus omnibus, & quicquid aliud dici potest secundum innumerabiles differentias &c. Cyrillus ad hunc modum. Verũ cum non omniũ sit fides, quomodo omnia se tracturũ esse dicit ad seipsum? Atqui non hoc ad uniuersitatem hominum retulit, sed ad ipsius hominis integritatem, scilicet animam & corpus, secundum quod intelligimus & uiuimus, Non enim animas nostras solum, sed & corpora reduxit ad immortalitatẽ &c. Aut si per omnia ipsi homines intelligendi sunt, omnia prædestinata ad salutem possumus dicere, aut certe omnia hominum genera, secundum innumerabiles differentias. Arbitror non posse uideri casum quod in tam multis penè ad uerbũ consentiunt. Verũ ut ad id quod agitur recurramus, admodum tenue discrimen est in græcis uocibus πάντας & πάντα, nec ad sensum magni refert, præsertim cum Christus omnem creaturam uocet omne genus hominum. Omnia traham ad me. Cyrillus cõtaminatus.

Adhuc modicum lumen.) ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν ἐστι, id est, adhuc pusillum temporis lumen uobiscum est, siue ad breue tempus. Vt non intelligas pusillum luminis in illis superesse, sed Christum qui lux erat mundi, morte subducturum se breui. & in hunc sensum interpretatur Chrysostomus. Diuersam lectionem sequi uidetur Augustinus, interpretans hoc esse modicum lumen, quod sibi conscij intelligerent, quid dixisset exaltari à terra, cum iam tum in animo haberent eum tollere in crucem. Ac rursus suo more Augustini commentum sequitur Cyrillus. Et mirum est hic sapuisse Carrensem. Nec est in uobis, sed μεθ' ὑμῶν, id est uobiscum, ut intelligerent breui discessurum. quanquàm, ut ingenue dicam, opinor χρόνον additum à quopiam qui uoluerit locum explanatiorem reddere, præsertim cum idem Ioannes capite proximo consimili modo loquatur, τεκνία ἔτι μικρὸν μεθ' ὑμῶν εἰμί. Atq; hinc sanè ansa erroris, quod non addiderit χρόνον. alioqui non fuisset locus lapsui. Modicũ lumen in uobis, nõ recte accipi uulgo

Tanta signa.) τοσαῦτα, id est, tot signa, siue tã multa. Domine quis credidit auditui nostro.) Testimoniũ extat apud Esaiam cap. 53. sed iuxta septuaginta magis quàm he-

bræam ueritatem citat. addidit enim ex illis domine, quẽadmodum Paulus in epistolis hunc eundem adducens locum. nam Hebræis sic habet interprete Hieronymo, Quis credit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Cæterum testimonium proximum, quod ex eiusdem prophetæ cap. 6. retulit, nec ad hebræa, nec ad æditionem septuaginta satis respondet. sensum modo delibauit Euangelista. uerũ de hoc aliàs nonnihil annotauimus. Et indurauit cor eorum.) καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, id est, & excæcauit cor eorum. E synagoga eijcerentur.) ἀποσυνάγωγοι γένωνται, de quo paulo superius admonuimus. Et non custodierit.) καὶ μὴ πιστεύσῃ, id est, & non credi derit. Alij legisse uidentur, καὶ μὴ τηρήσῃ: ad sensum perpusillum refert.

Qui spernit me.) ὁ ἀθετῶν, qui reijcit. ita legit Cyprianus.

EX CAPITE XIII.

Linteum λέντιον.



OMnia dedit ei pater.) Cur nõ sibi potius, quàm ei. & dedisset potius, quàm dedit?) Cum accepisset linteum.) καὶ λαβὼν λέντιον, id est, sumpto linteo. Mirũ unde hæc uox latinorũ demanarit ad Iudæos aut græcos. quanq; id crebro faciunt Euangelistæ. Non habebis partem.) οὐκ ἔχεις, id est, non habes, præsentis temporis uerbo. Et ponit uestimenta sua.) τὰ ἱμάτια. summas uestes intelligit, ne quis Iesum planè nudum fuisse putet cum lauaret discipulis pedes. Idem uerbum cap. xix. uertit eodem modo, portans spineam coronam & purpureum uestimentum, τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον, cum hic haud dubie pallium regale significet. Magister ac domine.) Hæc apud Euãgelistas nominãdi casus sunt, ὁ διδάσκαλος καὶ κύριος. Alter alterius lauare.) Græce est ἀλλήλων, hoc est inuicem, siue alij aliorũ. quanq; id quidem & apud Laurentium linguæ censorem defendi posset.

Nec apostolus maior est eo qui misit illum.) Non est allusio in uocibus apud Euangelistam, sed in rebus. Apostolus enim dicitur à uerbo ἀποστέλλειν, quod est proprie cũ mandatis mittere. πέμπειν, quomodocũq; mittere. Poterat ita reddere προσονομασίαν, non est legatus maior eo qui se legauit. Leuabit cõtra me.) Leuauit est & in græcis, & in uetustissimis nostris exemplaribus ἐπῆρεν, ut sit præteriti temporis uerbum.

Leuabit super me calcaneum suum.) Desumptum est ex psalmo 40. nec id ad uerbum curat adducere, Nam Hebræa sic habẽt interprete Hieronymo, Sed & homo pacificus meus, in quo habui fiduciam, qui manducabat panem meũ, leuauit contra me plantam. Septuaginta uerterũt ad hunc modum, καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερισμόν. Amodo.) ἀπ' ἄρτι, posthac, seu potius ex hoc tempore. nisi aduerbium ἀπ' ἄρτι libeat referre ad uerba sequentia γένηται & πιστεύσετε. Protestatus.) ἐμαρτύρησε, id est, testatus est. Innuit ergo huic Simon Petrus.) Græca sic habent, νένευε οὖν τούτῳ σίμων πέτρος, πυθέσθαι τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει, id est, innuit igitur huic Simon Petrus, ut interrogaret quis esset de quo diceret.

Buccella. Offula.

Intinctum panem.) ψωμίον, id est buccellã, siue offulam. Dedit Iudæ.) Dat δίδωσι & ἐμβάψας, ut intelligas ipsum Christũ intinxisse. Iudæ Simonis schariotis.) ἰούδᾳ σίμωνος ἰσκαριώτῃ, id est, Iudæ Simonis Iscariotæ, ut iscariotæ sit dandi casus.

Post buccellam.) Quod modo uertit bis panem, nunc uertit buccellam, ne quis existimet aliquid diuersum esse apud græcos. Est autẽ ψώμιον, proprie offula panis intincta iuri.

Filioli.) Nonnulli codices habebant τέκνα, id est filij, nonnulli τεκνία diminutiue filioli. Cyrillus legisse uidetur τεκνία diminutiue. In hoc cognoscẽt omnes, quod mei discipuli estis, si dilecti &c.) Mira nota qua sit distinguendus Christianus à cæteris. Non dixit, si hoc aut illo titulo uocemini, si his aut illis uescamini cibis, si sic aut sic uestiamini, si tales aut tales obseruetis ceremonias, si tot ac tales exhauriatis preces, sed si dilexeritis uos inuicem. nec id sanè uulgari more, uerum si sic dilexeritis inuicem, sicut ego dilexi uos. Hanc igitur notam cum præscripserit ipse Christus uelut unicam ac certam, nonne necesse est fieri, ut nostro uitio nomen Christi male audiat inter ethnicos, qui cum hæc legerint, aut certe audierint, conspiciunt apud Christianos, tot iam sæculis principem cum principe, regnum cum regno, ciuitatem cum ciuitate iugibus conflictari bellis, ut omittam

Nota Christianorum peculiaris.

Erasmus obstrictus quod diras. tuo Lutgeraeuo

ut omittam insaniſſimas apud iudices lites,& acres omnium inter ſe de quamlibet friuo la cauſa digladiationes. Atq; hæc cum faciamus, tamen ob titulum & ceremonias,neſcio quas, Chriſtiani nobis ipſi uidemur.

EX CAPITE XIIII.

Reditis in deum.) Vtrobiq; anceps eſt uerbum πιστεύετε, πιστεύετε,an ſit creditis,an credite. Vnde quadrifariam legi poteſt, Creditis in deum,& in me creditis.atq; ita legiſſe uidetur ex interpretatione ſua Chryſoſtomus,quaſi fides quam habebant in deum,& in dei filium Ieſum,illis abunde præſidio eſſet futura aduerſus perſecutionũ procellas. Aut ſic. Credite in deum,& in me credite,ut utrunq; iubeat fieri,ne turbentur. Tertio modo ſic. Creditis in deum,& in me credite,ut ſit ſenſus, Creditis in deũ,ut Iudæi,credite & in me,ut ſitis Chriſtiani. Quarto ſic. Credite in deum,& in me creditis,ut ſit ſenſus, Credite in deum,quod ſi facitis,eadem opera in me quoq; creditis. Ex iiſdẽ uerbis quadruplex ſenſus.

Si quo minus.) ἐι δὲ μή, id eſt,ſin minus,uel alioqui.

Quia uado parare.) Quia ὅτι non eſt in quibuſdam græcis codicibus.quanq; ſupervacue additur,niſi ſit cauſalis coniunctio. Ergo hic etiam ſi aderat, non erat uertenda, ſed tantum, In domo patris mei manſiones multæ ſunt. quod ſi ſecus eſſet,dixiſſem uobis, uado parare uobis locum,ſiue quod eam parare uobis locum. Cæterum haud aſſentior hac in parte Laurentio uolenti,alioqui dixiſſem uobis,finẽ eſſe prioris ſententiæ, deinde alteram ſubiici,uado parare uobis locum. nam omnino cohærent hæc duo,cum hic ſenſus ſit. In domo patris mei iam paratæ ſunt multæ manſiones,ut non mihi uni, ſed omnibus item meis ſit locus. Quod ſi ſecus eſſet,dixiſſem me iam abire ad parãdas eas manſiones,nunc nihil opus, cum paratæ ſint,& uos breui ſecuturos expectent. Reiecta Vallæ annotatio.

Ego ſum ueritas & uita.) Annotandum ſingulis horum nominũ apponi articulum, ἡ ὁδὸς, ἡ ἀλήθεια,καὶ ἡ ζωή, ut intelligamus nõ quamlibet uiam,aut ueritatem,aut uitam,ſed ueram illam & unicam. Vis articuli.

Et patrem meum utiq; cognouiſſetis) ἐγνώκετε ἄν. Recte uertit ἄν in utiq;,quod aliàs uertit in forſitan,cum hoc ſit confirmantis,illud addubitãtis.

Et amodo cognoſcetis.) γινώσκετε,id eſt cognoſcitis,ſuffragãtibus & antiquis exemplaribus,ut ſit uerbum indicatiui modi præſentis temporis. Atq; amodo quod græcis eſt ἀπ' ἄρτι iam ſemel atq; iterum poſuit pro nunc. Non cognouiſtis.

Et non cognouiſtis.) ἔγνωκας,id eſt,cognouiſti me Philippe.ſic enim legit Chryſoſtomus,ut Philippus ſit huius orationis occaſio,& huic uni dicatur,nõ cognouiſti me. Non cognouiſti.

Qui uidet me.) ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα,id eſt,qui uidit me,uidit patrem.nec additur apud græcos coniunctio,& utrunq; uerbum præteriti temporis eſt. Aſtipulantur omnibus græcorum codicibus quædam uetuſta latinorum exemplaria, ac nominatim omnium uetuſtiſſimum ex bibliotheca diui Pauli apud Londinum. Qui uidit.

Non creditis quia ego in patre,& pater in me eſt.) Ad hũc ſanè modum legit Auguſtinus,uerum Cyrillus & Chryſoſtomus non addunt ὅυ,quod paulo ante Philippum obiurgarit per huiuſmodi interrogationem. Cæterum omnibus iubet ut credant, Credite quod ego in patre &c. Nõ creditis, pro credite.

Alioqui propter opera.) ἐι δὲ μή quod modo tranſtulit, ſi quo minus, hic tolerabiliter uertit alioqui.hoc eſt,etiamſi aliàs non creditis, uel ipſis commoti factis credite,id quod propemodum non eſt credere.neq; enim proprie credimus quod uidemus,ſed experimur potius. Et maiora horum.) καὶ μείζονα τούτων, id eſt,maiora his.ſed interpres per obliuionem reliquit græcum genitiuum,ut oſcitans,cum nihil eſſet opus. Interpres oſcitans.

Et quodcunq; petieritis patrem.) Patrem non additur nec in græcis nec in antiquis exemplaribus, nec apud Auguſtinum. nec uertendum erat quodcunq;, ſed quicquid, ὅτι ἄν, ſiue ut alij legunt,ὃ ἐὰν. Ac mox nõ eſt eadem dictio græca,ſed ἐάν τι, id eſt,ſi quid petieritis. Et alium paraclitum.) Iam illud notius eſt, quàm ut ſit admonendum paracletum per e ſcribendum in penultima, eamq; producendam, cum græce ſit παράκλητος per ita. At hoc loco commodius erat uertere conſolatorem, ne quis duos paracletos imaginaretur. Nam quod hactenus locutus eſt, conſolandi gratia locutus eſt. Ita paracletus erat Chriſtus. Pollicetur autem ſeſe & alterum miſſurum conſolatorem, nempe ſpiritum ueritatis. Paracletus.

Quoniam

Quoniã non uidit eum.) οὐ θεωρεῖ, id est, non uidet, præsentis temporis, quemadmodũ est in emẽdatioribus etiã latinis. Ac mox, apud uos manebit, manet est μένει, nisi mutato accentu legamus μενεῖ. Non relinquã uos orphanos.) Orphanos græca uox est, sed tamen latinis usurpata. Etymologiam quã adferunt græci nõ libet asscribere, quod mihi uideatur ineptior. Sonat autẽ orphanus, orbũ parentibus, ac destitutũ præsidijs amicorũ.

Vos autẽ uidebitis.) θεωρεῖτε, id est uidetis, consentientibus & antiquis exemplaribus.

Et manifestabo ei meipsum.) ἐμφανίσω, quod magis significat tacite & clam indicare. Vnde & ἔμφασις dicta, quod tacitam habeat uim. Idq; magis congruit cum afflatu, quo se deus insinuat in animos suorũ. Domine quid factum est.) τί γέγονεν, id est, quid accidit? Sermo prouerbialis est de re noua subitaq;. quanq;, quid factum est, in eundem sensum dixit Martialis, Quid factum est rogo, quid repente factum?

Sermonem quem audistis.

Et sermonem quem audistis non est meus.) Non sine causa miratur Valla, quid interpreti uenerit in mentẽ, qui hoc sermonis genus affectarit in oratione soluta, quod uix toleratur apud Poetas in carmine, præsertim cum græcis non sit sermonem, sed sermo, ὁ λόγος. Certe diuus Augustinus legit, sermo quẽ audistis, nõ sermonẽ quem audistis. Vnde planè suspicor hũc locũ scriptoris errore fuisse deprauatũ. Nec est audistis, apud græcos, sed ἀκούετε, auditis, licet reclamantibus exẽplaribus nostris, Nã ex Chrysostomi interpretatione, quid legerit non quibat colligi, Etiamsi facilis est lapsus in ἀκούετε & ἠκούετε. Proinde super hac re non censeo digladiandum, præsertim cum sensus fermè maneat idem.

Paracletus autem spiritussanctus.) Duriuscule cohærent duo nomina substantiua, præsertim cũ prius sit masculini generis, posterius neutri, ὁ παράκλητος, & τὸ πνεῦμα. Proinde cõmodius reddidisset ad hunc modum, Cæterũ paracletus ille qui est spiritussanctus, quem spiritũ missurus est pater in nomine meo. adduntur enim græcis utrobiq; articuli ὁ & τὸ. & articulus postpositiuus, quẽ, græcis non potest referri nisi ad spiritũ, est enim ὃ non ὃμ. Porrò quod accẽtus huius dictionis paracletus offendit Vallam, potest nõnullũ iniicere scrupulum quibusdã superstitiosis uerius q̃ religiosis, qui cardinẽ, imo puppim simul ac proram, quod aiunt, Christianæ pietatis in hoc consistere putant, si rite ac legitime persoluerint preces illas quas uocant horarias. Ad quod quidẽ præstandũ, cum alia requiruntur innumera, tum illud in primis, ut uerba singula plene & articulate proferãtur.

Verba sacra cõuenit etiã emendate pronunciare.

At qui paraclitus penultima correpta sonant, quoties quoties id faciunt, deum si nõ unam syllaba, certe uno fraudant tempore. Quandoquidẽ iuxta grãmaticorũ leges syllabæ longæ bina sunt tempora, breui unicũ. Neq; uero sunt audiendi, qui dicere solent, minuta res est syllabæ tempusculum, cum magis spectandũ sit, quem fraudes, q̃ quantulo fraudes. Quanq; ut & horũ causam nonnihil, quoad licet, adiuuem, uideo ueteres latinos in usurpandis græcanicis uocibus syllabæ quantitatẽ, iuxta rationem accentus latini cõmutasse, id quod in idolo facit Prudẽtius, uir quouis etiam sæculo inter doctos numerandus.

kyrie eleeson

Cæterum illud non paulo durius, quod in κύριε ἐλέησον, quæ uerba toties quotidie repetũt, diuinas aures duabus fraudãt syllabis, ex domino trissyllabo dissyllabũ, & ex miserere quadrupede tripedem reddentes. Iam uero cum id flagitij singulis diebus fortasse centies aliquando cõmittatur, si quis rationem subducat, quadraginta, aut quinquaginta annorum, & in summam redigat, nõ uideo, satis fore, si quis solidum annum nihil aliud iteret quàm κύριε ἐλέησον, idq; septem distinctis syllabis. Quando par est, opinor, deo restitui, si quid illum fraudauimus, quandoquidem sexcentis legibus cauetur, ut homini reponat homo si uel numulus subtractus fuerit. Etenim si sacrilegium est, paululum auri tollere de sacro, quanto grauius sacrilegium est, ipsum omnis autorem sacri, re longe sacratissima fraudare? Iam uero non sacrilegum modo, uerũetiam contumelioſum ac blasphemum uidetur, quod assidue ex Christo, Cristum faciunt, nec alio uocabulo regem suum compellant, q̃ quo Galeæ aut Galli cristas essent compellaturi. An hanc contumeliam laturus sit Christus maximus optimus, si tam morosus esset, q̃ ipsi sunt in alios superstitiosi? aut tam iniquus erga homines deus, q̃ ipsi iniqui sunt homines in hominẽ? Non auderes apud regem homuncionẽ uerba faciens, pro Ferdinando Perdinandũ dicere, neq; pro Philippo Pilippum, & non uereris in arcanis illis sacris, ubi nefas est uel iota deprauare, dicere Cristæ pro Christe, ut ne quid interim cauiller de accentu ab ultima perperam in primam

Cristæ pro Christe.

translato

translato syllabam. Cum tantum habeat ea res momenti, ut subita metamorphosi ex uia facias cantiunculam, si pro ὅιμος pronuncies ὸιμὸς, aut ex portu monile, si pro ὅρμος, ὸρμὸς. Neq; uero conuenit eos, hæc ut iocosa ridere, qui alijs in rebus his aliquanto leuioribus tam Iudaice sunt anxij. Verum ego quidem istos, ne cui uidear durior, lubens excusarim à culpa duntaxat capitali, quàmdiu per imprudentiam errarunt. Cæterum posteaquàm moniti sunt amanter ab ijs, qui hisce in rebus sapiunt, cum eadem opera possint recte pronunciare qua perperam pronunciarunt, si postea perstiterint in male solitis, & reiecta spretáq; doctiorum admonitione scientes iam errare pergant, non uideo sanè quo pacto queant à graui crimine excusari. Neq; enim istis suffragabitur similiter errantium turba. Siquidem deus iudex, ut non corrumpitur, ita nec opprimitur. Iam uero quid dicendum arbitramur de ijs, qui cum plus quinquaginta annis tam periculose errarint, & errarint non in his solum: admoniti non solum nō resipiscunt, ac monitori gratias agunt, uerū etiam Sardonio quodam risu, exibilant atq; explodunt, pro hoste ducunt benemerentē, conuicijs insectantur, hæreticū clamitant. Et tamen dictu mirum, qui hic tam fortes sunt, quàm sint infirmi, aut certe uideri uelint, in ijs quæ ipsi sibi persuaserunt. Nos superbos uocant, si quid tale uel amice per occasionem admoneamus. ipsi sancti ac modesti sibi uidentur, qui malunt in confesso errore persistere, ne quid ignorasse uideantur. Ac prius habeant fratrem benemerentem uel hæreseos labe aspergere, quàm suum agnoscere lapsum. Atqui ab istis libenter exegerim, si quoties inciderit in canone, pro pater pronūciaret aliquis phater, pro filium pilium, num laturi sint? Non opinor, Imo uerberibus citius exigerent patrē & filiū. Atqui (tolle assuetudinem) per se grauius etiā est ex Christo cristam facere, Ex kyrie eleison, Kyrghelayson, & in tam paucis dictionibus, tot modis peccare, ut plura sint errata quàm syllabæ. Atq; hæc obiter admonui, non meo stomacho consulens, qui ne tantulum quidem alienis erroribus soleam commoueri, sed ipsorum consulens saluti. Etenim si superbum est, nō ferre male errantem in rebus diuinis, multo superbissimum est, in ijsdem non ferre bene monentem. Sed iam ad id quod instituimus sese referat animus. sed si prius unū illud admonuerimus, in uocibus græcis à nobis receptis, ut simplicius ac facilius est, ita rectius quoq; esse, si latinum sequamur accentum, propterea quod græcus accentus pro eius linguæ legibus subinde migret aliò, uelut, Ἰακωβος Ἰακώβου. Latinus nō item. Itaq; qui nominandi casu sonet paracletus prima acuta, recte quidem pronunciet iuxta Græcos, uerum si idem faciat in paterno dandiq; casu, iam neque græce pronunciabit, neque latine.

Superba inscitia.

Et suggeret uobis.) ὑπομνήσει, id est commonefaciet, siue submonebit, ut magis ad uerbum exprimam. Duo posuit διδάξει docebit & commonefaciet. Docemur quæ nescieba mus. commonemur eorum quæ iam exciderant.

Suggero, doceo.

Et mox omnia quæcūq; dixero uobis) Græcis est εἶπον, dixi. (Nam dixero futuri temporis est) aut certe dixerim. Neq; formidet.) δειλιάτω, quod proprie est ob ignauiā refugere, & detrectare periculum, animóq; pauido esse.

Vado & uenio ad uos.) ὑπάγω πρὸς ἔρχομαι, id est, abeo & uenturus sum ad uos, hoc est, discedo mox rediturus, Etiamsi posterius uerbum ambiguum est.

Abeo & uenio.

Gauderetis utiq;.) Offenditur Laurentius quod ἄν uerterit utiq;, quod ea coniunctio sit expletiua, quanquàm ne hæ quidem omnino nullum habent usum.

Venit enim princeps.) ὁ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχων, id est, uenit enim ille huius mundi princeps, ob articulum appositum, ut diabolum intelligamus. Deinde ἔρχεται potest esse ueniet, futuri temporis, propter instantem passionem & accusationem. Hieronymus in cōmentarijs Oseæ citat ueniet. Certe præteriti temporis esse non potest.

EX CAPITE XV.



Mnem palmitem in me nō ferentem fructum tollet.) Græce est αἴρει, id est, tollit, præsentis temporis. & eum, additum est, iuxta proprietatem sermonis Hebraici. Ac mox purgabit eum καθαίρει purgat, ut actionem & functionē patris declaret absq; ratione temporis.

Tēpus præsens aliquoties actionē significat sine tēpore.

Fructum plus.) ἵνα πλείονα καρπὸν, id est, ut plus fructus, id quod uideri potest depraua tum à librario, nisi altum dormiuit interpres.

Fructū plus.

Mittetur

Missus est. Mittetur foras.) ἐβλήθη ἔξω, id est, missus est foras, uel potius eiectus est foras. Item & aresćit ἐξηράνθη, id est exaruit. In hoc certe suffragantibus antiquis codicibus. Vnde proba

Mittitur & ardet. bile est, & mittetur pro mittitur, quoniam id erat in procliui, à librarijs deprauatum, maxime cum sequatur & ardet. Ostendit enim per similitudinem quid fieri soleat, ut per eam intelligamus quid in nobis futurum sit, ni manserimus in uite.

Dormitans interpres. Et colligent eum.) καὶ συνάγουσιν αὐτά, id est, colligunt eos, ut subaudias palmites. Vetustissimus codex latin⁹ habet colligẽt eos, nẽpe palmites, qui græcis sunt neutri generis.

Mittent.) βάλλουσι, id est mittunt, & in hoc suffragantibus antiquissimis exemplaribus. quanćꝫ aptius erat conijciunt. Fructum plurimũ.) καρπὸν πολὺν, id est, fructum multum, siue ut alibi uertit, copiosum. Quàm ut animam.) ἵνα τίς τὴν ψυχήν, id est,

Sermõis absurditas. ut quis animam. Quàm nec additur, nec est addendum. Etenim si addas quàm, significas unam hanc esse charitatem maiorem ea quam habuit Christus, si quis animã impendat amicis. Iam non dicam.) οὐκέτι λέγω, id est, iam non dico, siue posthac non dico.

Scitote quia me.) γινώσκετε Græca uox anceps est ad scitote & scitis.

Me priorem uobis.) ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν, id est, me qui sum primus uestrum, siue me priusćꝫ uos. Nam sermo græcus anceps est ad utrunćꝫ sensum, quanćꝫ posterior magis probatur, ut πρῶτον aduerbiũ sit. Nunc autem excusationẽ non habent.) πρόφασιν

Excusatio πρόφασις. prætextum, plus enim quiddam dixit, ćꝫ si dixisset excusationem.

Odio habuerunt me gratis.) Vaticinium est psalmo 68. iuxta nostram supputationẽ.

Cum autem uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre spiritum ueritatis.) τὸ πνεῦμα, quoniam neutri generis est, incertum est utrius sit casus, nominandi, an accusandi. Cæterũ magis conueniebat spiritus, Interpretatur enim quis sit ille consolator, nempe spiritus ueritatis. Non enim mittendo fit spiritus, sed qui spiritus est mittitur.

Spiritꝰ a patre prodiẽs. Qui à patre procedit.) ἐκπορεύεται, quod eleganter uerti poterat, & proficiscitur, nisi processionis uocabulum aures iam omniũ occupasset. Atqui proprie procedit, qui pompa quadam prodit in publicum, ueluti sponsus procedit aut sponsa. Quod Vergilius dixit. Tandẽ progreditur. Et uos testimoniũ perhibebitis.) Græce est μαρτυρεῖτε, id est, testimoniũ perhibete, ut sit imperandi modus, aut testimonium perhibetis. Atqꝫ ita scriptum fuisse suspicor ab interprete: Sanè Cyrilli interpres uertit perhibete, nimirũ suum secutus exemplar, non nostram æditionem. Quanćꝫ mihi uidetur accommodatius perhibetis μαρτυρεῖτε, hoc est ipsi estis testes, & mox adijcit causam, quia ab initio mecũ estis.

EX CAPITE XVI.



Absque synagogis.) Græcis composita dictio est ἀποσυνάγωγος, quasi dicas, alienus à synagoga, & interdicent uobis synagogam.

Hora ꝓ tempore. Sed uenit hora.) ἔρχεται uenit, aut præsentis est temporis, aut futuri. Hic magis uertendum erat, ueniet siue instat. Et tempus potius quàm hora.

Arbitretur obsequiũ se præstare.) δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ θεῷ, id est, uideatur cultum exhibere deo & sacrificiũ offerre. Reminiscamini.) μνημονεύητε, id est, memores sitis, siue memineritis. Reminiscimur enim proprie quæ nobis exciderant.

Ille spiritus.) Ille non refertur ad spiritum quantum ad uocem, sed ad paracletũ, ἐκεῖνος τὸ πνεῦμα, id est, ille qui est spiritus, Nam spiritus ut diximus apud Græcos neutri generis est. Et iam non uidebitis.) καὶ οὐκ ἔτι θεωρεῖτε, id est, nõ amplius uidetis. Quanćꝫ apparet eum abusum tempore. Item est οὐκ ἔτι, id est postea siue deinde.

Docebit uos omnem.) Græce non est docebit, sed ducet ὁδηγήσει, & in omnẽ ueritatẽ.

Modicũ pro pusillum. Modicũ & non uidebitis.) θεωρεῖτε, id est uidetis, Quanćꝫ ut dixi uidetur abuti tempore, cum sequatur mutato uerbo ὄψεσθε, uidebitis. Cæterum quod modicum pro pusillo posuit, suo more facit, cum Latinis modicum dicatur moderatum, à modo.

Plorabitis & flebitis.) κλαύσετε καὶ θρηνήσετε, id est, plorabitis & lamentabimini, siue lugebitis. Nemo tollet à uobis.) οὐδεὶς αἴρει, id est, nemo tollit, uerbo præsentis tẽporis.

Ipse pro ultro. Ipse enim pater.) αὐτὸς apud Græcos quiddam habet, quod haud scio an sit apud Latinos, ut ultroneum significet, sensus enim est, Non dico me rogaturum pro uobis, ut uobis faueat, iam eñ ultro uos diligit, etiã nemine rogante. Vnde & αὐτόματα uocãt illi.

Ecce uenit

Ecce uenit hora & iam uenit.) Prius uenit, præsentis est temporis ἔρχεται, quo tamen Græci aliquoties in significationem futuri utuntur. Græcis diuersa sunt uerba, uenit & uenit, unde rectius erat, instat hora & iam adest.

In mundo pressuram habebitis.) ἔχετε, præsentis temporis, habetis.

EX CAPITE DECIMOSEPTIMO.

Clarifica me.) Verbum clarificandi toties hic repetitum Græce est glorificare, δοξάζειν, & claritate δόξη, id est, gloria.

Potestatem omnis carnis.) Carnem, hominem uocat.

Et omne quod dedisti ei det eis uitam æternam.) Suspicor hanc loquendi formam ab Hebræis sumptã, quare sensus erat reddẽdus potius ꝙ uerba.

Te solum uerum deum.) σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, id est, te solum, qui uerus es deus. Hic locus præter cæteros Arrianis præbuit occasionem erroris, ut dicerent solum patrem esse uere ac proprie deum: haud scio an hæc sentientes, quod nostri theologi non negant, solum eum esse principium diuinitatis.

Nisi filius perditionis.) Et hic color sermonis peculiaris est Hebræorum, qui epitheto addunt genitiuum substantiuum, Deus pacis, deus pacificus, lex mortis, lex mortifera, filij inobedientiæ, filij inobediẽtes. Alioqui quid est filius perditionis, nisi quẽ peperit pditio? Filiꝰ pditiõis & similia.

EX CAPITE DECIMOOCTAVO.

Trans torrentem Cedron.) τὴν κέδρων. Articulus additus indicat Cedron non esse nomen Hebraicum, sed Cedrorum. opinor torrentem ita dictum, quod hinc & hinc cedros haberet, quemadmodum dictus est mons oliuarum. Diuus Hieronymus meminit huius nominis in locis Hebraicis, indicans torrentem ac uallem esse eius nominis ad orientalem plagam urbis Hierosolymitanæ. atq; haud scio an a situ loci uocabulum loco sit inditum, Cum idem inibi testetur Cedem quod est apud Ezechielem, ab Aquila & Symmacho uersum fuisse orientem. Fit autem huius torrentis mentio libro Regum secundo, capite decimoquinto, quem transisse legitur Dauid, fugiens Absalonem. Rursum libro Regum tertio, capite decimoquinto, Asa simulacrum Priapi exussit in torrente cedron. Item libro Regum quarto capite uigesimotertio, Iosias rex prophanum lucũ qui erat in domo dñi, exussit in cõualle Cedron. Porrò Cedron apud Hebræos ita legitur, quasi numeri sit singularis. Torrens cedron.

Sinite hos abire.) Fateor alienius esse ab instituto meo, tamen quoniam incidit commode, libet admonere. Noui quendam magni nominis theologum, qui hæc uerba Christi torsit ad defendendam clericorum immunitatem, quasi Christus præceperit principibus ne sacerdotes grauarent exactionibus, ac tyrannide. Sententiam uehementer probo. melius enim cum principibus ageretur, si suis stipendijs essent contenti. Verum id ex hoc loco ridicule colligitur mea quidem sententia, cum Christus hic agat personam ueri pastoris, discipuli populum representent Christianum. Docet igitur ut quoties ingruat procella persecutionis, episcopus pro suorũ incolumitate, suum caput periculis obijciat, & illis quoad possit, consulat, secus quam aliquando facit principum ac pontificum uulgus, par existimantium ut unius capitis tuendi gratia, totus populus, imo tot populi, se suos, ac sua perdant. Sinite hos abire.

Cohors autem & tribunus.) Cohors Græce est, σπεῖρα, id est, funis siue caterua, & tribunus est, χιλίαρχος, id est, præfectus mille uiris.

Ad prunas.) ἀνθρακιὰν πεποιηκότες, id est, congestis prunis, ita ut fit in atrijs magnatũ, quod fumi minus habeant.

Adducunt ergo Iesum ad Caipham in prætorium.) ἀπὸ τὸν καϊάφα, id est, a Caiapha, nimirum a domo Caiaphæ, Atq; ita legitur & in nostris exemplaribus uel mediocriter emendatis. Ad eundem modum legit Chrysostomus & Cyrillus, ut ne memorẽ de Vulgario. Nec est Græcis adducunt, sed ducunt ἄγουσι. Diuus Augustinus deceptus exemplari deprauato uehementer laborat hoc loco conans expedire, qui conueniat in prætorium fuisse ductum Iesum, cum legatur adductus ad Caipham. Quandoquidem prætorium nihil aliud erat, quam domus præsidis. Aut igitur, inquit aliqua urgente cau- Ad Caiphã pro a Caiapha. Pẽsitata Augustini sententia.

ſa de domo Annæ, quo ad audiendum Ieſum ambo conuenerant, Caiphas perrexit ad prætorium præſidis, & ſocero ſuo Ieſum reliquerat audiendum. aut in domo Caiphæ Pilatus prætorium acceperat,& tanta domus erat,ut ſeorſum habitantem dominum ſuum, ſeorſum iudicem ferret. Ac mox,Non introierunt inquit,in prætorium, hoc eſt, in eam partem domus quam Pilatus tenebat: ſi ipſa erat domus Caiphæ. Porrò cum in uulgatis typographorum exemplaribus habeatur a Caipha non ad Caipham. tamen Auguſtinum ita legiſſe ex ipſa liquet interpretatione,cum quærit, ſed ſi ad Caipham, cur in prætorium? Cæterum nihil erat cauſæ cur in has anguſtias conijceret Auguſtinus tum ſe,tum pontificem ac præſidem,ut duo ſummo magiſtratu prædíti,duo diuerſiſſimæ religionis ac gentis,ſub ijſdem tectis habitare cogerentur. Res ipſa in expedito eſt, totus error e menda ſcriptoris ortus,torſit Auguſtinū. Atqui cum tãtopere hæreret,ut nec ſibi ſatisfaceret, mirum eſt, non conſuluiſſe Græcos codices, aut certe Latinos emendatiores. Primum Ieſus adductus eſt ad Annam, is uinctum miſit ad Caipham generum,illinc cum tota nocte nihil reſpondiſſet, mane deductus eſt ad ædes præſidis.

EX CAPITE DECIMONONO.

ET exinde.) ἐκ τούτου, id eſt, ex eo, ut ſubaudias tempore.

Lithoſtrot⁹. Ridicula interpretatio duorum.

Lichoſtratus.) λιθόστρωτον Græce ſonat,quaſi dicat lapide ſtratus. atque ita legitur in uetuſtis exemplaribus latinis lithoſtrotos. Quanquam admodum inuitus in huiuſcemodi nugis facio iacturam temporis, tamen operæ pretium eſt audire,quam belle Græcam uocem λιθόστρωτον interpretentur duo theologicæ rei primores, Nicolaus Lyranus, & Hugo Carrenſis. Nam prior ille, lichoſtratus (inquit) Græcum eſt uerbum,& dicitur a lichos lapis, & ſtratus quod eſt pauimentum,ſiue ſtratura. Poſterior autem, lichoſtratus,inquit Græce eſt, iudicium, ſiue iudiciale. Obſecro te candide lector quid efficiant ij, qui quicquid habent eruditionis ex huiuſmodi ſcriptoribus hauriunt,ex dictionarijs, ex ſummulis undecunque, iam plus decies congeſtis ac refuſis,idq; ab ijs, qui ſiquid forte nacti fuerint eruditum in bonis autoribus,aut prætermittunt,quia non intelligunt,aut ſi attigerint, contrectatione conſpurcant & contaminant. Nihil autem tam fortunatum, quod iſti non reddant aliquo pacto deterius. & horum nænias uelut oracula legimus, in his conſeneſcimus. Proinde tales euadimus ipſi,quales ſunt ij,in quorũ ſcriptis aſſidue uerſamur. Cæterũ ut ad rem redeam, λίθος, lithos,non lichos Græcis lapis eſt,& στωμυύω, ſterno, inde στωτὸν dicitur quod quocunque modo ſtratum eſt, & στῶμα, quod inſternitur. Cæterũ Gabbata locum æditum ſonat Hebræis. Vnde apparet locum fuiſſe editiorem, ac commodum iudicio. Cæterum in nonnullis Græcis codicibus non eſt Golgotha,quemadmodum legimus in uulgatis exemplaribus, ſed Gabbata. uerum reclamantibus uetuſtis exemplaribus Latinis, atque ipſo denique Hieronymo. γαββαθὰ legit Vulgarius.

Imperator.

Non habemus regem niſi Cæſarem.) Cæſar hoc loco ſignificat imperatorem Rhomanum, Nam id cognominis etiamſi non fuit ortum a Iulio, tamen ab hoc imperij uſurpatore, in ſucceſſores tyrannidis eius deriuatum eſt. Porrò quod regem uocat, non imperatorem, hoc eſt, βασιλέα, non αὐτοκράτορα, ſciendum eſt Græcis & imperatorem Rhomanum dici βασιλέα. Quidam eruditi ratiocinantur ex hoc euangelij loco Iudæos omneis debere tributum imperatori horum temporum, uelut hac uoce obligati. Quod ſi uerum eſt non mediocris iniuria fit imperatori Rhomano horũ temporum, in quo nomen hoc ſupereſſe uidetur, Cui nec Iudæi Hiſpani,quorum maxima turba eſt, nec Iudæis peiores Marani plerique, ut audio, nec apud Italos quicquam pendunt, ne teruncium quidem. & tamen hic cenſus ad ingentem pecuniæ ſummam aſſurgeret. Præterea non abeſt prorſus a contumelia, Cæſarem cui ius totius orbis debetur, cum a Rhomanis excludatur, a quibus ſolis regis habet titulum, ſcelera tiſſimorum Iudæorum regem facere, cum nemo lenonum, aut hæreticorum rex dici uelit. Ad hæc illud excutiendum, cum hãc uocem ſoli pontifices emiſerint, num ad

Iudæi ſubditi Cæſari.

uniuerſum

uniuersum Iudæorum populum pertineat. Postremo an hoc ius habeat, cui pontifex nondum pede suo coronam uere Cæsaream imposuerit. nam his ritibus affirmant imponi qui tenent ceremonias. Verum hæc doctioribus expendenda relinquo.

Et baiulans sibi crucem.) Græci legunt, crucem suam, τὸν σαυρὸν ἀυτοῦ. Hoc tam etsi ad sensum nihil interest, tamen admonitum uolui lectorem, ne continuo radat.

Et titulum Pilatus.) Euangelista Latina uoce usus est, τίτλον, ut supra in linteo & prætorio. cæteri uocauerunt αἰτίαν. Dicere poterat ἐπιγραφὴν, id est, inscriptionem. Titulus. τίτλος.

In suam.) εἰς τὰ ἴδια, id est, in sua, concordantibus & antiquissimis uoluminibus, hoc est, in suum ius.

Lancea latus eius aperuit.) ἔνυξε, id est, fodit, siue pupugit. Interpres legisse uidetur ἤνοιξε, quod significat, aperuit.

Et ille scit quia uera dicit.) Sensus anceps est etiã Græcis, utrũ Christus sciat quod Euangelista uera narret, an ipse Ioannes sibi conscius sit, quod uera loquatur. loquitur enim de se, ueluti de tertia persona.

Videbunt in quem compunxerunt.) Est apud Zachariam capite duodecimo. Iuxta æditionem Septuaginta legitur ad hunc modum, Et aspicient ad me, pro eo quod insultauerunt, καὶ βλέψονται πρός με, ἀνθ' ὧν ὠρχήσαντο. Hebraica ueritas sic habet, interprete Hieronymo, Et aspiciunt ad me quem confixerunt. Diuus Hieronymus indicat Septuaginta lapsos similitudine elementi, Nam si legatur דָּקָרוּ sonat ἐξεκέντησαν, id est, compunxerunt, Sin autem contrario ordine literis commutatis דָּרָקוּ sonat ὠρχήσαντο, id est, saltauerunt. Itaque Ioannes neque magnopere respexit quid uertissent Septuaginta, & ex Hebræo sensum magis curauit appendere, quam annumerare uerba. Citat hunc locum idem Hieronymus in libello ad Pammachium de optimo genere interpretandi. Cõpũxerũt, insultarunt.

Et ligauerunt eum.) ἀυτὸ, id est, illud. nempe corpus.

EX CAPITE VIGESIMO.

Vcurrit ergo.) ἔτρεχε, id est currit, uerbo præsentis temporis.

Inuolutum in unum locum.) In uno loco, quanquam Græca præpositio anceps est. Et sudarium.) Latina usus est uoce Græce scribens. nam illi καλυπτρώτιον appellant, autore Polluce. Sudarium.

Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos.) Quid est, iterũ abiere? an iam semel abierant? Proinde rursus erat dicendum, non iterum. Et ad se dixit, pro domum suam. Et uidit duos angelos.) καὶ θεωρεῖ, id est, cernit, siue uidet, præsentis temporis.

Duos angelos in albis.) Interpres reddidit Græcam figuram, iuxta quam illi in purpura uocant hominem purpuratum, unde nos uertimus albis amictos.

Conuersa est retrorsum & uidit.) Rursus est θεωρεῖ, id est, uidet, præsentis temporis.

Quia uidi dominum, & hæc dixit.) ὅτι ἑώρακε τὸν κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν ἀυτῇ, id est, quod uidisset dominum, atque is hæc dixisset sibi.

Dixit ergo eis iterum, pax uobis.) Vides ut nihil magis inculcauit Christus suis, ꝙ pacẽ. In extrema illa oratione, quam sollicite mandauit suis, ut inter sese amarent, quoties iterat hoc suum præceptum? Deinde quam enixe obsecrat patrẽ, ut illi unum essent, nõ ait concordes, sed unum, & addidit insigne exemplum summæ unionis, sicut tu & ego unum sumus. Hic rursus non contentus semel dixisse, pax uobis, repetit pax uobis. & non pudet hodie Christianum populum, nihil aliud quam belligerari? Ferendum utcunque, si tantum insaniret populus. nihil aliud aucupantur plerique principes. imo quod fœdius est, non solum incitant ad hæc sacerdotes, uerum ipsi belligerantur. Qui profitentur euangelium pacis, plæbem ad bella cohortantur, & quorum erat inflammare ad pietatem, hi classicum canunt, & huc detortis sacris literis, pacificum illum ac mansuetissimũ Christum, belli faciunt autorem. Qui si rediret in hanc ætatem, dispeream, nisi durius Christus nihil diligentius docuit, ꝙ cõcordiã. nota qd erasm. scribat

tractandus sit ab hoc phariſæorum genere, quam ab illis olim fuit acceptus. Verum hæc πάρεργα. Annotandum & illud, quod ſemel & iterum precatus pacem, deinde inſuffla to ſpiritu dixit, Quorum remiſeritis peccata, &c. Qui ex his poſterioribus criſtas erigunt, & tyrannidem quãdam ſibi uindicant, cur non meminerunt eorum quæ mox præceſſerunt? Omnia plena diſſidijs, litibus, bellis. Toti turgemus mundano ſpiritu, & tamen placemus nobis, autoritate cõmiſſa remittendi, aut retinendi peccata. Tuere autoritatem, ſed cura ut adſit ſpiritus, per quem ille tribuit autoritatem.

Autoritas remittẽdi pcta dat, ſed pri' dato ſpũſancto.

Fixuram clauorum.) τύπον, id eſt, figuram. atque ita legitur in quibuſdam codicibus Latinorum. Certe in exemplari Corſendoncenſi manifeſtum raſuræ ueſtigium, declarabat prius ſcriptum fuiſſe figuram non fixuram, etiamſi mihi neutrum uerbum ſatis arridet. ſentit enim ueſtigium uulneris ex clauis impreſſum. Auguſtinus enarrans epiſtolam Ioannis, uertit cicatricem. Verum ut Latinis exiguum eſt diſcrimen inter fixuram & figuram, ita Græcis inter τόπον & τύπον.

Incredulus, ſed fidelis.) ἄπιστος ἀλλὰ πιστός. i. infidelis, ſed fidelis. ſiue incredulus, ſed credulus, aut credẽs, ne pereat προσονομασία. Etẽ quod ſcribit Valla fidelẽ Latinis ſonare bonæ fidei hominem magis, quam credentem, hoc eſt, non qui habeat alteri fidem, ſed qui præſtet fidem, uere quidem dicit, uerum ea uox iam ab omnibus Chriſtianis ſcriptoribus in hunc ſenſum eſt uſurpata.

Dominus meus & deus meus.) Hic eſt unus locus in quo palam Euangeliſta Chriſto dei uocabulum tribuit. Alioqui cum innummera ſint argumenta in libris noui teſtamenti, quibus euidenter liquet pijs mentibus Chriſtum deum pariter atque hominem fuiſſe, tamen infrequens eſt aperte dici deum, quod tam cœleſte myſterium aures adhuc illius ætatis uix laturæ uidebantur. Qua de re paulo copioſius dicemus in Annotationibus, quas ſcribemus in prioris ad Timotheum epiſtolæ caput primum. Nec eſt quod cauilletur hæreticus hoc a diſcipulo dictum. Agnouit Chriſtus, utique repulſurus ſi falſo dictus fuiſſet deus, præſertim cæteris audientibus diſcipulis.

Chriſtꝰ apte dictꝰ deus.

EX CAPITE VIGESIMO PRIMO.

ET illa nocte nihil prendiderunt.) Et iterum, Afferte de piſcibus quos prendidiſtis. In nonnullis habebatur, cœperunt & cœpiſtis, Græce eſt, ἐπίασαμ, & ἐπιάσατε.

Pulmẽtariũ προσφάγιον.

Nunquid pulmentarium habetis.) προσφάγιον inde dictum quod addatur pani. & num quod dicendũ erat, aut certe num quid pulmentarij.

Tunica ſuccinxit ſe.) τὸμ ἐπενδύτην διεζώσατο, id eſt, pallio, ſiue penula. Nam tunica ueſtis eſt interior. ependytes dicta, quod ſuperne induatur.

Prunas poſitas.) ἀνθρακιὰν, ignis eſt ex congeſtis carbonibus.

Piſcem & piſcibus.) ὀψάριον, ὀψαρίων. Hic palam apparet ὀψὸν, & ὀψάριον eius nominis diminutiuum pro piſce accipi, cum dicatur ab ὀπτῶ quod eſt, aſſo.

Tanti ꝓ tot.

Et cum tanti.) τοσούτων ὄντων, id eſt, cum tot eſſent. de numero loquitur, non de magnitudine. Et accepit panem & dabat eis.) Venit, accipit, & dat, omnia Græcis præſentis ſunt temporis, ἔρχεται, λαμβάνει, δίδωσι.

Hoc iam tertio.) τοῦτο ἤδη τρίτον, id eſt, hac iam tertia uice.

Simon Petre.) σίμων ἰωνᾶ, id eſt, Simon iona. quanquam in nonnullis erat ἰωαννᾶ, quemadmodum & in Luca.

Diligis me plus his?) Cur interpres non uitauit amphibologiam, dicens, diligis me plus ꝓ hi? Alioqui diligis me plus his, poterat intelligi, diligis me plus ꝓ hos.

Tu ſcis quia amo te.) Quod modo diligis erat, nunc mutat amo. Verum uariauit & Euangeliſta Græcam uocem, prius illud eſt, ἀγαπᾶς, poſterius, φιλῶ. quibus tamẽ citra diſcrimẽ eſt uſus. id quod indicauit & Auguſtinus libro de ciuitate dei decimo quarto, ne quis arbitratus ſubeſſe myſterium in hac uarietate fruſtra philoſophetur. Apud Latinos amo uehementius eſt quam diligo.

Amo ἀγαπῶ
Amo φιλῶ.

Paſce

Pasce agnos meos.) Bis dixerat, βόσκε, id est, pasce, siue, ale. semel ποίμαινε, id est, rege, ut pastor regit gregem. Nec est ubique agnos, sed bis πρόβατα, id est, oues, semel ἀρνία. Nec in his opinor ullum esse discrimen. Illud obiter est admonendum, qui ex hoc loco gloriantur sibi commissum gregem domini, eos primum oportere meminisse a Petro ter exactum amorem erga Christum, neque quemlibet amorem, sed ardentiorem cæteris. deinde ter item commissam illi curam gregis. Illud nimirum significatum est, non esse idoneum sacerdotio, nisi qui neglectis omnibus, nihil amet nisi Christum, hoc est, ueritatẽ, innocentiã, pietatem. Ad hæc nihil huic antiquius esse debere, quam incolumitatem gregis sibi crediti. Proinde quæso quid frontis est istis quibusdam, qui prophanis imo sceleratis principum obsequijs, qui pecunijs huc penetrant, qui sacerdotium nihil aliud, quam quæstum ac tyrannidem esse putant? Nec meminerunt quam attente quibusque legibus Christus suas oues Petro commiserit?

Oues, agni.

Quo tu non uis.) ὅπου οὐ θέλεις. At cur non & superius itidem uertit, ibas ubi uolebas, cum sit idem aduerbium græcum? quanquam ego malim utrobique, quo ibas quo uolebas, & ducet quo non uis.

Qui tradet.) ὁ παραδιδούς, id est, qui tradit.

Sic eum uolo manere.) Cum omnia Græcorum exemplaria constanter habeant scriptum, ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, nemini dubium esse potest, quin coniunctio si, mutata sit in aduerbium sic, idq; non interpretis uitio, sed errore librarij. Siquidem apud Latinos facilis & prodiuis prolapsus est, a si in sic, ob uocum affinitatem. Cæterum apud Græcos nihil simile est, ἐὰν & οὕτως, ut hac occasione lapsus uideri possit interpres. Neque uero solum consentiunt exemplaria Græcorum, uerum etiam interpretes Cyrillus, Chrysostomus, Vulgarius. quanquam in his uoluminibus Chrysostomi nuper excusis, ab indocto quopiam si, mutatum erat in sic. Verum ipsa interpretatio palam arguit Chrysostomum si legisse, dum in hanc differit sententiam, Christum noluisse respondere Petro, quid esset facturus de Ioanne, sed uoluisse temerariam & curiosam illius interrogationem retundere. at id non fecit, si respondit illum mansurum. Quin & diuus Hieronymus primo aduersus Iouinianum libro, citat hunc locum iuxta Græcam ueritatem. Et tametsi solent huiusmodi omnia ad semel publicitus receptum errorem depraua ri, tamen haud scio quo casu factum est, ut hic locus etiamnum in uulgatis exemplaribus manserit incorruptus. Qui si maxime fuisset corruptus, tamẽ ipse disputationis tenor arguit Hieronymum si, legisse, non sic. Et quanquam ad rei comprobationem satis erat tantus Græcorum codicum omnium consensus, tamen in exemplari, cuius copiam nobis fecit bibliotheca canonicorum Corsendoncensium, palam scriptum est, si eum, non sic eum. Nec dubito quin itidem scriptum fuerit in Paulino codice, nisi quod extrema pagella nos destituerat. Inter uetustiores solus Augustinus quibusdam legisse uidetur, sic eum uolo manere. uir ille quidem, quod negari non potest, sanctus, integer, acuto præditus ingenio, uerum pro ingenij simplicitate impense credulus, neque perinde munitus præsidio linguarum, etiamsi non omnino rudis fuit Græcanicæ literaturæ, at non eousque doctus, ut Græcos interpretes expedite posset euoluere. Adde quod & sero uenerit ad Christiani nominis professionem, & mox iuuenis ad episcopale munus raptus est, ut ferè docendo discere cogeretur quod doceret, & scribendo disceret, quod scriberet, ut ipse, alicubi fatetur. Proinde si quid etiam laberetur, uir alioqui maximus, non erat tamen conuitijs insectandus, quod nimium acerbe fecit hoc loco Valla. Augustinus, inquiens, ne hic quidem Græcam consulens ueritatem, sperat se inter falsa uerum inuenire. Et aliquanto post odiosius. Nunc in tanta re uel euangelica, uel ad euangeliũ pertinente, Græci fontis ueritate omissa, postulat ut sibi credamus. &c. Imo siquis attentius excutiat expositionem Augustini, comperiet & illum legisse, si eum, non sic eum. atque illud sic ab indocto quopiam corruptum. Etenim cum fatetur obijci posse, Dominum non dixisse quidem quod Ioannes non esset moriturus, sed tamen innuisse, nonne satis aperit quid legerit? Nam rogatus quomodo uelit sterni lectum, si respondeat, sic uolo manere, non significat uelle instratum manere, sed clare explicat. At si respondeat, quid si ita uelim ma

Manifestum mendum in latinis codicibus.

Augustinus defensus aduersus Vallã

nere, ſubſignificat nolle ſterni, ſed ſic, ut in dubio relinquat quid uelit. Atq; hæc dixerim, nõ quod impiũ exiſtimẽ alicubi diſſentire ab Auguſtino, ſed quod nolim eũ ſine cauſa re prehendi. Porrò quanquam hæc non faciunt hæreticum, ſi ſic, legas pro ſi, tamen error tam manifeſtarius non eſt diſſimulandus in literis euangelicis. & ut fateor, non inſectan dum conuitijs qui ſic labatur, ita commiſerandũ aio ac ſublueuandum. Excuſatur is qui per imperitiam literarum his uerbis baptizauit, In nomine patria, & filia, & ſpirita ſancta. Nemo tamen ſciens laturus ſit huiuſmodi baptizatorem. Quin ipſe Auguſtinus non probabat, quod populus in templis caneret, Super ipſum autem floriet, pro florebit, etiam ſi ſciret deum non offendi ſolœciſmis. Quanto minus diſſimulandum, ſi tanto fœdior menda in euangelicas irrepſerit literas? Quod ſi Latinus interpres indicandi modum uertiſſet in modum imperandi, non perinde lubricus fuiſſet lapſus, Si eum uelim manere donec ueniam. ut ne repetam interim, quod ipſe ſermonis contextus refellit iſtorum lectionem. ſequitur enim, Et non dixit Ieſus, quod diſcipulus ille non moritur. Quod ſi ſuperius legamus, Sic eum uolo manere, planè dixit eũ nõ moriturum, donec ueniret, quod Ioannes dictum fuiſſe negat. Nec ambigit Ioannes, quin Chriſtus manere dixerit, non mori, uerum negat id affirmaſſe Chriſtum, ſed in ambiguo reliquiſſe, ut ea res nihil attineret ad Petrum.

Error manifeſtus etiã in uocibus nõ eſt ferendus.

Exiuit ſermo inter fratres.) Quomodo exijt, ſi erat inter fratres? quanquam ſic uſus eſt hoc uerbo Suetonius. Proinde dilucidius ac Latinius erat, permanauit rumor inter fratres, hoc eſt, ad Chriſtianos cæteros. & quod illic erat dictum paucis audientibus, id ſerpſit ad plures, uulgante fama.

Exire, pro diuulgari.

Nec ipſum arbitror mundum capere poſſe.) Hic Auguſtinus offenſus hyperbola, capere non ad ſpacium loci refert, ſed ad animum. Verum ad eundẽ modũ, nec unã paginam diuinam diuinæ ſapientiæ capere poſſit mundus. Nihil tale Chryſoſtomus, & Cyrillus. ingenue fatentur hyperbolen eſſe. Sentit autem incredibilem uim, ac multitudinem librorum. eſt enim Græcis χωρῆσαι, quod de ſpacio loci proprie dicitur, ut annotauimus in eũ locũ, Non omnes capiunt hoc uerbũ. Nec eſt, poſſe capere apud Græcos, ſed tantum χωρῆσαι, id eſt, capere, ſiue capturum. Deinde qui ſcribendi ſunt, melius erat, qui ſcribẽdi forent.

Hyperbole.

FINIS ANNOTATIONVM IN IOANNEM.

DES. ERASMI ROTERODAMI ANNOTATIO/ NES IN ACTA APOSTOLORVM.



CTVS Apostolorũ.) πράξεις. quod Cyprianus uertit, acta Hieronymus interim actiones, interim acta uocat. Cæterũ actus masculino genere reperitur quidẽ, sed in carmine, ut apud Lucanũ, Licet ingentes abruperit actus. Verum acta magis uocantur, quæ iudicijs aut testamẽtis, aut consimilibus modis transiguntur. Proinde ego gesta malim q̃ acta.

Actus. Acta. Gesta.

Primũ quidem sermonẽ.) Equidẽ cupiebã hũc librũ Lucæ cũ priore coniungere. Quandoquidẽ ille historiã euãgelicã duobus est complexus uoluminibus, quorũ utrunq; ad eundẽ scripsit Theophilũ, & posteriorẽ auspicãs, prioris facit mentionẽ. Cæterũ uerebar, ne non ferendũ uideret, euãgelia distrahere. Quanq̃ hæc historia quid aliud est, q̃ euãgelij pars, eáq; meo iudicio nõ minima. Siquidẽ illic describitur granũ frumẽti solo conditũ, hic describitur enatũ, ac suas paulatim aperiens ac proferens opes. Quod ni per Lucã cognouissemus, quibus modis Christus reliquerit terras, ubi, quo loco, quibus modis aduenerit, pmissus ille spiritus, quibus initijs cœperit ecclesia, quibus rebus polluerit, quibus creuerit rationibus, nonne bonã euangelij partẽ ignorassemus? Atq; utinã sanctus Lucas, quemadmodũ exorsus erat hãc narrationẽ, ita longius fuisset prosecutus, ac de cæterorũ item apostolorũ gestis nonnihil attigisset. Quo magis admiror, apud Græcos hunc librũ tã uariũ haberi. neq; quenq̃ extitisse, qui tã præclarũ opus, ac prorsus euãgelicæ tũ maiestatis, tum fidei suis cõmentarijs illustrarit. Nihil em̃ extat, quod sciã in hoc, præter aliquot locorũ uocabula, quæ Hieronymus annotauit, uerũ ea nõ solũ pauca, sed etiã paucis. Sero recepta est epistola ad Hebræos, de epistola Iacobi nõnihil est addubitatum. Apocalypsim sero recepit Italia, Græcia ne nunc quidẽ satis approbat. Cæterũ de actis nulla unq̃ dubitatio. Nã quod hic liber nõ receptus fuerit à Manichæis, quẽadmodũ indicauit Augustinus libro quo refellit Adamantium Manichæum, hoc plus etiã põderis apud orthodoxos habere conuenit, si displicuit hæreticis nõ minus ridiculis q̃ impijs. Atq; hoc sanè maiore studio conuenit, ut Christiani suæ gentis incunabula studeant cognoscere, quo posteaq̃ cognitum habuerint quibus rebus adoleuerit, ijsdem intelligant collapsam religionem instaurandam esse.

Hæc historia pars est euãgelij.

Acta apud Græcos deprauata.

Primũ quidẽ.) Sæpius admonuimus apud Græcos πρῶτον usurpari uice comparatiui. Primum, pro priorẽ siue superiorem. Nã sermonem, haud dubie librũ euangelicũ uocat, neq; enim ea dixerat, sed scripserat. Et Isocrates suos libellos λόγους appellat. Deinde haud scio satis ne latine dicatur, facere sermonẽ, pro eo quod est uerba facere. Vnde nos quo dilucidior esset sensus, non ueriti sumus ad hunc transferre modũ. Superiore quidẽ uolumine diximus Theophile de omnibus quæ cœpit Iesus, tum facere, tum docere. Poterat & sic, & facere & docere, siue uel facere uel docere. Nã facereq; & docere, poeticũ est apud latinos, apud Græcos secus, ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, Partitus enim est omnem Christi uitam in duo, in facta & doctrinam. Fecit is admiranda, sed non minus stupenda docuit. Facta constant miraculis, doctrina decretis. Porrò quod huc adducunt quidam, prius esse facere, deinde docere, id argutius est q̃ accommodatius.

Primũ pro priorem.

Reiecta quorundã interpretatio.

Per spiritum sanctũ præcipiens.) ἐντειλάμενος, præteriti temporis est, hoc est, cũ præcepisset. Et hunc locũ quoniã alioqui uidebatur obscurior, paulo fusius explicuimus ad hũc modum. Ad eum usq; diem, quo postquam impartitus in hoc ipsum spiritum sanctum,

mandasset apostolis quos delegerat,sursum assumptus est. Cæterum illud,spiritũ sanctũ, ita positum est,ut ambigi possit utrò sit referẽdum,ad superiora,an ad sequentia. Verum sensus magis exigit,ut ad superiora referatur, Siquidẽ impartijt illis spiritũ sanctũ à resurrectione,& ita mãdauit prædicãdi munus.Nisi malumus sic accipere, quod ipse Christus in baptismo,spiritum sanctũ in se descendentẽ acceperit,quo facto postea delegerit apostolos.Cæterum prior lectio mihi magis probatur. Quos elegit.) οὓς ἐξελέξατο. Hoc interiecit,ut appareat Christum non omnibus mandata dedisse,sed ijs duntaxat,quos ad hoc muneris delegerat.nempe duodecim apostolis,& septuaginta discipulis.

Sensus anceps.

Argumentũ signum.

In multis argumentis.) τεκμηρίοις. Argumẽtum hic uocat signum aliquod,per quod fides fit rei alioqui dubiæ.Et in multis,Hebraico more dixit,pro per multa argumẽta.Cæterum quod sequitur, ὀπτανόμενος, participium est passiuum præsentis temporis. Proinde interpres dũ quod nõ solet,conatur exprimere rationẽ temporis,nimis diluto usus est uerbo, Siquidẽ apparet id quoq; quod nõ est.Nos itaq; maluimus circũloqui,dũ cõspicitur.

Et conuescens præcepit.) Quisquis uel mediocriter attenderit,facile coniectabit ab interprete scriptum fuisse conuersans,non conuescens.Id famelicus opinor quispiam, nihil nisi cibum somnians uertit in conuescens,quod inhumanũ putaret Christũ suos relinquere,nisi prius habita cũ illis compotatiuncula, quẽadmodum hodie uulgus nostratiũ facit. Cæterum in græcis exemplaribus uariat hic locus.In alijs scriptũ est, συναλιζόμενος,quod sonat cõgregatus siue congregãs.In alijs συναυλιζόμενος .i. cõmorans,& sub eodẽ uersans tecto.Rursum uariat & ipsa sermonis distinctio.Nã quidã hoc participium referũt ad superiora,ut & hoc cẽseatur inter argumẽta resurrectionis,quod domesticã cum illis ac diutinã egerit consuetudinẽ . nã id est,ni fallor, συναυλίζεσθαι. Alij rursus ad sequentia, ut sub eodẽ tecto cõmorãs apud illos,intelligatur mãdasse ne discederẽt Hierosolymis.Id quod mihi magis probatur , quod quidẽ ad distinctionẽ attinet , alioqui duriuscule cohæreant cũ superioribus,quæ sequuntur.Cæterũ si legamus, συναλιζόμενος, id magis congruit cũ eo quod aliquanto post sequitur, Illi igitur cum conuenissent,interrogabant eum dicẽtes, Domine &c. Apparuit eĩ illis nunc paucioribus,nunc pluribus.Cæterum conscensurus in cœlũ omnes uoluit adesse,ut ultima æderet mandata. Quam audistis,inquit, per os meum.) ἣν ἠκούσατέ μου, id est,quã auditis ex me.Cæterum haud male interpres addidit, inquit,de suo,ne durior esset sermo,ob repente mutatam personam loquentis.

συναυλίζεσθαι. συναλίζεσθαι.

Lectio duplex.

Inquit, additum.

Baptizabimini spiritu sancto.) ἐν πνεύματι ἁγίῳ .i. in spiritu sancto,hoc est , per spiritũ sanctũ.recte igitur cõiũctionẽ omisit interpres.Augustinus epistola cẽtesima octaua admonet in nonnullis latinis codicibus scriptum fuisse pro baptizabimini , incipietis baptizari.uerum hanc lectionẽ ut mendosam reijcit,ex autoritate græcorũ codicũ, cum hic interpres subinde uerterit ad consimilẽ modum. Si in hoc tempore.) εἰ apud Græcos frequẽter est interrogãtis.rectius itaq; uertisset,Num in tempore hoc, siue an in tẽpore hoc.

Restitues regnum Israel?) τῷ Ἰσραήλ, id est , Israeli . sic enim uocant gentem Iudaicã, Somniabant enim adhuc nescio quod regnum Hebræorum.

Tempora uel momenta .) χρόνους ἢ καιρούς .i. tempora & articulos siue oportunitates. Quanq; apud Græcos καιρὸς nõnunq; pro χρόνῳ usurpetur,at nõ cõtra.Est autẽ proprie χρόνῳ, quoties de genere seu modo spatióue tẽporis agitur,ueluti sæculũ,annus,mensis, dies,hora. καιρὸς autẽ cũ sentimus oportunitatẽ rei gerendæ.Nã utrunq; refertur à Rhetoribus inter argumẽta coniecturalia. Annotat hanc uocũ differentiã & diuus Augustinus in epistola 78. ad Hesychium.Quin apud Græcos καιρὸς deus est, quẽ Ausonius uertit occasionẽ.neq; uero καιρὸς species est huius ceu generis χρόνος, quẽadmodum iudicat Valla . diuersum magis est q; pars.Et omnino plus quiddã est καιρὸς q; tempus,nempe articulus,ipsumq; momentũ ac punctũ,ut aiunt,in quo res sit agẽda.unde nõnunq; articulũ uertit. Neq; dubito quin illud Terẽtianũ,ut in ipso articulo oppressit,græcis sit καιρῷ . Duabus dictionibus græcis respondet unica latina tempus. Augustinus locũ hunc adduxerat hoc pacto , Nemo potest cognoscere tẽpora, quæ pater posuit in sua potestate.At Hesychius ex autoritate ueterũ exemplariũ nobiscum legit, nõ est uestrum. Quæ pater posuit in sua potestate.) ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ .i. in propria siue sua ipsius potestate.

καιρὸς. χρόνῳ.

Accipietis uirtutem.) δύναμιν .i. robur ac fortitudinem,ne quis accipiat ἀρετὴν, quæ

probitas

probitas est uitio opposita. Et (superuenientis spiritus) ἐπελθόντος præteriti temporis participium est, sed quod uerbo futuri temporis adhæreat. Vertere poterat, illapsi in uos, siue ut nos uertimus, postq̃ spiritus sanctus aduenerit super uos. Testes in Hierusalē.) Gemina est coniunctio Græcis, ἔμ τε ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν πάσῃ ἰουδαίᾳ. Cæterum quod subiūxit, Iudæam Hierusalem, totum parti non potuit reddi, neq̃ per geminum &, neq̃ per tum. Proinde nos reddidimus, non solum Hierosolymis, uerum etiam in uniuersa Iudæa.

Cunq̃ intuerentur in cœlum.) Ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν. i. cum essent intētis siue defixis in cœlum oculis. id em̃ Græcis est ἀτενίζειν fixis & immotis obtueri oculis amantium more. In cœlum autē ita positum est, ut utrouis possit referri, uel ad intuentes, uel ad euntem. nisi quod mox uelut explicat, quid statis aspicientes in cœlum? Nam quod uestе alba, uertit uestibus albis, nihil refert ad sensum. Ecce uiri duo.) Admonuimus esse peculiare Lucæ καὶ coniunctionem ex superfluo addere. proinde interpres recte omisit.

Anceps sermo.

Quemadmodum.) ὃν τρόπον, ut quem ad modum, tres sint dictiones.

Sabbati habens iter.) σαββάτου ἔχον ὁδὸν. Sentit spatiū mille passuū. longius iter facere Iudæis fas non erat sabbatis. Proinde nos uertimus, abest ab Hierosolymis iter sabbati.

In cœnaculum.) εἰς τὸ ὑπερῶον. Hic cœnaculum non significat eum locum in quo cœnatur, sed superiorem domus partem. id quod græca uox indicat.

Cœnaculū ὑπερῶον.

In cœnaculum ascenderunt.) ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῶον, id est, ascenderunt in cœnaculum, hoc est, ingressi ciuitatem, conscenderunt cœnaculum.

Petrus & Ioannes.) Suspicor incuria librariorum accidisse, quod hic perpetuo non distinguātur apostolorū iuga. nos tamē nihil ausi sumus immutare, cum neq̃ suffragarentur exēplaria, nec interpretes idonei. Ne ordo quidē satis cōgruit, apud nos em̃ Petrus copulatur cū Ioanne, apud Græcos cum Iacobo. apud nos Iacobus & Andreas, apud Græcos Ioannes & Andreas.

Ordo diuersus.

In oratione.) Deest in latinis codicibus τῇ δεήσει, id est, & obsecratione. Congeminat hæc ad eum modum sæpenumero & Paulus.

Cum mulieribus.) σὺν γυναιξί. Accipi potest, & cum uxoribus, propterea quod separauit Mariā à mulieribus. Ac rursum (cum fratribus eius.) ad Iesum refertur, non ad Mariam αὐτοῦ. In diebus illis.) ταύταις. i. his. nec enim est ἐκείναις. Est autē historicum, referre rem quasi iam geratur. In medio fratrum.) μαθητῶν, id est, discipulorum. & simul est ἐπὶ τὸ αὐτὸ, id est, collecta siue congregata in eodem loco.

Erat autem hominum.) ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων, id est, eratq̃ turba nominum. quod quidem palam̃ est non accidisse culpa interpretis, sed ab audaculo quopiā fuisse depraua tum, qui putarit nominum hoc loco nihil significare. cæterum hominum probe quadrare. adeo præceps est iudex inscitia. Porrò nominum dixit, quod nominatim homines cē seri soleant, quoties exquiritur numerus. Hæc orationis pars, quoniam per parenthesim est interiecta, suis notulis est utrinq̃ semouenda, quæ tamē aptior erit, si legamus ἦν δὲ.

Hominū, p nominum.

Oportet impleri.) ἔδει, id est, oportebat, siue oportuit. de re peracta loquitur.

Quam prædixit.) ταύτην ἣν, id est, hanc quam prædixit.

Qui fuit dux.) ὁδηγὸς. Is proprie dicitur, qui commonstrat uiam. ne ductorem exercitus intelligat aliquis, cui apud Græcos aliud est nomen.

In nobis.) σὺν ἡμῖν. i. nobiscum. Et (Qui connumeratus est) ὅτι, quia, non qui.

Et possedit agrum.) ἐκτήσατο, quod uerti poterat etiam parauit. Neq̃ enim Iudas possedit hunc agrum, uerum ea pecunia paratus est is ager. Porrò de mercede iniquitatis, alluisit, ni fallor, ad cognomen Ischariotæ, quod Hebræis שָׂכָר mercedem sonet.

Possedit pro parauit.

Et suspensus crepuit.) καὶ πρηνὴς γενόμενος, id est, pronus factus, siue declinis. πρηνὴς em̃ Græcis dicitur, qui uultu est in terram deiecto. Expressit autē gestum & habitum laqueo præfocati. Alioquin ex hoc sanè loco non poterat intelligi, quod Iudas suspenderit se. Augustinus libro primo contra Felicem Manichæum, capite tertio, hūc adducens locum legit, Et deiectus in faciem, diruptus est medius. Acheldemach.) Græci scribunt ἀκελδαμὰ, propius accedentes ad uocem Hebraicam q̃ nos. Hebræis חֲקַל fundus est, siue facultas דָּם sanguis. etiamsi diuus Hieronymus indicat nomen esse Syrum.

Fiat cōmoratio.) ἔπαυλις, cōpositū ab eadē dictiōe unde σαυλιζόμενος, de quo dictū est paulo ante. Augustinus eo quē modo citauim⁹ loco, legit, fiat uilla eius deserta. Cæterū

episcopatum

episcopatū est ἐπισκοπὴν, quod Hebræis est פְּקֻדָּה. Id inter alia præfecturā quoq; signifi cat. Audiui quendā Hebræū, qui quod interpres Græcus ac latinus uertit episcopatū, affir maret Hebræis sonare uxorē egregie charā, quæ nō prolis gignēdæ gratia, sed animi cau sa haberetur in delicijs semota ac secluſa. Intrauit & exiuit.) pro eo quod est perpetuā uitæ consuetudinē habuit. Dictum est autē figura prouerbiali. Cæterum hic sermo totus nōnihil habebat obscuritatis, non solū in lingua latina, uerum etiā græca. Proinde nos quo ad potuimus, conati sumus dilucidius uertere. Qui cognominatus est iustus.) ὃς ⟨illegible⟩ nomen Rhomanum. quod cognomen olim inditum fuit Aristidi apud Athenienses.

Intrauit & exiuit.

Qui corda nosti.) Græcis est unica dictio cōposita, καρδιογνώσα, cognitor cordium. Et mox (ostende) est ἀνάδειξον. i. designa. sic em̄ uertit, Designauit Iesus & alios septuaginta.

Accipere locum.) λαβεῖν τὸν κλῆρον, id est, ut accipiat sortem, siue hæreditatem.

Vt iret in locū suum.) ἴδιον, uelut ante occupasset alienū. Et dederūt sortes eis) καὶ ἔδωκαν κλήρους αὐτῶν. i. & dederunt sortes eorū. nimirum duorum, de quibus sortiebātur.

Et annumeratus est.) καὶ συγκατεψηφίθη. i. suffragijs siue calculis additus est. Vallæ pla cet, cooptatus est, neq; mihi sanè displicet. Superius erat diuersum huic uerbū κατηριθμη μένος σὺν ἡμῖν, id est, numeratus nobiscum. Totum hoc caput, ac sequentis bonam partē recitat Augustinus libro cuius paulo ante meminimus, sed nōnulla secus q̄ nos legimus, quæ qui putabit operæprecium cognoscere, conferat.

EX CAPITE SECVNDO.

Dies pentecostes.) Dies singularis est numeri, Itaq; cōpleretur legendum est. Atq; ita sanè recitat Augustinus libro aduersus Felicē primo, cap. quinto, ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν, quod ultimus ille dies quinquagesimus sit dictus. Quāq; uulgo tēpus hoc uniuersum, quadragesima & quinquagesima dicat. Erant omnes pariter.) ὁμοθυμαδὸν. i. unanimiter, quod ita paulo ante uer tit, perseuerantes unanimiter in oratione. Aduenientis spiritus.) φερομένης πνοῆς. i. fla tus qui fertur, quod proprium est uenti impetu citato euntis. Id quod propemodum ex pressit Augustinꝰ libro de origine animæ ad Renatū primo. Factus est subito de cœlo so nus, quasi ferretur flatus uehemens. Itē in epistola centesima secunda ad Euodiū. Rursum sermone de uerbis apostoli sexto. Iterū aduersus Felicē libro primo, cap. quinto. Vehe mentis. magis est uiolenti, βιαίας. Et apparuerunt illis.) καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς, id est, uisæ sunt illis, seu potius conspectæ. Tanq; ignis.) Ignis hoc loco genitiui casus est, nō no minatiui, ὡσεὶ πυρὸς. i. uelut ex igni. nos uertimus igneæ, quo uitaremus amphibologiam.

In alijs lin guis.

Varijs linguis.) ἑτέραις, id est, alijs linguis. Ita citat & Hieronymus in quæstionibus ad Algasiam, iuxta uetustos codices ut conueniat cum illo euangelico, Linguis loquentur no uis. Nam quod aliud est, idem est nouum. Ex omni natione quæ sub.) πάντων ὑπὸ τὸν οὐρα νὸν, id est, eorum quæ sub cœlo sunt. Et mente confusa est.) Mente non lego in Græ cis codicibus. tantum est, συνεχύθη, confusa est, quod tamen ad perturbationem uel ad mirationem pertineat, non pudorem, quomodo solet hic uertere.

Et mirabantur dicentes.) Addunt Græci, πρὸς ἀλλήλους, id est, alius alij, siue inter sese.

Et quomodo nos audiuimus.) ἀκούομεν. Audimus præsentis temporis, id quod à libra rijs est deprauatum. Linguam nostram.) ἰδίᾳ διαλέκτῳ, id est, propria lingua, siue ser mone, ut subaudiamus loquentes eos. Græcis dialectus est linguæ proprietas aut species, uelut apud Græcos cum una sit lingua, quinq; tamē sunt dialecti, ut qui Græce calleat mox possit agnoscere, Atticus sit qui loquatur an Doricus, Ionicus an Lacedæmonius. Proba bilius est autem apostolos sua lingua fuisse locutos, & miraculo factum, ut nemo nō intel ligeret, perinde ac si suam quisq; linguam audisset. nec unq; legimus hoc miraculi accidis se aliàs nisi forte semel. Cæterum illud ἡμῶν latine commode reddi non poterat.

Et qui habitant.) καὶ κατοικοῦντες. i. habitantes. alioqui si per uerbū libuit transferre, di cendū erat, qui habitamus, propter uerbū qd̄ præcessit, audimus. Aduenæ Rhomani.) Nō est προσήλυτοι, quo mox utit, sed ἐπιδημοῦντες, hoc est, illic uersantes. Cæterū Hebræi Proselytos Hebraice גֵּרִים uocabant, qui diuersæ factionis nati in ius Mosaicæ legis reci perentur. Hic sentit Iudæos quidem religione, uerum Rhomæ agentes.

Aduenæ προσήλυτοι ἐπιδημοῦντες.

Iudæi quoq;.) Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι. i. Iudæiq; & Proselyti, ut sit gemina cōiunctio.

Audiuimus

Audiuimus eos.) Rurſus ἀκόομεν, id eſt, audimus, ut ſuperius admonuimus.

Stupebant autē omnes & mirabantur.) ἦν δ' ἰπόρων, Id uerbū ſignificat eos animo hæſitaſſe ac perplexos fuiſſe. quo uerbo uſus eſt de Herode, cum crederet Ioannem reuixiſſe ἰπόρει, quod illic uertit, hæſitabat. Cæterum aliquis mutauit hunc locū ex ſuperiori, quē tamen puto corruptū, θέλξαντε δὲ ἦν ἐθαύμαζον, quod plus ſit prius illud, & hoc poſterius.

Ad inuicē dicētes.) ἄλλος πρὸς ἄλλον λέγοντες. i. alius ad aliū dicētes, ſiue inter ſe dicētes.

Muſto pleni.) μεμεσωμένοι, id eſt, impleti ſunt. Pleni ſunt iſti.) Iſti, redundat.

Per prophetā Ioel.) Teſtimonium quod citat eſt apud eum prophetā cap. 2. Ac mire declarat largitatē diuini muneris, quod ſolis Iudæis antea uidebatur deberi, iā in omnes orbis nationes redundantis. Cæterū Lucas nōnihil diſcrepat & ab Hebræis, & à Septuaginta, quibus hoc loco cū illis eſt ferè concordia. Nec eſt apud Hebræos, in diebus nouiſſimis, ſed poſt hæc. Et, dicit dominꝰ.) Lucas aut certe Petrus addit de ſuo, quod ea clauſula prophetijs omnibus ſoleat apponi. Deinde (de ſpiritu) iuxta Septuaginta dixit, cū Hebræis ſit, ſpiritū meū. Porrò quod priori loco poſuit iuuenes, deinde ſenes, cū & apud Hebræos & ſeptuaginta diuerſus ſit ordo, librariorū errore factum ſuſpicor. Præterea quod latinus interpres uertit, Et quidē ſuper ſeruos meos, legiſſe uidet̄ καί τοι. Hieronymus uertit, Sed & ſuper ſeruos meos. Rurſus poſt hæc uerba, In diebus illis effundā ſpiritū meū. Lucas addidit de ſuo, Et prophetabunt, Quod nec apud Hebræos eſt, nec apud Septuaginta. uerū ut hoc huc tranſlatū eſt ex initio huius uaticinij, ita ex hoc loco trāſlata ſunt in initiū illa uerba, In diebus. niſi forte lectori malumus hoc imputare. Ac mox (dabo prodigia in cœlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum.) Surſum ac deorſū & ſigna, tria uerba de ſuo adiecit Lucas, quæ nec apud Hebræos ſūt, nec apud ſeptuaginta. Deniq; (dies domini magnus & horribilis) pro horribilis Lucas poſuit ἐπιφανῆ. i. manifeſtus, ſiue illuſtris, cū Hebræis ſit horribilis, ut intelligere liceat id quod frequenter admonuimus, apoſtolos & euāgeliſtas nō fuiſſe anxios in reddendis uerbis prophetarū, ſed ipſam ſentētiā bona fide reddidiſſe. quāq; poteſt aliquoties fieri, ut lector eruditus nōnihil corrūpat, dū corrigere nititur ad æditionē ſeptuaginta. Cæterū quo lector ipſe facilius hæc cōferat, Hebræa ſic uertit Hieronymus. Et erit poſt hæc effundā ſpiritū meū ſuper omnē carnē, & prophetabūt filij ueſtri, & filiæ ueſtræ, ſenes ueſtri ſomnia ſomniabūt, & iuuenes ueſtri uiſiōes uidebūt. Sed & ſuper ſeruos meos & ancillas meas, in diebus illis effundā ſpiritū meū, & dabo prodigia in cœlo, & in terra, ſanguinē & ignē & uapores fumi. Sol cōuertetur in tenebras & luna in ſanguinē anteqū ueniat dies domini magnus & horribilis. Et erit, omnis qui inuocauerit nomē domini, ſaluus erit. Iuxta Septuaginta legimus ad hūc modū, Et erit poſt hæc effundā de ſpiritu meo ſuper omnē carnē, & prophetabunt filij ueſtri & filiæ ueſtræ, & ſenes ueſtri ſomnia ſomniabunt, & iuuenes ueſtri uiſiones uidebūt, & ſuper ſeruos meos & ſuper ancillas meas in diebus illis effundā de ſpiritu meo. Et dabo prodigia in cœlo, & ſuper terrā ſanguinē, ignē, & uaporē fumi. Sol conuertet̄ in tenebras, & luna in ſanguinē, anteqū ueniat dies domini magnus & illuſtris. Et erit omnis qui inuocauerit nomē dñi, ſaluus erit. Annotauit Hieronymus hoc uerbū אָשְׁפֹּךְ quod Septuaginta uerterūt ἐκχεῶ. i. effundā. Effūdimus em̄, nō quod diſpēſamus ac parce damus, ſed quod ampliter & effuſe, largiterq;.

Lucas addit aliquid de ſuo.

Iuxta Hebraicā ueritatem.

Iuxta Septuaginta.

Secundū quod.) καθ' ὅτι. i. quatinus, ſiue propterea quod. & ab ea, nō ab eo, ut mortem referat. Ne commouear.) ἵνα μὴ σαλευθῶ, quod eſt proprie loco moueri.

Liceat audenter dicere.) ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας, cū liceat libere loqui. Eſt em̄ participiū impersonale poſitū abſolute caſu nominādi, qd' alioqui fit in genitiuis apud Græcos. ſed interpres arbitratus eſt ſermonē parū fore cōcinnū, niſi participiū mutaſſet in uerbū.

Quoniam defunctus eſt.) Quod & defunctus eſt Græce, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε.

Iureiurando &c. Græca plus habent q̄ latina, ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ θεὸς ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ, τοῦ ἀναστήσαι τὸν χριστὸν, καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου, id eſt, quod iureiurando iuraſſet ſibi deus, ex fructu lumbi ſui, quantum ad carnem, ſurrecturum Chriſtum, ut ſederet in throno. tametſi uariant hoc loco græci codices. Et ſuſpicor adiectum ab eruditulo quopiam, cui alioqui ſermo uidebatur parum abſolutus. Cæterum in iureiurando iurauit, non eſt apud Græcos ea uocum affinitas, ὅρκῳ ὤμοσεν. Ad hæc, de fructu lumbi eius ſedere, ſupplendum erat, aliquem.

Prouidens

Prouidens.) προϊδὼμ, id est,præuidens.quanꝯ in nonnullis erat προειδὼς .i.præscius.
Neꝯ derelictus est in infer.) ὅτι οὐ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, id est,quoniã non est derelicta anima eius. Certissime sciat.) ἀσφαλῶς οὖν, id est,certe igitur.
His autem auditis.) ἀκόσαντες δὲ, id est,cum audissent autem.
Pœnitentiam agite.) μετανοήσατε, id est, pœniteat uos,siue resipiscite.
Vobis enim est promissio.) Addendum erat facta,siue ad uos.
Alijs etiam.) ἑτέροις τε, id est,alijsꝯ. Qui ergo receperunt.) οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι, id est,qui libenter receperunt. In die illo.) τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, id est,diei illi,ni si subaudias præpositionem ἐν. Fractione panis.) καὶ τῇ κλάσει, id est,& in fractione panis, ut sint quatuor,doctrina,communio,fractio panis,& precationes.

Præpositio subaudita.

In Hierusalem.) Hæc duo uerba non reperio in Græco codice.
Et metus erat magnus in uniuersis.) At ne hæc quidem asscripta reperi.
Omnes etiam.) πάντες δὲ, id est,omnes autem.Opinor interpretem legisse πάντες τε.
Erant pariter.) ἦσαν ὁμοῦ, quod antea uertit,in eodem loco. Possessiones &.) Græce est,& possessiones & facultates,geminata coniunctione. Circa domos.) κατ' οἶκον, id est,per singulas domos,siue domesticatim.Quemadmodum κατὰ πόλιν, & κατ' ἡμέραν, id est, oppidatim & cotidie. Sumebant cibum.) μετελάμβανον, quod est ab alio sumere,& participem esse.Nos uertimus,inuicem sumebant.Ac rursum (apud omnem plebem.) Omnem, pro totam dixit,& plebem pro populum, ὅλον τὸν λαὸν.

Addebat in augebat.

Dominus autem augebat.) Græca sic habent,ὁ δὲ κύριος προσετίθει τοὺς σωζομένους καθ' ἡμέραν τῇ ἐκκλησίᾳ, id est,Dominus apponebat eos,qui salui fiebant cotidie ecclesiæ.Suspicor interpretem scripsisse,addebat,idꝯ scribam deprauasse,in augebat.
In idipsum.) Id Latini referre uidentur ad superiora,contra Græci referunt ad ea quæ sequuntur, ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ πέτρος, id est,simul autem Petrus, ut ἐπὶ τὸ αὐτὸ, non solum pertineat ad locum,uerum etiam ad tempus.

EX CAPITE TERTIO.

Incipere μέλλειν.

AD portam.) πρὸς τὴν θύραν, id est,ad ianuam. Incipientes introire.) μέλλοντας εἰσιέναι, id est,ingressuros. Rogabat ut eleemosynam acciperet.)Græce tantum est, Rogabat eleemosynam, ἠρώτα ἐλεημοσύνην.In nonnullis tamẽ additur λαβεῖν, ut cum nostris consentiant.
Intuens.) ἀτενίσας, id est, defixis in eum oculis.
Respice in nos.) βλέψον εἰς ἡμᾶς, id est,aspice in nos,siue aspice nos.
Et apprehẽsa manu.) καὶ πιάσας αὐτὸν τὴν δεξιᾶς χειρός.Pro πιάσας, in nõnullis erat κρατήσας, hoc est,apprehensa manu illius dextra. Consolidatæ sunt bases.) βάσεις græcam uocem reliquit interpres.uertere poterat,gressus, siue pedes.Aut quoniam sequitur σφυρία, uox penè idem pollens plantæ ac tali,ut basis sit infima pedis pars.
Ambulans & exiliens.) καὶ ἁλλόμενος, id est,saliens, ut significaret nõ solum incessum more uulgari,uerum etiam alacrem & gestientem. Ac paulo ante uerbum erat compositum, καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη, id est, & exiliens stetit. Ad eleemosynã sedebat.) ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθήμενος, id est,ille ad eleemosynam sedens,siue qui sederat.
Et ecstasi.) καὶ ἐκστάσεως, quod aliàs uertit stuporem, uerum quia sic reddidit θάμβος, deerat quo redderet ecstasin. Cum uiderent autem &.) Græca diuersa sunt, κρατοῦντος δὲ τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ τὸν πέτρον καὶ ἰωάννην, συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς πᾶς ὁ λαὸς, id est, cum teneret autem is qui sanatus fuerat claudus Petrum & Ioannẽ,concurrit ad eos omis populus. In porticum.) ἐπὶ τῇ στοᾷ, id est,in portu. Videns autem.) ἰδὼν participium præteriti temporis,uerti poterat, id cum uidisset Petrus,siue eo uiso Petrus.
Nostra uirtute aut potestate.) ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ, id est,propriis uiribus,aut religione,siue pietate.Apparet interpretem legisse ἐξουσίᾳ,pro εὐσεβείᾳ.Atqꝯ ea sanè lectio mihi magis probatur. Deus Abraham,& deus Isaac,& deus Iacob.) Græci tantum semel ponunt deus,deus Abraham,& Isaac,& Iacob.

Sermo ambiguus.

Et in fide nominis eius.) καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τοῦτον ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Sermo Græcus multum habet ἀμφιβολογίας, quod incertũ quid referat αὐτοῦ, & quis sit nominatiuus uerbi ἐστερέωσε, & ὄνομα, rectus sit an accusatiuus.

Mihi

Mihi uidetur hoc ſenſiſſe Petrus. Deus patrum noſtrorũ confirmauit ſuum nomen, per fiduciam de nomine Ieſu, quam hic habuit, quem uidetis ac noſtis. Quod ſi hæc duo uerba amputarentur ὄνομα ἀυτοῦ, tum ſenſus eſſet, Deus conſolidauit hunc quem conſpicitis ac noſtis fuiſſe claudũ, ob fiduciã quã habuit uel ipſe, uel Petrus in nomine Ieſu. Quod ſi ὄνομα ſit rectus caſus, hic ſenſus erit, Nomen Chriſti confirmauit hunc quẽ uidetis ac noſtis, per fiduciam nominis ipſius. Et fides quæ per eum eſt.) Rurſus incertum, an ἀυτοῦ referat Chriſtum, an nomen, per illum, an per illud.

Iudicante illo.) κρίναντος præteriti temporis eſt, cum iudicaſſet, ſiue cum ſtatuiſſet ille abſoluere. Virum homicidam.) Graphice ſanè maieſtatem illam Apoſtolicam expreſſit, quam illi fuiſſe in dicendo, uel una eius teſtatur epiſtola. Retulit inter ſe contraria non minus grauiter, q̃ feſtiuiter. Homicida eripit uitam, huic Iudæi donarunt uitam. & autorem uitæ traxerunt in mortem. Hunc quem uos uidiſtis.) τοῦτον ὃν θεωρεῖτε, id eſt, quem uidetis, uerbũ præſentis temporis. Dedit integram.) ἔδωκεν ἀυτῷ, id eſt, dedit illi, Integram ſanitatem iſtam.) ὁλοκληρίαν ταύτην, id eſt, integritatem hanc. cui opponitur debilitas. Deus autẽ qui.) Non eſt qui græce, ſed quæ, ἃ. Deus ea quæ prius nunciarat fore, idq; per omnium prophetarum ora, ſic impleuit ut prædixerat. Facundia Petri.

Pœnitemini igitur.) μετανοήσατε. Demiror cur hic ſuo more non dixerit, pœnitentiã agite. uerti poterat, reſipiſcite, ſiue pœniteat uos. Vt cum uenerint tempora.) Appareret hoc anapodoton eſſe, nec enim explet quod cœpit. Aut igitur aliquid ſubaudiatur oportet, ut ſalui ſitis, cum uenerint tempora refrigerij &c. Aut ὅπως ἂν poſitum eſt pro utcunq;, & ἂν accipiendum eſt ut ſit coniunctio expletiua, utcunq; ueniant tempora refrigerij. nam interpres legiſſe uidetur, ὅπως ὅτε. alioqui uertendum erat, ut ſi uenerint tempora refrigerij. Cæterum illud à facie domini, referendũ eſt ad dictionem refrigerij, ut intelligas aſpectum eum fore formidabilem malis, piis tamen fore refrigeriũ. Hoc admonendum duxi, quod uideam recentiores interpretes ſecus interpretari. Pœnitemini reſipiſcite. Obſcurus locus.

Qui prædicatus eſt uobis.) Opinor errore ſcribarũ accidiſſe, quod pro prædicatus in quibuſdam latinis habebatur prædicaturus. In nonnullis græcorum exemplaribus pro προκεκηρυγμένον ſcriptum erat προκεχειρισμένον, id eſt præparatum. Nam hoc uerbo ſemel atq; iterum uſus eſt circa caput xxij. Nec tamen eſt ſimpliciter prædicatus, ſed ante prædicatus. Per os ſanctorum.) Græci codices hic repetunt omnium, πάντων.

Moyſes quidem dixit.) μωϋσῆς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας εἶπεν, id eſt, Nam Moyſes quidem ad patres dixit. Prophetam uobis ſuſcitabit deus.) Teſtimonium quod adducit extat Deuteronomij capite decimooctauo. Petrus ſentẽtiam reddidit, non uerba. Tanq; meipſum.) Diuidenda eſt hæc dictio, ut me referatur ad ſuſcitabit, ipſum, ad audietis. id enim indicat ſermo græcus προφήτην ἀναστήσει ὡς ἐμὲ, ἀυτοῦ ἀκούσεσθε, id eſt, prophetam excitabit deus mei ſimilem, uos illum audietis. porrò tanq; meipſum, paulo poſt dicit ſimilem tui. Et omnes prophetæ à Samuel & deinceps.) Græci addunt coniunctionem καὶ, quæ ſermonem reddit inabſolutum. ea apud latinos omittitur. Verum quoniam uidemus in oratione Petri, ſeu potius in ſermone Lucæ frequenter huiuſmodi incidere, haud ſcio an aliquis offenſus eam ſuſtulerit. Proinde cui uidebitur addenda, is ſubaudiat oporteat aliquid, ut ſit ſenſus, non ſolum Moyſes, ſed & omnes prophetæ huiuſmodi quiddã polliciti ſunt quotquot &c. Nec eſt ſimpliciter, & omnes prophetæ, ſed καὶ πάντες δὲ, id eſt, ſed & omnes, ut pertineat ad Moyſen qui præceſſit. Diſtinctio apud nos uitioſa.

Omnes familiæ terræ.) Pro familijs græce eſt πατριαὶ, qd aliàs uertit, paternitates. Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominat. Aliàs familiæ, De domo & familia Dauid. In nonnullis exemplaribus habebatur φύλαι, id eſt tribus. Familiæ πατριαὶ.

Vobis primũ deus ſuſcitans.) ἀναστήσας præteriti temporis, excitatũ ſiue productum. Nam ſuſcitari dicit exoriri, non reſurgere à mortuis. Reſpexit Petrus ad uerba Moyſi, ſuſcitauit uobis deus prophetã. A nequitijs ſuis.) ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, id eſt, à malicijs ueſtris. tametſi recte mutauit interpres ſermonis formam ut peregrinam latinis auribus, Etiamſi græca nõ carent amphibologia. poteſt em̃ & hic ſenſus accipi, In hoc quod unumquẽq; ueſtrum auertat à uitijs ſuis. Benedictionem enim uocat fauorem ac beneficium dei. id ſitum erat in hoc, quod auocauit nos à peccatis ad innocentiam.

EX CAPITE IIII.

ET magistratus templi) καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, id est, princeps siue dux templi. Nam magistratus hic singularis est numeri, & hominem quēpiam significat, cui commissa fuerit tutela templi. Virorum quinq; milia.) Fermè quinq; milia, ὡσεὶ χιλιάδες πέντε, quod ante uertit circiter. Et Caiphas) καὶ καϊάφαν, id est, & Caiaphan, quatuor syllabis, & hebræa desinentia sicut & Annan. Et seniores Israel audite.) Audite, non additur apud græcos, uerum id aliquis adiecit de suo. In benefacto hominis infirmi, in quo iste sanus factus est.) Primū quis unq; dixit benefactū illius, qui beneficio sit adiutus? Deinde qd est hoc, in quo iste sanus factus est? Nisi forte Petr⁹ hoc interrogat, & ipse sibi mox respōdet. Sanè græca sic habēt, εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, ἐν τίνι οὗτος σέσωται, γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν, καὶ παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραήλ, ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ τοῦ ναζαραίου. Obscurus sermo. Quæ quidē sic fuerāt reddenda, Si nos examinamur hodie, de hoc qd̄ benefecerimus homini infirmo, siue qd̄ benefactū sit homini infirmo, in quo, siue p̄ quē, aut qd hic saluus factus sit, notū sit omnibus uobis, & toti populo Israel, quod in nomine Iesu Nazareni &c. hoc est, si hac de re quæstio est, & si hoc à nobis cupitis cognoscere, cuius uirtute, & cuius nomine hic claudus restitutus sit sanitati, scitote id esse factū nec arte magica, neq; nostris uiribus, sed in nomine domini Iesu. Qui reprobatus est.) ἐξουθενηθεὶς .i. qui cōtemptus fuit, siue pro nihilo habitus. Datū hominibus.) τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, id est, quod datum sit inter homines, hoc est, quod contigerit audiri inter homines. Iesus enim hominis est nomen. Inter homines addit, ob Moysen, cui fidebant Iudæi.

Petri constantiam.) πέτρου παῤῥησίαν, id est, Petri in dicendo audaciam siue libertatem.

Et cognoscebāt eos.) Et latinius & aptius ad græca exprimenda uertisset, Et agnouerunt, καὶ ἐπεγίνωσκον. Hominem quoq;.) Græce est τὸν δὲ ἄνθρωπον, id est, hominē autem. Interpres legisse uidetur, τόν τε ἄνθρωπον. Quoniā quidem notum signum factum est.) Dilucidius fuerat, si uertisset ad hunc modum, Etenim manifestariū signum factum esse per illos, palàm est omnibus habitantibus Hierosolymis, nec possumus negare. γνωστὸν enim refertur ad signum, & φανερὸν ad ὅτι, & ea quæ huic adhærent.

Ne amplius diuulgetur in populum.) διανεμηθῇ. maluissem serpat, & sic uertit alicubi, ut cancer serpit. Comminemur eis.) ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα, id est, minando minemur illis. idq; Hebræorum more, quo uehementem & acrem significant interminationem. Hebræum idioma.

Et uocantes eos denunciauerunt.) Quomodo denunciamus præsenti? Proinde παραγγελαμ, maluissem præceperunt. siquidem παραγγέλματα præcepta dici constat.

Ne loquerentur.) μὴ φθέγγεσθαι, quod plus est q̄, ne loquerentur. quasi dicas, ne hiscerent, aut ullam uocem ederent de Iesu. Si iustum est hominibus.) εἰ δίκαιον, id est, an iustum sit, siue, iustum ne sit. Ac mox (At illi cōminantes) προσαπειλησάμενοι, id est, additis minis. prius enim tantum præceperant. qua uia cum parum profecissent, addidere minas, ni parerent. Clarificabant id quod factum fuerat.) ἐδόξαζον τὸν θεὸν ἐπὶ τῷ γεγονότι, id est, glorificabant deum super eo quod factum fuerat.

Quanta.) ὅσα, id est quæcunq;, alioqui dixisset πόσα. Domine qui fecisti,) Apud græcos plusculum est, Δέσποτα σὺ ὁ θεὸς .i. domine tu es deus. nisi eā subaudieris uerbū substantiuū, sermo nō erit absolutus. Tu qui fecisti.) σὺ ὁ θεὸς, ὁ ποιήσας, id est, tu es deus, qui fecisti. Qui spiritu.) Hoc quoq; loco græca nōnihil discrepant, Sic eā habēt, ὁ διὰ στόματος Δαβὶδ παιδός σου, id est, Qui per os Dauid pueri tui. Quare fremuerūt gentes.) Hos duos uersus ad uerbum reddidit iuxta æditionē septuaginta. Cæterū illud συνήχθησαν, nō est simpliciter cōuenire, sed in concionē aut conciliū congregari, ac ueluti cōspirare, quod hebraica quoq; uox indicat נוֹסְדוּ. Item illud fremuerunt, ἐφρύαξαν Hebraeis est רָגְשׁוּ, quod significat cū tumultu fremitúq; conglobati sunt. Vere in ciuitate ista.) In ciuitate ista, non reperio in græco codice, & additū uidet ab interprete quopiam. Aduersus puerū tuum Iesum.) Stomachatur hoc loco Valla, quod Iesu filio dei serui cognomē tribuerit interpres. Quanq; & puer apud latinos filium significat, sed infrequēter. seruū frequentius, frequētissime ætatis primæ hominē. At Christus cū salutē adferret, puer nō erat, & fortasse serui appellatio in hunc nō cōuenit, etiamsi obediuit & subditus Christus an recte dicatur seruus.

ſubditus fuit patri iuxta aſſumptũ hominẽ, ſed ut filius,nõ ut ſeruus. Proinde uertendũ erat hic παῖδα filiũ,non puerũ.licet nõ ſim neſcius id quod eſt apud Paulũ, Formã ſerui accipiẽs,à quibuſdã referri ad naturã humanã aſſumptam,ut uere fuerit ſeruus. At mihi magis probatur ut dicat exinanitus,non quod eſſet homo,ſed quod ut ſeruus,& ſeruus flagitioſus flagris afficeretur,& cruce.nam quod paulo ante Dauid puerũ,hoc eſt;famulum dei uocat,recte facit. Si nuſq; interpres παῖδα uertiſſet filium, uideri poterat in hac opinione fuiſſe,nõ licere ſecus uertere. nunc cũ aliàs ſæpenumero ſic trãſtulerit,atq; adeo paulo poſt,mirũ cur hoc loco uariarit. Herodes & Põtius Pilatus.) Ἡρῴδης τε καὶ Πόντιος.Græcis gemina eſt cõiunctio,& Herodes & Pontius,aut Herodes ſimul & Põtius. Delectatus uidetur hac cõgeminatione Paulus quoq;. & omnino ambobus nõnihil eſt affinitatis in ratione ſermonis. Et populis Iſrael.) Nõnulli codices habebant, καὶ λαός, & populus.magis probat τοῖς λαοῖς. Interpretãs em̃ pſalmũ,gentes refert ad cohortes Herodis ac Pilati,populos ad Iudæos. Facere quæ manus tua.) Vertit græcam figurã interpres,quã uitaſſet ſi dixiſſet,ut facerẽt. Decreuerat fieri.) προώρισε γενέσθαι,id eſt,præſtituerat ut fierent,ſiue præfinierat futura. In eo quod manũ tuã extendas.) ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε,id eſt,in extendendo manũ tuam.Sentit enim ita futurũ,ut libere & intrepide loquantur uerbũ dei apud populũ,ſi ille porrigat manũ,& adiuuet loquentes, addita uirtute ſignorũ. Ad ſanitates.) εἰς ἴασιν,id eſt,ad ſanationẽ. Filij tui Ieſu.) παιδὸς.Eadẽ uox eſt græca,quã modo uertit,pueri.haud ſcio quo conſilio uarietatẽ hanc affectans. Cum fiducia.) μετὰ παῤῥησίας,id eſt,audacter ac libere. Multitudinis autem credentiũ.) τῶν πιστευσάντων,id eſt,eorũ qui crediderãt.Auguſtinus adducẽs hunc locũ in epiſtola 8.ad Lætum,addit duo uerba.Dictum eſt inquit,Erat illis in deũ cor unũ & anima una.licet ſtilus huius epiſtolæ magis ſapit Paulinum,q; Auguſtinum.

Ante pedes.) παρὰ τοὺς πόδας,id eſt,iuxta pedes. Ioſeph.) Ἰωσῆς, id eſt, Ioſes. Ioſẽs.

Quod eſt filius cõſolationis.) Barnabas.Eſt enim uox hebraica בַּר filius eſt, נחם præter alia recreari ſignificat & refrigerari ac conſolari.Hoc autẽ honoris habere uoluit illius pietati,qui ſyncere obtulerit ſua, quo deteſtabilius redderet exemplum diuerſum, quod ſequitur.In nonnullis Græcorum codicibus additum erat μεθερμηνευόμενον,id eſt,quod eſt interpretatum,ſiue,ſi quis interpretetur.

EX CAPITE V.



Vendidit agrum.) ἐπώλησε κτῆμα,id eſt,uendidit poſſeſſionẽ,hoc eſt,domũ aut prædium. Et fraudauit de precio. (ἐνοσφίσατο,hoc eſt, ſepoſuit & auulſit, quod tamen recte uertit interpres. Adferens partẽ quandã.) ἐνέγκας μέρος τι, id eſt,allatam partem aliquam. Cur tentauit.) διὰ τί ἐπλήρωσεν,id eſt impleuit.ita legit Auguſtinꝰ in libello de tẽpore Barbarico cap.3.opinor interpretem legiſſe,ἐπείρασεν. Mentiri te.) Rurſum uertit græcam figuram,ut mentireris. Et ſpirituſancto.) Græce eſt,ſpiritũſanctum,ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ſiue quod ita loquantur Græci, mentior te, ſicut euangelizo te, & benefacio te. ſiue quod ſenſus ſit,eum mentiri ſpiritumſanctum,qui ficte ſimulet & imitetur,quod cæteri inſtinctu ſpirituſſancti faciebant. Nam mentitur non ſolum qui falſum dicit, uerum qui ſimulat,ut,faciem mẽtita Creuſæ,& æs mentitur aurum.Auguſtinus in libello quem modo citaui,legit mentiri apud ſpiritumſanctum,quaſi græce fuerit,πρὸς τὸ πνεῦμα. Mentiri ſpiritum.

Manens tibi manebat.) Rurſum Hebræorum more congeminatione uocis expreſſit epitaſin μένον ἔμενεν,hoc eſt,uere ac prorſus manebat,nemine ullo pacto cogente. Accuſat autem eum Petrus duobus gradibus. Primũ manebat, cum nemo cogeret uendere. Deinde ſi uendere libuit,nemo cogebat adducere huc preciũ. Et uenditũ erat in tua poteſtate.) καὶ πραθέν.Interpres diuerſas apud Græcos dictiones per eandem latinã reddidit.Illis eſt κτῆμα poſſeſſionem,& χωρίον prædium aut uillam,hic utrũq; uertit agrum, & tamen oblitus ſui ſubiecit,uenundatum,reſpondens ad græcam uocem,oblitus latinæ, cum dicere debuerit,uenundatus. Horarũ trium ſpatiũ,διάστημα,id eſt,interuallum. Dormitans interpres.

Dixit autem ei Petrus.) ἀπεκρίθη,id eſt,reſpondit cum nihil ſit interrogatum.

Cõuenit uobis.) τί συνεφωνήθη,id eſt,quid conſpiratũ eſt à uobis, & in hoc cõſentitis, ut tentetis ſpiritũ domini. Ad uirũ ſuũ,πρὸς τὸν ἄνδρα.Cur non potius,iuxta uirum.

Magis autem augebatur credẽtium in domino.) Græce paulo diuersius est, μᾶλλον δὲ προσετίθοντο πιστεύοντες τῷ κυρίῳ, πλήθη ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, hoc est, ut uerbum uerbo reddam, Magis autem apponebantur credentes domino, multitudines uirorumq; & mulierũ. Cæterum illud, ita ut in plateas eiicerent, aliquanto durius cohæret cum his quæ præcedunt, nisi subaudias unà cum turba famam item Apostolorũ creuisse. Vtinam hæc attente legant isti, qui toti addicti cõmodis huius mundi, Christi paupertatem & humilitatem uel contemnũt, uel irrident etiam. Quod regnũ, quas opes, quam potestatem cum hac Apostolorũ gloria conferant? Omnia sunt in Christo multo splendidiora, quàm hic mundus præbere possit. cæterum alio modo. Nec ea cõmunicat, nisi qui contemptis cæteris, huic regno toto pectore sese addixerit. Ipse spectaui primũ Bononiæ, deinde Rhomæ Iulium pontificẽ Rhomanũ, eius nominis secundum splendidissimos agentẽ triumphos, ac prorsus tales, ut cum Pompeianis, aut Cæsareanis triumphis cõferri possent. Verum quid illi ad hanc Petri maiestatem. non armis, non copijs, non machinis, non auro, sed sola fide totum orbem in sui miraculum cõuertentis? Atq; eadem magnificẽtia & hodie sequeretur Apostolorum successores, si æque pares essent spiritu.

Maiestas apostolica uera.

Eiicerent infirmos.) ἐκφέρειν, id est educerent, siue exportarent. inhumanum enim eiicere. nec est græce ἐκβάλλειν, ut coactus fuerit ita uertere. Et grabatis.) καὶ κραββάτων, Græca uox est, recepta tamẽ apud latinos, mutatis duabus literulis. Quenq; illorũ.) Latinius, aliquem. Et liberarent̃ ab infirmitatibus suis.) Non est in græcis exemplaribus, sed adiectum apparet à quopiã qui uoluerit interpretari. Et omnes seniores.) πλῆν γερουσίαν, id est, ordinem seniorum. Et aperto carcere.) Non est carcere apud Græcos, sed tantum ἀνοίξαντες δέ, id est, cæterum cum aperuissemus. nam ianuarum modo meminerat. Ambigebant de illis.) διϊπόρουν, plus quiddã dixit perplexum esse, & ancipitis animi, consilijq; inopem. Præcipiendo præcepimus.) οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν, id est, An non præcepto præcepimus, hoc est, acriter præcepimus, ut ante dixit, minis comminemur. Obedire oportet deo.) πειθαρχεῖν, quod est proprie parere principi aut magistratui, dictione composita, à πείθειν obedire, & ἄρχων princeps. Ac paulo post, τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ, id est, obedientibus sibi. Quem uos interemistis.) διεχειρίσασθε, quod est manibus uiolentis occidere, hinc enim dicta uox græca.

πειθαρχεῖν.

Principem & saluatorem.) ἀρχηγὸν, ducem & autorem. quanq; nõ reprehendo quod uertit interpres. Et nos sumus testes.) Græci addunt genitiuũ αὐτοῦ, id est eius, quem latinius poterat uertere in datiuũ, ei. Nec est simpliciter (& spiritussanctus) sed, Τὸ δὲ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, id est, quin & spiritussanctus, ut sit ueluti correctio superioris dicti. quasi diceret, non tam nos testes sumus illi, quàm ipse spiritussanctus, cuius uirtute hæc fiunt.

Et cogitabant interficere illos.) ἐβουλεύοντο, id est, consultabant ut interficerent. Interpres ἐβούλοντο legit, aut certe somniauit. Homines fieri.) Græce est apostolos, non homines. nec est fieri, sed facere, ποιῆσαι, hoc est, emittere foras.

Theodas.

Extitit Theodas.) Eleganter uertit, extitit, ἀνέστη, id est surrexit, siue exortus est. Græci codices habent Θευδᾶς, id est Theudas, non Theodas. Hos Chrysostomus putat ob id sublatos è medio, quod uetuerint censum dari Cæsari, fuisseq; Pharisæos.

Cui consensit.) προσεκολλήθη, quod aliàs uertit, adhæsit, rectius & hic ita uersurus. Non solum enim consenserunt, sed & conspirarunt cum illo, & eadem docebant.

Professio descriptio census.

In diebus professionis.) ἀπογραφῆς, quam in Euangelio uertit descriptionem.

Auertit populum.) Græci addunt ἱκανὸν, id est multum. Consilium hoc opus.) ἡ βουλὴ, ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, id est, consilium aut opus hoc. Ne forte.) μήποτε, id est, ne quando. Et deo repugnare uideamini.) καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε, & cum deo pugnantes reperiamini. Græcis est dictio composita, deriuatáq; à uerbo θεομαχεῖν. cæterũ recte uertit interpres. Consenserunt autem illi.) ἐπείσθησαν, id est, paruerunt siue obtemperarunt. Ne omnino loquerentur.) Omnino, non inuenio in græcis codicibus, tantũ est, μὴ λαλεῖν, id est, ne loquerentur.

Et circa domos.) κατ᾽οἶκον, id est, per singulas domos, siue domesticatim.

Docentes.) ἐπαύοντο διδάσκοντες. Vertendum erat, cessabant docere & euangelizare, participio commutato in infinitum.

Ex capite

EX CAPITE VI.

Rescente numero discipulorũ.) πληθυνόυντων τῶν μαθητῶν, id est, cum plures fierẽt discipuli. quanq; periphrasin interpretis probo. Murmur Græcorum.) Non est ἑλλήνων, sed ἑλληνιστῶν Hellinistarũ, ut factionẽ etiã sonet, non tantũ nationem. Aduocati autẽ duodecim.) Obscure explicuit. potest enim accipi ut fuerint aduocati duodecim discipuli. Et boni testimonij dici uidetur, qui bona fide testatur. Iam in, Instantes erimus, quid opus erat paraphrasi? Rursum in, Multa etiã turba, π est. i. q;, nec aliud est ad qd̃ respõdeat etiã. Nõ est æquũ.) οὐκ ἀρεστόν. i. non est placitũ, siue nõ est gratũ, aut nõ est eiusmodi ut nobis placere debeat. Boni testimonij.) μαρτυρουμένους, quasi dicas, testimoniatos. Super hoc opus.) ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης, id est, in hoc usu, siue, super hanc necessitatem, id quod magis blanditur Vallæ. mihi non item. Et Nicolaum aduenam.) Rectius dixisset proselytum, annotante Valla, ut intelligamus ad legẽ Mosaicã receptum. Spiritui qui loquebat.) ᾧ ἐλάλει. quod sic accipi potest, ut sit sensus, Non poterãt resistere spiritui quo loquebat; quanq; & altera lectio probe habet, ut ᾧ positũ sit pro ὃ, propter datiuum præcedentem πνεύματι. Duplex sensus. Non cessat loqui uerba.) ῥήματα βλάσφημα, id est, uerba blasphema siue maledica. quanq; opinor blasphema additum. Quorsum enim opus cum sequatur aduersus locũ sanctum? Et mutabit traditiones.) τὰ ἔθη, id est, consuetudines aut instituta.

Si hæc ita se habent.) εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει; id est, Num hæc ita se habent?

Qui ait.) Obsecro quæ tandẽ est hæc supinitas in uertendo? quomodo cohæret cum proximo sermone qui ait? atqui græce est ὁ δὲ ἔφη, id est, at ille ait.

EX CAPITE VII.

Priusq; habitaret in Charran.) Videbatur nõnihil discrepare Stephani narratio, cum historia Geneseos cap. 12. quod illic facta mentione Thare patris Abraham, post refertur cum illo collocutus deus. Neq; satis cõuenit de numero annorũ. uerũ hac de re nodum explicuerũt Hieronymus in quæstionibus hebraicis, & Augustinus libro de ciuitate dei 16. cap. 15. Rursum in quæstionibus super Genesim libro primo. Narratio uidetur dissonare. Ne passum pedis.) οὐδὲ βῆμα ποδός, id est, ne uestigiũ quidem pedis. nam passus aliquot pedes cõplectitur, nec potest unius pedis esse passus. Tolerabilius igit̃ est quod legit Augustinus in quæstionibus super genesim libro primo, nec spaciũ pedis. Quo quidẽ loco simul illud excutit, qui fieri potuerit, ut qui prius legatur emisse agrũ iurisiurandi circa puteũ, nunc ne pedis quidẽ uestigiũ illic possideret. Non possedit, nec tantillum ex munere diuino, de cuius pollicitatione illic agit Stephanus. Nã pecunia licebat ubiuis parare agros. Nodus solutus. Locutus est aũt ei.) οὕτως. Locutus est autẽ sic, est græce, & nõ additur ei. Quia erit semen eius accola.) ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ πάροικον. Vt cõniueamus quod quia, abusus sit p quod, quod accola posuit genere neutro. certe aliud est incola q; accola. Siquidẽ accolæ dicũtur finitimi, ut accola Rheni. Incola qui nõ sit αὐτόχθων. quanq; græcis est πάροικος, qui aliunde profectus alibi domũ habet. Nos uertimus inquilinũ, ad hunc modũ. Locutus est autẽ deus sic, quod futurum esset semen eius inquilinũ in terra aliena, quodq; seruituti illud subiecturi essent &c. Nec in clausula est, dicit dominus, sed εἶπεν ὁ θεός, id est, dixit deus. Et sic genuit Isaac.) Interpres, nisi mendũ est, legisse uidet οὕτως, cũ in græcis codicibus sit οὗτος hic siue iste. Si legas οὕτως, sensus est, illum nõ genuisse Isaac nisi circũcisum, cũ Ismaelẽ susceperisset incircũcisus. Suspicor factũ, ut Græci odio circũcisionis mutarint οὕτως in οὗτος. Et Isaac Iacob.) τὸν Ἰακώβ, ut subaudias, genuit. Et in secundo.) καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ, & in secũdo, ut uerbũ uerbo reddat̃. altera uice, siue cum iterũ misisset eos. Non inueniebat cibos.) χορτάσματα. uox est à saturando dicta. In septuaginta quinq; animabus descendit Iacob.) Et hunc locũ annotauit Hieronymus in libro ad Pãmachium de optimo genere interpretandi, qui secus habeatur in Genesi, ubi legitur, quod Abraham emerit ab Ephron Etheo filio Saor iuxta Hebron quadringentis drachmis speluncam duplicẽ, & agrum circa eam, sepelieritq; in ea Saram uxorẽ suam. Atq; in eodẽ legimus libro, postea reuertentem de Mesopotamia Iacob cum uxoribus & filijs suis, posuisse tabernaculũ ante Salem urbem Sichymorũ, quæ est in terra Chanaan, & habitasse ibi, & emisse partẽ agri, in quo

Sic pro hic, gas οὕτως, sensus est, illum nõ genuisse Isaac nisi circũcisum, cũ Ismaelẽ susceperisset incircũcisus. Suspicor factũ, ut Græci odio circũcisionis mutarint οὕτως in οὗτος. Et Isaac Iacob.) τὸν Ἰακώβ, ut subaudias, genuit. Et in secundo.) καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ, & in secũdo, ut uerbũ uerbo reddat̃. altera uice, siue cum iterũ misisset eos. Non inueniebat cibos.) χορτάσματα. uox est à saturando dicta. In septuaginta quinq; animabus descendit Iacob.) Et hunc locũ annotauit Hieronymus in libro ad Pãmachium de optimo genere interpretandi, qui secus habeatur in Genesi, ubi legitur, quod Abraham emerit ab Ephron Etheo filio Saor iuxta Hebron quadringentis drachmis speluncam duplicẽ, & agrum circa eam, sepelieritq; in ea Saram uxorẽ suam. Atq; in eodẽ legimus libro, postea reuertentem de Mesopotamia Iacob cum uxoribus & filijs suis, posuisse tabernaculũ ante Salem urbem Sichymorũ, quæ est in terra Chanaan, & habitasse ibi, & emisse partẽ agri, in quo

Locus discrepans prima fronte.

habebat tentoria ab Emor patre Sychem,centũ agnis, & ſtatuiſſe ibi altare,& inuocaſſe deum Iſrael.Proinde Abraham nõ emit ſpecum ab Emor patre Sychem,ſed ab Ephron filio Saor.nec ſepultus eſt in Sychẽ,ſed in Hebron,quæ corrupte dicitur Arboch.Porrò duodecim patriarchæ nõ ſunt ſepulti in Arboch,ſed in Sychem,qui ager nõ eſt emptus ab Abraham,ſed à Iacob.Hunc nodũ illic nectit Hieronymus,nec eũ diſſoluit.Nos aliò properãtes in hoc proponimus, quo ſtudioſo lectori ſtimulos addamus ad excutiendũ.

Quã profeſſus erat.) ἧς ὤμοσεμ,id eſt,quã iurauerat. Qui nõ ſciebat.) ὃς οὐκ ᾔδει, id eſt,qui non nouerat. Ne uiuificaret.) εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι,id eſt ad hoc,ut partus nõ eſſent uitales. Gratus deo.) ἀσεῖος τῷ θεῷ. ἀσεῖος aliàs ſonat feſtiuus,ſiue urbanus. Abuſus uidet hac uoce pro χαρίεις, quod gratum ſignificat,& item urbanũ. Putabat eũ intelligere fratres ſuos.) Hic fratres uocat ſuæ gentis homines,quod poſt tranſlatũ eſt ad Chriſtianos. Auguſtinus in quæſtionibus in Exodũ, dubitat utrũ homicidiũ Moyſi duntaxat indolis ſpecimen ſit,an laudi dandũ,quod ex hac oratione Stephani uideatur id feciſſe numinis admonitu. In igne flãmæ rubi.) Græce eſt cõtrarius ordo, ἐν φλογὶ πυρὸς,id eſt,in flãma ignis.tametſi & alioqui ſermo duriuſculus eſt nobis ob ꝓprietatẽ ſermonis Hebraici. Videns uidi.) Hebræũ eſt ſchema,pro eo quod eſt,attente uidi.

Fratres qui eiuſdem gentis.

Et nunc ueni & mittã.) καὶ νῦν δεῦρο,id eſt,& nũc uenito,ſiue nũc adſis,ut ſecundæ perſonæ ſit uerbũ,non primæ.Iubet eũ Moyſen adeſſe. Tanꝯ meipſum audietis.) Audietis hoc loco in nõnullis exemplaribus græcis nõ ſcribitur,uerũ perperã opinor. Superius demonſtratũ,ipſum,pertinere ad uerbũ audietis,nõ ad me,quod pertinet ad uerbũ ſuſcitabit. Suſcitabit uobis prophetã ut me,id eſt,ſimilẽ mei,& uelut alterũ me,ipſum audietis.quanꝯ apparet interpretem legiſſe ὡς ἐμαυτόν. In eccleſia,& in ſolitudine.) Et, apud Græcos nõ eſt,ſed ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ,ἐν τῇ ἐρήμῳ,id eſt,in cõgregatione,in deſerto,citra cõiunctionem. Verba uitæ dare uobis.) Nõnulli codices habebãt λόγον ζῶντα,id eſt, ſermonẽ uiuũ. nonnulli λόγια ζῶντα,id eſt,eloquia uiua.ſic eũ ſolitus eſt uertere λόγια.

Oratio Stephani cũ longa ſit, eſt inabſoluta.

Patres ueſtri.) Vtroqꝫ loco græcis eſt ἡμῶν,id eſt,noſtri,primæ perſonæ.

Moſi eũ huic.) ὁ γὰρ μωϋσῆς,id eſt,nã Moyſes iſte.quanꝯ id recte mutauit interpres.

Quas feciſtis adorare.) Interpres nõ mutauit Græcã figurã loquendi, οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς, id eſt,quas feciſtis ut adoretis eas. Sed mirum non addi articulum uerbo infinito. Cum patribus.) Cum,redundat. Deus loquens.) ὁ λαλῶν, id eſt, ille qui loquebatur. Patres ueſtri.) ἡμῶν græce eſt,id eſt noſtri,quemadmodum admonuimus modo. Sed non excelſus &c.in manu factis).Græcus addit templis,ἐν χειροποιήτοις ναοῖς. & manufactis unica illis dictio eſt.

Dura ceruice.)Græcis epitheton eſt cõpoſitũ,σκληροτράχηλοι,quaſi dicas,duriceruicos, ut Politianus dixit,incuruiceruicũ pecus. Cæterũ apparet orationem Stephani clamoribus obſtrepentiũ Iudæorũ interruptam fuiſſe. Neqꝫ enim ſatis alioqui reſpondet hic finis,tam alte repetito principio, præſertim cũ in ea multa ſint,quæ nõ ita multũ pertinere uideãtur ad id quod inſtituit. Reſtitiſtis.) ἀντιπίπτετε.i.reſiſtitis. Et homicidæ.) φονεῖς,id eſt occiſores. In diſpoſitione.) εἰς διαταγὰς.i.in diſpoſitiones,ſiue ad diſpoſitiones,à διατάττω quod eſt ordino. Auguſtinus libro de ciuitate dei x.citat aliquoties,in edictis angelorũ,pro eo quod nos legimus,in diſpoſitione angelorũ. Virtutis dei.) Virtutis,in græco codice non reperio. Obdormiuit in domino.) In domino nõ additum eſt in græco exemplari.tantum eſt ἐκοιμήθη,id eſt dormiuit.

EX CAPITE VIII.



N eccleſia.) ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, id eſt, in eccleſiam, ſiue aduerſus eccleſiam.

Curauerunt autem Stephanum.) συνεκόμισαν δὲ, id eſt,ſimul autem curauerunt. Viri timorati.) εὐλαβεῖς, id eſt, religioſi ſiue pij.

Per domos intrãs.) κατ' οἶκους, id eſt domeſticatim,ut ita loquar,ſiue per ſingulas domos,ut oſtendat ingens ſtudium perdendi.

Igitur qui diſperſi erant.) οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες,id eſt,igitur illi quidem diſperſi. Iam enim diſpergebantur. Multi enim eorum qui habebant ſpiritus immundos clamantes uoce magna exibant.) Quæſo qui nam exibant? num ipſi homines? Nec græca reddidit ut habent,nec ita uertit ut poſſit ſenſus percipi. Quod genus eſt illud quod canitur

Locꝰ ridiculꝰ ſe reddit ab interprete.

in laudibus

in laudibus deiparæ uirginis, Cuius dominus humilitatem respiciens, angelo nunciante concepit redemptorem mundi. Ex his uerbis quid aliud Latinus intelligat, nisi dominũ factum esse grauidũ? Vsqʒadeo nihil interesse putant, quõ loquamur, modo ipsi intelligamus qđ loquimur. Sed qđ ad hunc attinet locũ, græca sic habẽt, πολλῶν γὰρ τῶν ἐχόντων πνεύματα ἀκάθαρτα, βοῶντα μεγάλῃ φωνῇ ἐξήρχετο. Ea quoniã ad uerbũ reddi nõ poterant, nos sensum expressimus in hunc modũ, Spiritus em̃ immundi, à multis qui ab illis tenebantur, clamantes uoce magna exibant. In ciuitate magus.) ἐν τῇ πόλει μαγεύων. i. artem exercẽs magicã. Cui auscultabant.) Hoc auscultabant. & qđ mox sequit̃, attendebant, græcis idem est uerbũ προσεῖχον. Quæ uocat̃ magna.) Quæ uocat̃, nõ additur in græco codice, ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ ἡ μεγάλη. i. dei uirtus magna. Interpres studuit explicare uim articuli græci ἡ μεγάλη. Propter qđ.) διὰ τὸ. i. ꝓpterea quod. Magicis suis.) ταῖς μαγείαις. i. magijs siue magicis artibus. Demẽtasset.) ἐξεσακέναι αὐτούς, id est, stupefacti essent, & uelut à mente alienati. De regno dei in nomine Iesu.) Græce est, & nomine. Stupens admirabat̃.) ἐξίσατο. Interpres unam græcã uocem, duabus latinis reddidit. Stomachat̃ hoc loco nõnihil Laurẽtius, nec sanè prorsus abs re, qđ interpres tantũ sibi permiserit, ut eandẽ dictionẽ græcã eodẽ in loco trifariam reddiderit. Siquidẽ, qđ paulo ante uertit, seducẽs græcis est ἐξισῶν, qđ demẽtasset est ἐξισακέναι, quod stupens admirabat̃ est ἐξίσατο. In quenꝯ illorũ uenerat.) ἦν ἐπιπεπτωκὸς. i. erat illapsus siue delapsus. Manus apostolorũ.) χειρῶν. i. manuum. sed interpres offensus cõcentu genitiuorũ uariauit. Si forte.) εἰ ἄρα cõiunctionẽ expletiuã suo more uertit in forte. In felle amaritudinis.) εἰς χολὴν πικρίας. i. in bili amaritudinis. Et in obligatione.) καὶ σύνδεσμον. i. in colligatione. Quæ dixistis.) ὧν εἰρήκατε. Articulus postpositiuus cõgruit cũ casu antecedentis, dissidens à suo uerbo. Annotandũ qđ uni Petro respondens, multitudinis utit̃ uerbo, dixistis. unde probabile est, qđ Petrus admonuit, cæteros item admonuisse. Et multis regionibus.) πολλάς τε κώμας, uicis siue pagis. apparet interpretẽ legisse χώρας. Contra meridianum.) κατὰ μεσημβρίαν. i. meridiem uersus, siue ad meridiem. Quæ descẽdit ab Hierusalẽ.) καταβαίνουσαν, qđ Hierosolymorum urbs in monte Sion sita sit ex parte. Nõnulli codices habebant φέρουσαν. i. quæ ducit. Gazam.) Ciuitas est Palestinæ, destinata in sortem tribus Iuda, licet obtineri non potuerit. desertũ uero ad austrũ est. Hæc est deserta.) Subaudiendũ est regio. Nam urbs ipsa tum celebris erat & insignis, autore Hieronymo. Erat autem uir quidam.) Annotauit Hieronymus uirum dici qui sit eunuchus, cum pugnent inter sese, uirũ esse & eunuchũ esse. unde & euirati dicunt̃. Verũ in Christo neqꝯ sexus est, neqꝯ conditio, sed noua creatura. Eunuchus potẽs.) δυνάστης. i. magistratus siue præfectus. Græca uoce usus est & Cicero, Tetrarchæ & Dynastæ, ob quandã reginã Aethiopiæ nomine Candacen de gente illa optime meritam. Candacis.) κανδάκης, id est, candaces, à nominatiuo candace, quod nomen ita uidetur commune fuisse reginis, ut apud Aegyptios Pharao & Ptolemæus regibus. Venerat adorare.) προσκυνήσων, id est, adoraturus.

Copia interpretis.

Dynastæ præfecti.

Putasne intelligis.) ἆρά γε, num, siue an, siue nunquid intelligis quæ legis?

Et quomodo.) Et, non est apud Græcos, sed tantum πῶς γὰρ ἂν δυναίμην. Qui enim possim, aut qui nam possim. Ostenderet mihi.) ὁδηγήσῃ με, id est, duxerit me.

Locus autem scripturæ.) ἡ δὲ περιοχὴ, quod continentiam possis dicere. nos uertimus argumentum, poterat dici & sententia. Tanꝯ ouis ad occisionem.) Locus est apud Elaiam, cap. 50. Verum apparet eunuchum hunc non ex hebræo libro, sed ex græco hæc legisse, quod omnia adamussim cõsentiant cum æditione septuaginta. Nam hebræa Hieronymus ita uertit, Sicut ouis ad occisionẽ ducetur, & quasi agnus coram tondente obmutescet, & non aperiet os suum, de angustia & de iudicio sublatus est, generationem eius quis enarrabit, quia abscisus est de terra uiuentium. Iuxta septuaginta legimus hunc in modum, Sicut ouis ad uictimam ductus est, & sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperuit os suum, in humilitate iudicium eius sublatum est, generationem illius quis enarrabit, quia tollitur de terra uita eius. Porrò pro tollitur ἄιρεται perperam habetur in nostris codicibus tolletur, uerbum futuri temporis.

Locus, pro argumento.

Consentit cum septuaginta.

Dixit hoc.) λέγει τοῦτο, id est, dicit hoc, quasi iam loquatur tibi, cuius scripta legis.

Quis prohibet.) τί κωλύει, id est, quid prohibet, seu potius, quid uetat, aut quid obstat, quo minus baptizer. Dixit autem Philippus, Si credis &c. usq; ad eum locum, Et iussit stare currum, nō reperi in græco codice, quanq; arbitror omissum librariorū incuria. Nam & hæc in quodā codice græco asscripta reperi, sed in margine. Vterq;.) ἀμφότεροι, id est, ambo. Et Philippus & eunuchus.) ὅτε φίλιππος καὶ εὐνοῦχος, id est, & Philippus & eunuchus, cōduplicata cōiunctione. Inuentus est in Azoto.) Quis quærebat illum, ut illic fuerit inuentus? Repertus est, erat tolerabilius. Est em̄ sensus, Philippum subito fuisse Azoti. Ea ciuitas est Palestinæ una è quinq; ciuitatibus Allophylorū, hebræis dicta אַשְׁדּוֹדָה Aschdoda.

Azotum.

EX CAPITE IX.

ADhuc spirans.) ἐμπνέων. Forte pro ἔτι mutatū est ἐμ, In alijs habet utrunq; ἔτι ἐμπνέων, id est, etiamnū spirans. sed unde minarū? Neq; em̄ ut dicimus, cupit te, & cupiens est tui, ita dicere licet, uox nō sonat hominē, & uox non est sonans hominis, & sapit uinū, & est sapiens uini. Proinde meo iudicio uertēdum erat, spirans minas ac cedem. Et in discipulos domini. Apertius erat aduersus discipulos domini. Huius uiæ uiros.) τῆς ὁδοῦ ὄντας, id est, qui eius essent sectæ. Articulus em̄ pnominis uice fungit hoc loco. Viros ac mulieres.) ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, id est, & uiros & mulieres, aut seu uiros seu mulieres. Circūfulsit.) περιήστραψεν, id est, circumfulgurauit, si sic liceret loqui. subitam em̄ lucem fulgur appellat.

Articulus uice pronominis.

Saul.

Saule Saule.) σαοὺλ σαοὺλ, id est, Saul Saul, cū Lucas alibi Saulum uocet ac Paulū, hic hebræam uocē integram reliquit, qd̄ Christus illum hebraice cōpellarit, ut & ipse postea testat. Atq; item Ananias σαοὺλ ἀδελφέ, id est, Saul frater, de quo nōnihil attingemus in Paulinis epistolis. Durū est tibi.) In pleriscq; græcis codicibus id nō addit hoc loco, cum mox sequat, surge, sed aliquanto inferius, cū narrat hæc res. Est autē ethnicis etiā in prouerbio πρὸς τὸ κέντρον λακτίζειν, id est, aduersus stimulū calcitrare. translatū à bubus aut alijs iumētis quæ stimulo incitant, ut equi calcaribus. Qui cōcomitabant cum illo.) οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ, id est, qui iter faciebant cum illo, siue comites itineris. Interpres nec latine locutus, nec græco uerbo respōdit. Stabant stupefacti.) ἐννεοί, græca uox inde dicta est, qd̄ rei nouitas hominē reddat attonitū. Nihil uidebat.) οὐδένα ἔβλεπεν, id est, neminē uidebat. Apparet interpretē legisse οὐδὲν ἔβλεπεν. Ad manus autē illum trahentes.) χειραγωγοῦντες δὲ αὐτὸν, id est, manu ducētes illum. Quorsum enim opus erat trahētibus, cū sponte iret? Atq; ita uertit ipse paulo post, ad manū autē deductus à comitibus. In uicū qui uocat rectus.) εἰς τὴν κώμην. Vicus hoc loco nō est pagus aut oppidulum, ne quis in hoc erret, nam id est græcis κώμη, sed pars urbis. Ciuitas em̄ distinguit in uicos, uici in uias, uiæ in domos. Quanta mala fecerit sanctis.) ὅσα, id est, quot, siue quæcunq;. Item paulo post, Quanta oportuit illum p nomine meo pati. Et hic habet.) Hic hoc loco aduerbium est, nō pronomē ὧδε, id est, in hac ciuitate. Vas electionis.) σκεῦος. ego maluissem organū electum, quanq; uasa ueteribus omnis dicebatur supellex.

Vicus pars urbis.

Saul.

Saule frater.) σαοὺλ ἀδελφέ, id est, Saul frater, quod consentaneum sit hebraice fuisse locutū Ananiam. Vt uideas.) ὡς ἀναβλέψῃς, id est, ut uisum recipias. sic enim idem uerbū paulo ante traduxerat. Ceciderunt ab oculis eius.) ἀπέπεσον deciderunt. Qui expugnabat.) Græce militari est usus uerbo. πορθεῖν enim græcis est urbem excindere ac depopulari. Vt uinctos illos duceret.) ὡς ἀγάγῃ, id est, ducat siue pertrahat, id quod malit Valla. Et confundebat.) Non est hic pudefaciebat, ut aliàs solet uti, sed συνέχυνε, hoc est, commouebat ac perturbabat, confirmans Iesum esse Christum. Consilium fecerunt in unum.) In unum, nō reperio in libris Græcorum, quos ego sanè uiderim, tantū est συνεβουλεύσαντο. Submittentes in sporta.) χαλάσαντες, quod est funibus ex alto pensilem demittere, ut aliàs indicauimus.

Intrans & exiens.) In græcis exemplaribus tantum reperio εἰσπορευόμενος intrans, ἐκπορευόμενος nō inuenio. Quanquam̄ ingrediens & egrediens hebraica figura dictum est pro uersans, quomodo Latini dicunt, domi ac foris.

Et disputabat cum Græcis.) συνεζήτει πρὸς τοὺς ἑλληνιστάς, disputabat aduersus Græcos. Rursus usus est uerbo Helleniſtæ, ceu factionē indicans. Cæterum illud quod præcessit cum gentibus, in græcis codicibus non inuenio. Et mox, quærebant eum occidere, græcis est ἐπεχείρουν.

est ἐπεχείρουν, id est, conabantur siue aggrediebantur. Ecclesia quidem.) αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι, id est, igitur ecclesiæ quidem, numero pluratiuo, quod tum omnes congregationes Christianorum dispersæ dicerentur ecclesiæ, quæ tamen omnes in unam recidunt ecclesiam. Per uniuersos deueniret.) Quidam addunt hoc loco fines, sed perperam, quandoquidem de hominibus sentit Paulus, non de locis.

Sanet te dominus.) ἰᾶται. poterat accipi & sanat, indicandi modo nō imperandi.

Lyddæ & Assarone.) λύδδαν καὶ τὸν ἀσσάρωνα. Haud scio an hæc sit quam in hebraicis nominibus corrupte legimus Accaron, quam eandem quidam putarunt esse turrim Stratonis postea Cæsaream nominatam. Vero proximū est, hanc esse regionē, quā Hieronymus in nominibus locorū appellat Saronas. Id Hebræis sonat campestrem regionē. Est autem à Cæsarea palestinæ pertingens usq; ad oppidum Ioppe. Testatur sua etiamnum ætate illic agrum fuisse pascendis gregibus aptū. Porrò Ioppe nō longe aberat à Lydde, quanq; est & altera eiusdem nominis regio inter montē Thabor & stagnū Tyberiadis, cuius meminit Esaias, In paludes uersus est Saron. Verum priorē fuisse eam de qua hic sentit Lucas, indicat Hieronymus. Assarone.

Nomine Tabitha.) Hoc certe loco Tabitha nō potest esse uerbum. Ioannes Capnion Thabiam legendum esse putat, uocem enim Assyriam esse, quæ illis capream significat. Certe qui literas callent hebraicas, fatentur hoc puellæ uocabulum nonnihil habere cognationis cum uerbo uidendi, quod illis dicit̄ גִּבְעַ Et græcis item δορκὰς caprea, à δέρκομαι uideo deducta est, quod id animal acri oculorum acie putetur esse. Vnde & qui sunt perspicacibus oculis ὀξυδερκεῖς uocantur. Cæterū Laurentius maluit ab interprete latinam uocem fuisse redditam, nempe capream. nam Lucas Dorcaden interpretatur, sed græce scribens. Capnion. Thabia Chaldeis capra.

Misserunt duos uiros.) In plerisq; græcis codicibus, tantū est ἀπέστειλαν, id est, emiserunt. in uno reperi δύο ἄνδρες asscriptū, sed in spatio marginali. Ne pigriteris.) Sine causa mutauit personam μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν ἕως αὐτῶν, id est, ne pigritaretur pertransire usq; ad sese. Quas faciebat illis dorcas.) ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν οὖσα ἡ δορκὰς, id est, quas faciebat secum uiuens dorcas, siue quas faciebat dum cum ipsis esset dorcas. Et multi crediderunt domino.) ἐπὶ τὸν κύριον, id est, in dominū. Vnde apparet interpreti nihil retulisse, utrum dicas credere domino, an credere in dominū. Apud Simonē coriariū.) βυρσεῖ. quod opificium nō solum plebeium, uerū & sordidum habet̄. O quantus hospes, & apostolici culminis princeps apud cuiusmodi diuersat̄ hospitē? Nunc trium regum palatia uix sufficerent excipiendo Petri uicario. eo creuerunt opes ecclesiæ. Gratulandum est felicitati, si modo uere sita est in hoc ecclesiæ felicitas, & si felicitati respondet pietas. Petrus hospes coriarij.

EX CAPITE X.

Centurio cohortis.) Minus ambiguū erat, ex cohorte. Nec; enim is erat princeps totius cohortis, quæ circiter mille milites continet, sed unus ex ea cohorte. atq; ita est græce ἐκ σπείρης. Quis es domine.) τί ἐστι κύριε, id est, quid est domine. atq; ita legendum arguit ipsa etiam angeli responsio.

Duos domesticos.) δύο τῶν οἰκετῶν, id est, duos famulorū. Militē metuentē dominum.) εὐσεβῆ, id est, pium. Qui illi parebant.) τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ, id est, qui illi assistebant, siue ut alibi uertit, inseruiebant. Parebant & cæteri milites, uerū hi semper aderant ministerij gratia. In superiora.) ἐπὶ τὸ δῶμα. quod in euangelijs uertit, tectum. Apparet enim Petrū cōscendisse tectum, in quo soliti sunt inambulare quidā, ut oraret sub dio, ceu uicinior deo, tum etiam semotior ab hominū strepitu. Et uidit.) καὶ θεωρεῖ, id est, uidet, præsentis tēporis. Vas quoddā uelut linteum.) Hieronymus in Esaiam citat, uas quoddam linteum, nec id uno sanè loco. ut accipiamus ipsum linteum fuisse uas, atq; ita mox appellat absq; ὡς. Vas linteū.

Quatuor initijs summitti.) Græci legunt, Quatuor initijs alligatum ac demissum è cælo, τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον καὶ καθιέμενον.

Quadrupedia &.) Græce sic habet τετράποδα τῆς γῆς καὶ τὰ θηρία καὶ τὰ ἑρπετὰ. i. quadrupedia terræ, & bestiæ, & reptilia. Porrò θηρίον Græcis ꝓprie noxiā bestiā significat, ueluti uiperā aut lupum. θηρίον.

Occide & manduca.) θῦσον καὶ φάγε, id est, sacrifica, siue macta, & ede. Absit dn̄e.) μηδαμῶς, id est, nequaq;. Iterū secundo) πάλιν ἐκ δευτέρου, rursus iterū. Tu cōmune ne dixeris.) Cōmunia, uertendum erat, quanq; græce uerbum est μὴ κοίνου,

μὴ κοίνου, id est, ne communica, hoc est, ne feceris cõmunia. sic enim Hebræi uocant im-
pura. Per ter.) ἐπὶ τρὶς, id est, ad ter, quanꝯ satis erat dicere ter. Nouum sermonis
decus commẽtus est interpres. Atqui ex hoc solœcismo natus est opinor Apologus, qui
uulgo fertur non infestiuus. Sacerdos quispiam rusticanæ plebis rusticior pastor, cum pri
mum esset baptizaturus infantem, ac in libro unde solennia uerba pronunciabat, minio
asscriptũ offenderet, Salta per ter, quibus uerbis librarius admonebat, tres retro paginas
esse reuoluẽdas, mox iussit, ut ædituus adduceret hastile, quo crux imposita circumfertur.
Eo accepto, bene sit inquit, antehac nunc idem expertus sum, sed ita res postulat, & ha-
stili innixus, apsidem saxeam ter transilijt, atq; ita recepto codice, reliqua peregit.

Per ter.
Fabella.

Et statim receptũ est.) καὶ πάλιν ἀνελήφθη, id est, & rursus receptũ est. nimirũ quod inde
ueniisset. Descendens autem Petrus ad uiros.) Post hæc uerba in nõnullis Græcorũ
exemplaribus additũ erat, τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ τοῦ κορνηλίου πρὸς αὐτὸν, id est, qui missi
fuerant à Cornelio ad se. Accersire te.) Rursum uertit figurã græcam. latine dixisset,
ut accerseret te. Introducens ergo.) εἰσκαλεσάμενος, id est, introuocatos siue inuita-
tos. Quomodo abominatum sit.) ὡς ἀθέμιτόν ἐστι, id est, ut nefas est. nam parum erat
ciuile, ut Petrus apud ethnicum dicat, abominandũ esse cum eo colloqui. uerũ ait ex con
suetudine suæ gentis sibi non esse fas cum illo congredi. Et mox, adiungere se, græcis est
κολλᾶσθαι adhærere siue adglutinare. Sine dubitatione.) ἀναντιῤῥήτως, id est, citra con
tradictionem, siue incunctanter. Nudius quarto die &.) ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας μέχρι
ταύτης τῆς ὥρας ἤμην νηστεύων, καὶ τὴν ἐνάτην ὥραν προσευχόμενος, id est, quarto ab hinc die,
usq; ad hanc horam, sedebam ieiunans, & hora nona orans. Ex uerbis interpretis apparet
Cornelium ieiunasse & orasse totum quatriduum. Sentit autẽ se ieiunasse & orasse die
quodam, qui quartus esset ab eo quo colloquebatur cum Petro. Siquidem usq; ad hanc
horam dixit, pro usq; ad hoc tempus. & pro ἤμην sedebam, nonnulli legunt ἤμην eram, pri
ma uocali attenuata. In ueste candida.) λαμπρᾷ, id est, splendida. Et eleemo-
synæ tuæ cõmemoratæ sunt.) ἐμνήσθησαν, id est, in memoria habitæ. Nam memorat quod
narratur. Simonis coriarij iuxta mare.) Sub hæc addunt græci codices, quod in no-
stris omnino nõ habetur ὃς παραγενόμενος λαλήσει σοι, id est, qui aduenies loquetur tibi.

Adsumus audire.) Græcanici sermonis formã reddidit πάρεσμεν ἀκοῦσαι pro eo quod
est, adsumus ut audiamus, siue ad audiendum. Sed in omni populo.) ἐν παντὶ ἔθνει,
id est, in quauis gente. Uerbũ misit filijs.) τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλεν, id est, uerbũ quod
misit. Offensus lector oratione non absoluta sustulit, qd. Aut eñ anapodotos est oratio,
aut accusatiuo abusus est loco nominatiui, hoc est, uerbũ quod misit filijs Israel. Aut (qd
mihi maxime probat) accusatiuus hic λόγον referendus est ad uerbum qd sequit οἴδατε,
id est, scitis. Deinde quia intercessit hyperbaton, & item parenthesis, quod ante dixerat
λόγον, alia uoce repetijt ῥῆμα, ut legamus ad hunc modum. Uerbũ quod misit filijs Israel,
annuncians pacẽ per Iesum Christum, deinde per parẽthesim interijciat (hic est omniũ
dominus) moxq; sequat, ipsi nostis, uerbũ inquã, quod factum est per omnẽ Iudæam.

Ordo per-
turbatior.

Incipiens enim.) Enim adiecit aliquis de suo, cum nõ sit in græcis exẽplaribus. & inci-
piens ἀρξάμενον hoc loco neutri generis est, ut referat ad uerbũ. Porrò uerbũ hoc in loco
nihil aliud dicit, qꝫ rem populari sermone iactatã. Eum rumorẽ ait ortum ex Galilæa post
baptisma Ioannis. deinde ponit argumentum rumoris uidelicet de Iesu Nazareno.

Verbum
res acta.

Quomõ unxit eum.) Quidã codices habebant, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν, id est, quomõ unxe-
rit eum. Quidã ὃν ἔχρισεν αὐτὸν, id est, quẽ unxit eum. Cæterũ illud pronomẽ eum, omit-
tendum erat interpreti, qd ex idiomate sit sermonis hebræi. Incertũ Petrus hæc hebraice
dixerit an græce. Tamen etiã cum græce scribunt apostoli, multũ referunt ex proprietate
suæ linguæ. Quẽadmodũ & hodie qui latine loquunt, parũ alioqui literati, nonnihil ad-
miscent ex sermone uernaculo, uel imprudẽtes, puta Gallus è sermone gallico, Britannus
è britannico, Germanus è germanico. Nam apostoli græcitatẽ suam non è Demosthenis
orationibus, sed è uulgi colloquio didicerunt. Sic enim uisum est sapientiæ diuinæ, nullis
eloquẽtiæ mortalis adminiculis orbem in suam sentẽtiam pertrahere. Neq; enim donum
illud linguarum oportebat esse perpetuum. satis erat adesse quoties usus postulabat. uti
nõ semper excitabant mortuos, non semper sanabant ægrotos, sed tum demum cum ad

De sermone
apostolorũ,
an e spiritu
sancto.

religionis

religionis & Euangelij negocium pertinebat, ſemel duntaxat legimus apoſtolos nouis linguis loquẽtes miraculo fuiſſe. Et huius uoluminis Cap. 19. narrantur, qui baptizati ſpiritum ſanctum acceperant, linguis locuti & prophetaſſe. Quanq; uero propius eſt apoſtolos id temporis unica lingua fuiſſe locutos, ac uirtute diuina factum, ut æque ab omnibus intelligerentur. Neq; uero neceſſe eſt, opinor, quicquid fuit in apoſtolis, protinus tribuere miraculo. Homines erant, quædam ignorabant, in nonnullis errabant. etiam poſt acceptum ſpiritum ſanctum obiurgatur ac docetur Petrus à Paulo. Paulus à Barnaba diſſentit, uſq; ad diuortium. Et haud ſcio an hoc magis congruerit Euangelio Chriſti, ut ſimplici inconditóq; ſermone proderetur in uulgus, ac talis eſſet apoſtolorũ oratio, qualis cultus, qualis uictus, qualis omnis uita, exceptis ijs quæ ſunt pietatis & animi, ne quid in hoc negocio ſibi uindicare poſſet humanæ facundiæ ſupercilium. Sæpe relinquebat diſcipulos ſuos Chriſtus humanis uiribus, eſuriebant, ſitiebant, fatigabantur corporis laboribus, animi curis, ſentiebant ingraueſcentem ætatem, aliaq; fragilitatis humanæ incommoda. Sed idem aderat, quoties maieſtatem ſuam mundo uoluit innoteſcere. Atq; ita temperabat organa ſuorum, quibus ad Euangelij propagationem utebatur, quatenus intelligebat ad diuini ſui conſilij rationem, adq; mortalium ſalutem maxime conducere. Neq; uero mirum, ſi cum Aegyptus ac Syria, Cilicia, totaq; penè minor Aſia, primum ob imperium Alexandri, mox Rhomanorũ uulgo græce loqueretur, apoſtoli citra miraculum græce nouiſſent, præſertim cum poſtea tot annos inter græce loquẽtes uerſarentur. Neq; enim ſtatim ab ijs cõſcriptum eſt Euangelium. Qui inter Gallos uiuit, uno protinus anno gallice loquit̃, etiamſi prius nihil eius ſermonis tenuerit. & miramur apoſtolos tot annis mediocrem ſermonis facultatem fuiſſe conſecutos? Iam uero non ſum neſcius à Paulo commemorari genera linguarum & interpretationem ſermonum inter dona ſpiritus. Et ipſe gloriat̃ quod plus cæteris omnibus loquatur linguis. uerum id cuiuſmodi fuerit, non eſt fortaſſis huius loci perſequi. Sed ut donemus interim ſimile fuiſſe ei, quod accidit à ſpiritu ſancto in apoſtolos effuſo. Addamus & illud, non cõtigiſſe illis hoc dono politam & exactam linguarum peritiam, ſed eatenus duntaxat, quatenus maxime conducebat ad negocium euangelicũ. Sicut cui contigerat prophetiæ donum, ut hunc aut illum locum explanaret, non continuo quouis tempore, quemuis ſcripturæ locum poterat explicare, quod eas dotes deus ſingulis impartiret ad menſuram fidei, teſte Paulo. ita ſi cui contigerat ꝓ re nata linguarũ peritia, nõ ſtatim apud quoſuis, in quouis argumẽto idem potuiſſe uidetur. Siquidem exiſtimamus & Auguſtino ꝓphetiæ donum adfuiſſe in explicandis ſacris literis, & tamẽ alicubi non aſſequitur ſenſum ſcripturæ germanum. Neq; Hieronymo defuit, opinor, donum linguarum, & tamẽ in nonnullis diſſentiunt ab eo, qui literas hebræas profitentur. Quod ſi quis omnino contendat, apoſtolis infuſam cœlitus omniũ linguarum peritiam, atq; hoc donum illis fuiſſe perpetuum, cum ea quæ fiunt uirtute diuina perfectiora ſint ijs, quæ fiunt iuxta naturæ ordinem, aut per humanam induſtriam, autore Chryſoſtomo, qui fit ut apoſtolorũ ſermo non ſolum impolitus ſit & incõditus, uerum etiam imperfectus, perturbatus, aliquoties planè ſolœciſſans? Neq; enim id negari poteſt, quod res ipſa clamitat, Placebat ſpiritui ſancto ſermonis ſimplicitas, ſed pura tamen & integra, atq; ijs uacans incommodis, quæ ſolent auditorum intelligentiam impedire. Atq; in his paſſim deſudant interpretes græci, quibus Demoſthenes & Plato facilis erat ac perſpicuus. Quoties Origenes in Paulo deſyderat græcanici ſermonis integritatem? Quoties hyperbatis, anapodotis, & amphibologijs offendit̃? Neq; id negat Chryſoſtomus, & fatetur compluribus in locis Hieronymus, aperte Paulo tribuens græcanici ſermonis imperitiam. Idem Lucæ plus tribuit in literis græcis quam̃ hebræis, nõ ob aliud, niſi quod in his magis eſſet inſtitutus, quippe Antiochenus. Idem fatetur Paulum diſertiorem in lingua hebræa ꝙ græca, quod in illa natus eſſet, in hac inſtitutus. Rurſus alicubi, quod poſterior epiſtola Petri diſſideat à phraſi prioris, hanc adducit cauſam, quod in ea ſit alio uſus interprete. At quorſum opus interprete, ſi perfectam omnium linguarum peritiam dabat ſpiritus ſanctus, præſertim cum extra cõtrouerſiam ſit apoſtolos omnes græce duntaxat ſcripſiſſe excepto Matthæo. Cur auſi ſunt interpretari ueteres, quod Paulus ob id Titum deſyderaret, quod is in græci ſermonis facultate eſſet promptior?

Miraculum linguarum raro legitur.

Homines erãt apoſtoli

Poterãt apoſtoli & citra miraculum græce ſcire.

Dona linguarũ nõ erant perpetua.

Apoſtolorũ ſermo obſcurus ſæpe & perturbatior

Hæc non

Hæc non multum abſint à blaſphemia,ſi quis hanc ſententiam de dono linguarum mordicus teneat.& tamen ea non ueriti ſunt eccleſiæ probatiſſimi doctores libris ſuis prodere.Atq; hæc pluribus à me diſſerta ſunt,quam fortaſſis annotationum argumentum poſtulabat.ne quis impie aut temere à me dictum exiſtimet,apoſtolos ſermonem græcum non ex orationibus Demoſthenicis,ſed ex populari colloquio didiciſſe.Neq; em̃ ex orationis,ſed ex mentis habitu metienda eſt apoſtolorum autoritas . Neq; magis pium hominem debet offendere in apoſtolis ſermo incultus,quam̀ corpus illotum,aut ueſtis plebeia.Quin ipſe Chriſtus,ut multis colligi poteſt coniecturis,uulgatiſſimo maximeq; populari ſermone eſt uſus , Syriace loquens & fortaſſis aliquando Chaldaice , & haud ſcio an Græce nonnunquam̀ . Atq; hanc de apoſtolorum ſermone opinionem ipſa res nobis perſuadet,etiamſi non ſuffragaretur ſummorum uirorum autoritas.Mihi tamen non eſt animus,neq; pro hac,neq; pro ulla alia digladiari,ſi diuerſum ſentit eccleſia . Lectorē admonemus,non proponimus oracula,nuſquam̀ non parati cedere melioribus.

Omnes oppreſſos.) καταδυναστευομένους,recte uertit interpres,modo intelligamus hic oppreſſos dici , qui tyrannide & potentia cuiuſpiam opprimuntur , id enim ſonat græca uox. In regione Iudæorum.) ἔν τῇ χώρᾳ,id eſt,& in regione Iudæorum, condupli cata coniunctione. Præordinatis à deo.) προκεχειροτονημένοις,quod magis ſonat delectis,ut fit per ſuffragia.Græca uox dicta eſt,à porrigendis digitis,quo geſtu ſuffragabatur olim populus. Remiſſionem peccatorum accipere.) ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν, id eſt,conſequi remiſſionem peccatorum,ſiue remiſſionem peccatorum accepturū eſſe.

Omnes qui credunt.) πάντα τὸν πιστεύοντα,id eſt,omnem qui credit, aut quiſquis credi diſſet. Ex circumciſione.) οἱ ἐκ περιτομῆς , id eſt,qui erant ex circumciſione.

Et in nationes.) Ϲ ἐπὶ τὰ ἔθνη,id eſt,& in gentes. nec eſt gratia χάρις,ſed δωρεὰ donū.& quia effuſa eſt,dictum eſt,pro,quod effuſum eſſet. Nunquid aquas?) Græci legunt in hunc modum , μήτι τὸ ὕδωρ κωλύσαι δύναταί τις , τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτους , & apparet hunc eſſe ſenſum.Num quis uetare poteſt , quo minus aqua baptizentur ij qui ſpiritum ſanctum acceperunt ſicut & nos? ueluti plus ſit ſpiritus q̃ aqua,cunq; ille contigerit,nihil eſſe magni ſi hoc acceſſerit.Cæterū τὸ ὕδωρ accuſatiuus aut pendet à præpoſitione ſubaudita κατὰ , aut adhæret uerbo βαπτισθῆναι,ea forma qua dicimus, βαπτίζομαι βάπτισμα.

Noua interpretatio.

EX CAPITE XI.

QUare introiſti.) ὅτι πρὸς ἄνδρας ,ad uiros præputium habētes introiſti.Nam ὅτι hoc loco confirmantis eſt.nec interrogant,ſed accuſant , aut certe expoſtulant. Nequaq; domine.) μηδαμῶς.idem uerbū quod ſuperius uerterat abſit. Sub Stephano.) ἐπὶ στεφάνῳ,id eſt,in Stephano ſiue aduerſus Stephanum.Nam ſub eo res geri dicitur , qui imperio potitur.

Ita ut cognominarentur.) ἐγένετο δὲ αὐτοὺς ϛιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ,καὶ διδάξαι τὸν ὄχλον ἱκανὸν,χρηματίσαι τε πρῶτον ϵν̓ ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς χρισιάνους,id eſt,accidit autem ut annum totum conſuetudinem agerent cum congregatione,docerentq; turbam multam,& primum Antiochiæ diſcipulos uocarent Chriſtianos . nam illi uocabant eos Chriſtianos, ſed Lucas appellat eos diſcipulos. In miniſterium mittere.) Miniſterium uocat ſubſidium,ſiue ſuppeditationem.Sic appellat & Paulus.

EX CAPITE XII.

MIſit Herodes rex.) ἐπέβαλεν,id eſt,iniecit,ſiue inijciebat.

Qui placeret.) ὅτι ἀρεσόν ἐϛι ,id eſt , placitum,ſiue gratum eſſe.Idem nomen quod ante uertit æquum eſt.Non eſt æquum relinquere uerbum dei, & miniſtrare menſis. Apprehendere.) συλλαβεῖν , id eſt,comprehendere. Erat autem dies.) ἦσαν,erant,numero multitudinis.

Sine intermiſſione.) ἐκτενῶς,id eſt,prolixa,ut uertit in euangelio, ſiue intenta.

Caliga pro ſandaliis.

Et calcia te caligas tuas.) καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου,id eſt, ſubliga ſandalia tua.

Conſyderanſq;.) σωισθώντε ,id eſt , reſq; perpenſa, niſi mauis ad cognitam domum referre. Ad oſtium.) Ad, redundat. Ianuæ.) πυλῶνος,non θύρας.

Ad uidendum.) ὑπακοῦσαι ,id eſt,ut ſubauſcultaret. ſequit enim & agnita uoce Petri.

Annuens autem.) κατασείσας δὲ,mota manu innuens.

Quid nam

Quid nam factum esset de Petro.) τί ἄρα ὁ πέτρος ἐγένετο, id est, quid Petrus esset factus. siue quia sic permisit sibi loqui Lucas, ut quemadmodum Græci dicũt, fecit illũ, pro, fecit illi, ita per uerbum passiuum dixerit, quid factus esset. siue quod suspicarentur metamorphosi mutatum in aliud quiddam, iuxta uulgi stulticiam qua creditum est magicis artibus homines uerti in aues, in genios. Quid factus esset.

Iussit eos duci.) ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι. Parum liquet an Lucas Rhomano more dixerit duci eos, qui ducuntur ad supplicium, an abduci à sese in carcerem.

Erat autem iratus Tyrijs.) θυμομαχῶν, quod Laurentius uertendum putat, irate siue acerbe pugnans. quanꝯ hic homini non assentior, nam dictio græca composita est ex θυμὸς animus, & μάχεσθαι pugnare, quod nondum indixisset bellum, sed iam animo bellum agitaret, ni placassent iratum. θυμομαχέω.

Eo quod alerentur regiones illorum ab illo.) διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς, id est, eo quod ipsorum regio aleretur à regia, ut subaudias annona aut alimonia.

Dei uoces.) φωνὴ θεοῦ, id est, uox dei.

Honorem deo.) δόξαν, id est, gloriam.

Et consumptus à uermibus.) καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος, id est, obnoxius factus morbo. quo qui laborant, exeduntur è uermibus. opinor eundem esse quem medici pedicularem uocant. quo periit & Lucius Sylla, certe ibi non felix.

Reuersi sunt ab Hierosolymis.) εἰς ἱερουσαλήμ, id est, in Hierusalem. ita legunt Græci. uerum haud scio an perperam.

EX CAPITE DECIMOTERTIO.



Imon qui cognominatus est niger.) Mirum est latinam uocem ab Euangelista esse positam, etiam forma latina. nam eiusmodi nomina apud nos in er definentia deflectere solent in ς. Ad hæc pro Simon in nonnullis exemplaribus Græcorum scriptum erat Simeon, uoce trisyllaba.

Collactaneus.) σύντροφος, id est, simul cum eo educatus.

Ministrantibus autem illis.) λειτουργούντων, quod proprium est operantium sacris.

Segregate mihi Saulum.) Interpres omisit δή, ἀφορίσατε δή μοι .i. separate iam mihi.

Assumpsi.) προσκέκλημαι, id est, aduocaui, siue accersiui.

Abierunt Seleuciam.) Si regionem accipias, rectius erat, in Seleuciam, sin ciuitatem eius nominis in Cilicia sic à Seleuco dictam, recte locutus est.

Et cum uenissent Salaminam.) Græce, γενόμενοι ἐν σαλαμῖνι, cum essent Salamine. Ea est ciuitas Cypri post dicta Constantia, autore Hieronymo, quam Iudæi funditus demoliti sunt Traiani principis temporibus, extinctis omnibus accolis. Salamis in Cypro.

Vsq; ad Paphum.) Ea est ciuitas Cypri quondam sacra Veneri. Vt autẽ Salamis extrema est Cypri ad orientẽ, ita Paphus extrema est ad occidentem, ut intelligas totam insulam peragratam. Hieronymus refert eam olim nobilem, suis temporibus frequenti terræmotu sic collapsam fuisse, ut uestigijs duntaxat quid aliquando fuisset ostenderet. Paphus in Cypro.

Barieu.) Græci legunt βαριησοῦ, quod sonat filium Iesu, ut appareat quod superius adiectum est, ᾧ ὄνομα non fuisse scriptum à Luca, quæ uox explicuerit nõ ipsius hominis nomen, sed patris duntaxat, ipsius nomen paulo post adiecit. Verum cur addidit μεθερμηνεύεται, ueluti translatũ indicans? Aut quo refertur hæc interpretatio? Ad barieſum non potest, cum illud sonet filium Iesu, aut certe filium Ieu, Elymas idem sit quod faciens præuaricari, siue ut Lyranus interpretatur mensura dei mei, siue dei mei census. nam אֵלִי deus meus, מַס census, unde sunt qui missam pro sacrificio Christianorum deductam putant, An ad linguam diuersam? Iudæus erat, & Elymas neq; græcum est, neque latinum. Quur igitur dicit interpretari Elymas? nisi forte Barieſu dictus sit à parentibus, deinde ob uitæ merita commutatum sit illi nomen Elymas. Barieu.

Saulus autem qui & Paulus.) Laurentius hoc loco litigat de nomine Pauli, de quo nonnihil attingemus cum ad Paulinas epistolas uentum erit. Qui Laurentiana uolet cognoscere, ex ipsius petat libris.

Et omni fallacia.) ῥᾳδιουργίας. dolum ante dixit, hic magis addendum erat diuersum quiddam. Et græca uox significat propensionem ad quoduis facinus patrandum, à ῥᾴδιον facile, & ἐργάζομαι operor, Licet Hesychius uocem existimat esse polysemon, significare eandem πλασογράφον, ταχυγράφον, πονηρόν, μηχανουργόν, πολυμήχανον, id est, falso aut etiam celeriter scribentem, uersutum, artificem, uersipellem Fallacia ῥᾳδιουργία.

ſipellem. Nec eſt proprie ſubuertere, ſed διαστρέφω, id eſt, inuertere, deprauare, hoc eſt, ex rectis facere flexuoſa. Qui ei manum darent.) χειραγωγοὺς, id eſt, manuductores, ut uerbum uerbo reddam, ſiue qui ſe manu ducerent.

Perge. Venerunt Pergen Pamphyliæ.) Prouinciæ nomen adiecit non ob diſcretionem, cum non ſit niſi una Perge, ſed quod oppidi uocabulum non perinde notum eſſet omnibus ut prouinciæ. At paulo inferius diſcernendi cauſa appoſuit prouinciæ nomen Antiochiam Piſidiæ, quod duæ ſint Antiochiæ. altera Syriæ cœles, in qua Barnabas & Paulus apoſtoli ſunt ordinati. altera Piſidiæ, in qua predicarunt.

Pertranſeuntes Pergen uenerunt Antiochiam.) Græca nonnihil diſſident, αὐτοὶ δὲ διελθόντες ἀπὸ τῆς πέργης παρεγένοντο εἰς ἀντιόχειαν. At ipſi cũ peragraſſent relicta Perga, uenerunt Antiochiam. ſiquidem ipſi, diſcernit illos ab Ioanne, qui recta reuerſus eſt Hieroſolymam, cum ipſi peragratis quæ in medio erant oppidis peruenerint Antiochiam.

Et manu ſilentium indicens.) καὶ κατασείσας τῇ χειρὶ, Idem hoc loco participium eſt, quod ſuperius uerterat annuens manu, Sonat autem mota manu.

Plebis Iſrael.) τοῦ λαοῦ τούτου, id eſt, populi huius.

Mores eorum ſuſtinuit.) ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς, Græcis unica dictio eſt conflata è duabus τροποφορεῖν, quod eſt ferre ac tolerare mores alicuius.

Quaſi poſt &.) Græca nonnihil diſſident à noſtris, καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα, ἔδωκε κριτὰς, id eſt, & poſt hæc annis circiter quadringentis & quinquaginta. Eduxit Iſrael ſaluatorem.) ἤγαγε τῷ Ἰσραὴλ σωτῆρα, id eſt, adduxit Iſraeli ſalutem. Eſt autem Iſrael hoc loco dandi caſus.

Ieſum.) Ieſum non additur apud Græcos in nonnullis exemplaribus, ſed tantum ſaluatorem. & fortaſſe nondum erat tempus explicandi nominis apud eius ſermonis admodum rudes, etiamſi mihi probabile uidetur apud Græcos ortum hunc ſcripturæ errorem, ex illorum abbreuiaturis. fortaſſis enim ex σ̄ρ̄α ι̅η̅μ̅ parum attentus ſcriba aut luſcioſus etiam, fecit σωτῆρα. Prædicante Ioanne.) προκηρύξαντος Ἰωάννου, id eſt, ut ante prædicauerat Ioannes. Quem me arbitramini eſſe? non ſum.) Aut Lucas abuſus eſt τίνα pro τοῦτον, aut ſecus eſt diſtinguendum, Quem me arbitramini eſſe? ut hic ſit interrogatio. deinde reſpondeat, Non ſum ego ille, Nam Græcis eſt τίνα με ὑπονοεῖτε.

Et qui in uobis timent.) Mire miſcuit duas perſonas, ita ut ſeparari non queant uobis & timent. Adimpleuit filijs ueſtris.) τοῖς τέκνοις αὐτῶν, id eſt, filijs illorum, nempe patrum.

Secũd' pſalmus pro primo. Sicut in pſalmo ſecundo ſcriptum eſt.) Quidam codices habebant in pſalmo ſecundo, quidam in pſalmo, omiſſo numero. At Hieronymus hunc ediſſerens pſalmum palam teſtatur in actis hunc pſalmum qui apud nos ſecundus eſt, primi titulo citari. & hinc ſumit argumentum, aut primum illum, Beatus uir, præfationis additum uice, aut illum & proximum, Quare fremuerunt, eundem eſſe pſalmum. Idem prodit fermè Hilarius, illud ingenue teſtatus hunc primum citari à Paulo. Quin & diuus Auguſtinus in commentarijs indicat hunc potius eſſe unum & primum. Proinde nos his autoribus germanam reſtituimus ſcripturam.

Senſus anceps. Voluntati dei.) τῇ βουλῇ, id eſt, conſilio dei. Senſus apud Græcos nonnihil habet ambigui, Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας, τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ ἐκοιμήθη, hoc eſt, nam Dauid quidem, cum ſuæ generationi miniſtraſſet, dei conſilio dormiuit. ut accipiamus Dauid nõ uixiſſe niſi ſuam ætatem, & rebus bene geſtis obdormiſſe cum cæteris, cæterum Chriſtũ eſſe immortalem. Interpres legit ἰδίᾳ γενεᾷ, ſubaudiens præpoſitionem ἐν, & ὑπηρετήσας refert ad conſilium, ſiue ut ille uertit uolũtatem dei. Mihi prior lectio uidetur ſyncerior.

Numeri ἑτέρωσις. Quod dictum eſt in prophetis.) Abuſus eſt numero pro numero, cum ſit apud Abacuc capite primo. hoc quoq; Paulus adduxit iuxta æditionem ſeptuaginta. Siquidem Hieronymus iuxta ueritatem Hebraicam ita uertit, Aſpicite in gentibus & uidete & admiramini & obſtupeſcite, quia opus factum eſt in diebus ueſtris, quod nemo credet cum narrabitur. Et diſperdimini.) καὶ ἀφανίσθητε, id eſt, euaneſcite. eſt enim ita tolli è medio ut nuſquam appareat. pro quo Hieronymus uertit obſtupeſcite.

Exeuntibus autem illis &.) Et hoc loco nonnihil diſſident græca, ἐξιόντων δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, παρεκάλουν τὰ ἔθνη εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον λαληθῆναι, id eſt, egreſſis è

ſynagoga

ſynagoga Iudæis,rogabant gentes,ut ſequenti ſabbato loquerentur.Quidam addunt αὐτοῖς τὰ ῥήματα, id eſt, ſibi uerba. Et colentium deum.) σεβομένων, id eſt,religioſorũ.

Aduenarum,) προσηλύτων, id eſt,Proſelytorum.ſic enim aliquoties uertit.

Contradicebant ijs quæ dicebantur à Paulo blaſphemantes.) Græci adijciunt uerbum unum, haud ſcio an recte, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες .i. contradicentes & blaſphemantes. Conſtanter.) παῤῥησιασάμενοι, id eſt,ſumpta fiducia ſiue audacia.

Præordinati .) τεταγμένοι, id eſt,ordinati ad uitam.

Diſſeminabatur autem uerbum.) διεφέρετο, id eſt , differebatur,diſpergebatur . apparet interpretem legiſſe διεσπείρετο.

Mulieres religioſas.) σεβομένας , idem participium quod modo uerterat,colentes deum,uarietatis affectator. Et honeſtas .) καὶ εὐσχήμονας, quod ad cultum habitumq; corporis decorum ac probis dignum pertinet.

EX CAPITE DECIMOQVARTO.

Actum eſt autem in Iconio.) Cum Iconium ciuitatis ſit nomen non regionis, Iconij dicendum erat,non in Iconio.Sunt autem duæ huius nominis,altera Lycaoniæ ad montem Taurum,altera Ciliciæ.de priore,ni fallor,hic loquitur. Iconia duo. Contumelijs afficerent.) ὑβρίσαι, potius eſt hoc loco,ut uim facerent: neq; enim uſq; adeo timebant contumelias. Deinde quod ſequitur de lapidando,uelut interpretatur ſuperius uerbum.

Intelligentes fugerunt ad ciuitates Lycaoniæ.) συνιδόντες. aptius erat re intellecta, ſiue quod cum animaduertiſſent. Et uniuerſam in circuitu regionem .) καὶ τὴν περίχωρον, id eſt,& in circumiacentẽ regionem.Quorſum autẽ hic attinebat addere uniuerſam?

Dij ſimiles facti hominibus.) ὁμοιωθέντες adſimilati, ut ita loquar, hoc eſt dij ſpecie humana. Ante ianuas .) ἐπὶ τοὺς πυλῶνας, id eſt,ad fores ſiue ad ueſtibula.

Cum populis .) σὺν τοῖς ὄχλοις, id eſt, cum turbis.

Volebat ſacrificare .) Nonnulli codices habebant ἤθελον, uolebant,quod additum ſit cum turbis. nonnulli ἤθελε uolebat,id tamen nihil refert ad ſententiam.

Exilierunt in turbas.) εἰσεπήδησαν, id eſt,inſilierunt in turbam. eſt enim ὄχλον.

Mortales ſumus ſimiles uobis .) καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν, id eſt, & nos ijſdem obnoxij ſumus paſſionibus homines. Neque enim hoc ad mortem tantum pertinet, ſed ad omnia quæ poſſunt homini accidere.

Omnes gentes ingredi uias ſuas .) ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, id eſt , uijs ſuis . nam ingredi poſuit pro uiuere. & uiam pro ratione uitæ.

Non ſine teſtimonio.) Græce eſt, ἀμάρτυρον dictione compoſita,id eſt,non expertem teſtium,ſiue teſtimonij.& pro εἴασε Laurentius mauult permiſit . ego malim non paſſus eſt eſſe ſe expertem teſtimonij,hoc eſt,aliquo modo teſtatus eſt & illis ſuam diuinitatem.

Ne ſibi immolarent.) Sub hæc uerba nonnulli Græcorum codices hic addebant, ἀλλὰ πορεύεσθαι ἕκαστον εἰς τὰ ἴδια, διατριβόντων δὲ αὐτῶν καὶ διδασκόντων, id eſt,ſed iret quiſq; ad ſua.cæterum cum illic uerſarentur , ac docerent.ſuperuenerunt &c. In Græcis plus eſt q̃ in noſtris.

Et perſuaſis turbis .) καὶ πείσαντες τοὺς ὄχλους, καὶ λιθάσαντες τὸν παῦλον, id eſt , & perſuaſis turbis , ac lapidato Paulo . Verum pro his longe ſecus habebatur in nonnullis Græcorum exemplaribus, καὶ διαλεγομένων αὐτῶν παῤῥησίᾳ, ἀνέπεισαν τοὺς ὄχλους ἀποστῆναι αὐτῶν, λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἀληθὲς λέγουσιν, ἀλλὰ πάντα ψεύδονται, id eſt, Et cum illi fortiter diſputarent, perſuaſerunt turbis, ut deſciſcerent ab eis, dicentes , quod nihil ueri dicerent , ſed omnia mentirentur. Mire Græci diſſentiunt a noſtris.

Et cum conſtituiſſent illis.) χειροτονήσαντες, creatis ſiue delectis illis preſbyteris,ut intelligamus ſuffragijs delectos. quanq; ſuperius nonnihil abuſus eſt eo uerbo.

Loquentes uerbum domini in Pergen.) λαλήσαντες ἐν πέργῃ τὸν λόγον, id eſt , locuti Pergæ ſermonem,nec additum eſt domini. Ac mox (deſcenderunt in Italiam) Græci legunt, εἰς ἀττάλειαν, id eſt, Attaliam. Ea ciuitas eſt Pamphyliæ maritima,autore Hieronymo.nam Stephanus eam ponit in Lydia,ſiquidem procul aberant ab Italia. Attalia in Pamphylia.

Morati ſunt autem tempus.) Græcis additur ἐκεῖ, commorati ſunt illic tempus.

EX CAPITE QVINTODECIMO.



Facta autem seditione non minima.) Græcis pro una duæ sunt dictiones, στάσεως οὐδὲ συζητήσεως, id est, seditione & disceptatione, alioqui non quadrat quod sequitur, cum Paulo & Barnaba. nec est non minima, sed οὐκ ὀλίγης .i. nō exigua. Et quidā alijs ex alijs.) Pro ex alijs, Greci legūt ἄλλῃ ἀυτῶν. i. ex eis.

Seniores honoris uocabulum.

Ab apostolis & senioribus.) Pluribus uerbis agit hoc loco Laurentius, quoties dignitas significatur, græca uoce fuisse utendum presbyteri. sic enim olim uocabantur episcopi, teste nō uno in loco diuo Hieronymo. quoties ætas indicatur, latine dicēdum erat seniores. nunc suo arbitratu, ne dicam absq; delectu, modo presbyteros uocat modo seniores. Pertransibant phœnicem.) Phœnicen legendum est per n, à φοινίκη, hoc est, Phœnice phœnices, non à phœnix.

Et qui nouit corda.) Rursus est dictio composita καρδιογνώστης .i. cordis cognitor.

Fide purificans.) καθαρίσας præteriti temporis .i. cum fide purificauerit corda eorum. agit eā de ijs qui iā crediderant. Simon narrauit quēadmodum.) σίμεών, Symeon, haud scio utrum errore perperā scriptum, an quod nihil interfit inter Simonē & Symeonem, nisi quod Symeon Hebraice dicitur, Græce inflexa uoce Simon, ut à Saul Saulus.

Dirupta pro diruta. Iacobꝰ pphetiā nō adducit ad uerbū.

Et dirupta eius.) κατεσκαμμένα .i. diruta, atq; ita legitur & in latinis emendationibus. Cæterum testimonium quod adducit est Amos cap. nono. Quanq; Iacobus ita adducit sensum uaticinij, ut nec septuaginta sit usus uerbis, nec ad Hebræorum lectionē per omnia responderit. Siquidem Hebræa sic habent interprete Hieronymo, In die illa suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant instaurabo, & reædificabo illud sicut in diebus antiquis, ut possideant reliquias Idumeæ, & omnes nationes, eo quod inuocatum sit nomen meum super eos, dicit dominus faciens hæc. Porrò iuxta æditionem septuaginta legimus ad hunc modum, In die illo suscitabo tabernaculum Dauid quod ceciderat, & ædificabo ea quæ corruerant, & quæ suffossa sunt suscitabo, & instaurabo ea sicut dies antiquos, ut quærant me reliqui hominum, & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum, dicit dominus faciens hæc omnia. Primum pro in die illo posuit, & post hæc. Cæterum in hoc, ut quærāt me reliqui hominum, septuaginta secutus est nō Hebræorum libros. Deniq; quod nos suffossa citauimus, in uulgatis exemplaribus est suffusa, sed mendose. Respondet enim illi Græco, κατεσκαμμένα, à κατασκάπτειν, quod est suffossione demoliri.

Suffusa pro suffossa mendose.

Notum à sæculo.) Græce est γνωστὰ numero multitudinis, id est, nota sunt deo opera sua, & additur πάντα, id est, omnia. Ego iudico.) ἐγὼ κρίνω. Accommodatius erat ego censeo. Deinde non inquietari, quod Græcis est μὴ παρενοχλεῖν, rectius uertisset, non obturbandum esse, siue non addendam molestiam. id enim sonat παρὰ præpositio.

A temporibus antiquis.) ἐκ γενεῶν, id est, à generationibus antiquis, si uoluisset ad uerbum reddere. Iam admonuimus aliquoties γενεὰν pro ætate poni.

Viros primos in fratribus.) ἄνδρας ἡγουμένους .i. præcedentes siue præeminētes, hoc est primarios, magis q; primos. Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ.) κατὰ τὴν ἀντιόχειαν καὶ συρίαν καὶ κιλικίαν. Opinor hic Antiochiam regionem esse non ciuitatem, unde addenda erat præpositio, qui sunt in Antiochia & Syria & Cilicia. Interpres neq; Græca reddidit bona fide, neq; latinitatis habuit rationem. Collectis in unum.) γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, id est, consentientibus, siue communi consensu animorum.

Ab immolatis simulacrorum.) ἀπὸ εἰδωλοθύτων, id est, ab ijs quæ immolantur simulacris. suspicor interpretem scripsisse ab imolaticijs simulacrorum.

Imolaticia.

Verbo plurimo.) διὰ λόγου πολλοῦ, id est, sermone multo. Quid autem est uerbo plurimo? aut quid attinebat positiuum nomen uertere in superlatiuum?

Consolati sunt fratres & confirmauerunt.) καὶ ἐπεστήριξαν, hoc est, addiderunt confirmationem iam confirmatis ipsa epistola. ea uis est præpositionis ἐπὶ.

Ad eos qui miserant illos.) πρὸς τοὺς ἀποστόλους, id est, ad apostolos. Apparet interpretem legisse, πρὸς τοὺς ἀποσείλαντας. Manere ibi.) ἐπιμεῖναι αὐτοῦ, id est, permanere ibidem. Cæterum post hæc uerba, quod sequitur in nostris exemplaribus, Iudas autem solus abijt Hierusalem, apud Græcos non reperio, imo ne hæc ipsa quidem, Visum est autem Sylæ

tem Sylæ manere ibi,non reperi nisi in uno duntaxat codice,eáq; adiecta in margine. uerum id librariorum errore factum uideri potest. Barnabas autem uolebat.) ἐβουλεύσατο, id est,consulebat siue cogitabat.Interpres legisse uidetur ἐβούλετο.

Paulus autē rogabat.) Videtur interpres mitigare uoluisse dissidij suspitionem, nā græce est ἠξίου, id est, censebat aut æquum iudicabat. Nec est simpliciter discessisset, sed τὸν ἀποστάντα, id est,qui desciuisset,siue defecisset,participum eius uerbi,unde dictus ἀποστάτης, desertor siue defector. Facta est autem inter eos dissensio.) Rursum studuit mitigare græcā uocem,quæ est παροξυσμὸς, quæ plus significat q̄ dissensionem, à παροξύνω irrito,prouoco,exacerbo. Significat igitur illos usq; ad cōmotionem hac in re dissensisse, & adeo ut diuellerētur. Apostoli erāt,sed tamē homines erant.Origenes ingenue fatetur in optimos quoq; uiros,huiusmodi incidere dissidia,dum in suo quisq; sensu abūdat,quæ tamen non procedant eo,ut Christiana scindatur charitas,aut Christi religio labefactet. Porrò stultum est,consentiētibus exemplaribus græcis,ad eum modum mederi uelle incommodo.Nos uertimus, Tam acris autem fuit inter eos disceptatio.

Interpres mitigat græca.

Dissensio inter Paulū & Barnabam.

EX CAPITE DECIMOSEXTO.



Ilius mulieris uiduæ fidelis.) Apud Græcos ita legimus, υἱὸς γυναικός τινος Ἰουδαίας πιστῆς, id est,filius mulieris cuiusdā Iudææ fidelis.Et ad hāc lectionē respondet id quod sequitur,patre uero gentili.nam gentilem patrem opponit Iudææ matri.At scriptor parum attētus ex Iudæa,uiduam fecit transpositis literis aliquot. Nec rursum est gentilis hic ἐθνικὸς, sed Ἕλλην, id est,Græcus, quam uocem uarie uertit interpres,nunc Græcum,nunc gentilem.

Vidua pro Iudæa.

Dogmata,quæ erant decreta.) κεκριμμένα, id est,iudicata,recte uertit in decreta. Cæterum dogmata Græca uox est, significans & ipsa decreta siue placita, non doctrinam ut uulgus existimat.Interpres aliàs decretum uertit δόγμα, aliàs edictum.

Loqui uerbum in Asia.) Asiam eam sentit quæ dicitur minor,undiq; mari cincta,præter eā partē qua spectat orientē.ea complectitur Phrygiā,Pamphyliā,Lycaoniā,Ciliciam, Galatiam,aliasq; nonnullas.sed qua finitima est Epheso maxime minor Asia dicitur.

Asia minor.

Descenderunt Troadem.) Nam ea ciuitas est Asiæ maritima,dicta eadem Antigonia.

Troas.

Venimus Samothracen.) Ea est insula in sinu Pacusiaco, è regione Thraciæ, nomine composito ex Samijs & Thracibus. Recto cursu uenimus.) Vnum uerbum Græcum tribus latinis est circumlocutus εὐθυδρομήσαμεν, id est, recto cursu contendimus. Cursus enim & nauigantium proprie dicitur.

Samothrace.

Neapolin.) Non est ea, quam nunc in Italia occupant Hispani, sed altera Cariæ in Asia. Philippi ciuitas est in prima parte Macedoniæ.

Neapolis.

Ciuitas Colonia.) κολώνια. Vsurpauit Lucas uocem latinam,tum ut apparet & Græcis usurpatam. Addidit enim Coloniam,quod ea ciuitas ab aliunde deductis habitaretur.

Colonia.

Foras portam.) ἔξω τῆ πόλεως, id est,è ciuitate,siue omissa præpositiōe, egressi sumus ciuitatem. Quod queso sermonis schema est, foras portam?

Foras portā.

Vbi uidebatur oratio esse.) οὗ ἐνομίζετο, id est,ubi putabatur futura precatio.aut certe quod ego malim,ubi solebat esse precatio.quandoquidem νόμῳ nōnunq; & consuetudinem sonat, & νομίζεσθαι solitum esse. Lydia purpuraria.) πορφυρόπωλις, id est,purpurarum uenditrix,à nomine πορφύρα, purpura,& πωλεῖν uendere. nam purpurarij magis uidentur dici qui colligunt purpuras,hoc est,urinatores,aut qui tingunt. Purpuræ uenditricem interpretatur Hieronymus in dictione Thyatira, quæ dictio multitudinis numero effertur genere neutro,ciuitas est Lydiæ in Asia.unde quod dictum est Lydia non uidebatur esse nomen puellæ,sed regionis,nisi additum fuisset nomine Lydia.

Thyatira.

Et coegit nos.) ἠνάγκασε ἡμᾶς. Magis est adegit nos quam coegit.

Puellam quandam,) παιδίσκην, id est,ancillam quandam, quod mox fiat mentio dominorum, ut intelligamus conditionem explicatam,non ætatem mulieris.

Puella pro ancilla.

Habentem spiritum phytonem.) πύθωνα legunt Græci,hoc est,pythonis,id erat nomen draconis,quem iaculis suis confecit Apollo,unde & ipse Pythius dictus. deinde spiritus ille quo afflati prædicebant futura,pytho uocari cœptus est.

Pytho.

Tædio autē affectus Paulus.) διαπονηθεὶς, quod aliàs uertit moleste ferre διαπονούμενοι.

Magiſtratibus.) τοῖς στρατηγοῖς, quod magis ſonat primores exercitus. Opinor autem hic στρατηγοὺς dici magiſtratus templi. ſic enim illos uocat alibi.

Morem quem non licet.) ἔθη, id eſt, mores. ſed recte mutauit numerum, quod mores aliud quiddam ſonet & morem. dicere poterat, alias conſuetudines, ſiue alia inſtituta. ut interim ne dicam, quod ſuo more ἱμάτια uertit tunicas.

Strinxit ligno.) ἠσφαλίσατο uerbum eſt cognatum aduerbio ἀσφαλῶς, quod modo uertit diligenter, aliàs caute. ſignificat autem tuto & ſine periculo.

Adorabant, laudabant deum.) προσηύχοντο ὕμνουν. Cur non potius orantes quàm adorantes, quandoquidem προσεύχομαι utrunq; ſignificat. imo precari potius & adorare, teſte & Auguſtino. Et laudabant eſt ὕμνουν, id eſt, canebant & hymnis laudabant.

Introgreſſus eſt.) εἰσεπήδησε, id eſt, inſilit ſiue introſilit, aut irruit ſiue irrupit, ut impetum ac celeritatem ingredientis exprimas, quemadmodum græca uox facit.

Procidit Paulo & Silæ ad pedes.) Ad pedes interpres addidit de ſuo, Græce tantum eſt, προσέπεσε τῷ Παύλῳ. Verum recte addidit interpres uitans amphibologiam.

Cum omni domo ſua.) παροικὶ Græcũ aduerbiũ, tribus circumlocutus eſt dictionibus. Eſt autem cõmodius ut πανοικὶ referatur ad participium proxime ſequens πεπιστευκώς. Nec eſt ſimpliciter lætatus eſt, ſed ἠγαλλιᾶτο. i. exultauit. ſic enim ferè ſolitus eſt uertere.

Lictores ῥαβδοῦχοι.

Miſerunt magiſtratus lictores.) ῥαβδούχους, à uirgis geſtandis, Nos uiatores uertimus, quod his quoq; mos ſit geſtare uirgas. nam ij proprie dicuntur per quos magiſtratus denunciant quid uelint. Ipſi nos eijciant.) Paulo ante occulte nos eijciunt, erat ἐκβάλλω σε, hic diuerſum eſt uerbum ἐξαγαγέτωσαν, id eſt, educant. Nam illud conueniebat clam extrudendis, hoc conuenit palam educendis, non ſine ſatiſfactione.

Introierunt ad Lydiam.) Incertum an ad Lydiam mulierem paulo ante conuerſam. an in regionem. Verum prior ſenſus mihi probatur.

EX CAPITE XVII.



Aeterum Amphipolis & Apollonia ciuitates ſunt Macedoniæ, quemadmodum & Theſſalonica. quanquam eſt altera Amphipolis in Syria, Apollonia item altera in prouincia Aphricæ, quæ & Pentapolis dicta eſt.

Secundum conſuetudinẽ autẽ.) Græcus ſermo expreſſius dicit, κατὰ δὲ τὸ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ. i. Paulus ut erat illi mos, ſiue ut ſolitus erat, ſiue pro ſua cõ

Inſinuans, p allegans.

ſuetudine ingreſſus eſt. Et inſinuans.) καὶ παρατιθέμενος, hoc eſt citans ſiue allegans. nec eſt de ſcripturis, ſed ἀπὸ τῶν γραφῶν. i. è ſcripturis. hinc eũ adducebat teſtimonia.

Quem ego annuncio uobis.) Cum ſubito mutata ſit perſona, cur nõ & hic addidit inquit, ut in initio huius operis fecit, quem audiſtis inquit per os meum.

Colentes, p religioſis.

Et de colentibus gẽtilibuſq;.) τῶν τε σεβομένων Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος. i. religioſorumq; Græcorũ multitudo magna. Quis intellexiſſet, colentes ſignificare pios ac religioſos? Iam non ſemel admonui, græcũ, in literis apoſtolorũ aliquoties pro gente, aliquoties pro ethnico poni. Zelantes autem Iudæi.) Græci nonnihil hic addunt uerborum ζηλώσαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι, καὶ προσλαβόμενοι, id eſt, Zælo autem cõmoti, ij qui non credebant Iudæi, & aſſumptis nonnullis circumforaneis. nã Græce eſt ἀγοραῖος, quod interpres uertit de uulgo. Quanq; hoc in loco nonnihil uariabant græcorum exemplaria.

Aſſiſtentes pro adorti.

Et aſſiſtentes domui.) Quid audio? Num defenſabant domum Iaſonis? Eſt autem ἐπιστάντες, id eſt, adorti, ſiue urgentes & imminentes.

Et quoſdam fratres.) Quoties fratres abſolute ponit, Chriſtianos intelligit, quos eoſdẽ aliquãdo diſcipulos uocat. Hi qui urbem concitant.) Orbem haud dubie legẽdum, τὴν οἰκουμένην, quod frequẽter uertit orbẽ terrarũ. nec eſt concitant, ſed ἀναστατώσαντες. i. cõmouerũt, hoc eſt, qui rerũ ſtatũ cõturbarunt. id quod fieri cõſueuit rebus nouatis. ſenſus eſt, quod ubiq; fecerunt, hic quoq; facturi adſunt. Quos ſuſcepit Iaſon.) ὑποδέδεκται. i. clanculum ſiue furtim, ob præpoſitionem ὑπὸ.

Decreta δόγματα.

Contra decreta Cæſaris.) τῶν δογμάτων, quod paulo ante ut erat Græce extulit dogmata. Dimiſerunt Paulum & Silam.) ἐξέπεμψαν, τόν τε Παῦλον, τόν τε Σίλαν, id eſt, emiſerunt, tum Paulũ, tum Silam. Ac mox, Berrhœam legendũ, non Beroam, neq; Beroeam. Eſt autem ciuitas Macedoniæ.

Qui cũ

Qui cum uenissent in synagogam Iudæorum introierunt.) Alius est ordo sermonis apud Græcos, ὅιτινες παραγενόμενοι εἰς τὴν συναγωγὴν ἀπῆσαν τῶν ἰουδαίων, id est, qui postea quam aduenerant, in synagogam abierunt Iudæorum. ut prius referatur ad ciuitatem, proximum ad conciliabulum. Deinde nobiliores, rectius uertisset in nobilissimos, tã etsi uideo Catullum, & Plinium, cunctis his Q. Curtium, alicubi more Græcorum abusos comparatiuo uice superlatiui, εὐγενεστέρους, id est, summo loco natos inter eos qui erant Thessalonicæ. Cum omni auiditate.) προθυμίας, id est, animi promptitudine, siue libenter, aut propensis animis. Ac mox, si hæc ita se haberent, εἰ uertendum erat in an.

Mulierum gentilium.) ἑλληνίδων, id est, Græcarum. & mox, honestarum est, εὐσχημόνων, quod ut diximus, ad habitus cultus, & incessus honestatem pertinet.

In Thessalonica Iudæi.) ἀπὸ τῆς θεσσαλονίκης ἰουδαῖοι, id est, Thessalonicenses Iudæi.

Commouentes & turbantes.) σαλεύοντες τοὺς ὄχλους, id est, commouentes turbas. Turbantes nõ offendi in Græcis exemplaribus, præterquam in uno codice Græco, idq; adscriptum in margine, σαλεύοντες καὶ ταράσσοντες τοὺς ὄχλους.

Vt iret usq; ad mare,) ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν, id est, uelut ad mare. Interpres legisse uidetur ἕως ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Accepto mandato ab eo.) Ab eo, addidit interpres, quo sensus esset explanatior, καὶ λαβόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν σίλαν, id est, cum accepissent mandatum ad Silam. Vt q̃ celeriter.) Vsque adeo ne placet barbare loqui, ut hac gratia putemus esse recedendum a uerbis Græcis, ne latine loquamur? Siquidẽ Græce est ὡς τάχιστα, id est, q̃ celerrime. Incitabatur spiritus eius.) παρωξύνετο, id est, irritabatur. idẽ est uerbum, unde deductum est nomen παροξυσμὸς, quod paulo ante transtulit dissensionem. hoc sanè loco melius reddidit. In ipso uidẽs) Græcis est θεωροῦντι, id est, uidenti siue cũ uideret. Paulus enim uidebat, deinde uidenti commotus est animus. Interpres aut legit, aut certe somniauit, θεωρῶν pro θεωροῦντι. Idololatriæ deditum.) Non male circũlocutus est κατείδωλον, quasi dicas obnoxiã simulacris, quod præpositio κατὰ subiectionem sonet. Et colentibus.) τοῖς σεβομένοις, id est, religiosis, & diuino cultui deditis.

Paroxysm⁹.

Colentes.

Ad eos qui audierãt,) πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας, id est, ad eos qui forte accedebãt. Palã est autem hoc non interpretis esse uitium, sed librarij, qui ex adierant fecerit audierant.

Audierant ꝓ adierant.

Differebant cum eo.) συνέβαλον αὐτῷ, id est, congrediebantur siue committebant cũ eo. idem uerbum quo significant conserere manus in bello.

Seminiuerbius.) Pro quo Augustinus citat, seminator uerborum, atq; adeo sic scriptũ uisitur in nõnullis nostræ æditionis exemplaribus, ὁ σπερμολόγος. Interpres effinxit Græcanicam compositionem. mirum autem cur id magis libuerit in hac una dictione, quam in alijs multis. Sed quid tandem significat Latinis seminiuerbius? Fortasse felicius effinxisset, si dixisset uerbisator, pro eo qui nouos rumores spargit in uulgus. siue uerbilegus, pro locutuleio, & ad quæstum quiduis garriente. Hesychius interpretatur σπερμολόγος, ὁ φλύαρος, hoc est, nugator, aut ὁ τὰ σπέρματα συλλέγων, id est, qui semina colligit. atq; hinc auẽ de genere graculorum dictam fuisse σπερμολόγον. Meminit & Athenæus Dipnosophistarum libro secundo, sed σπερματολόγος illic scriptum reperio. τέτρακές τε σπερματολόγοι, id est, tetraces seminum sublectrices. nam suspicor tetracem siue tetricem (quando utrunque scriptum reperio) dici auem, quam sentit Athenæus. Meminit idem auis σπερμαλόγου libro nono. Vsus est hoc uerbo & Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, καὶ εἰ μὴ ἡ βουλὴ ἅξ ἀρείου πάγου τὸ πρᾶγμα διαδομεῖν, καὶ τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν ἐν οὐ δέοντι συμβεβηκυῖαν ἰδοῦσα ἐπεζήτησε τὸν ἄνθρωπον, & συλλαβοῦσα ἐπανήσαγεν ὡς ὑμᾶς ἐξηπατηκὼς ὁ τοιοῦτος, καὶ τὸ δίκην δοῦναι διαδὺς ἅξ ἐπέμπετ' ἂν ὑπὸ τῶν σπερμαλόγων τουτοί. Qui uoculas aliquot ex hoc sublectas interpretatur ait, hoc conuitiũ dici solere in hominẽ nequã, minimiq; præcij & ꝓ nihilo habitũ, addubitãs etiã, num cõueniat in eũ qui nõ ex suis alatur, sed alieno pascatur cibo. metaphora sumpta ab auicula cuius modo meminimus. Etiãsi me non fugit in exemplaribus ab Aldo meo uulgatis pro σπερμολόγου legi σπερμνολόγου, sed apposito asteriſco. Nec dubiũ quin eã uocẽ sciolus quispiã mutarit, offensus nouitate. Quin & Leonardus Aretinus huius orationis interpres uocem hanc prorsus omisit, ut minus intellectã. Cæterũ Demosthenes Aeschinẽ σπερμολόγον appellat, cõtumelioso uocabulo, qd ad quæstũ quiduis diceret. Huiusmodi quispiã & Paulus adhuc in

Spermologus pro nugatore, uulgatũ apud Athenienses conuitium.

Athenæus. Demosthenes.

Aldina æditio depraua ta.

cognitus,uíſus eſt quíbuſdã Athenienſibus.Porrò nõ poteſt accipi pro ſeminatore uerbo rum,quod arbitratur Auguſtinus,cum uox compoſita ſit a σπέρμα, & λέγω τὸ συλλέγω.

Dæmonia pro díjs.

Nouorum dæmoniorum.) ξένων δαιμονίων, id eſt,peregrinorum deorum, maxime cũ hæc dicant ethnici,qui dæmonia deos uocant.Porrò ξένων, ut ſonat peregrinum,ita declarat & nouum & inauditum, nonnunquam abſurdum.

Ad Areopagum.) ἐπὶ τὸν ἄρειον πάγον, id eſt, ad Martium pagum. ſunt enim Græcis duæ uoces.Eſt autem locus æditus,ut uertex collis ſeu ſcopuli.Miror autem, cur Hieronymus hoc loco pagum interpretetur uíllam. ego uícum maluiſſem, quandoquidem conſtat Martium uicum fuiſſe Athenis.

Noua enim quædam.) ξενίζοντα γάρ τινα. participium uerbi deductum ab eo nomine quod modo uertit nouorum, ξένων.

Et aduenæ hoſpites.) καὶ ἐπιδημοῦντες ξένοι, id eſt, & qui íllíc uerſabantur hoſpites, ſiue peregrini. Ad níhíl aliud uacabant.) εὐκαίρων, hoc bene reddidit, uelut ad cætera occupati. Verum íllud,aut dicere aut audire,Laurentianis auríbus nimis Græce tranſtulit, rectíus dicturus, níſí ad dicendum aut audiendum aliquíd noui, quod tamen ipſum eſt καινότερον, ut extenuet etiam,quaſi ad quæcunq; noua audienda fuiſſet íllís ocium.

Pauli ciuilitas.

Superſtitioſos uos uídeo.) Sermo Græcus paulo ciuílíor eſt ὡς δεισιδαιμονεστέρους, id eſt, ferè ſuperſtitioſíores. Mitigauit enim odium dícti,primum aduerbio ὡς, deínde comparatiuo.Hoc enim erat fieri omnia omnibus, ut omnes lucrifaceret.

Et uídens ſimulacra ueſtra.) ἀναθεωρῶν, id eſt, conſyderans & inſpectans, uelut íj, qui rem díu nõ uíſam inſpíciunt. Nec ſimulacra hoc loco eſt εἴδωλα, quod uerbum erat odioſíus, ſed σεβάσματα, quod uerbum complectitur omnia quæ ueneramur, nempe aras, delubra,ſtatuas,monumenta,a uerbo σέβομαι, quod proprie ad religionem pertinet.Hieronymus citans hunc locum in commentaríjs, in epiſtolam ad Titum ἀναθεωρῶν uertit contemplans, & σεβάσματα, culturas.

σεβάσματα.

Pauli uafrities pia.

Ignoto deo.) Et hic Hieronymus indicat Paulum pia quadam uſum uafricie, quod nonníhíl mutauit in titulo,non pauca omíſit,quo commodíus detorqueret ad exordium prædicandi Chriſtum. Titulus enim ſic habebat autore,quem modo citaui Hieronymo, Díjs Aſiæ,& Europæ,& Africæ,díjs ígnotis & peregrínis. Ex díjs ignotis,deũ fecit ignotum,& mentionem cæterorum omíſit. Quam equidem ciuílitatem imítandam arbitror íjs,quibus ſtudíum eſt ethnicos,aut príncipes mala educatione deprauatos, ad pietatem adducere,ne protínus conuitíjs rem agant & exacerbent quíbus mederi uolunt,ſed multa díſſimulántes,paulatím íllos adducant ad mentem meliorem. Et fortaſſís reprehendi non oporteat,ſí boni uíri hoc animo ín regum aulís agant, quo paulatim irrepant in príncipum affectus modo ne ſint autores eorum quæ palam ſunt íníqua,licet ad quædam conníueant ínuíti.

Titulꝰ ignoti dei.

Quod ergo ignorantes.) ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω .i. quẽ igíť ignorantes colítis, hunc ego annuncio. loquitur enim de deo ignoto.

Vítã & inſpiratione.) ζωὴν καὶ πνοήν.i.uitã & halitũ,uelut exponẽs quid ſit uita animãtis.

Græci addũt

Fecitq; ex uno oñe hominũ genus.) Græci legũt,ἐξ ἑνὸς αἵματος.i.ex uno ſanguine. Verũ haud ſcío an perperã a líbrarijs mutata ſcríptura. Deínde quod ſubíjcíť, Inhabitare ſuper faciẽ,infinitũ mutandũ erat in gerundium,ad ínhabitandũ ſuper faciẽ terræ. Alioquí ſenſus erit,deum effeciſſe,ut omne genus hominum habitaret ín terra. ímo condídit omnes, & ín hoc condídit, ut agerent in terrís. Definiens ſtatuta tempora.) ὁρίσας προτεταγμένους καιρούς, id eſt cum definíſſet prius ſtatuta tempora. Et terminos habitationis.) καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν, id eſt, præfixis terminís habitationis eorum.nam ὁροθεσία eſt deſignatio terminorum. Si forte attractẽt eum.) ψηλαφήσειεν, id eſt. palpentur, quod eſt cæcorum manu ueſtígantium. Quidam ueſtrorum poetarũ.) τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν, id eſt,ueſtratium poetarũ. Auguſtinus explicans quæſtiones aliquot in epíſtolam ad Rhomanos legit, Sicut & quídam ſecundum uos díxerunt.

Arati uerſus

Huius enim & genus ſumus.) Hemíſtichium eſt heroícum, ex Phænomenís Arati. Ac mire quod dixit de loue,hic torquet ad uerum deũ.Horum aliquot locorum patrocinio ſolet uti diuus Hieronymus, aduerſus eos qui calumniabantur quod ſacras líteras ethnicorum ſordíbus cõtamínaret. Verũ Paulus íd uno aut altero feçit loco,idq; penè eo

gente

gente occasione prædicandi euangelij. Quid hæc ad istos, qui coacte & affectate nō solū poetarum & oratorum, sed omniū sophistarum, philosophorum, mathematicorum, denicq; & magorum literas inuehunt in doctrinam Christi, quam simplicissimam ac purissimā oportebat esse. Non debemus æstimare.) νομίζειν, id est, existimare, siue putare. In nonnullis Græcorum exemplaribus habebatur τὸτου δ' ἡ γένος ἐσμέν. sed mendose, ni fallor, cum apud Aratum poetico more τοῦ positum sit uice τὸτου. Interpres Arati admonet dictum esse iuxta illud quod apud Hesiodum & Homerum frequens est, πατρὸς ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Nos hemistichion hemistichio reddidimus, Nam huius progenies etiam sumus. Deinde aut lapidi sculpturæ artis.) Sculpturæ datiuus est, & appositiue refertur ad quodlibet illorum trium, lapidi, argento, auro. Nos igitur quo planior esset sensus, ita uertimus, Nō debemus existimare auro aut argento, aut lapidi arte sculpto, & inuento hominis numen esse simile. Despiciens deus.) ὑπεριδὼν, interpres intelle xit ex alto uidens, id enim dixit despiciens. at ὑπερειδὲν, est ueluti dissimulare, & cum uideas perinde te gerere quasi non uideas. Et tēporis ratio erat interpreti seruanda in ὑπεριδὼν, hoc est, dissimulatis temporibus ignorantiæ. Tum enim silebat, nunc omnibus denunciat, non dissimulaturus amplius. Lyranus interpretās despiciens, nempe deos, quod nollet eos amplius durare, quid senserit ipse uiderit.

Lyranus notatus.

In eo uiro in quo statuerat.) ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, id est in uiro quem definierat, siue statuerat. Græcis enim postpositiuus articulus sæpenumero congruit cum eo nomine quod antecessit nō respondens sequenti uerbo. Fidem præbens omnibus.) Duo sunt participia præteriti temporis, quorum neutrum ut par erat uertit. Sensus autem est, deum iam fidē exhibuisse cunctis, Christū esse per quē statuerat innouare mundum, quod illum excitasset a mortuis, hoc unum nulli contigit mortalium, nec Mosi, nec prophetæ.

In quibus & Dionysius. ἐν οἷς. Laurentius hoc loco refellit eorum opinionem, qui putant hunc Areopagitam fuisse autorem eorum librorum, quos habemus de Hierarchijs ac diuinis nominibus, & eundem esse, qui apud Lutetiam Parisiorū martyrio fuerit laureatus, è tribus, ni fallor, Dionysijs unū reddentes, Primū Areopagitæ iudices erant, non philosophi. At isti Dionysiū summum faciunt philosophum, qui ex eclipsi solis deprehenderit periclitari rerum naturam, cum consentaneū nō sit eas tenebras Athenas usque peruenisse. Nam quod ait Euangelista tenebras factas super uniuersam terram, eius regionis terram intellexit, assentiente & diuo Hieronymo, & asseuerāte Origene in homilijs, quas scripsit in Matthæum, ubi plane negat eas tenebras è solis accidisse deliquio, sed aut nubibus intercedētibus, aut alioqui aeris dēsitate coacta. Quod si hæ tenebræ tanto spacio cō tigissent per uniuersum orbē, aliquis certe seu Latinus, seu Græcus scriptor eius rei meminisset. Iam epistolam super hac re, uelut Dionysij nomine confictam deridet Laurentius. Mihi non uidetur priscis illis temporibus tantum fuisse Christianis ceremoniarum, quantum ille describit. Deinde mirum si tam priscus autor fuit, & tam multa scripsit, a nemine ueterum, seu Græcorum seu Latinorum fuisse citatum, non ab Origene, non a Chrysostomo, ne ab Hieronymo quidem, qui nihil intentatum reliquit. Quin & Gregorius ipse uir probæ fidæi, citās huius literas, nō indicat eū fuisse Dionysiū Areopagitā. Hieronym⁹ in Catalogo scriptorū illustriū unū aut alterū Dionysiū recenset, hui⁹ libros nō recenset. Laurētius indicat fuisse suæ ætatis doctissimos uiros, qui iudicarint eos libros esse Apollinarij, Tametsi eius nominis duos commemorat Hieronymus, alterum Hieropolitanum episcopum, qui floruerit sub M. Antonino secundo. alterum Laodicenum in Syria episcopum. neutri tamen huiusmodi quicquam tribuit operum. neque enim opinor hæc Apollinari hæretico tribuenda. Ante complures annos, ut memini, uir incomparabilis Gulielmus Grocinus, ut theologus summus, ita in nulla disciplina non exquisite doctus & exercitatus, auspicaturus Londini in æde diuo Paulo sacra enarrationem cœlestis Hierarchiæ, meditata præfatione multum asseuerauit hoc opus esse Dionysij Areopagitæ, uehementer destomachans in eorum impudentiam, qui dissentirent. at idem priusquam operis dimidium confecisset, ac gustū attentius cœpisset, ingenue coram auditorio fassus est sibi uerso calculo non uideri id opus esse Dionysij Areopagitæ. Verum hæc ceu, παίγνια, paucis indicasse sat erat.

Dionysius quis.

Gulielmus Grocinus.

Ex capite

EX CAPITE DECIMOOCTAVO.

EGreſſus ab Athenis.) χωριδεὶς, id eſt, digreſſus Athenis.

Ridicula deprauatio. Badius.

Ponticum genere.) Pontus enim Aſiæ pars eſt, non enim a mari hic dictus eſt ponticus. Hunc ſalutat Paulus in epiſtola ad Rhomanos, niſi quod illic uxor pro Priſcilla, Priſca nominatur, adnotante Origene. Hæc ſcribenti riſus obortus eſt, quod in uoluminibus Origenicis primum a Badio noſtro excuſis, ita neſcio quis ſcripturam deprauarat. Poſt hæc autem diſcedens Paulus ab Athenis, uenit Corinthum, & inuẽto ibi quodam Iudæo nomine Aquyla, de ponticio genere, pro eo quod erat, de pontico genere. offenſus opinor, quod abſurdum putaret, pontici generis dici qui Iudæus eſſet. quaſi id temporis non habitarint per omnes ferme regiões ſparſi Iudæi. Certe Petrus nominatim ſcribit ad eos, qui in Galatia, qui in Bithynia, qui in Ponto habitarant, Iudæos. Verum hac de re nõnihil attingemus in epiſtola ad Rhomanos.

Eiuſdem erat artis.) ὁμότεχνοι, dicuntur Græcis eiuſdem artificij, ſiue opificij, uelut pictori pictor, faber fabro, ſutor ſutori, nauta nautæ, ὁμότεχνος eſt.

Apoſtolus ſutor coriarius.

Scenofactoriæ artis.) ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην, id eſt, erant enim aulæorum, ſiue tabernaculorum texendorũ artifices. Interpres Origenis enarrantis epiſtolã Pauli ad Rhomanos, interpretatur σκηνοποιοὺς, artifices tabernaculorum, hoc eſt, ſutores, ob id opinor quod tabernacula apud priſcos pellibus conficiebantur. Idem teſtatur homilia in Numeros decimaſeptima. O uere pontificem maximum. nos ſatellitio, copijs, cenſu, minis magni uideri uolumus. Inſtabat uerbo Paulus teſtificans.) Græci longe ſecus legunt ἢ nos, συνείχετο τῷ πνεύματι ὁ παῦλος διαμαρτυρόμενος, id eſt, coartabatur ſpiritu Paulus teſtificans Iudæis. ut intelligas illũ inuitum, & animo reluctante id feciſſe, ceu præſentiret ſe luſurum operam.

Titi iuſti.) Titi non reperio in Græcis codicibus, ſed tantum iuſti. uerũ opinor incuria librariorum prætermiſſum. quandoquidem Hieronymus, aut quiſquis fuit is autor, huius meminit Titi in nominibus ſcripturæ ſacræ. ἢ nec illic de iuſti cognomine ulla mentio.

Propter quod ego tecum.) διότι, propterea quod ego tecum ſum.

Apponetur, ꝓ inuadet.

Et nemo apponetur tibi.) ἐπιθήσεταί σοι, id eſt, nullus adorietur, ſiue inuadet te. quandoquidem id quoq; ſignificat, ἐπιτίθεσθαι. Nec eſt ut noceat te, ſed τοῦ κακῶσαί σε, id eſt, ut affligat te, ſiue ad affligendum te.

Quoniam populus eſt mihi multus.) διότι. Cur non & hic tranſtulit, propter quod, ut modo fecit. aut cur non anteuertit, quoniam?

Proconſule Achaiæ.) ἀνθυπατεύοντος τῆς ἀχαΐας, id eſt, cũ ageret proconſulẽ Achaiæ.

Perſuadet hominibus.) ἀναπείθει, ſuadet potius quam perſuadet, atq; adeo reſuadet, ſi ſic liceat loqui. quod Paulus a ueteri cultu deorum reuocaret.

Incipiente autem Paulo.) μέλλοντος δὲ τοῦ παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα. cum autem aperturus eſſet os. quod tamen aliquoties data opera ſic uertit interpres, nec id ſanè perperã.

Iniquitas aut facinus.) ἀδίκημα, quod magis ſonat iniuriam illatam, aut maleficium. Deinde qui hic uertit facinus ξαδιούργημα, cur huic cognatam uocem ξαδιουργίαν, ſuperius tranſtulit fallaciam? Nec eſt, peſſimum, ſed malum, πονηρὸν. nec eſt, recte uos ſuſtinerem, ſed κατὰ λόγον, hoc eſt, probabiliter, ſiue merito.

De uerbo & nominibus legis ueſtræ.) Deeſt apud nos una coniunctio, ut περὶ λόγου, καὶ ὀνομάτων καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, id eſt, de uerbis, & nominibus & lege ueſtrate. Verba oppoſuit factis. deinde quæſtiones de cõmuni & non communi, déq; genealogijs uocat nomina. ceremonias Moſaicas uocat legem. Et uideritis, futuri temporis eſt, ὄψεσθε, quem admodũ in euangelio. Et minauit eos.) ἀπήλασεν. Cur non potius abegit, ſiue depulit? Nam minare ſanè quam inſolens uerbum eſt latinis auribus.

Fratribus ualefaciens.) ἀποταξάμενος, id eſt, dimiſſis fratribus, ſiue uale dicto fratribus. nec eſt, nauigauit, ſed ἐξέπλει, id eſt, abnauigauit.

Ambiguus ſermo.

Qui ſibi totonderat caput.) Ex ipſo ſermone Græco, non liquet uter ſibi raſerit caput, Paulus an Aquyla. Ad hæc, participiũ eſt præteriti tẽporis κειράμενος τὴν κεφαλήν. i. tonſo capite. prius em̃ tonſus eſt in portu, deinde nauigauit. Et Cenchræis legendũ eſt nomine

triſyllabo

trisyllabo Cenchreæ, sicut Athenæ. portus est Corinthiorum.

Iterum reuertar ad uos.) In Græcis exemplaribus plus est, & in nostris, δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα, πάλιν δὲ ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, id est, oportet me omnino festũ, quod instat, agere Hierosolymis, sed denuo cõferã me ad uos.

Profectus est ab Epheso.) ἦλθ ἀνήχθη, quod ego maluissem, soluit Epheso.

Apollo nomine.) ἀπόλλως, id est, Apollos, cuius genitiuus Apollo, non Apollinis. Memminit huius Paulus in epistolis. Apollos.

Vir eloquens.) λόγιος, quod & eruditum sonat & prudentem.

Hic erat edoctus.) κατηχημένος, participium ab eo uerbo, unde dicti sunt catechumeni. Nõ igitur erat edoctus uiam domini, quam mox discit a Priscilla & Aquila, uerum erat utcunq; initiatus baptismo Ioannis. κατηχημένος

Contulit multum his qui crediderant.) Hic Græci codices addunt, διὰ τῆς χάριτος, id est, per gratiã. Hoc adiectũ est, ut intelligeremus muneris esse diuini, quod conduceret Christianis. Et uehementer est, εὐτόνως, acriter. Et publice, incertum utrò sit referendum, opinor ad superiora. Nam id erat gratiæ, quod publicitus etiam ausus sit refellere Iudæos.

Esse Christum Iesum.) εἶναι τὸν χριστὸν Ἰησοῦν. Non negabant Iudæi Iesum esse, uerũ negabant illum esse Messiam, quẽ expectabant. Vnde Christo præposuit articulum τὸν χριστὸν, id est, illũ Christũ, siue ostendens quod Iesus esset Christus, siue Iesum esse Christũ.

EX CAPITE DECIMONONO.

SI spiritũ sanctũ.) ἐι suo more uertit pro si, cum uertendum fuerit per num, aut an, aut ne. Num spiritũ sanctũ accepistis? aut, Accepistis ne spiritũ sanctũ? Et mox, (Si spiritus sanctus est) pro eo quod erat, Sit ne spũs sanctus.

In schola tyranni cuiusdam.) Ambigunt hic interpretes, tyrannus hoc loco primatem ac potentem significet, an proprium sit hominis uocabulum. Sed quid scholæ cum tyranno? Deinde si nomen est proprium, cur addidit τινὸς. Proinde suspicor fuisse secessum magnatis alicuius, in quo solitus sit ociari, quandoquidem schola Græcis sonat ocium. Hieronymus alludens ad uoces magis & ad sensum, huc torquet alicubi, ut scholã tyranni uocet, ubi res non agitur argumentis, sed autoritate ac ui. Quod displicuit etiam Augustino, qui nec hæreticos uult cogi, nisi doceantur. Nunc satis esse iudicamus, si dicatur, hic error est, recanta, hæc hæresis est, abnega. quasi qui alios insimulant hæreseos, ipsi non possint errare. Schola tyrãni.

Iudæi atq; gentiles.) Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας, id est, tum Iudæi, tum Græci, quos hic gẽtiles uertit. Virtutesq; non modicas quaslibet.) Ita scriptum reperi in nonnullis exẽplaribus latinorum. uerum ipsa res satis indicat id accidisse culpa librariorum, qui dictionem, modicas, quam quispiam interpretamenti uice adiecerat retulerunt in contextum uelut a scriptore prætermissam δυνάμεις τε οὐ τὰς τυχούσας, id est, uirtutesq; non quaslibet, siue non uulgares, ad uerbum, contingentes. In alijs scriptum habebatur, Virtutes quaslibet, omissa negatiõe. Carrensis putat utrunq; posse legi, sed reclamat sermo Græcus. Quaslibet τυχούσας.

Sudaria & semicinctia.) Vtranque uocem latinam usurpauit σουδάρια καὶ σημικίνθια.

Dæmonium pessimũ.) τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, id est, spiritus malus. Cæterum in eo quod proxime sequit, & dominatus. quidã Græci codices habebãt, κατακυριεῦσαμ, ut referendũ sit ad dæmoniũ dominatũ. quidam κατακυριεύσας, id est, dominatus, ut pertineat ad hominem in quo erat dæmonium.

Confitentes & annunciantes actus suos.) Vel hinc colligi potest fuisse & antiquitus nonnullam confessionem malæ actæ uitæ, sed apertam ut opinor & in genere, quam nec ipsam legimus exactam abs quoquam. Cæterum quæ nũc recepta est clancularia & in aurem fit, uidetur ex consultationibus priuatis esse nata, quæ solent apud episcopos fieri, si qui scrupulus urgeret animum. Et actus, τὰς πράξεις, facta, siue quæ fecissent. Olim fuit alli qua cõfessio, licet nõ omino talis qualis nũc recepta est.

Qui fuerant curiosa sectati.) τὰ περίεργα πραξάντων, id est, qui curiosas artes exercuissent. sic enim uocat artes magicas.

Pecuniam denariorum quinque milium.) ἀργυρίου μυριάδας πέντε, id est, quinquagies mille numum.

Turbatio

Turbatio non minima.) τάραχος οὐκ ὀλίγος, id est, turbatio non exigua. Ac paulo post, Non modicum quæstum, ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην, id est quæstum non exiguum.

De uia domini.) περὶ τῆς ὁδοῦ, id est, de uia, siue de hac uia. nam articulus additus facit ut certam accipiamus uiam. Porrò domini addiderunt, quo res esset explicatior.

Demetrius quidam nomine argentarius.) Argentarius aliàs latinis & mensarium significat, & numularium. uerum hoc loco sonat opificem, & sculptorem argenti, quem nos

Argentarius Aurifex. aurificem, seu aurifabrũ uocamus. est enim ἀργυροκόπος, ab incidendo argento dictus.

Aedes argenteas.) ναοὺς, id est, templa. sentit enim ædiculas, seu thecas effigie templi, in quibus reponebantur statuæ. nos uertimus delubra.

De hoc artificio est nobis acquisitio.) ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἦν. Quod modo uertit quæstum, nunc uertit artificium. & εὐπορίαν acquisitionem. Ex hoc quæstu nobis suppeditat rerum copia.

Non solum autem hæc periclitabitur.) κινδυνεύει, id est, periclitatur. quanquam totus hic sermo parum commode redditus est ab interprete latino, οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς μεγάλης θεᾶς ἀρτέμιδος ἱερὸν, εἰς οὐδὲν λογισθῆναι, μέλλειν δὲ καὶ καθαιρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς, id est, non solum autem hæc pars, siue hac parte nobis periclitatur, ne reprobetur, siue ne reprobemur, uerum etiam ne magnæ Dianæ templum, pro nihilo habeatur. porrò autem ne futurum sit, ut maiestas quoq; destruatur eius, quam tota Asia & orbis colit.

Varia lectio apud Græcos. Et destrui incipiet maiestas eius.) Interpres legisse uidetur μέλλειν τε, atque ita scriptũ erat in plerisque Græcorum libris. In alijs rursus erat μᾶλλον δὲ, magis autem, ut sit corrigentis, quasi grauissimum sit omnium futurum, si maiestas ac numẽ ipsius depereat apud uulgus. Hieronymus in prima præfatione commentariorum, quos ædidit in epistolã ad Ephesios, indicat hanc Ephesiorum Dianam non fuisse iaculatricem illã, sed cognomento πολύμασον, id est, multimammiam, quod eã omniũ uiuentiũ nutricẽ haberi uolebãt.

Comitibus Pauli.) συνεκδήμους, id est, socios peregrinationis, qui & comites dicuntur.

Erat enim ecclesia confusa.) Cum de promiscua multitudine loquatur, magis conueniebat concionem dicere, quam ecclesiam.

Detraxerunt Alexandrum.) προεβίβασαν, id est, prius instruxerunt. nam id est προβιβάζειν. Et instruimus patronum, causam nostram acturum. Interpres, ni fallor, legit προεβίβασαν, etiamsi προβιβάζεσθαι dicitur, qui cogitur prodire ac protruditur.

Manu silentio postulato.) Mira uarietate ludit in hoc sermone reddendo interpres. κατασείσας τῇ χεῖρα, id est, mota manu. Ita Persius, Et calidæ fecisse silentia turbæ Maiestate manus.

Et cum sedasset scriba turbas.) κατασείλας δὲ ὁ γραμματεὺς τὸν ὄχλον, id est, ubi uero scriba compescuisset turbam. uerum ex uerbis Græcis parum liquet, uter sedata turba sit locutus, Alexander an scriba.

Cultrix. νεωκόρος. Cultricem esse magnæ Dianæ.) Vsus est peculiari uerbo, νεωκόρον, quæ uox composita est ex νεὼς, quod Attice sonat templum, & κορῶ, purgo siue uerro, autoribus Hesychio, etymologico, & Suida, unde & acuitur penultima νεωκόρος. Solent autem qui impensius dediti sunt alicubi diuæ aram illius uarijs ornamentorum generibus cohonestare, quẽadmodum facit apud Apuleium Psyche.

Iouisque prolis.) Græca longe secus habent, τῆς μεγάλης ἀρτέμιδος ἐκ τοῦ διοπετοῦς, id est, magnæ illius Dianæ, & è cœlo delapsi, ut subaudias signi, aut simulacri. Siquidem articulus, τοῦ facit, ne possit διοπετοῦς ad Dianam referri, sed ad ἄγαλμα, hoc est, statuam Dianæ. Nam Diopetes Græcis dicitur, quod ab Ioue delapsum sit, ac è cœlo uenerit. Porrò opifices simulacrorum, quo maior esset superstitio uulgi, fingebant ea cœlitus delapsa, hoc est esse διοπετῆ. Idem uulgo creditum fuit de simulacro Dianæ Ephesiæ, ut testis est & Suidas in dictione διοπετές. Pro nobis facit & coniunctio καὶ, quæ fuerat superuacanea, si διοπετοῦς pertineret ad Dianam. Sensus igitur est, Apud Ephesios templũ fuisse Dianæ, & huius simulacri, quod cœlo delapsum putabatur. quod ipsum Numa persuasit Rhomanis de ancylibus. Homerus hoc cognomenti tribuit regibus, uelut a Ioue profectis. id secutus uidetur interpres.

Diopetes.

Contradici

Contradici non possit.) ἀναντιῤῥήτων ὄντων .poterat accipi, cum his nemo contradicat.

Conuentus forenses .) Conuentus addidit explicandæ rei causa , cum græce tantum sit ἀγοραῖοι ἄγονται ,id est,forenses aguntur,ut subaudiendum sit,cognitiones,aut lites.

In legitima ecclesia poterit absolui.) Cum de prophano promiscuoq; hominum cœtu loquatur,concio dicenda erat , potius quam ecclesia . atq; ita mox,dimisit ecclesiam , pro concionem . Deinde legitima est , ἔννόμῳ , hoc est,quæ non tumultu , sed legitimo more sit indicta. Nec est,poterat absolui , sed absoluetur ἐπιλυθήσεται. Ecclesia pro concione.

Cum nullus obnoxius.) μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος , id est, cum nemo sit in culpa , siue cum nemo fuerit autor huius concursus . nam illud, de quo poterimus reddere rationẽ, per parenthesim interiectum est. quanquàm in nõnullis exemplaribus reperio scriptum περὶ οὗ οὐ δυνησόμεθα δοῦναι λόγον ,id est,de quo nõ poterimus reddere rationem , hoc est, quod non sumus defensuri. Deniq; illud μηδενὸς αἰτίου ,incertum est ad hominem referatur,ut sit masculini generis,an ad rem,ut sit neutri. Itaq; hic fuerit sensus , cum nihil subsit causæ per quam poterimus defendere hunc populi concursum.

EX CAPITE XX.

ET exhortatus eos ualedixit.) Græca dissonant à latinis προσκαλεσάμενος ὁ παῦλος τοὺς μαθητὰς καὶ ἀσπασάμενος ἐξῆλθε , id est, Paulus uocatis ad se discipulis , & complexus eos exiuit . Interpres legisse uidetur παρακαλεσάμενος pro προσκαλεσάμενος .atq; id sanè mihi magis probatur.

Comitatus est autem eum Sosipater Pyrrhi Beroœnsis.) Pyrrhi græcis non additur.sed ut hoc deest, ita supersunt hæc , usq; ad Asiam , quæ apud Latinos non inuenio , συνεἵπετο δὲ αὐτῷ ἄχρι τῆς ἀσίας σώπατρος βερροιαῖος , consecutus est autem illum usq; ad Asiam Sopater Berrhœensis. Nam & Sopater habent Græci,non Sosipater. Varianta nobis græci

Sustinebant nos.) ἔμενον ἡμᾶς,id est,expectarũt nos,siue ut ad uerbũ,manebant nos.

Vna sabbati.) σαββάτων ,id est , uno die sabbatorũ. Vna,dictum apparet pro prima.

Paulus disputabat cum ijs.) διελέγετο αὐτοῖς , id est , differebat illis , siue collocutus est cum illis.Nec enim disceptabat cum eis qui uenerant ad frangẽdum panem, uerum illic apud eos orationẽ habuit Paulus.Nam quod συναγμένων τῶν μαθητῶν,id est,cõgregatis discipulis uertit, cum conuenissent, tolerabile est.

Profecturus in crastinum.) μέλλων ἐξιέναι τῇ ἐπαύριον , id est , profecturus siue discessurus postridie . Nam crastinum diem dicimus qui proxime sequitur hunc in quo iam loquimur. Porrò quoties ad præteritum aut futurum aliquem diem respicitur , non dicendum est heri,aut cras,sed pridie,aut postridie.

Cum mergeretur somno.) καταφερόμενος,id est,cum deorsum traheretur,id quod accidit ei qui sedens grauius obdormiscat.Neq; tamen hic est somno graui,sed βαθεῖ ,id est, alto,siue profundo.interpres legisse uidetur βαρεῖ .

Disputante Paulo.) Et hic malim differente.ne quis imaginetur inter illos pure Christianos disputationem fuisse sophisticam.

Ductus somno cecidit.) κατενεχθεὶς , id est,deorsum tractus , siue depressus , aut deuectus.& fortasse deuectus scripserat interpres . Cæterum illud ἐπὶ πλεῖον , quod interpres retulit ad superiora,Græcis sic est in meditullio positum , ut utrouis possit accommodari, ad diutius differentem Paulum,& ad magis etiam depressum somno . ac mea sententia, ad sequentẽ particulam referre satius est. primum enim nutabat deorsum uergente corpore.deinde magis depressus cecidit.

De tertio cœnaculo .) ἀπὸ τοῦ τριστέγου , Verti poterat & , à tertia contignatione . Id enim adiecit Lucas , ut intelligeremus lapsum fuisse lætalem , nimirum ex loco tam alto. uox dicta est à τρὶς ter,& τέγος tectum . Deum immortalem quas nænias adducit insulsissimus autor Catholicon de hac uoce tristegum . O miserum illud sæculum , cum ex huiusmodi libris, uelut ex adytis petebantur oracula literarum . Atqui ab hoc dissentire, penè sapit hæresim , & facinus habetur incendio uindicandum nonnullorum sententia, nec ob aliud nisi quod prædicatorij fuerit ordinis . Cæterum solum primæ contignationis, tectum est infimæ partis ædium . Rursum secundæ solum , tectum est primæ . Item tertiæ solum,tectum est secundæ. Tristegum.

Et consolati sunt non minime.) οὐ μετρίως, id est, non mediocriter, quod equidem demiror cur interpres putarit immutandum. Nauigauimus in Asson.) Nonnulli co
Asson. dices Thasson habebant pro Asson. Est em & Thassus insula Thraciæ oppositа, de qua natum est prouerbium θάσος ἀγαθῶν, id est, Thassus bonorum. Cæterum complures sunt urbes huius nominis Assos, una Lyciæ, in prærupto sita. Altera in Acolide. Tertia in Mysia. Quarta in Lydia. Quinta in Epiro minore, Cleanthis patria. Diuus Hieronymus hanc ponit in Asia, quæ eadem dicta sit Apollonia, suffragante & Plinio libro quinto cap. 30. Carrensis facit nobis liberum, utrum malimus Asson insulam esse an ciuitatē.

Ipse per terram iter facturus.) οὕτως γὰρ ἦν διατεταγμένος, μέλλων αὐτὸς πεζεύειν. Sic em ordinauerat ipse pedestri itinere uenturus, siue pedibus iter facturus. Interpres uitasse
Paulus pedes. uidetur, ne quis Paulum existimaret, non equis, aut uehiculis, sed pedibus eò uenisse. Atqui hoc ipsum accedebat ad Pauli gloriam, quod mallet iter laboriosius, modo maiore cum fructu. Et sequenti die uenimus contra Chium.) Hoc loco græca dissident
Græca dissonant. ab ijs quæ nos legimus, τῇ ἐπιούσῃ κατηντήσαμεν ἀντίκρυ Χίου, τῇ δὲ ἑτέρᾳ παρεβάλομεν εἰς Σάμον, καὶ μείναντες ἐν Τρωγυλλίῳ, τῇ ἐχομένῃ ἤλθομεν εἰς Μίλητον, id est, postridie deueni-
Trogyllium mus contra Chium. altero uero die appulimus Samum & commorati Trogyllij proximo die uenimus in Miletum. Cæterum Trogyllium oppidum est Siciliæ, tametsi sunt eiusdem nominis alia. Transnauigare Ephesum.) παραπλεῦσαι γὰρ Ἔφεσον, id est, præternauigare, siue præteruehi. Quid enim est omnino transnauigare ciuitatem, nisi nauis feratur in nubibus? Ne qua mora illi fieret.) μὴ γένοιτο αὐτῷ χρονοτριβῆσαι, id est, ne contingeret sibi terere tempus in Asia. Interpres elegantius reddidit quam uerius. Neq; enim Paulus timebat quamlibet moram, sed longiorem metuebat. nimirum properans Hierosolymam. Maiores natu.) πρεσβυτέρους, quos nunc seniores uocat, nunc presbyteros græca uoce, nunc maiores natu, cum hoc loco magis quadraret græca uox, honorem indicans potius quam ætatem. Quandoquidem hic episcopos intelligit & primores ecclesiarum, qui nonnunq; iuuenes erant, quemadmodum Timotheus.

Cum omni humilitate.) ταπεινοφροσύνης, quæ est animi modestia, nihil altum de se sentientis. O uocem dignam uere magno pontifice.

Interpres obscure reddidit. Vt nihil subtraxerim uobis.) Nunc uidetur id dicere, se nihil subtraxisse ab illis bonarum rerum, hoc est, in nullo fraudasse illos, cum contra sentiat Paulus, se nihil detrectasse, neq; periculi, neq; laboris, qui modo ad illorū pertineret utilitatem. Ac paulo post idem uerbum transtulit subterfugi. Non enim subterfugi &c.

Publice & per domos.) κατ' οἴκους, id est, publicitus ac domestice, siue per singulas domos, quod respondere uidetur ei quod Latini dicunt priuatim. Hieronymus in præfatione commentariorum in epistolam ad Ephesios uertit, publice ac domestice.

Vincula & tribulationes me manent.) μένουσιν, idem est uerbum quod aliquanto superius uertit, sustinent. Nihil horum uereor.) ἀλλ' οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι, id est, nihil curo, siue nihil me mouet. Quomodo non uerebatur, cum sciret uentura? sed con-
Interpres nō expressit sensum. temnebat. Neq; facio animam meam pretiosiorem quam me.) Quid mouit interpretem, ut neq; sensum exprimeret, neq; uerba redderet Lucæ? οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ, id est, neq; habeo siue duco uitam meam pretiosam mihi ipsi. Augusti-
Lyranus delirans. nus in psalmo trigesimosexto legit, Non facio animam meam pretiosam mihi. Lyranus interpretatur animam intellectiuam. At Paulus sentit se contemnere uitam amore euangelij. Vt consummem cursum meum.) Græcus addit μετὰ χαρᾶς, id est, cum gaudio. Regere ecclesiam dei.) ποιμαίνειν, quod est pastorum more gubernare & curare gregem. Nam mox mentionem facit luporum.

Lupi rapaces.) βαρεῖς, id est, graues, non rapaces.

Viri loquentes peruersa.) διεστραμμένα, id est, distorta & obliqua, hoc est, minime simplicia, minimeq; syncera. Nam ueritatis, ut ait Tragicus, simplex est oratio.

Non cessauerim monens.) Et hic participium uertendum erat in uerbum infinitum. Non cessauerim monere. Qui potens est.) Quod, erat potius quam qui, cum re-
Interpres dormitans. ferat uerbum. Cæterum quia uerbum Græcis est masculini generis, id nimirum fefellit interpretem. Nec est simpliciter ædificare, sed ἐποικοδομῆσαι, id est, superstruere, uidelicet his fundamentis,

his fundamentis,quæ iecerat Paulus. Oportet ſuſcipere infirmos.) ἀντιλαμβάνεσθαι, quod eſt proprie porrecta manu retinere lapſurum alioquí,aut abiturũ. Paulus,ne ullius omnino iacturam faceret,cauebat, ne quã anſam præberet infirmis & alienandis à Chriſto,quod nollent grauarí ſumptu. Vtinam hoc exemplo delectentur, quí dum decímas, tam non ſacerdotaliter exígunt à populo,ſuí officij prorſus obliuiſcuntur, non quod negem íllas deberí, ſed quod cæterí apoſtolí oblata duntaxat acceperint, Paulus ne oblata quidem,cum unus plus omnibus laborarit. Decimæ exactæ.

Beatius eſt dare magís quam accipere.) Neq; latinitatis ratio patiebatur cõparatiuum, neq; ſermo Græcus habebat. Mirum itaq; quid interpretí uenerit in mentem μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον, ἢ λαμβάνειν, id eſt,beatum eſt dare magis quam accipere. Cæterum hoc teſtimonium negant uſquam inueníri dictum à domino. Vtinam autem hunc animum Pauli tam excelſum & ab omni queſtus ſpecie abhorrentem,imitarentur noſtri temporis concionatores.

EX CAPITE XXI.

VEnimus Coum.) Nonnulli codices habent κῶ, nonnulli κῶμ. utroq; modo pronunciarí fatetur Stephanus, quin & κέως dictam fuiſſe quondã, Vnde & Plinius admonet Ceam dictam & κόον, Inſula notior eſt quam ut ſit explananda. Et inde Pataram.) πάταρα Græcí pronunciant neutro genere numero pluratiuo. quanquam utroq; modo reperio uſurpari huiuſmodí nomina Lyſtra & Lyſtram, Pſyra & Pſyram.

Cum apparuiſſemus autem Cypro.) Suſpicor interpretem ita uertiſſe, cum aperuiſſemus autem Cyprum. nam græce eſt ἀναφάναντες δὲ τὴν κύπρον. Porrò quí nauigant, nunc hanc,nunc illam terram dicuntur aperíre,aut celare, cum incípit in proſpectu eſſe, aut ſecus. Proinde uertimus, Cum autem cœpiſſet nobis apparere Cyprus. Conſimilí figura dixit Vergilius, Terræq; urbesq; recedunt. Locus deprauatus.

Venimus Tyrum.) Ciuitas eſt maritima metropolis Phœnices,quondã inſula ſeptingentis paſſibus diuiſa à continente,marí prælto,ſed uix credibili opere comportatis aggeribus per Alexandrum magnum adiuncta continenti. Eſt in tribu Neptalim,uicesimo fermè miliario à Cæſarea Philippi. Valefeciſſemus inuicem.) ἀσπασάμενοι ἀλλήλους, id eſt,complexi alius alium, ſiue conſalutatione mutua facta. Apparet interpretem legiſſe ἀποταξάμενοι. Venímus Cæſaream.) Hæc eſt Cæſarea Paleſtinæ ciuitas littoralis, primum dicta turrís Stratonís. deínde ab Herode inſtaurata in honorem Cæſaris Auguſti, Cæſarea dicta eſt. Eſt altera Cæſarea Philippí, ad radices montís Líbaní, in honorem Tiberij Cæſaris Cæſarea dicta. Eſt tertia Cappadociæ,quo Paulus Epheſo delatus ſalutauit eccleſiam. Autor Hieronymus.

Per dies aliquot.) ἡμέρας πλείους, id eſt,dies complures.

Nos & qui loci illius erant.) ἡμεῖς τε οἱ ἐντόπιοι, id eſt, tum nos, tum ij qui erant illius loci. Et cum ſuadere ei non poſſemus.) Quid eſt hoc? An non dixerat modo illos ſuaſiſſe? uerum interpres abuſus eſt ſuadere pro perſuadere. Suadet em̃ qui conſulit. perſuadet,qui quo uult inducit hominem. Græca uox anceps eſt, ad utrunq; πείθειν. Suadere, p perſuadere. inſuper conuenit, non ſolum ſuadenti aut perſuadenti, uerum etiam obtemperanti. μὴ πειθομένου δὲ αὐτοῦ, cæterum cum illi non perſuaderetur, ſiue cum ille non obtemperaret, quieuimus. Præparati aſcendebamus.) ἀποσκευασάμενοι, quod ego puto uertendum, ſublatis ſarcinis. Iaſonem quendam.) Græcí legunt μνάσωνί τινι, id eſt, Mnaſonem quendam. ut diſſimulem quod ἐδόξαζον uerterit magnificabant, pro glorificabant. Audierunt autem de te.) κατηχήθησαν. Idem uerbum unde diximus dici catechumenos. Nec eſt diſceſſionem, ſed ἀποσασίαν, id eſt, defectionem. Eodem utitur paulo poſt, ὅτι ὧν κατήχηνται. Eorum qui per gentes ſunt Iudæorum.) τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας ἰουδαίους, id eſt, eos qui in gentibus ſunt omnes Iudæos. Offendit interpretem geminus accuſatiuus additus uerbo docendi. κατηχήθησαν audierunt.

Neq; ſecundum conſuetudinem ingredí.) μηδὲ τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν, neq; iuxta conſuetudines ambulare. Nam ambulare uocat uiuere,& conſuetudines, inſtituta & morem eius gentis. Nec eſt falſa ſunt, ſed οὐδέν ἐστιν, id eſt, nihil ſunt. Atq; ex hoc ſanè loco Iacobus planè uidetur,tum adhuc in ea fuiſſe ſententia,ut exiſtimaret Iudæis ſeruandam eſſe

legem Mosaicam: cum Petrus & Paulus gentilium more uixisse legantur. Nec est sanctifica te, sed ἁγνίσθητι, id est, purifica te. & paulo post, purificatus ἁγνισθείς.

Concitauerunt omnem.) συνέχεον, id est, confundebant, siue conturbabant. & totum potius quam omnem. Nec est populum, sed ὄχλον turbam, siue multitudinem. Et succurrite, potius quam adiuuate, βοηθῆτε. nam adiuuat, qui est particeps operis. Et hic est homo, ὁ ἄνθρωπος, id est, ille homo. Omnes ubiq; docet.) Perijt apud nos gratia schematis, πάντας πανταχοῦ, id est, omnes omni in loco. Nec est, uiolauit sanctum locũ istum, sed κεκοίνωκε, id est, prophanauit, siue ut Hebræi loquuntur, communem reddidit.

Certum cognoscere.) τὸ ἀσφαλές. Recte sanè hoc. At cur non itidem transtulit in præfatione Euangelij, τὴν ἀσφάλειαν certitudinem.

Iussit eum duci in castra.) εἰς τὴν παρεμβολήν. Ita uocat locum cõmunitum. Cæterum quidam ex castris fecerant carcerem, & ob id admonendum duximus, ne serpat id mendi latius. Nonne tu es Aegyptius ille?) Aegyptij male audiebant olim, tanquam malarum autores artium. Id quod non paucis locis indicat Iuuenalis, ac Lucianus. quin & prouerbijs aliquot huius gentis mores notati sunt, quæ recensuimus in Chiliadibus nostris. Et Sicariorũ.) Græce scribens, usus est uoce latina, id quod iam nouũ uideri non potest cum toties sit obuium.

Tarsus Ciliciæ.

A Tarso Ciliciæ.) ταρσεὺς τῆς κιλικίας, id est, Tarsensis, quæ est ciuitas Ciliciæ. Est autem metropolis eius regionis. Nec est ignotæ, sed ἀσήμου, id est, obscuræ. Testatur idem Stephanus de nominibus urbium, hanc ἐπισημοτάτην appellans, hoc est, primariam ac præter cæteras insignem, olim dictam Tersos per epsilon, siue quod illic à diluuio primum apparuerit terra sicca, siue quod illic delapsus Pegasus, talo fracto, quam illi ταρσὸν appellant, claudicationem contraxerit. Porrò quantumuis fuit celebris alijs nominibus, nullo tamen insignior, quàm quod illi Paulum debemus, usq; adeo præcipuum Christianæ philosophiæ præconem ac propugnatorem, ut ni ille nobis diuino munere cõtigisset, periculum fuerit futurũ, ne Christiani omnes in seruilem illam & humilem Moysi legem relaberentur. Quanquam nunc quoq; ratione magis quam numero ceremoniarum ab illis differimus, eò Christus progressu temporum recidit. Est & alia eiusdem nominis in Bithynia. Rursus alia quæpiam in India, ut indicat Hieronymus in cõmentarijs quos conscripsit in Ionam. Iosephus putat Tarsum Ciliciæ esse in quam fugerit Ionas. Porrò quod quidam legunt municeps, quidam ciuis, græcis est πολίτης, id est, ciuis. Verum opinor interpretem offensum affinitate uocum, ciuitatis & ciuis, quæ tamen eadem est in sermone græco.

EX CAPITE XXII.

REddo rationem.) ἀπολογίας, quod & defensionem & excusationem significat. Iuxta ueritatẽ paternæ legis.) κατ' ἀκρίβειαν τοῦ πατρώου νόμου, id est, iuxta exactam rationem patriæ legis, siue iuxta rigorem patriæ legis. & patriæ potius quam paternæ, cum non de patre suo, sed de omnibus maioribus sentiat. Aemulator legis.) ζηλωτὴς τοῦ θεοῦ, id æmulator dei, legimus apud græcos. Sicut princeps sacerdotum.) ὡς καὶ ὁ ἀρχιερεύς μαρτυρεῖ μοι, id est, quemadmodum & pontifex mihi testis est. Et rursum αὖθις αὖ omnes maiores natu, cum græce sit πᾶν τὸ πρεσβυτέριον, id est, omnis presbyterorum ordo. Opinor enim hic de dignitate sentiendum, non de ætate. Vt adducerem inde uinctos.) ἄξων καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας δεδεμένους, id est, adducturus & eos qui illic essent uinctos Hierusalem.

Circumfulsit me lux copiosa.) περιαστράψαι, est circumfulgurare, potius quam circumfulgere. quemadmodum indicatum est & ante.

Et decidens in terram.) ἔπεσά τε εἰς τὸ ἔδαφος, id est, cecidiq; in solum. Id enim sonat ἔδαφος, etiam si saxeum sit, aut ligneum.

Saule Saule.) Græci legunt Saul Saul, Hebræorum more. cum illi Christus hebraice loqueretur, ut posterius testatur ipse Paulus.

Et qui mecum erant, lumen quidem uiderunt.) His addunt Græci, καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο, id est, & territi sunt. deinde adijcitur, Vocem autem non audierunt, quæ loquebatur mecum.

mecum. Equidem non possum, non uehementer non probare diligentiam Laurentij Vallæ, qui cum homo rhetoricus esset, ut uulgus existimat, certe theologiam non profiteretur, tamen uigilantia tanta uestigarit, quid in sacris literis, aut dissideret, aut conueniret, aut deprauatum esset, Cum hodie tot sint Theologorum, ausim dicere milia, qui usq; adeo non utantur hac conferendi disquirendiq; solertia, ut ne id quidem cognitum habeant, qua lingua scripserint apostoli. & cum forte fortuna audiunt Marcum, Lucam, Paulum, Petrum, ac Ioannem græce scripsisse, uelut ad rem inauditam & incredibilem obstupescunt. Alius putat illos nihil nisi hebraice scripsisse, cum fuerint Hebræi. Alius hæc ab illis ædita credit, quæ nos uulgo legimus. tanta est in re tam necessaria socordia. Rogat autem qui consistere possit, ut cum Lucas superius scripserit eos qui Paulo comites erant, uocem quidem audisse, cæterum neminem uidisse, hic neget eos audisse uocem loquentis cum illo. Deinde qui conueniat, ut cum illic dicantur stetisse stupefacti; paulo post hanc eandem rem exponens Agrippæ Paulus, dicat omnes fuisse collapsos in terram, quod hic de se tantum narrat. At illic, Die media in uia uidi rex de cælo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen, & eos qui simul mecum erant, omnesq; cum decidissemus in terram, audiui uocem mihi hebraica lingua dicentem, Saul Saul. Quomodo factum est, ut pugnantia scripserit Lucas, & illic sub persona referat audisse uocem loquentis, cum Paulus hic rursus ipse narret uocem uni sibi fuisse auditam? Nam quod differit de stando & cadendo, non ita magni negocij est dissoluere. Siquidem fieri potest, ut ad primum pauorem collapsi, mox erexerint sese, Paulo adhuc iacente. De uocē audita & non audita, durior est nodus. Recentiores utcunq; tergiuersantur, cum aiunt uocem quidem, hoc est, sonitum uerborum auditum. cæterum uerba uni Paulo percepta, ita factum, ut audita fuerit uox, & eadem non audita. Valla magis existimat superiorem locum in quo Lucas hanc historiam sub sua ipsius persona recenset fuisse depraua- Vallæ diligentia.

tum, transpositis duabus uoculis, ijsq; inter sese nō admodum dissimilibus apud Græcos duntaxat, φῶς & φωνὴ. Cæterum à Luca sic fuisse scriptum, uidentes quidem lumen, neminem autem audientes. Quæ te oporteat facere.) In nonnullis sic habebatur, περὶ πάντων ὧν τέτακταί σοι ποιῆσαι, id est, de omnibus quæ ordinata sunt tibi ut facias. In alijs rursus tantum erat, τί σε δεῖ ποιεῖν, aut ποιῆσαι, id est, quid te oporteat facere.

Cum non uiderem præ claritate luminis.) ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου, id est, præ gloria luminis illius. Ananias quidam uir secundum legem testimonium habens.) Græci codices nōnihil addunt ἀνανίας δέ τις, ἀνὴρ εὐλαβὴς, κατὰ τὸν νόμον μαρτυρούμενος ὑπὸ πάντων, id est, Ananias autē quidam, uir pius, siue religiosus, in lege testimonio probatus omniū habitantium in Iudæa. Laurētius indicat se in uno latino codice reperisse additum quod græcæ uoci responderet, Ananias quidam, uir timoratus. Timoratum enim pro religioso dixit. Cæterum pro εὐλαβὴς in nonnullis exemplaribus erat εὐσεβὴς, hoc est, pius. Et quod hic uertit, secundum legem, uerti poterat & in lege. potestq; ea particula utroq; uersum referri ad superiora. ut sit sensus, religiosus siue pius in lege, siue iuxta legem, non iuxta euangelium. aut ad sequentia, Probatus omnium testimonio in lege, siue iuxta legem. Ab omnibus cohabitantibus Iudæis.) Habitantibus est, siue inhabitantibus κατοικούντων. Et quidam græcus codex habebat asscriptum, sed in spacio dirimente uersus, μ δαμάσκω, ab omnibus habitantibus Damasci Iudæis.

Respice.) ἀνάβλεψον, hoc est, recipe uisum, siue attolle oculos, ut mox & respexi ἀνέβλεψα. Præordinauit te.) προεχειρίσατο, id est, præparauit te, siue prius apparauit te. nisi quis malit προεκυρώσατο, id est, prius statuit. Cæterum id non erat in ullis Græcorum exemplaribus. Nec Ananias hic agit de prædestinatione diuina, sed de ruina ac cæcitate Pauli, quibus reuus Christus iam agebat & aggrediebatur, ut hac occasione cognosceret euangelij fidem. Vt uideres iustum.) τὸ δίκαιον, id est, iustitiam, siue id quod iustum est, hoc est, cernas id quod antehac zelo legis excæcatus non uidebas. Rursus in alijs habebatur, τὸν δίκαιον, hoc est, iustum illum, uidelicet Christum. idq; congruit cum eo quod sequitur, Et audires uocem ex ore eius. Quæ uidisti & audisti.) ὧν ἑώρακας. Articulus postpositiuus, iuxta Græcorum idioma, congruit antecedenti pronomini quod subauditur, eorum, dissidens à suo ipsius uerbo. Interpres bene adiecit dē Respice ἀνάβλεψον.

ſuo eorum. Ego ſtabam & conſentiebam.) Hic Græci addunt duo uerba τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ, id eſt, morti eius, καὶ αὐτὸς ἤμην ἐφεσὼς καὶ συνευδοκῶν, id eſt, & ipſe eram aſſiſtens & comprobans interfectionem eius. Tolle de terra huiuſmodi.) τοιοῦτον, id eſt, talem, ut ad Paulum referatur. Vnde non male addidiſſet, huiuſmodi hominem. Et mox, non eſt fas, ſed καθῆκον, id eſt, non conuenit ſiue non decet.

Et flagellis cædi & torqueri.) ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ χιλίαρχος ἄγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολήν, εἰπὼν μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτόν, id eſt, iuſſit eum tribunus duci in caſtra, dato mandato, ut flagris examinarent eum. Nec aliud fuiſſe iuſſum, indicant ea quæ ſequuntur. ut illud interim diſſimulem, quod ſi hominem Rhomanum dixit, pro an hominem. quandoquidem adeo conſtanter id facit, ut ſuo iure uideatur facere.

Multa ſumma.) πολλοῦ κεφαλαίου. Ita Græci uocant ſupputationem in ſummam ſubductam. In nonnullis legimus hanc ciuitatem, in alijs hanc ciuilitatem, Græce πολιτείαν. Laurentius magis probat ciuilitatem. ego contra ciuitatem. Quandoquidem ciuitate donati dicuntur Latinis, quibus ius ciuitatis conceſſum. & ut Græcis à πολίτης πολιτεία, ſic nobis, à ciue ciuitas dicitur. Nec eſt conſecutus ſum, ſed ἐκτησάμην, id eſt, paraui, quod ante uertit, poſſedit agrum de mercede iniquitatis. Volens ſcire diligentius.) τὸ ἀσφαλὲς, id eſt, certum, ut & ſuperius uerterat certius, quod nunc uertit diligentius.

EX CAPITE XXIII.

Percutiet te deus.

PErcutiat te deus paries.) In pleriſq; latinis exemplaribus, percutiet mutatum erat in percutiat, quaſi Paulus imprecaretur pontifici malum. At Græci legunt τύπτειν σε μέλλει, id eſt, futurum eſt, ut te percutiat deus. Atq; ita citat Auguſtinus libro ſecundo commentariorum, quos ſcripſit de ſermone domini in monte habito. Rurſum in epiſtola quinta ad Marcellinum, ubi declarat & interpretatio quam ſubijcit, quod percutiet, legerit uerbo futuri temporis. Succedit enim, ut qui ſaperent, intelligerent deſtruendum eſſe aduentu Chriſti parietem dealbatum, hoc eſt, hypocriſin ſacerdotij Iudæorum. Nec in his apud Græcos eſt facilis ſcripturæ deprauatio, niſi quis locum hunc ſtudio mutauit, ne Paulus uideretur oblitus exempli Chriſti, qui ſimiliter accepta plaga, manſuete tranquilleq; reſpondit, quiq; iuſſit ut bene precaremur male precantibus, bene mereremur de male merentibus. At ſi Paulus tantum prædixit futurum ut deus illum feriret, cur mox uocant maledictum, & ipſe ueluti redarguens ſeipſum, ſcriptum eſt inquit, Principi populi tui non maledices. niſi forte qui commoto animo prædicit euenturũ, is maledicit. Quanquam de conuicio facile ſit explicare, quandoquidem in pariete dealbato manifeſtum conuicium eſt. Sed qui potuit fieri, ut Paulus nõ agnoſceret primarium ſacerdotem, uel ex ipſo ornatu, præſertim homo Iudæus, nuſquam loci non uerſatus? Deinde cur recantat, nõ quod homini maledixerit, ſed quod principi populi? At ſanè iudicem eſſe ſciebat, etiam cum cõuicium diceret. Tu, inquit, ſedens iudicas me ſecundum legem. An cæteris licet maledicere, ſoli principi nõ licet? At Chriſtus noluit cuiq; omnino maledici. Diuus Hieronymus adducens hunc locum in dialogis aduerſus Pelagium, excuſat quidem Paulum, attamen fatetur eum non præſtitiſſe manſuetudinem eam, quam præſtitit Chriſtus. Verum hoc ſcripſit Hieronymus undecunq; ſuam muniens cauſam, & in ipſo quoq; Chriſto aliquod imperfectæ pietatis ueſtigium inquirens. Nec ipſe diſſimulat, aliud eſſe colligare nodis aduerſarium, aliud docere diſcipulum. Aliud agit qui pugnat, aliud qui exhortatur, aliud qui deterret. Deinde ut ſunt diuerſa hominum ingenia & inſtituta, ita ſunt & diuerſæ ſententiæ. At nos nulla harum rerum habita ratione, ex quouis cuiuſuis operis angulo, tria uerba decerpimus, & inde contexto ſyllogiſmo, nouum ædimus oraculum. Equidem nõ nego Paulũ non caruiſſe prorſum humanis affectibus, cũ ipſe meminerit de ſtimulo carnis, & conſtet inter Barnabam & ipſum, nempe duos optimos uiros, diſſidium aliquod extitiſſe. Cæterũ hoc loco cõſentaneum eſt Paulum non ignoraſſe ſummũ ſacerdotẽ, nec tamen illi male precatũ hoc animo quo uulgus irritatũ ſolet, ſed apoſtolico ſpiritu incanduiſſe aduerſus eum, qui cum optimi uiri teneret locum, ne ſpeciem quidem æquitatis præberet.

Vafricies Pauli.

præberet,quam præstabant etiam ethnici.Sic Petrus incanduit aduersus Ananiã & Sapphyram.Sic hic ipse Paulus aduersus Elymam magum.Quid igitur est quod excusat se, nesciebam quod esset pontifex?Nimirum cessit tumultui,& se ignorasse pontificẽ dicit, qui se non pontificem,sed tyrãnum re declarabat.Itaq; gemino nomine concedit turbæ. primum agnoscens esse pontificem,qui re ipsa non erat nisi paries dealbatus.deinde conuicium esse quod illis uidebatur conuicium,cum non esset conuicium,sed libera obiurgatio.Porrò testimonium quod adduxit extat Exodi capite uigesimosecundo,Diis non detrahes,& principi populi tui non maledices.siquidem illi iudices ac magistratus deos uocant. Nesciebã fratres quia pontifex est.) Quia, redundat Latinis,apud Græcos non nunq; additur affirmandi causa. Annotauit & Augustinus libro de Geneseos locutionibus primo,quia,sæpe redundare in sacris libris, uelut illo loco, Et dixit quia dominus est in loco hoc,ego autẽ ignorabam. Quid si spiritus aut angelus.) Græci secus legunt, εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν,id est,quod si spiritus locutus est illi aut angelus,ne pugnemus cum deo.quo uerbo usus est ante Gamaliel. Hæc clausula, ne repugnemus deo,non habebatur in nostris exemplaribus latinis.

Quia, redundat. θεομαχεῖν.

Deuouerunt.) ἀνεθεμάτισαν,quod tamẽ eleganter uertit interpres.Demiror equidem quis hoc indicarit Carrensi,græcis hoc loco scriptum anathematizauerunt. & paulo post deuotione deuouimus, ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν, Id est,execrari seipsum, ac dijs manibus,ut ethnici loquũtur,deuouere. Notum facite tribuno.) Græca nõnihil dissonãt à nostris, νῦν οὖν ὑμεῖς ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ, καὶ τῷ συνεδρίῳ, ὅπως ἄυριον αὐτὸν καταγάγη πρὸς ὑμᾶς, ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον, τὰ περὶ αὐτου,id est,Nunc igit indicate tribuno & cõcilio,ut cras eum producat ad nos, uelut disquisituros exactius de causa illius.tametsi nõnulli græci codices propemodum consentiũt cum nostris exemplaribus,in quibus est,ὑμᾶς uos,pro ἡμᾶς,& μέλλοντες pro μέλλοντας.atq; ita sensus erit.Nos planè decreuimus quocunq; periculo Paulum occidere,uos adiuuate,ut tantũ producatur ad populũ,abutentes hoc prætextu, quasi uelitis exactius de causa disputare. alioqui sciebant tribunũ non producturũ Paulum cognitis insidijs. Atqui sic exponit Carrensis, uelut hoc ipsum uoluerint nunciari tribuno & concilio,quod destinassent per tumultum occidere Paulum.Iam uero Lyranũ apparet ita legisse.Nunc aũt uos notum facite tribuno cũ concilio.quomodo legit in nõnullis græcis exẽplaribus.id cũ idem ualeat,sic interpretatur. Vos,inquit,cũ concilio,id est,uos simul conciliati Pharisæi & Sadducæi,ne per uestrã dissensionẽ impediatis mortẽ Pauli.Quis hæc posset cõminisci,nisi penitus Scoticas subtilitates imbibisset? Quoniam hæc nota feciisset sibi.) Interpres bene mutauit personã secundam in tertiam.nam græce est παραγγείλας μηδενὶ ἐκλαλῆσαι, ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με, id est,iussitq; ne cui efferret quod hæc indicaueris mihi.nisi mauis infinitum modum positum uice imperatiui,quemadmodum nos uertimus.

Deuouere. Carrensis & Lyranus.

Et lancearios ducentos.) δεξιοβόλους, quod dextra mitterent hastilia. nam olim ferè missilibus utebantur. Ac mox,& iumenta præparate. κτῆνη τε παρασῆσαι, id est,iumentáq; exhibere.Et hic usus est infinito pro imperatiuo.

Timuit enim, ne forte raperent eum Iudæi & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret,tanquàm accepturus pecuniã.) Quæ hactenus recensui,omnia desunt in græcis exemplaribus,quæ quidem mihi uidere contigit. opinor obliuione. Nec offendit hic locus Laurentium Vallam,unde apparet exemplar illius hæc habuisse.

Desunt in græcis.

Optimo præsidi.) τῷ κρατίστῳ,græca uox magis competit in potentem,quàm in bonũ uirum.ut dictum est in præfatione Lucæ in suum euangelium.

Optimus κράτιστος.

Per noctem in Antipatridem.) Nihil opus erat præpositionem apponere,cum Antipatris uocabulum sit ciuitatis Palæstinæ ab Antipatro patre Herodis sortita nomen.

De qua prouincia esset.) ἐκ ποίας ἐπαρχίας,q̃d sanè nõ inelegãter reddidit interpres.

EX CAPITE XXIIII.

ET multa corrigant per tuam prouidentiã.) Græcis est non ἀνορθωμάτων,sed κατορθωμάτων,quod rem cũ uirtute & laude factã significat,interprete Cicerone,quod Latini uocant officiũ,à uerbo κατορθόω.Sensus enim est,cum per tuam prouidentiã multa fruamur pace,multáq; officia præstes huic populo.

Oratio rhetorica, non Apostolica.

Suscipere, p approbare.

Suscipimus optime felix.) ἀποδεχόμεθα, quo uerbo nonnunq; & Paulus usus est pro approbare & amplecti. Ne diutius te protraham.) ἐγκόπτω, id est, impediã siue morer, aut detineam. & pro tua dæmentia est, ἐπιεικείᾳ, quod aliàs humanitatem, aliàs æquitatem uertunt. Hominem hũc pestiferum.) Græcis nõ est pestiferum, sed λοιμόν, hoc est pestem, quẽadmodum exitiale exitium uocant ὄλεθρον. nec est hominem, sed uirum.

Et autorem seditionis sectæ.) Seditionis, abest in Græcis codicibus. προστάτην τε τῆς τῶν ναζωραίων αἱρέσεως, id est, autorẽ seu præfectum sectæ seu factionis quæ dicit̃ Nazarenorũ.

Etiam templum conatus est uiolare.) βεβηλῶσαι, id est prophanare. nimirum quod in duxerit Græcos. ne quis imaginetur accusari Paulum quod uim admouerit templo.

Quem & apprehensum uoluimus secundum legem nostram iudicare. Superueniens autem tribunus Lysias, cũ ui magna eripuit eum de manibus nostris, iubens accusatores eius ad te uenire.) Hæc omnia deerant in multis exemplaribus Græcis. In uno duntaxat reperi asscripta, sed minutissimis formulis, idq; in spacio marginali. Vnde & adiecimus; uelut omissa librariorum incuria, præsertim cum hoc loco nihil offenderit Laurentium.

Annuente sibi præside.) νεύσαντος αὐτῷ τοῦ ἡγεμόνος, id est, cum annuisset ipse præsul. Interpres legisse uidetur αὐτῷ. nec admodũ refert. Bono animo pro me satisfaciã.) εὐθυμότερον τὰ περὶ ἐμαυτοῦ, seu περὶ ἐμαυτοῦ, ἀπολογοῦμαι, id est, æquiore animo p mea causa respõdeo. est em̃ præsentis tẽporis ἀπολογοῦμαι, qd̃ interpres uarie uertit. Est aũt ꝓprie apologia, oratio qua se defendit apud iudicem reus. Neq; probare possunt tibi, de quibus nunc me accusant.) οὔτε παραστῆσαί με δύνανται, περὶ ὧν κατηγοροῦσί μου, id est, nec exhibere me possunt in his de quibus accusant me. Exhibere dixit pro conuincere.

Ridicule latinam uocem per græcam interpretat̃.

Secundũ sectam quã dicunt hæresim.) Cum hæresis apud Græcos, nihil aliud sit q̃ secta, quid uenit interpreti in mentẽ, ut latinã uocem interpretaret̃ per aliã græcam, sed idẽ significantẽ? An uerebatur, ne quis parum intellecturus esset uocabulum sectæ, & ob id græca uoce ceu notiore explicuit? Quapropter sciat lector Græcis nõ esse sectam, alioqui bis erat dicendum, secta & secta, sed ὁδὸν, id est uiam, κατὰ τὴν ὁδὸν ἣν λέγουσιν αἵρεσιν, id est, iuxta uiam quã dicunt hæresim, siue sectam. Exponit enim Paulus quid dixerit uiam, hoc est uitæ institutũ, quod notiore uerbo sectam uocant. sentit enim de secta Pharisæorum, quæ cæteris antecellebat eruditione. Cæterũ hæresis apud ueteres nõ erat tam odiosum uocabulum, quàm est hodie apud Christianos, quibus cum summa competat cõcordia, utpote eiusdem corporis mẽbris, iure uidelicet optimo inuisum est, sectæ uocabulũ, diuisionem sonans. Deseruio patri & deo meo.) Primũ deseruio est λατρεύω, quod est cultum exhibere, à quo uerbo dicta est Theologorũ latria. quo quidem in loco nescio quid sibi uelit Hugo Carrensis, excusans Paulum quod sese hic æquarit prophetis, cũ nihil huiusmodi percipi possit ex uerbis Pauli. Deinde non est patri & deo, sed patrio deo.

Patri & deo, pro patrio deo.

τῷ πατρῴῳ τῷ θεῷ. quod tamen haud accidit interpretis uitio, sed librariorũ errore. Neq; uero hoc loco dormiuit Carrensis, addens quod deũ patrem suũ dixerit Paulus, cuius filius demõstraretur, nõ seruus. quasi uero Paulus ullo titulo magis soleat gloriari, q̃ quod seruus esset dei ac Iesu Christi. Se nunq; uocat filiũ, nisi cum de omnibus in genere facit uerba. ut illic, Quod sumus filij dei. Porrò patriũ deũ uocat, quod idem esset cuius cultũ à maioribus suis accepisset, ne uideret̃ abrogare religionẽ Iudæorũ. Sine offendiculo cõscientiã.) ἀπρόσκοπον συνείδησιν, ueluti dicas, inoffensam conscientiã, siue expertẽ offensæ, hoc est, quæ nusq; offendat.

Sermo inabsolutus.

Quidã autẽ ex Asia Iudæi.) Nõ est absolutus sermo, nisi subaudias aliquid. Et (qd̃ demiror) sensit hoc Carrensis, ac supplendũ autumat, uidentur me in tẽplo. quasi uero id quicq; ad huius causæ defensionẽ pertineat, si uisus est ab Asianis Iudæis in tẽplo. Ego puto è proximo farciendũ quod deest. nã cũ modo dixerat se fuisse purificatũ in tẽplo, sed citra tumultũ, subijcit, Cæterũ quidã Asiani Iudæi, subaudias, cõcitarunt eũ tumultũ, nõ ego. Nisi de una hac uoce.) Interpres ꝓ ἢ legit εἰ μή. Quid aũt? Agnoscit Paulus hoc unũ crimẽ, quod eã uoce cõcitarit seditionẽ? Nõ opinor, ni forte data opera hoc admiscuit, quo rursus Iudæos inter se commissos à sese auerteret.

Græci dissidẽt a nobis.

Certe secus legũt Græci, ἢ περὶ μιᾶς ταύτης φωνῆς ἧς ἐκέκραξα ἑστὼς ἐν αὐτοῖς. i. aut de una hac uoce qua clamaui stans inter eos, ut sit sensus. si nihil aliud habẽt, uel hoc obijciãt crimen.

Certissime sciens.) ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, id est, cum exacte nosset eã uiam.

abusus

abusus est comparatiuo uice positiui,ni referas ad Lysiam tribunum,ut intelligamus Felici notiorem fuisse eam sectæ rationē quàm Lysiæ,quod diutius fuisset apud Iudæos magistratu functus. Vt haberet requiem.) ἄνεσιν,id est relaxationem,hoc est,ne durius aut arctius haberetur. Ac mox,nec quenq; de suis, ϖ μηδένα κωλύειν τῶν ἰδίων αὐτου, ὑπηρετεῖν ἢ προσέρχεσθαι αὐτῷ, id est,& ne quem familiarium illius uetaret inseruire aut adire eum. ἰδίους enim uocat Pauli uel amicos familiares,uel ministros,uel discipulos. In nonnullis græcis codicibus pro ἰδίων,scriptum erat ἰουδαίων,id est Iudæorum. At altera lectio uel hoc nomine mihi magis probatur,quod cum nostra consentiat æditione.

EX CAPITE XXV.

Dieruntq; eum principes sacerdotum.) ἐνεφάνισαν δὲ αὐτῷ,id est,significarūt ei,idq; priuatim. Superius uertit,notum facere,ac mox,adire. Interpres legisse uidetur ἐνετύχησαν. nec mihi displicet,præsertim cum aliquanto post ubi res narratur Agrippæ,rursus æditio uetus habeat,adierunt.

Postulātes gratiam aduersus.) αἰτούμενοι χάριν. Gratiam hoc loco uocat fauorem iudicis. Et mox,potentes, δυνατοὶ, hoc est,qui possunt,& quibus cōmodum est, eò nos consequātur. Si enim nocui aut dignū.) εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ, id est,si ledo,aut si iniuriam facio. Postulantes aduersus illum damnationem.) δίκην, quod causam, ac litem, siue ius significat,nonnunq; & pœnā. nos uertimus,cognitionem. Quis enim postulat damnationem à iudice indicta causa? Aliquē donare priusq;.) In nōnullis scriptum erat damnare,pro donare,quod præcesserit de postulata damnatione. Cæterū græce est χαρίζεσθαι εἰς ἀπώλειαν,id est, donare in perniciem,siue in interitum. Est autem χαρίζεσθαι, in gratiam alicuius donare. Nullam causam deferebāt,de quibus ego suspicabar malum.) Locus hic apud Latinos nōnihil est corruptus,cum apud Græcos syncerus habeatur, οὐδὲ μίαν αἰτίαν ἐπέφερον ὧν ὑπενόουν ἐγω,id est,nullum crimen intentabant super hisce rebus,de quibus suspicabar ego. Suspicabatur enim eos accusaturos Paulum de alijs rebus,quàm de quæstionibus legis,quas ut superstitiosas negligebant Rhomani.

Donare in damnare.

Cum multa ambitione.) μετὰ πολλῆς φαντασίας,id est,cū multa ostentatione. nos strepitum siue apparatum dicere possumus. Interpellauit me.) ἐνέτυχόν μοι, id est adijt, siue conuenit me. quanq; hoc sanè recte uertit interpres.

Adduxi eum ad uos.) ἐφ' ὑμῶν καὶ μάλιστα ἐπὶ σοῦ, quod magis sonat Græcis ad cognitionem,siue iudicium tuum, quam ad te,aut ad uos. Sine ratione enim mihi uidetur.) ἄλογον, id est iniquum,quod uulgo uocant irrationabile.

EX CAPITE XXVI.

Æstimo me beatum.) Vt ne quid causemur, quod p existimo dixit æstimo, cum græce sit ἡγημαι, quod cum sim defensurus, pro quod sim defensurus. Cæterū ἐπὶ σοῦ apud te, belle uertit.cum antea uerterit ad te. iam cum præcesserit apud te,uide q; concinne cohæreat,maxime te sciente. uerum illud omniū suauissimum,quod addit, omnia quæ apud nos sunt consuetudines & quæstiones,ceu fas sit ita loqui,omnia consuetudines & quæstiones. Atqui Hieronymus in libro quem scripsit ad Pāmachium de optimo genere dicendi, citans hunc locū, uertit ad hunc modū,De omnibus quibus accusor à Iudæis o rex Agrippa,existimo me beatū,cum apud te sim hodie defendendus, qui præcipue nosti cunctas quæ in Iudæis sunt consuetudines & quæstiones. Nos uertimus hunc in modum, Super omnibus de quibus accusor à Iudæis rex Agrippa,existimo me beatum,qui causam dicturus sim hodie apud te,quod tu maxime sis gnarus earum quæ apud Iudæos sunt & quæstionum, & consuetudinum. Græca sic habent, περὶ πάντων ὧν ἐγκαλοῦμαι ὑπὸ τῶν ἰουδαίων βασιλεῦ ἀγρίππα,ἡγημαι ἐμαυτὸν μακάριον,μέλλων ἀπολογεῖσθαι ἐπὶ σοῦ σήμερον, μάλιστα γνώστην ὄντα σε πάντων τῶν κατ' ἰουδαίους ἐθῶντε καὶ ζητημάτων. quanq; dure congruit, ὄντα σε, nisi forte scribendū erat, ὄντος σου. Quæ ab initio fuit in gēte mea.) Bis est hoc loco ἄνωθεν, quod interpres uertit ab initio. Significat autem uitæ seriem ab initio usque ad finem.

Egregie dormitans interpres.

Agrippa rex.

ἄνωθεν.

Secundum certissimam sectam.) κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν. Pharisæorum sectam hæresim uocauit,haud dubie quin in bonā partē. Deinde quod hic uertit certissimā, Græcis est ἀκριβεστάτην, hoc est, exactissimam ac diligentissimam, quod esset eruditior ac rigidior quàm

Hæresis in bonā partē.

quàm Sadducæorũ, proximéq; ad uerum accedens. Et nunc in ſpe quæ ad patres.) ἐπ᾽ ἐλπίδι, melius erat de ſpe. Et mox duodecim tribus) τὸ δωδεκάφυλον Græcis unica dictio eſt, quæ ſignificat non unam aut alteram ſectam, ſed uniuerſam gentem Iudæorum in duodecim tribus diſtinctam, cui reſpondet participium λατρεῦον, quod ut ſæpe iam diximus, cultum numinis ſignificat. unde nos uertimus, colentes deum. Cæterũ apud nos deſunt duo uerba, ἐν ἐκτενείᾳ, id eſt, acriter ſiue aſſidue, ut legas, duodecim tribus inſtãter nocte ac die ſeruiuimus. Detuli ſententiam.) κατήνεγκα ψῆφον. Incertum an ſentiat illum adduxiſſe decretum à ſynagoga factum, an ipſum quoq; ſuo ſuffragio damnaſſe Chriſtianos. In quibus dum irem.) ἐν οἷς, hoc eſt, in his uerſans, & hæc agens. qua figura ſermonis & antea ſemel eſt uſus. Vt conſtituam te miniſtrum.) προχειρίσασθαι, id eſt, ut præparẽ, quod ante uertit, præordinare. Eripiens te de populis & gentibus in quas.) Græcis eſt ἐκ τοῦ λαοῦ, id eſt, de populo. ſentiens nimirum de Iudæis. Et nonnulli græci codices pro populo, habebant Iudæis. Repetit ad eundem modum paulo poſt, τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι, id eſt, populo & gentibus. uerum apud illos nõ eſt, in quas, ut reſpondeat gentibus, ſed οὓς, id eſt, ad quos, rei magis habita ratione quàm uocis.

Dígna pœnitentiæ opera.) Si digna ſumis abſolute, bene habet oratio. ſin minus, opera digna pœnitentia ſeu pœnitentiæ ſunt, quorum iure pœniteat.

Interficere διαχειρίζεσθαι

Volentes me interficere.) διαχειρίσασθαι, quod magis ſignificat iniecta manu uiolare, q̃ interficere. Si paſſibilis Chriſtus.) εἰ παθητὸς ὁ χριστὸς, an pati debuerit Chriſtus. Sic enim diſputabat ex prophetis, ut oſtenderet illorũ uaticinia competere in Chriſtum. Siquidem hæc referenda ſunt ad prædictionem prophetarum, nõ ad Chriſtum paſſum. alioqui parum apte cohærebit, lumen annunciaturus ſit populo.

Neq; enim in angulo quicq; horum geſtum eſt.) Non diſplicet quod legit interpres. Græci tamen aliquanto ſecus habent, οὐ γάρ ἐστιν ἐν γωνίᾳ πεπραγμένον τοῦτο, id eſt, neq; enim hoc in angulo factum eſt. In modico ſuades.) ἐν ὀλίγῳ με πείθεις. Primũ modi cum pro paulo, ſuo more uſurpat. deinde inter ſuadere & perſuadere nõ ſentit eſſe diſcrimen apud Latinos, etiamſi apud Græcos unicum uerbum noſtris duobus reſpondet. cæterum haud erat in procliui cõmode locum hunc uertere. Valla putat ita reddi potuiſſe. Parũ abeſt quin perſuadeas me fieri Chriſtianũ. Cui Paulus dixit, Optarim apud deũ, ſiue parum, ſiue multum abeſt. Arbitror & ita reddi potuiſſe, Aliquantulum mihi perſuades ut fiam Chriſtianus. Et Paulus ait, Optarim à deo, ut nõ ſolum aliquantulum, uerum etiam multum, neq; te tantum, ſed & omneis qui audiunt me hodie &c. Neq; enim opinor id ſenſiſſe Agrippam, parum abeſſe quin cuperet fieri Chriſtianus, ſed aliquantulum huc propenſum eſſe redditum oratione Pauli.

EX CAPITE XXVII.

VT autem iudicatum eſt eum.) ἐκρίθη, id eſt, decretum eſt, ſiue conſtitutum. Nec ad Paulum refertur, ſed ad regem & præſidem, qui ſic ſtatuerant audito Paulo. Tradiderunt Paulum cũ reliquis cuſtodijs.) παρεδίδουν τόν τε παῦλον καί τινας ἑτέρους δεσμίους, id eſt, tradiderunt tum Paulum, tum alios quoſdam uinctos. Nauim Adrumetinã.) Carrenſis interpretatur Adrumentinam nauem, quæ Rhomam petat. Cæterum Adrumetum ſiue Adrumetium ciuitas eſt Myſiæ, autore Stephano. Eſt & Adramyttis inſula Lyciæ, & Adrumes adrumetis ciuitas Aphricæ. unde dicendum erat Adrumetinam, licet in his uarient codices. Nã Hieronymus, aut ſi quis alius fuit autor, in Catalogo locorũ huius operis, indicat Adrumetum eſſe ciuitatem in Bazatio regione Africæ. Plinius Adrumetum uocat neutro genere. In græcis codicibus Adrumyttinam legimus. Et Stephanus ab Adramyttio oppido deformat Adramyttenum.

Myra.

Peruenimus in Lyſtram, quæ eſt Lyciæ.) κατήλθομεν εἰς μύρα τῆς λυκίας, id eſt, deuenimus Myram, quæ eſt Lyciæ, ſiue ciuitatem Lyciæ. Pronunciatur autem bifariam, genere neutro & fœminino. Cæterũ Lyſtra Lycaoniæ eſt, non Lyciæ. Carrenſis homo uigilans admonet hoc loco apud Græcos haberi Smyrnam, ſed ab Hieronymo poni Myrrham. Et omnino in recenſione locorũ huius operis meminit Smyrnæ Lyciæ, admonens in nõ

nullis

nullis exemplaribus fuisse scriptum,uenimus in Lystram quæ est in Cilicia. atq; eo loco pannũ suum assuit,nescio quis.Porrò Hieronymus in libris Hebræorum nominũ ponit Smyrnam,& interpretatur amaram. Tarde nauigaremus.) Græcis composita dictio est βραδυπλοοῦντες. Gnidum.) Gnidus insula est opposita Asiæ,spectans prouinciã Cathiam,atq; est eiusdem nominis oppidum in insula Calymna,autore Hieronymo.

Iuxta Salmonem.) Salmon ciuitas est maritima insulæ Cretæ,autore Hieronymo.

Qui uocatur boni portus.) Boni portus,pluratiui sunt numeri, καλοὺς λιμένας. quan- Boni portus
quàm magis dixit,pulchros portus quàm bonos.Sentit autẽ,ni fallor, de ciuitate Cretensium,cui nomen καλὴ ἀκτὴ,id est,pulchrum littus.cuius meminit Stephanus.

Cui iuxta erat ciuitas Thalassa.) Indicat & diuus Hieronymus hunc locum corrupte legi Thalassa,quãquàm id ipsum quod uice corrupti uocabuli subiecit, in uulgatis codicibus corruptum erat. siquidem scriptum erat Laphet. Græci legunt Lassæa, quæ & ipsa ciuitas est littoralis Cretæ,haud procul à bonis portibus. Lassæa.

Consolabatur eos Paulus.) Quid acciderat illis,ut egerent consolatore? Nam Græcis est παρῄνει,id est,hortabatur siue admonebat,ne longius irent.quanquàm ipsa Pauli oratio,quæ mox subijcitur,satis arguit illum non consolari,sed dare consilium. Consolabatur,ꝙ admonebat.

Incipit esse nauigatio.) μέλλειν ἔσεσθαι,id est,futuram esse nauigationem, quod tamen frequenter ad hunc uertit modum. Deuenientes Phœnicem hyemare.) Phœnicem hic est accusatiuus à Phœnix, quæ Græcis palmam significat, unde & Phœnicen Syriæ partem apparet dictam.Ipse Lucas indicat esse portum Cretæ huius nominis. Phœnix portus.

Ad Africum & Chorum.) Ventorum nomina sunt. duos nominat, quod ad utrunq; uergeret is portus. Dixerit quispiã,Quorsum opus erat hoc admonere,quod nemo nescieba? Imo quorsum attinebat ut Hugo Carrensis tantus Theologus asscriberet commentarijs, Chorum esse insulam, aut ciuitatem in Creta? Vsqadeo nihil referebat,utrũ nouam extrueret insulam,an nouam conderet ciuitatem in uetustissima insula.

Cum sustulissent de Asson.) ἄραντες ἆσσον,id est,cum sustulissent Asson. Incertum aũt an illuc appulerint,& rursum inde soluentes præteruecti sint Cretã,an Asso præterita putarint se iam esse in tuto.Est enim Assos maritima Lyciæ ciuitas,in ædito sita promontorio,adeo ut parum tutum sit accedere. Vnde iocus Nicostrati Citharœdi, ἆσσον ἴθ' ὡσκεμ θᾶσσον ὀλέθρου παραθεῖναι,id est,Asson eas ut citius ad exitij terminos peruenias.Ac Hiero- Assos Creta
nymus quidem Asson ponit in Asia,maritimã urbem quæ eadẽ dicta sit Apollonia,teste Plinio quoq; libro 5.cap.30. Cæterũ opinor Lucã sentire de Asso oppidulo Cretæ,unde dictus est & Iuppiter Asius. nam adhuc lambebant littora Cretæ. Ventus Typhonicus.) Vnus est è uentis subitis ac repentinis,nomine Typhon. Quibus omnibus illud Typhonicꝰ uentus.
est cõmune,quod exhalante terra coorti,nubibus obductis inclusi,nõ uno erumpãt modo.nam uagantes,ac torrentiũ more ruentes,tonitrua & fulgura ædunt. Cæterũ maiore illati pondere incursuq;,si flatu siccã ruperint nubem,procellã gignũt,quæ Græcis dicitur ἐκνεφίας. Sin uero depresso sinu arctius rotati effregerint sine igni, hoc est, sine fulmine uorticẽ faciunt,qui typhon uocatur, id est, uibratus Ecnephias. Defert hic aliquid secũ è nube gelida abreptũ,cõuoluens uersanśq;,& ruinã suam illo pondere aggrauans,locũ ex loco mutans rapida uertigine.Quod si maiore depressæ nubis eruperit specu,sed minus alto cq; procella,nec sine fragore,turbo dicitur, proxima quæq; prosternens. Idem si fuerit ardentior,accensuśq;,prester dicitur,amburens cõtacta pariter ac proterens.Porrò typhonẽ Plinius appellat præcipuã nauigantiũ pestem,ut qui nõ antemnas modo, uerum etiã ipsa nauigia cõtorta frangat. Cæterũ tanto malo tenui remedio occurri, si acetũ in aduenientẽ effundas,cuius uis frigidissima est. Idẽ illisu ipso repercussus,correpta secum in cœlum refert,sorbetq; in excelsum. Dictus est autem typhon à græco uerbo τύφω,quod est inflãmo. Qui uocatur Euroaquilo.) Græci pro Euroaquilo legũt εὐροκλύδωμ,uox Euroaquilo
hinc dicta,quod ingẽtes excitat fluctus. Verũ haud scio an Lucas,tametsi græce scribẽs, effinxerit uocẽ nostrã, dicens εὐροακύλωμ, quẽadmodũ Aquilã Paulus quoq; facit ἀκύλαμ. Addidit autem non solum cognomen typhonis ut periculum exprimeret, uerumetiam unde erumperet,ut intelligeremus hoc quoq; nomine incommodum,quod non faceret ad institutum cursum,cum Notus sit accommodus è Syria nauigantibus in Italiam.

Non posset

Non posſet conari in uentum.) ἀντοφθαλμεῖν, quod Græcis ſonat obtueri, hoc eſt, ex aduerſo aſpicere. Porrò qui renititur, obuertit oculos.

Data naue flatibus.) Græcis unica dictio eſt ἐπιδόντες, & referri poteſt ad τῷ ἀνέμῳ, ut ea uox in confinio ſita, utroq; reſpondeat ad obniti & data.

Quæ uocatur Clauda.) Ptolemæo Claudos dicitur, ſpectans Cretam inter meridiem & occidentem. quo magis conſentaneum eſt huc depulſos fuiſſe flatu Euroaquilonis.

Suis manibus armamenta nauis proiecerũt.) αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐξεβάλομεν, id eſt, noſtris ipſorum manibus armamenta nauis proiecimus. Apparet interpretem legiſſe ἐξέβαλομεν, & ad ſenſum perpuſillũ intereſt. Multa ieiunatio.) ἀσιτία, id eſt inedia.

Audito me.) πειθαρχήσαντας, id eſt, obtemperaſſe mihi. tametſi non uideo, cur hoc loco Valla notet interpretem. Non tollere à Creta.) Græce eſt μὴ ἀνάγεσθαι, hoc eſt, nõ ſoluere à Creta.

Lucrifacere, accerſere.

Lucriq; facere iniuriã.) κερδῆσαι, hoc eſt, accerſere ſine cauſa. id enim lucrum uocant. Et ὕβριν, id eſt, iniuriam uocat incommoditatem cœli, ac uiolentiã maris. Nec eſt ſuadeo, ſed παραινῶ, id eſt hortor. Angelus dei cuius ſum.) Incertum erat utrum cuius, referat deum, an angelum, niſi addidiſſet ᾧ καὶ λατρεύω, id eſt, quẽ colo, ſiue cui ſeruio. Apparere ſibi.) προσάγειν, quod magis ſonat accedere. niſi forte interpres

Bolis.

legit προσαυγεῖν, id eſt affulgere. Submittentes bolidem.) βολὶς dicit̃ à βάλλειν, quod eſt mittere, id eſt, pondus funiculo affixum, quo deiecto nautæ explorant altitudinẽ maris. Idem aliquoties efficiũt haſtili aut conto prælongo demiſſo in mare. & miſſiles haſtæ græcis bolides dicuntur, autore Heſychio. Cæterum Lucas unico uerbo dixit, quod interpres duabus reddidit, βολίσαντες. Inciperent ancoras extẽdere.) μελλόντων ἐκτείνειν, id eſt extenſuri, quod ſæpenumero fecit interpres. Verũ hic duriuſculũ erat. Ac paulo poſt, ἄχρι δὲ οὗ ἔμελλεν ἡμέρα γίνεσθαι, id eſt, cum futurus eſſet dies, hoc eſt, cum inſtaret dies, & non longe abeſſet. Animæquiores autem facti.) εὔθυμοι, id eſt, bono animo, ſiue recreatis iam animis. poſitiuum eſt, non comparatiuum.

Littus in quem cogitabant.) ἔχοντα αἰγιαλὸν, εἰς ὅν. Cur non potius in quod, quàm in quem. quandoquidem αἰγιαλὸς græcis eſt maſculini generis, quẽadmodum & κόλπος. nam terram opinor expetebant. Et multa ſunt littora apud coſmographos, quæ proprio

Aegiali.

uocabulo Aegiali uocãtur, uelut inter Sicyonẽ & Bupraſium. Eſt & alius finitimus Ponto, poſt promontorium Carambin, cuius meminit Homerus. Rurſus eſt Thraciæ apud fluuium Strymonem. Poſtremo eſt Aegialus, cognomẽto magnus, inter Aegyptum & Aethiopiam. Et Hieronymus hunc locum citans, Aegiali meminit.

Leuãtes Artemonem.) ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα, id eſt, ſublata antemna. & τῇ πνεούσῃ, quod interpres uertit, ſecundum auræ flatum, puto ad ἐπάραντες eſſe referendum, ut accipiamus carbaſa oppanſa flatibus antemna in altum ſubrecta, quo magis uenti arbitrio ferrentur in littus. In locum Bithalaſſum.) Nec expoſuit græcam uocem interpres,

Dithalaſſus.

nec nos eam incorruptam ſeruauimus, pro dithalaſſo legentes bithalaſſum. Nam Lucas ſcripſit, εἰς τόπον δίθάλασσον, id eſt, in locum bimarẽ. Sic eñ Horatius in Odis, Bimariſue Corinthi Mœnia. quod ea ſit Iſthmos, & utrinq; mari alluatur. Contendebant, ut ſi poſſent in ſinum impellerent nauim. uerum id non contigit, uentis impellentibus in Iſthmũ aliquam in mare prominentem.

EX CAPITE XXVIII.

Melite inſula.

QVia Mitilene inſula uocabatur.) Hugo Carrenſis liberũ nobis facit, utrum malimus militenem legere, an miletum, etiamſi ſunt qui corruptius legunt mytilene. Græci legunt melite. Ea eſt inſula inter Epirũ & Italiam, ſpectans Siciliam ad ſeptentrionẽ. Vnde melitæi dicti canes in delicijs habiti. quanquàm eſt Militenæ Cappadociæ ciuitas. uerum hic inſulam uocat.

In tumorem conuertendum.) μέλλειν πίπρασθαι, id eſt inflammari, ſiue incendi. quanquàm id comitatur tumor. Benigne triduo habuit.) φιλοφρόνως ἐξένισεν, id eſt, amice tractauit, aut ſi dicere liceret, hoſpitatus eſt. Cæterũ demiror qui uerbũ tam elegans in mentẽ uenerit interpreti, tantũ abeſt ut reprehendã quod ille uertit habuit pro tractauit.

Cui erat inſigne caſtrorum.) Caſtorum eſſe legendum, indicant etiam recentiores, Ly

ranus

ranus & Carrẽſis. nã Græcis eſt διοσκόρων. Id eñ nominis eſt Caſtori & Polluci, filijs Iouis & Ledæ. Credidit antiquitas eos eſſe deos ſalutares nauigantibus, ſi ſimul apparerẽt. apparẽt aũt ignis ſpecie, malo aut antemnæ inſidentes. contra, ſi ſinguli aut ſolitarij. Horũ igitur inſigne habebat ea nauis. Quæſo te lector ſi libet ridere, legito quæ prodiderit hoc loco Carrenſis de inſigni caſtrorum. quanquam adiecit deniq; neſcio quis, ueram ac ſeriam interpretationẽ. Neq; uero minus feſtiua ſunt, quæ prodidit de tribus tabernis. Cæterum ambo Caſtores nonnunquam uocantur, cum alteri duntaxat id nominis fuerit. Nos quo minus poſthac erraret lector, uertimus, Caſtor & Pollux. Lyranus & Carrenſis.

Deuenimus Regium.) Nam ea ciuitas eſt Siciliæ maritima, a promontorio Peloro diſſita uiginti milia paſſuũ, nomen a ruptura ſortita, quod ea Siciliæ pars olim cohærens cũ Brutio agro Italiæ, poſtea mari interfuſo ſit reuulſa. fretum quindecim millibus paſſuum latum intercurrit. In eo Scylla eſt ſcopulus, & charybdis mare uorticoſum.

Vſque ad Appij forum.) Quoniam præceſſit, & ſic Rhomam uenimus, ac poſtea mentio fit de Appij foro, quidam putant Appij forum in urbe Rhoma eſſe. idq; legitur & in catalogo locorũ, quos indicauit diuus Hieronymus in actis apoſtolorũ. uerũ ut illinc complura detracta ſuſpicor a compẽdiarijs, quibus impendio placet adagium illud inter pocula natum, Gaudent breuitate moderni, ita uideo nonnulla ab alijs adiecta, quorum hoc unum eſſe crediderim. Alioqui conſtat oppidum, quod Appij forum dicitur, longius abeſſe a Rhoma q̃ ſit Aritia, id quod declarat Horatius in ſermonũ libro primo, ſatyra quinta, Egreſſũ magna me accepit Aritia Rhoma, Hoſpitio modico rhetor comes Heliodorus, Græcorũ longe doctiſſim⁹, Inde forũ Appi. Proinde cum Paulus in ſumma dixiſſet Rhomam eſſe itũ, retrocedit nõnihil, ut occurſum fratrũ deſcribat apud Appij forũ ac tres Tabernas. Sic eñ legim⁹ in emẽdatis exẽplaribus latinis, cum in nonnullis ſcriptũ ſit, & tribus tabernis. Alioqui ſi Appij forũ & tres Tabernæ Rhomæ ſunt, quid ſibi uult quod mox ſubijcit, Vt uenimus aũt Rhomam permiſſũ eſt Paulo manere? Manere ſibimet) μεῖναι καθ' ἑαυτὸν. i. manere apud ſemetipſum, hoc eſt, ſolum & ſine reliquis captiuis. Aure audietis.) ἀκοῇ ἀκούσετε. i. ut ad uerbum reddamus, auditione audietis. Atq; ita uertit Hieronymus interpres Didymi de ſpiritu ſancto. Eſt autẽ conduplicatio Hebraica, perinde quaſi dicas, audientes audietis, hoc eſt, prorſus audietis. Nec improbo quod hic uertit aure, niſi quod ego malim auribus, ſic enim loquuntur Latini, hiſce oculis uidi, hiſce auribus audiui. Appij forum, Error quorundam.

Sine prohibitiõe.) ἀκωλύτως, quod bifariam accipi poteſt, a nemine prohibitus ſiue uetitus, aut hoc animo, ut a nemine poſſit impediri.

ANNOTATIONVM IN ACTA APOSTOLORVM PER ERASMVM ROTERODAMVM FINIS.

ANNOTATIONES DES-
ERASMI ROTERODAMI INTER THEOLOGIAE PROFESSORES INFIMI IN EPISTOLAS PAVLI APOSTOLI, DILIGENTER RECOGNITAS AB EODEM, PRIMVM AD GRAECAM VERITATEM, DEINDE AD VETVSTISSIMORVM EXEMPLARIVM LATINORVM FIDEM, POSTREMO AD PROBATISSIMORVM AVTORVM CITATIONES SIMVL ET INTERPRETATIONES.

Paulus binominis

De nomine Pauli.

PAVLVS.) Sunt qui putent Saulo commutatum fuisse uocabulum a conuersione, atque inter hos Ambrosius. licet diuus Hieronymus enarrans epistolam ad Philemonẽ arbitretur pro Saulo, Paulum uocari cœptũ ob Sergium Paulum proconsulem, quẽ hic apostolus primum omniũ Christo lucrifecit, sicut legim⁹ Actorũ apostolicorũ ca.ter tiodecimo. Sunt rursum, qui putent illũ fuisse binominem. id quod mea sententia uero propius est. Quanꝯ arbitror Paulo primũ Hebræo, nomen Hebraicum inditum Saul, Nam hoc nomine compellat illum Christus in uia, σαοὺλ σαοὺλ τί με διώκεις; id est, Saul Saul quid me persequeris?

Syria Græce loquens.

Aegyptus. Cilicia. Syria.

Deinde quoniam Aegyptus, Cilicia, & huic finitima Syriæ pars propter Alexandri magni imperiũ, & postea Rhomanam administrationem iam ferè Græco sermone utebat, Hebraicam uocem in Græcam formã fuisse deflexam, quod Græci nullum habeant uocabulum in λ aut in μ desinens. atq; ita ex Saul factum esse Saulum, quemadmodum & hodie ex Adam faciunt Adamum, ex Abraham Abrahamum, ex Ioseph Iosephum. Deniq; quoniam Pauli nomẽ iuxta Græcis ac Rhomanis erat familiare, è Saulo rursum factum esse Paulũ, ut uocabulum etiam lubentius agnoscerent, quorum se doctorem profitebat, & hic quoq; omnia fieret omnibus. Ipse certe hoc nomine perpetuo est usus in scriptis suis. Verum hisce de rebus accuratius disputamus in cõmentarijs quos olim in Paulum institutos, breui absoluemus, aspirante fauore Christi. Nũc quod ad hoc institutum pertinet, illud admonuisse satis est, Saul שָׁאוּל Hebræis sonare petitũ, passiuum a שָׁאַל

Saul quid sonet Hebræis.

quod ascitus fuerit ad munus apostolicum. Ambrosius indicat Saulum dici tentationem seu inquietudinẽ. Addunt alias item interpretationes nescio quas in nominibus Hebraicis, quæ uocũ allusionẽ modo tenuẽ habent. quas, quoniã nõ est huius instituti, nõ anxie discutiam. Cæterum Græcis σαῦλος, ῦ duntaxat abiecta, commotionem ac tumultum sonat proprie maris ac fluctuũ, σάλος. Paulus autem Græcis sonat quietũ, a uerbo παύομαι, inde & παῦλαν quietem appellant. Rhomanis pusillum sonat. Nam quod Hieronymus ad-

mus admonet Paulum Hebræis ſonare mirabilem, demiror ipſum cõmittere quod aliàs reprehendit in aliſs, qui uocum etymologias è diuerſa lingua petebant. Etenim cum conſtet Paulum aut Rhomanam eſſe uocem, aut certe Græcam, non conueniebat eius etymologiam ab Hebræis mutuari. Hæc obiter admonui, quo facilius intelligant ea quæ ſancti interpretes de nominũ ratione uel attingũt uel alludũt in ſuis cõmentariſs.

Nõ uocatus apoſtolus ut uocatus abbas.

Vocatus apoſtolus.) κλητὸς ἀπόστολος. Vocatus, hoc loco non eſt participium, dictus, aut nominatus, quẽadmodũ nunc uulgo quidã modeſtiæ cauſa ſcribunt, uocatus epiſcopus, ſignificantes non tam modeſte & uere, ſe magis nomine & re epiſcopos eſſe, Etiãſi in hoc κακόζηλον incidit diuus Bernardus, uir alioqui & Chriſtiane doctus, & ſancte facundus, & pie feſtiuus, ſic ſui nominis titulũ moderans, uocatus abbas, uerũ nomẽ eſt ſubſtãtiuũ uelut apoſtolus κλητὸς non κλητεὶς, aut κεκλημένος. quẽadmodũ & paulo inferius, Vocati Ieſu Chriſti, κλητοὶ. & ſubinde, κλητοῖς ἁγίοις, id eſt, uocatis ſanctis. Eſt autẽ uocati, nomẽ abſolutũ, quẽadmodũ olim apud Rhomanos euocati dicebantur, qui uelut amici ad bellum accerſebantur. & hodie quoque Gallis nonnulli uocantur electi, qui proximi ſunt ſenatoriæ dignitati. ualet autem fermè perinde quaſi dicas, uocaticius apoſtolus, ſiue uocatione apoſtolus, & uocatione ſanctis. Statim enim in ipſo exordio ſuum agit negocium, conciliatq; ſibi fidem & autoritatem. Primum cum ipſo nomine præ ſe fert nouatum uitæ genus. Deinde cum ſeruum ſe uocat, indicat ſe non ſuum negocium agere, ſed eius à quo miſſus fuerat. Ad hæc cum addit, Ieſu Chriſti, excludit Moſen, qui ſic inſederat animis Iudæorũ ut periculũ eſſet, ne gẽtilitas etiã in ſeruitutẽ Moſaicæ legis abduceretur. Et plane futurũ erat, niſi Paulus acerrime manibus pedibuſq; reſtitiſſet, ut per hunc athletam, euangelium Chriſti ueluti renatum uideri poſſit. Poſt hæc adijcit, apoſtolus, quod ſignificat legatum, ſiue ab alio miſſũ. Et qm̃ id temporis erant multi pſeudapoſtoli, qui ſeſe famæ, quæſtuſue gratia in hoc munus ingerebant, adiecit, κλητὸς uocatus. qd' geminã habet ſententiã. Siue quod ad hoc munus fuerit ab ipſo Chriſto uocatus, hoc eſt, accerſitus, nec ſibi uindicarit apoſtolicã functionem, imo nec ab homine ſuſcepe/rit hoc muneris ſed ab ipſo Chriſto: Siue quod hoc uerbo meritum excludat, operaq; legis & euangelij gratiam aſſerat, quæ datur omnibus non è Moſaicæ legis ceremonijs, quibus fidebant Iudæi, non ex humana ſapientia, cui nitebantur Græci, ſed ex uocatione numinis. Nam id potiſſimũ agit in hac epiſtola diuus Paulus, ut utriſq; detrahat ſuperciliũ, & Iudæis adimat Moſaicæ legis fiduciam, & Græcis philoſophiæ præſidium, atque ita utroſque ex æquo coniungat in Chriſto. Habent apoſtoli ſua quædam peculiaria, gratiam, uocationem, electionem, præſcientiam, deſtinationem, ac prædeſtinationem, quæ fermè ſemper legis fiduciæ opponuntur, quod inde tum præcipuum periculum immine re uideretur. Non me dam eſt, quædam ab Origene diſſeri ex huius uocis occaſione de uocatis, ſed deſciſcentibus à muneris fructu, ſanè argute & erudite, quæ mihi non eſt animus reijcere, ſed magis arrident in literis diuinis quæ ſimpliciſſima ſunt, miniméq; coacta. Quanq; haud inficias iuerim hanc uocẽ κλητὸς aliquoties ſic uſurpari, ut non multũ abſit à natura participij, uelut apud Matthæũ, Multi ſũt uocati, pauci uero electi, ἐκλεκτοὶ legitur & κλητοί.

Consilium Pauli.

Origenes uiolẽtior interpres alicubi.

Segregatus in euangeliũ dei.) ἀφωρισμένος. Mira epitaſi commendat ſuum officium, qui non ſolum uocatus fuerit ad apoſtolici muneris functionem, uerumetiam ſepoſitus ſit & ſeparatus in munus euangelij prædicandi. Eſt enim ἀφορίζειν non ſolum ſeparare, uerumetiam iudicio ſeponere ac ſecernere. unde medici ἀφορισμοὺς uocant leges abſolute breuiterq; pronunciatas, quemadmodum uocantur & ſapientum ἀποφθέγματα. Neq; ſimplicem ἔμφασιν habet hæc dictio. Primum eñ deprecatur inconſtantiæ crimẽ, quod à Moſaica lege deſciſcere uideretur, Vocatus, inquit & ſegregatus, uelut eximium quoddam & electum organum, ipſo teſtante Chriſto, Vas electionis eſt mihi, ut portet nomen meum coram gentibus. Deinde alluſit ad factionem ſuam, quam ſequebat in iudaiſmo. Cum enim Iudæorum populus, quanq; eandem legem amplecteretur, in uarias ſectas eſſet diuiſus, Samaritanos, Eſſenos, Nazarenos, Sadducæos, Herodianos, Phariſæos, Paulus phariſaicæ hæreſeos erat, quæ ſic appellatur ab Hebræa uoce, pharas פָּרַשׁ, quod ob inſignem uitæ ſanctimoniam, & excellentem doctrinam, ſemoti ſeparatiq; à uulgo uideri uellẽt. Cœpit igitur Paulus eſſe in euãgelio, quod fuerat in iudaiſmo,

Segregatus.

Sectæ Iudæorum uariæ.

Paulus phariſæus.

sed alio pacto: Illic supercilij titulus erat, hic mire separatus erat, à Mose ad Christum, à litera ad spiritum, à fiducia operum ad gratiam.

Qui factus est ei.) τοῦ γενομένου. Laurentius Valla mauult genitus, aut natus, quam factus. cuius equidem sententiam in præsentia nec probo, nec improbo. Certe genitus esset, si scriptum fuisset γεννηθεὶς. Cæterum pronomen ei, quod additur in latinorum codicibus, in nullis Græcorum inuenitur, sed quoniam subabsurdus sermo uidebatur si dixisset, qui factus est ex semine Dauid, explicandi causa adiecit, ei. Quanquam huius pronominis additamentum adeo nihil facit ad sensum, ut officiat quoq; . Nec enim hoc agit Paulus, ut appareat cui natus sit Christus, uerum ut liqueat eum à quo segregatus fuerat in præconium euangelij, fuisse deum uerum, & eundem item uerum hominem. Hominem ex eo, quod natus esset ex semine Dauid secundum carnem. Deum ex hoc, quod uirtus eius diuina declarata sit per spiritum sanctificationis & resurrectionē a mortuis. Quod si quid ad rem pertinuisset definire, cui natus aut factus esset, nobis natus erat potius quam patri, quorum negocium agebatur. Quod si cui non satis arridet uerbum illud natus, & mauult id quod habet uulgata æditio, factus. equidem non admodum refragabor, modo intelligat hoc loco factum dici, pro eo quod est, esse cepisse. Quod genus est & illud, Qui post me uenit, ante me factus est. hoc est, qui me sequebatur, cepit esse prior, & præcessit me, quemamodum in euangelicis annotationibus indicauimus. Is enim qui nunquam cepit esse deus, homo tamen esse cepit.

Ei, additum temere.

Factus est, p cœpit esse.

Qui prædestinatus est.) Magno consensu Græci codices habent ὁρισθέντος. id est, qui finitus seu definitus erat, hoc est, iuxta Græcorum scholiorum interpretationem, certo pronunciatus, demonstratus, ac declaratus. Atque ita legit Vulgarius, ac legendum esse nominatim etiam admonet Origenes, enarrans hunc locum. In quo tamen illud obiter succurrit admirari, quomodo Origenes eo in loco citet exemplaria latinorum, in quorū plerisq; fatetur pro destinatus, haberi prædestinatus, nisi forte interpres aliquid addidit de suo, aut Origenes quo studio peruestigarat Hebræorum fontes, non contētus tot æditionibus, eodem latinos quoq; codices lustrauit. Dictu mirum est, quam se torqueat hoc loco diuus Thomas Aquinas, uir alioqui non suo tantum sæculo magnus. Nam meo quidem animo nullus est recentium theologorum, cui par sit diligentia, cui sanius ingeniū, cui solidior eruditio. planéq; dignus erat, cui linguarum quoq; peritia, reliquáq; bonarum literarum supellex contingeret, qui ijs quæ per eam tempestatem dabantur tam dextre sit usus. Quare si magni scriptores nonnunquam hæsitant in Paulinis epistolis, id partim imputandum est sermonis ac sensuum obscuritati, partim infelicitati temporum, quibus bonæ literæ penè funditus interierant. Vir igitur uigilans & ingeniosus, omnem hoc loco mouet lapidem, ac ceu Proteus quispiam semet in omnia uertit, si qua possit elabi, nunc lectionem Origenicam sequens, nūc ad nostram se recipiens. & nunc interpretatur destinare, pro mittere, nunc ordinare. rursum prædestinare, nūc præscire, nunc aliud quiddam esse uult, ac uarias inducit destinationis, ac prædestinationis relationes. Atqui Origenes quidem expedite definit prædestinationem ac destinationem, ita pronuncians, destinari eum qui iam est, prædestinari qui nondum sit. Vnde notat diuus Hieronymus, enarrans primum caput epistolæ ad Ephesios, ex huius opinor sententia, Paulum his uerbis προορίζειν non uti, nisi cum de nobis loquitur, ac palam admonet hoc loco de filio dictum esse ὁρισθέντος, non προορισθέντος, id est, destinati nō prædestinati. Cæterū si hoc nos offendit, quod prædestinari ob additam antecessionis præpositionem referat ad aliquid quod nō dū sit, idem scrupulus manet in uerbo simplici. Cū em destinare sit non mittere, quēadmodū uulgo illiteratū putat, sed certū aliquid in animo præfigere, nimirū ipsa uerbi natura rei futuræ significationem habet, quēadmodū sperare, timere, decernere, deliberare, statuere. nihil em horū fit, nisi ad aliquid futurū referat. Rursum si malumus hūc futuri respectū aliò deriuare, cq; ad ipsam filij dei rationē, ut is qui ab æterno genitus fuit dei filius, idem destinatus fuerit & ordinatus ad hoc aut illud faciendū, iā nihil etiā obstat præpositio præ. Quandoquidē ad hūc modū nihil prohibet dei filium prædestinatū uocare ad id quod postea accidit. Nisi forte placet quod Origenes sensisse uidetur, in prædestinare duplicē esse respectū futuri, in destinare duntaxat unicū. Etenim si filio iam mihi nato, destinem

Vulgarius. Origenes adducens testimonia latinorū uoluminum.

Thomas Aquinas laudatus.

Destinari, prædestinari, quid interfit.

Expensa Origenis sententia.

sponsam,

ſpõſam, perſona cui deſtino, ad præſens tẽpus pertinet, id quod deſtino ad futurũ. Cæterũ ſi in animo ſtatuo filium qui primus mihi naſcetur, theologicis literis dedicare, perſona ſimul & res ad futurũ tempus pertinent, & ad huiuſmodi uoluit Origenes pertinere prædeſtinãdi uerbũ. Verũ ſiue deſtinatus legas ſiue prædeſtinatus, & quocũq; referas eã futuri rationẽ, conſtanter obſtrepit id quod ſequitur, Filius dei ſecundũ ſpiritũ ſanctificatiõis, & ex reſurrectione mortuorũ. Fac enim deſtinationem æternã, ut ſemper deſtinatus fuerit ad hoc ut eſſet filius dei, quomodo iam cohæret per ſpiritum ſanctificationis, & ex reſurrectione mortuorum? Quid enim hæc ad illam deſtinationẽ? Vnde Ambroſius laborans & ipſe in his anguſtijs, addit, haud ſcio unde, duo uerba, ut manifeſtaretur filius dei. Et Thomas admonet nõnũq; in diuinis literis dici fieri, cũ aliqua intelligunt fieri & innoteſcunt. Atq; hæc cũ dicunt, ueluti diuinãt, id quod nos ſentimus. Quanq; nihil erat neceſſe aliunde petere quod in ipſis Pauli uerbis ineſt. Nã ipſa græca uox ὁρίζειν, non ſolũ ſignificat definire ac decernere, uerum certo pronũciare ac prouulgare quod decreueris. unde certam de rei natura ſententiã, ὅρον appellant. & indicatiuũ modũ, quod certũ aliquid indicet ac declaret, ὁριστικὴν appellant grammatici. Proinde ſi pro prædeſtinatus, legas declaratus, tota undiq; ſentẽtia uel ad amuſſim quadrabit, neq; quicq; uſq; occurret ſalebræ. Hominem fuiſſe Chriſtũ, euidẽs eſt argumentũ quod natus ſit ex ſemine Dauid. id ipſis comprobatũ eſt ſenſibus. At declarandum erat, eundẽ eſſe filiũ dei, id quod ſemper fuerat, ſed ignotũ erat mũdo. Quẽ igit cõſtabat eſſe hominẽ, is declaratus eſt eſſe filius dei. Caro declarauit hominẽ, uirtus & ſpiritus ſanctificationis declarat filium dei ac deũ. Idq; declaratum eſt cum alijs quidẽ modis, nempe uaticinijs prophetarum, ſignis innumeris, tũ uero præcipue ex reſurrectiõe mortuorũ. Ad hunc modũ interpretant, ut dictũ eſt, & Græcorũ ſcholia, è quibus ipſa ſubſcribã uerba, ne quis nobis diffidat, ὁριοθέντος, τοῦτ' ἔστιν ἀποδεχθέντος, ἀποφανισθέντος, διάτε τῶν προφητῶν, διάτε τῶν τοσούτων θεοσημείων, διάτε τῆς ἀναστάσεως, id eſt, definiti, hoc eſt demonſtrati, declarati, tũ per prophetas, tũ per tot diuinitatis ſigna, tum per ipſam reſurrectionẽ. Hactenus Græcorũ ſcholia, a quibus adeo non diſſentit Vulgarius, ut non aliã, q; hãc adducat interpretationẽ, exponens ὁριοθέντος ἡμοῦ τ θεοῦ, cogniti pro filio dei, tũ oſtenſi, confirmati, indicati. nam ijs uerbis utit interpres operis, falſo inſcripti Athanaſio. cũ id quod ante ſuſpicabamur, mox collato Græco latinoq; compereremus eſſe Vulgarij. In uirtute dei.) ἐν δυνάμει. Recte quidem uertit, ſi modo recte accipiamus. Nã latina uox anceps eſt, & aliquoties ſic accipitur, ut opponatur uitio, & reſpondeat Græce ἀρετὴ, nõnunq; ut pugnet cũ imbecillitate. Proinde nos maluimus alicubi uertere potentiã, ſiue poteſtatẽ. quandoquidẽ a δύναμαι dicta eſt δύναμις. Miro aũt conſilio Paulus cõtraria contrarijs oppoſuit. Primũ em Paulũ oppoſuit Saulo, ſeruũ Ieſu Chriſti, Moſaicæ legis ſeruituti, uocatũ apoſtolũ ijs qui ſe ingerebant, ſegregatũ in euangeliũ, phariſaiſmo, quẽ ante profitebatur. Atq; hactenus ſe ſuumq; cõmendauit officiũ. Quæ ſequunt pertinẽt ad commẽdationẽ Chriſti, qui promiſſus fuit, non a quouis ſed ab ipſo deo, nec per quoſuis, ſed per prophetas ſuos, hoc eſt, ueros ac diuinos, nec id quibuſlibet inſtrumentis, ſed in ſcripturis ſanctis. Deinde Chriſti geminam in eadẽ hypoſtaſi naturã, mira uerborũ emphaſi deſcribit. de homine dicit, factus eſt, ut intelligas aliqd acceſſiſſe quod non erat, de diuinitate dicit, declaratus eſt. Illic addit ſecundũ carnẽ, cuius comites ſunt infirmitas, & impuritas, unde, Spiritus quidẽ prõptus, caro uero infirma. & concupiſcentias carnis uocant affectus ad uitia ſollicitantes. Proinde carni oppoſuit uirtutem dei, & ſpiritum ſanctificatiõis, hoc eſt, potentiam imbecillitati, & ſanctificationẽ immundiciæ. Aſſumpſit igitur noſtrã carnẽ, & oſtẽdit ſuam potentiã, idq; potiſſimũ ex eo, quod ſuapte uirtute reſurrexit a mortuis, & animã quã uolẽs depoſuerat moriẽs, cũ libuit recepit. Ac rurſum, qm̃ carnis eſt mortalitas, & huic oppoſuit reſurrectionẽ mortuorũ, quæ eſt immortalitas. Illud uerbo uiſum eſt admonere ἐν δυνάμει, id eſt, in uirtute, præpoſitionẽ hanc in euangelicis, & apoſtolicis literis nonnunq; ſic uſurpari, ut idẽ ſit fermè in, quod per. ut ſit ſenſus, in uirtute dei, id eſt, per uirtutẽ diuinitatis. A Dauid accepit ut mori poſſet, a patre ut nos redderet immortaleis.

Per ſpiritũ ſanctificationis.) Diuus Thomas indicat fuiſſe qui hæc uerba torquerent ad particulam incarnationis, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid, idq; nõ uulgari coitu cor-

Ambroſij ſententia.

ὁρίζειν. declarare.

Vulgarius falſo inſcriptus Ath

Conſilium Pauli.

Ordo uario-

 porum,

porum,sed per spiritũ sanctificatiõis,ex quo cõceptus fuit mirabilis ille fœtus. Verũ hæc opinio absurdior est,ꝙ ut uel refelli mereat. Vnde nõ laborabimus in explodenda ea,quã & ipse Thomas reiecit.Illud est admonendus lector, huiusmodi sermonis typos peculiares esse uiris apostolicis, ut pro filijs inobediẽtibꝰ dicãt,filios inobediẽtiæ, pro saxo offensorio,petram scandali.ita hic quoꝙ pro spiritu sanctificante, spiritum sanctificatiõis dixit Paulus.Cæterũ quod hic meminit Orígenes suæ diuisiõis de carne, anima,& spiritu,ꝙꝙ id suo loco belle dicebat,tamẽ hoc loco alienꝰ est & coactius. Iesu Christi dñi nostri.) Id quoꝙ lector in Paulo comperies, quẽadmodũ annotauit & Ambrosius, atꝙ itẽ in cæteris apostolis, patri ferè tribuũt cognomen dei, Christo dñi, cũ utrũꝙ uocabulũ utriꝙ pariter cõpetat. Gratiã & apostolatũ.) χάριν καὶ ἀποστολήν.Gratia quoꝙ Paulinũ est uerbũ quod libenter inculcat,excludere cupiens fiduciã legis Mosaicæ. χάρις aũt apud Græcos nõnunꝙ beneficiũ significat, quod cõfert gratuito. unde & χαρίζομαι uerbũ, largior, siue gratuito dono.nonnũꝙ fauorẽ,ut, Inueneristi gratiã apud deũ, nonnũꝙ obligationẽ beneficij, ut ἔχω χάριν,οἶδα χάριν,καὶ μεμνήσομαι χάριν. Iã uideo fuisse quosdã,quos offendat uox apostolatus parũ probata latinis auribus,& Græcã uocẽ malint ἀποστολήν.quorũ ego sententiæ facile subscriberẽ,si perinde multi intelligerent apostolen ut apostolatũ. Ad hæc uideo Christianos scriptores,coactos opinor,formã hãc in plerisꝙ recepisse, clericatus,diaconatus,episcopatus.nos semel dũtaxat ad literã uertimus,apostolici muneris functionem, ne quis dignitatẽ a Paulo putet significari. ut enim ἐπισκοπή, est ipsa functio episcopatus,sic & ἀποστολή apostolatus. Ex resurrectione mortuorũ Iesu Christi.) Locus hic trifariã legi potest.Nos rationes omnes simpliciter (id qd' huius est instituti) proponemus,penès lectorẽ erit,& iudicandi ius,& eligendi potestas.Primã lectionẽ ueteres fermè sequuti uidentur,uidelicet ut sensus sit,uirtutem diuinã, & spiritũ sanctificatiõis fuisse declaratũ,ex hoc quod multa corpora sanctorũ resurrexerũt cũ Christo, quẽadmodũ recensuit Matthæus euangelista. Cui sententiæ nõ admodũ refragor, præsertim cũ uideam nõ displicuisse Origeni, Hieronymo uero etiã placuisse. maxime cũ Paulus Colossensibus scribẽs, Christũ appellet primogenitũ ex mortuis. & in priore ad Corinthios epistola uocet primitias dormientiũ.Super omnia, quod capitis & membrorũ eadẽ sit resurrectio,ut quemadmodũ Origenes scribit, Christi gloriam quodãmodo nondũ esse perfectã,nisi collectis totius corporis membris, ita resurrectio illius nõ sit perfecta, nisi reliquæ etiã mẽbra suo capiti socientur.In Christo igitur cœpta est resurrectio,& spes præbita membris.unde sic accipi potest,ut mortuorũ Iesu Christi,& ipsius eadẽ sit resurrectio.Alioqui quod Paulus scribit Corinthijs,Nunc aũt Christus surrexit primitiæ dormientiũ, nõ pertinet tantũ ad pauculos illos qui tum apertis monumentis surrexerãt,sed ad omnia Christi membra,quibus Paulus resurgendi spẽ conatur infundere ex eo quod ipse Christus resurrexerit. Nec enim cõsentaneũ est,caput & tale caput,cũ uiuat & regnet,deserturũ suã membra. Primũ aũt illud cõstat opinor,Paulũ hoc agere ut persuadeat Christũ hominẽ fuisse,qui pro nobis immolarit seipsum, & eundẽ deũ, cuius uirtute simus sanctificandi, & immortalitatẽ assecuturi.Atꝙ in transcursu attingit ex argumẽtis præcipua,nempe genus Dauid,tũ mortẽ,quæ præcesserit oportet resurrectionẽ.deinde resurrectionẽ a mortuis,unde totus fidei nostræ cardo pẽdet. Porrò de his mortuis qui cũ Christo resurrexerũt Paulus nusꝙ alibi fecit mentionẽ in suis epistolis, cũ sæpius conetur astruere resurrectionẽ mortuorũ,imo ne Euãgelistarũ quidẽ quispiã,excepto Matthæo, qui tñ ipse paucis hoc,ac uelut obiter attingit,nõ explicãs,uel qui fuerint qui resurrexerãt, uel quibus apparuerint. Quod sanè nõ ideo dixerim,quasi minus certa sit Matthæi narrantis fides,quã si idem literis prodidissent omnes.Nec emim ad eandẽ coticulã, Euangelistarũ ac cæterorũ historicorũ fidẽ exploramus,sed quod probabile sit,si ea res proprie pertinuisset ad Christi diuinitatẽ cõprobandã,cæteros Euangelistas rẽ tanti momenti nõ fuisse omissuros, præsertim cũ nusꝙ fuerint diligentiores, quã in resurrectionis argumentis approbandis. ut ne dicam interim,quod ex Matthæi uerbis horũ resurrectio uideat Christi resurrectionẽ præcessisse.Sic emim legimus apud hũc.Iesus aũt iterũ clamãs emisit spiritũ.& ecce uelũ templi scissũ est in duas partes,a sũmo usꝙ ad imũ,& terra mota est,& petræ scissæ sũt, & monumẽta aperta sunt, & multa corpora sanctorũ qui dormierãt,surrexerũt. & exeũtes de monumentis,post resurrectionẽ uenerũt in sanctã ciuitatẽ, & apparuerũt multis. atꝙ id magis

Spũs sanctificationis.

Gratia quid sonet, Græcis.

Faber.

Prima lectio

Capitis & mẽbrorũ uidet eadẽ resurrectio.

Euangelistarũ fides.

magis apparet ex ipsis Græcis (ut suo indicauimus loco) hæc uerba post resurrectionē, referēda esse ad proxima. nempe ad hæc, apparuerūt multis, aut certe ad id quod proxime præcessit, egressi de monumētis, ut accipias statim in ipsa morte reuixisse corpora mortuorū, at non apparuisse nisi post resurrectionē Christi, ut quemadmodū Ioannes prædicationis & passiōis Christi, ita hi resurrectiōis πρόδρομοι fuerint. Neq; uero me clam est Hieronymum, cumq; hoc complures interpretes in hac esse sententia, ut dicant monumenta duntaxat aperta fuisse moriente Christo, uerum non resurrexisse quenq; nisi post peractam illius resurrectionem. Et facile cedimus autoritati, quāq; si quis expēderit ipsa Matthæi uerba, deprehendet hanc interpretationem nonnihil esse detortam. Porrò si quem hoc torquet, ne Christus non sit primitiæ dormientium, quemadmodum scripsit Paulus, quid is dicet quod Lazarus & præter hunc innumerabiles reuixerūt ante Christum? At illi resurrexerunt denuo morituri, hi semper uicturi, fateor, interest omnino nonnihil. Verum ut demus illos priores reuixisse, nihilo secius primitiæ dormiētium erit Christus, qui princeps & autor fuerit omnis resurrectionis, per quem & illi reuixerunt qui priores illo reuixerunt. uerum hac de re nihil digladior. Illud propius ad rem nostram pertinet, Paulus cum obiter & in transcursu uoluerit asserere diuinitatem & uirtutē Christi, magis debebat, ut uidetur, ipsius adducere resurrectionē q̄ aliorum. de quibus haud scio an Rhomani quicq; audierāt. & sicut proposuit ipsius natiuitatem per quam declararet hominē, ita & eiusdem proponeret resurrectionem, per quam declaratus fuerit filius dei. Aut igitur de tota resurrectione accipiendum est quæ cœpit in Christo, aut de ipsius Christi resurrectione. Ad quem sensum proxime accedit secunda lectio, quā uideo Laurentio Vallæ placuisse, acerrimi sanè iudicij uiro, ut genitiuus latinus, Iesu Christi, uertatur in ablatiuum. nam apud Græcos genitiuus ἰησοῦ χριστοῦ potest utrolibet referri, uel ad mortuos, uel ad id quod præcessit, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἰησοῦ χριστοῦ, id est, de filio suo Iesu Christo. deinde post hyperbaton quo sæpe Paulus utitur, reddatur Iesu Christo. Hanc equidem Laurentij sententiam adeo non improbo, ut admirer nec Origeni, nec Augustino, nec Ambrosio tale quicq; in mentem incidisse, præsertim cum locus nonnihil torqueret. Sensit enim Augustinus incommodum, quod sic adijci uideretur Iesu Christi, quasi alius esset filius dei, alius Iesus Christus. qua de re disseruit enarrans psalmum sexagesimum septimū. At qui hoc incommoditatis effugerimus, si Laurentianam amplectemur lectionem. Tertia lectio sic habet, ut Iesu Christi, sit casus paternus, sed ad resurrectionem tantum referatur non ad alios mortuos, non quod eos excludamus à resurrectione, sed illud perpendimus quid hic agat Paulus. Nam quod additum est mortuorum, non efficit ut de alijs mortuis intelligamus q̄ de Christo. Sed quoniam anceps erat apud latinos resurrectionis, apud Græcos ἀναστάσεως uocabulum. (resurgit enim & is qui sedebat aut iacebat, & dicturi sententiam in senatu ἀνίσαντται) addidit mortuorū, ne quis esset amphibologiæ locus. Duo igitur hæc uerba, resurrectio mortuorū, uelut periphrasi rem eandem explicantia, complexim referuntur ad Iesu Christi. ut hic sit sensus, qui sicuti factus fuit homo, iuxta carnem natus ex Dauid, ita declaratus est filius dei, in uirtute dei per spiritum sanctificationis. declaratus, inquam, ex eo quod resurrexit à mortuis, quod quidem solius est dei. Porrò si quem etiam ille scrupulus habet, quod iuxta nostram sententiam græca præpositio ἐξ fuerit addenda, ἐξ ἀναστάσεως, ἐκ τῶν νεκρῶν ἰησοῦ χριστοῦ. huic responderi potest, præpositionem quæ præcessit facile repeti posse, præsertim cum eadem fuerit repetenda, & uel ob hoc omissam uideri posse. deinde passim apud Græcos omitti præpositiones, præsertim ἐν, σάω, κτλ, ἐξ, ἀπὸ. id quod hic quoque fit mollius, propterea quod ἀνάστασις in se uim obtinet præpositionis, & motum à loco quopiam significet. in quod genus uerbis, Latini quoq; non infrequenter omittunt præpositionem si libeat, ut surrexit terra, & surrexit à terra, deiecit cœlo, deiecit è cœlo. Denique si quis resurrectionis mortuorum, complexim accipiat, ita ut ostendimus antea, ne opus quidem fuerit ulla præpositione, cum duæ dictiones pro unica ponantur. Cæterum quod nos uertimus Iesus Christus, nominandi casu, primum nihil uariat Pauli sententiam, & tamen effugimus duo pariter incommoda, nempe sermonis ambiguitatem, & Hyperbati molestiam. Alioqui ad uerbum reddi poterant ad hunc modum, De filio suo genito ex semine Dauid secundum carnem declarato

An aliqui reuixerūt ante resurrectionē Christi.

Christus primitiæ dormientium.

Secunda lectio.

Tertia lectio.

Præpositio omissa.

nem, declarato filio dei, in potentia, ſecundum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſto domino noſtro. Quin & illud diligens lector expendat uelim, num hic ἀνάσασις accipi poſſit tranſitiue. ut perinde ualeat ac ſi dicas, reſuſcitatione mortuorum, quod quidem propemodum ſubindicauit Vulgarius, cum ait, Chriſtum primum omnium ac ſolum fuiſſe qui ſeipſum ſuſcitarit. atque hoc potiſſimum argumento liquere quod fuerit filius dei. Illud certe recte monſtrauit Auguſtinus, ex reſurrectione mortuorum, referendum eſſe non ad proxime præcedentia, ſed ad id quod præceſſit, qui prædeſtinatus eſt. Atqui illud prædeſtinatus eſt, dure cohæret cum ex reſurrectione mortuorum, niſi interpretemur declaratus eſt. Idem Auguſtinus prædeſtinatus ex mortuis, interpretatur prædeſtinatus in hoc, ut primus reſurgeret, ut præpoſitio præ, pertineat ad ordinē reſurgendi. Cæterum hunc ſenſum ipſa Pauli uerba non ſatis exprimunt. Hæc paulo uerboſius diſſerui, & huius inſtituti fortaſſe patiebatur ratio, ſed id conſulto fecimus, ne quis damitet me temere, præter omnium ſuperiorum ſentētiam huius loci mutaſſe lectionem. quod ſupereſt, ego ſum indicis officio functus, lectori iudiciū deferens.

Reſurrectio actiue qua erigit aliquis.

Ad obediendum fidei.) Nomen eſt apud Græcos non infinitum, εἰς ὑπακοὴν πίστεως, id eſt, ad obedientiam fidei. Verum quoniam is ſermo latinis anceps erat, interpres explicuit per gerundium, nos per uerbum, ut obediatur fidei. Vocat autem obedientiam fidei, quod non accipiatur curioſis ratiocinationibus, ſed ſimplici obedientia, & tacita auſcultatione. idq; ad utrunque populum pertinet & Iudæorum, qui ſigna requirebant, & gentium, quæ philoſophicas rationes flagitabant. & hodie fortaſſis, ad quæſtionum ſcholaſticarum labyrinthos inexplicabiles, de his rebus quæ pie neſciuntur.

Obedientia fidei.

Pro nomine eius.) ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, id eſt, de nomine, ſiue ſuper nomine eius. Nam Græca præpoſitio ancipiti eſt ſignificatu, ſicut ſunt apud illos pleræque, ut ſit ſenſus, Accepimus apoſtolicum munus in hoc, ut in omnibus gentibus non ſolum apud Iudæos obediatur fidei, quæ eſt de nomine Ieſu Chriſti. Idem indicant Græcorum ſcholia, ut hæc uerba de nomine ipſius, referantur ad obedientiam fidei: tametſi diſſentit eximius ille uir & amicus noſter incomparabilis Iacobus Faber Stapulenſis, quem ego quoties nomino, honoris cauſa nomino, nempe cuius ardentiſſimum in reſtituendis bonis literis ſtudium magnopere comprobo, eruditionē tam uariam miniméque uulgarem admiror, raram quandam morum comitatem ac facilitatem adamo. Porrò ſingularem uitæ ſanctimoniam ueneror etiam & exoſculor. Verum quis unquam fuit uel adeo doctus, uel attētus, qui non hallucinatus ſit ac dormitarit alicubi, præſertim in tot uoluminibus, totq; rerum difficultatibus uerſans. Neque quicquam addubitarim, quin ipſe ſua relegens, alicubi facturus ſit quod in ſuis libris fecit Auguſtinus. Proinde nemo ueluti contumelioſum interpretur, ſi locis aliquot ab eo diſſentiens, pro mea uirili patrocinor ueritati. Quod ego uiciſſim in me fieri non ſolum æquo feram animo, uerumetiam ſummi beneficij loco ducturus ſum, modo abſit procacitas; Quanquam hoc in loco nec mihi ſanè Fabri diſplicet ſententia, ut ſuper nomine eius, referatur ad illa ſuperiora, accepimus apoſtolatum. hoc eſt functionem apoſtolicam & legationem hanc qua fungimur. ſed qua de re? nempe de nomine Ieſu prædicando. Proinde utraq; lectio probe quadrat, adeo ut difficile ſit pronūciare utram alteri præferri oporteat.

Duplex ſenſus.

In quibus & inter quos.

In quibus eſtis.) ἐν οἷς, id eſt, inter quas, uel quarum de numero, hoc eſt, gētium uocatarū. Quod genus eſt illud, In omnibus gētibus, ἐν πᾶσιν τοῖς ἔθνεσιν, id eſt, inter omnes gentes. Quanq; haud me fugit ad græcanicum modum & latinos autores aliquoties fuiſſe locutos. at nos quod dilucidius erat ſecuti ſumus.

Laus Fabri Stapulenſis.

Omnibus qui ſunt Rhomæ.) πᾶσιν τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ. Quoniam Græce per participiū extulit, poteſt accipi uel tertia uel ſecunda perſona, omnibus qui ſunt, aut omnibus qui eſtis. ad uerbum ſonat, omnibus entibus Rhomæ. quanq; ea res nihil ad ſententiā pertinet. Et iam ſolenne eſt nomē eius quē ſalutemus epiſtola in tertia perſona aſſcribere. Plinius Tacito ſuo S. D. Atq; hactenus quidē totus ſermo ſuſpēſus fuit, nūc demum abſoluto cōmate principali redditur altera pars. Hoc loco coarguēdus uel ridēdus magis error eorū, qui putant Paulum Rhomanis, lingua Rhomana ſcripſiſſe, ſicut Hebræis ſcripſit Hebraice, & Græcis Græce. Neq; enim ſcribit Rhomanis tātum, ſed omnibus qui Rhomæ agerent. at eò iam confluxerat tota ferè Græcia, adeo ut Iuuenalis Græcam urbem appellet. Certe

Longum hyperbaton.

Error exiſtimātiū Paulū Rhomanis ſcripſiſſe Rhomane.

Roma urbs gra.

græcorum

Græcorum linguam iam, non Italia ſolum, uerumetiam Syria, Aegyptus, Cilicia, ac bona orbis pars receperat. Quod ſi Rhomane ſcripſit, immerito queritur Origenes hanc interpretans epiſtolam, Græcam dictionem eſſe perplexam, & hyperbatis obſcuratam, & è Cilicum idiomate, quædam parum Græca peregrinitatem reſipere.

Dilectis dei.) ἠγαπημένοις θεοῦ, Hæc eſt ea uox, quam ſubinde uertunt in chariſſimos. Eſt autem Græcis non participium ſed nomen, quaſi dicas amicus, & idcirco apud illos mollius adhæret nomini dei.

Vocatis ſanctis.) κλητοῖς ἁγίοις. Superius admonui uocatis, hoc loco non eſſe participium, ſed nomen, & perinde ualere, quaſi dicas, uocatis ad ſanctimoniam. Gentium enim nomen Iudæis inuiſum erat, quod has haberent tanquam prophanos & à deo Moſeq; alienos. Amolitur igitur hanc opinionem Paulus, cum ait Rhomanos, quod ad genus attinet, eſſe de numero gentium. cæterum hoc pares eſſe Iudæis, quod diligantur ab eodem deo, uocatiq; ſint ab eodem ad eandem ſanctimoniam. Iudæi ſua opinione naſcebãtur ſancti, è ſanctis oriundi, & in ſancta lege nati. at quod his præſtare uidebatur genus, hoc gentibus præſtabat fauor & uocatio dei.

Vocati ſancti nõ nati.

A deo patre & domino noſtro Ieſu Chriſto.) Sermo quidem Græcus anceps eſt. Si quidem accipi poteſt, à patre noſtro & domini Ieſu Chriſti, ut intelligas patrem nobis cum illo communem. Aut à patre noſtro & domino Ieſu Chriſto, ut intelligas gratiam, quam illis precatur, proficiſci ſimul & à patre, quem, ut modo dictum eſt, ſuo more ueluti peculiari uerbo deum uocat, & à filio, quem plerunque dominum appellare gaudet, deum perq; raro. cum in hac ipſa epiſtola palam hominem dicat capite quinto, Multo magis gratia dei & domini in gratia unius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. & Petrus in actis apoſtolorum uirum appellat, Virum approbatum à deo. Item Paulus apud Athenienſes, In uiro quo ſtatuit. Atque hanc poſteriorem lectionem magis approbo, præſertim cum id annotatum ſit & ab Ambroſio, & Didymo in libro de ſpiritu ſancto ſecundo. ſed ita ut ea ſermonis forma, nec patri auferat dominationem, neque filio deitatem. ſiquidem eadem ratione qua pater dominus eſt, & filius deus eſt, ſic & ſpiritus ſanctus dominus nuncupatur. nam his uerbis uſus eſt Didymus.

Duplex lectio.

Primum quidem gratias ago.) Quis ſatis admiretur Origenis in excutiendis ſacris literis diligentiam? Hoc quoque torſit hominem, cum Paulus hic dicat primum, quæ pars huc reſpondeat, quæ ſit ſecunda. & dubitat an illic reddatur, Nolo autem uos ignorare fratres. Verum in exordio cuiuſuis argumenti, fortaſſis non abſurdum ſit dici primum, etiamſi nihil proprie reddas. In uniuerſo mundo.) Cum Græce dictum ſit, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, in toto mundo, idq; iuxta Græcos interpretes dictum ſit ὑπερβολικῶς, pro eo quod eſt, in multis partibus mundi, quorſum attinebat, ut latinus interpres exaggeraret etiam, dicens, in uniuerſo mundo. Nam quod Origenes poſt indicatam Hyperbolen, philoſophari pergit de mundo angelico & hoc noſtro, non inelegantem habet anagogen. Cæterum nos ſimplicia & γνήσια magis delectant, quæ ſenſum apoſtoli potius oſtendunt, quàm interpretis ingenium oſtentant.

Primũ pro principio.

Hyperbole autore Origene.

Teſtis enim mihi eſt deus.) μάρτυς γάρ μου ὁ θεός, id eſt, teſtis enim meus eſt deus. Quanquam interpresbelle uertit, & magis ſeruiuit latinis auribus, quam exprimendo Græco ſermoni, niſi fortelegit μοι pro μου.

Cui ſeruio.) ᾧ λατρεύω, id eſt, quem colo. Diuerſum enim eſt ab eo quod eſt Græcis δουλεύω. unde λατρείαν uocant cultum, qui præſtatur diuis aut deo. Græci uocem deductam putant ex λα, quæ particula uehementiam ſignificat apud illos, & τρέμω quod eſt tremere ſiue metuere. quanquam interpres & alias nunc obſequium, nunc ſeruitutem uertit λατρείαν, rectius uerſurus cultum. Subindicat enim Paulus religionis & cultus rationem eſſe nouandam urgentibus Iudæis, ut ad Moſaicæ legis ceremonias pertraherentur ethnici. Proinde quanquam ipſe Paulus à Moſe prouectus ad Chriſtum, iam non immolaret pecudes, tamen eutdē deum alio ritu colebat, nempe prædicando filij euangelio, qui cultus ſpiritualis eſſet & ob id deo longe gratiſſimus. cum enim dicit, in ſpiritu meo, excludit corporeas uictimas. Iam in ſpiritu, præpoſitionem in, additam eſſe datiuo inſtrumēti aut modi iuxta proprietatem ſermonis Hebræi, frequenter iã oſtēdimus.

Seruire pro colere.

Spiritus opponitur ceremonijs.

Hebraiſmus

Memoriam

Memoriã ueſtri.) μνεῖαν ὑμῶν. Cum græcis ad utrũq; ſit anceps uox, & facio memoriã non dicamus latine, commodius uertiſſet mentionem. quandoquidem orare nihil aliud eſt quam colloqui cum deo, ne quis putet durius dictum, mentionem ueſtri facio.

Memoria p mentione.

, orare quid.

Epitaſis.

Si quomodo.) εἴπως ἤδη ποτὲ. i. ſi quo pacto, iam aliquando, ſiue tandem aliquando. nam ἤδη apud Græcos nonnunquam urgentis uim habet. Cæterum hæc aduerbiorum & coniunctionum congeries, πῶς, ἤδη, ποτὲ, mirum quoddam & impatiens exprimunt deſyderium ac ſtudium feſtinandi, quemadmodum admonent & Græcanica ſcholia. Proſperum iter habeam.) Græcis eſt εὐοδωθήσομαι, uerbum duabus è partibus compoſitum, εὖ bene, & ὁδὸς uia, εὐοδόω. quo uerbo utuntur quoties res ſuccedit ex animi ſententia. Idem eſt in pſalmo primo, Et omnia quæcunq; faciet proſperabuntur, εὐοδωθήσονται. Significat enim Paulus hactenus non ſucceſſiſſe.

ἐμ pro per

In uoluntate.) ἐν τῷ θελήματι. Admonuimus, cum aliàs, tum paulo ſuperius, hanc præpoſitionem ἐν, nonnunq; uſurpari pro per, figura loquendi, ſicut opinor ab Hebræis ſumpta. Proinde nos exprimentes ſenſum magis q̃ uerba, uertimus, uolente deo.

Veniendi ad uos.) ἐλθεῖν. Rectius erat uenire, ſiue ut ueniam, ut infinitum uerbum referatur ad participium quod paulo ante præceſſit, δεόμενος, orans ut ueniam ad uos, ſiquando mihi contingat, uolente deo, proſperum iter. nam hæc eſt uerborum græcorum ſententia. Aliquid impartiar gratiæ.) ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα, id eſt, donum non gratiam, χάριν. Quanquam interpres in hac uoce luſit copia ſuo more. nam alicubi uertit donum, ut illic, Sed non ſicut delictum, ita & donum, ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτως καὶ τὸ χάρισμα. Alibi græcam uocẽ reliquit, quaſi deeſſet quo redderet eam latine, ut illic, Sectamini chariſmata meliora, ζηλοῦτε δὲ τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα. Porrò quid interſit inter χάριν & χάρισμα, alijs expendendum relinquo. illud conſtat & χάριν pro beneficio poni, & χαρίζομαι, beneficium largior, ſiue ad gratiam facio, unde uerbale nomen deductum χάρισμα, à χάρις, χαρίζομαι, à κεχάρισμαι, χάρισμα profectum eſt, utrunq; competit ubi quid gratis donatur, aut benefit alicui.

Gratia pro dono.

χάρισμα. χάρις.

Simul conſolari.) Laurentius hic interpretem μασιγοῖ, nec prorſus abs re. quid enim erat cauſæ cum Græcis utrobique uerbum ſit infinitum, συγχυθῆναι & συμπαρακληθῆναι, ut alterum relinqueret, alterum redderet per gerundium? Apparet utrunque pertinere ad accuſatiuum ὑμᾶς, quia præcedit in ordine, ut ſit ſenſus. ut uos confirmemini, ſimulq; conſolationẽ accipiatis mutuã inter uos. ſiquidem illud, ſimul cõſolari, ſubieciſſe uidetur, non ad diuerſa digrediens, ſed uelut expoſitione molliens quod dixerat, ad confirmandos uos, ne quid offenderetur Rhomanorum arrogantius ingenium, ſi uiderentur egere confirmatione, ceu uacillantes ac nutantes. ſed eam confirmationem, mutuam conſolationem interpretatur, ſuo more modeſtiſſime loquens. tametſi Græcanica ſcholia poſterius uerbum συμπαρακληθῆναι referunt & ad Paulum, ut intelligas illos confirmandos & fulciendos aduentu Pauli, Paulum autem ſolatium mutuum accepturum ex illorum cõfirmata fide. Quod ſi placet, ſubaudiendũ eſt prononen primæ perſone, ἐμὲ, ſiue ἡμᾶς, id eſt, me uel nos. Et ad hanc quidem ſententiam interpretatur Origenes ac Vulgarius, mihiq; hoc magis ea probatur, quod addidit coniunctionem δὲ, τοῦτο δέ ἐστι, quæ palàm indicat mitigari & corrigi quod præceſſit. Quod genus eſt & illud, Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & eccleſia. Deinde ſi ſenſiſſet inter uos, ἐν ὑμῖν, magis dixiſſet, ἐν ἑαυτοῖς. Denique magis quadrat quod ſequitur, διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ, id eſt, per mutuã fidem ueſtram ſimul & meã. Illorum fides prædicabatur in toto mundo, & Paulus habebat fidem. ſtaque collatione facta, futurum erat, ut utrinque in ſua, hoc eſt, communi fide, alteri ab alteris fulcirentur. Quemadmodum fit, quoties duo rem à diuerſis acceptam autoribus, inter ſe conferunt, uterq; certius credit quod audierat ob narrationis mutuæ conſenſum. Illud adijciam, ne quid fugiat lectorem, συμπαρακληθῆναι referri poſſe, uel ad mutuam conſolationem, uel ad mutuam exhortationem. & cum mox locutus ſit de confirmandis illis, ad id magis quadrat exhortatio mutua quàm conſolatio. Vulgarius admonet hoc loco conſolationem pro gaudio non inepte poſſe accipi.

Duplex expoſitio.

Conſolatio p gaudio.

Nolo autem uos.) Origenes hoc loco commonſtrat Hyperbaton, hoc eſt, confuſum

Hyperbaton

orationis

orationis ordinem, putans nonnihil etiam deesse. sed existimat orationis seriem ad hunc modum posse restitui. Sicut fructum habui in cæteris gentibus (Græcis ac Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum) ita quod in me est, promptus sum, si liceat, etiam uobis qui Rhomæ estis euangelizare. Hoc obiter annotaui, quod ad scripturæ distinctionem pertineat. Habeam in uobis.) χῶ καὶ ἐν ὑμῖν, id est, habeam & in uobis. nec enim emphasi caret &, cõiunctio. Apud Græcos omneis, aliquid fructus collegerat, idem optat & apud Rhomanos. Rursum in uobis, positum est pro eo quod est, inter uos.

Et in uobis in uobis quoq;.

Græcis ac Barbaris.) Apud Græcos gemina est copula, ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, id est, Græcísq; ac Barbaris. Ac rursum σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις. i. sapientibusq; & insipientibus. nec est ociosa coniunctionis iteratio, significans Paulum esse debitorem ex æquo omnibus citra ullum gentis delectum. idq; inculcat ob Iudæos, qui prædicationem euangelij ad se solos attinere uolebant. Cæterum hic σοφοῖς nõ tam sapientes significat quàm eruditos, & ἀνοήτοις, crassos potius & indoctos quàm stultos. Sapientiam enim, hoc est, eruditionẽ sibi uindicabant Græci. Porrò Græcos quos aliquoties pro quibusuis gentibus positos reperies, hic Barbaris opposuit quos ἀνοήτους uocat, ceu rudes philosophiæ & indoctos.

Græci & Barbari.

Sophi docti.

Stulti rudes.

Itaque quod in me promptum est.) Laurentius admonet hoc loco promptum accipiendum substantiue. nempe pro ipsa promptitudine, quemadmodum illi χρησὸν uocant χρησότητα, ταχὺ, ταχύτητα, appositiuis abutentes pro substantiuis nominibus. ut sit sensus, ita pro mea uirili promptus sum, & promptitudo animi mihi adest, etiam uobis qui Rhomæ estis euangelizare. atque ita sane legit Ambrosius, Itaq; quod in me est, promptus sum &c. At sunt qui malint infinitum εὐαγγελίσασθαι referre ad nomen uerbale ὀφειλέτης, & οὕτως aduerbium sic accipere, non ut connectat hanc orationis partem cum superioribus, sed referatur ad reliquos quibus iam prædicauerat euangelium Paulus. ut sit sensus, Sicut alijs gentibus iam prædicaui, cum omnibus debeam, sic quantum ad animi mei promptitudinem attinet debeo & uobis, qui Rhomæ agitis (tametsi sapientes, potentes, & docti sitis) prædicare euangelium Christi. atq; id sanè belle quadrat cum ijs quæ mox sequuntur.

Promptũ p promptitudine.

Non enim erubesco euangelium.) οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον. Interpres aliquando uertit confundor, aliquando erubesco, adiungens accusandi casum. latinius erat, Non enim me pudet euangelij. Quanquam apud Q. Curtium scio legi erubescit fortunæ, quod si crebro occurreret in bonis autoribus non pigeret imitari. Græci codices addunt Christi, τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ, quod Christi nomen adhuc apud multos præsertim sapientiæ persuasione turgidos, contemptum haberetur, apud quos Platones, Pythagoræ, Zenones, Aristoteles erant in precio.

Erubesco hoc aut illud an latine. Erubescit fortunæ apd Q. Curtiũ.

Dei enim uirtus est.) δύναμις γὰρ θεοῦ, id est, potentia em̃ dei est, ut ostendat ne Rhomanis quidem rem esse aspernandam, ceu humilem & inefficacem. Hoc admonui quod uirtus apud latinos sit anceps, quæ nonnunquam sic usurpatur, ut respondeat ei uoci quæ apud Græcos est ἀρετὴ, & opponatur κακίᾳ, hoc est uicio. aliquoties ut respondeat Græce quæ est δύναμις, & opponatur imbecillitati siue impotentiæ. Addidit autem dei, ne Christus ut homo contemneretur ab impijs.

Virtus δύναμις.

Omni credenti.) παντὶ τῷ πιστεύοντι. Dilucidius erat, cuiuis credenti. non enim uult uideri delectum gentis, aut fortunæ, modo fides sit communis.

Iudæo primum & Græco.) Et hic gemina Græcis est coniunctio, ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ ἕλλησι, id est, & Iudæo primum & Græco. Primum autem hoc loco perinde ualet quasi dicas potissimum, quod Iudæis promissus esset Christus, à quibus & exortus est, & Græci sapientia præstarent. Cæterum hoc loco Græcum accipit pro ethnico, atque ita uertit alibi non uno in loco. tametsi superius Græcis ac Barbaris, pro peculiari gente posuerit.

Græcus pro ethnico.

Ex fide uiuit.) Viuet, legendum est uerbo futuri temporis, ἐκ πίστεως ζήσεται. atq; ita citatur & apud hunc in epistola ad Galatas, & in epistola diui Iacobi. Locus autem quem adducit Paulus, est apud prophetam Abacuc, capite secundo. quem septuaginta sic interpretati sunt, Iustus autem ex fide mea uiuet. Vnus Symmachus significantius expressit, ὁ δὲ δίκαιος τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσεται, id est, Iustus autem per propriam suã fidem uiuet, siue uicturus est. Hieronymus putat septuaginta lapsos Hebraicorum elementorum

Iustus ex fide uicturus est.

mentorum ſimilitudine quæ menſura tantum inter ſe diſtant. nam בְּאֱמוּנָתוֹ ſonat Hebræis in fide ſua, quod ו uau litera, cum eſt appendix dictionis, uim habet huius pronominis ſui aut eius. iod י item adiecta, uim habet huius pronominis mei בְּאֱמוּנָתִי id eſt, in fide mea. Porrò uiuet futuri temporis eſſe uerbum, nō ſolum indicat æditio græca, quā citat Hieronymus, quæq; extat in uulgatis Græcorum codicibus, uerumetiam in Hebræo uerbo יִחְיֶה. additum enim י à principio tertiam perſonam futuri maſculini efficit. Opinor autem Paulum utrunq; pronomen omiſiſſe, ſiue quod Rhomanis nota eſſet æditio ſeptuagínta, & ob id ab ea diſſentire nollet, neq; rurſum Hebraicam ingerere, quā neſciebant. ſiue quod huiuſmodi pronomina paſſim ſoleant ſubaudiri. ſiue quo ſententiam redderet abſolutiorem, magiſq; catholicam.

Paulus ex prophetia pronomē omiſit

Reuelatur qd aperitur.

Reuelatur.) ἀποκαλύπτεται, id eſt, retegitur & aperitur, cum palam fit quod ante tectum fuerat. Nā ante proditum euāgelium Chriſti, in ſolos Iudæos uidebatur aperta, reſeratáq; ira dei, ſi peccaſſent. Atq; ob id addit, ſuper omnem impietatē, quod ad omneis ex æquo pertineret euāgelij gratia. Iam illud uel citra monitorē, opinor, intelligi, iram ex cōſuetudine ſermonis Hebræi frequenter uſurpari pro ultione ſupplicióq;.

ira pro vltione.

Dei additū.

Veritatē dei.) Dei apud Græcos nō additur, nec in uetuſtis latinorum exemplaribus. ſentit enim ueritatem cognitam philoſophis, quæ ipſorum potius eſt q; dei.

Quod notum eſt dei.) τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ, id eſt, quod cognobile eſt dei, hoc eſt quod de deo ſciri cognoſciq; poteſt, aſtipulantibus & interpretibus. Eſt enim in deo, ad quod nulla humanæ mentis imaginatio poſſit ullo modo pertingere.

A creatura mundi.) κτίσις, ambigua uox eſt apud Græcos, ut quæ uel creationē ipſam ſignificare poſſit, hoc eſt actum creandi, ſiue condendi, uel creaturam ipſam, hoc eſt rem creatam. Interpres κτίσιμ ad hominem referre uidetur, τὰ ποιήματα, ad res creatas, ut intelligas à creatura, hoc eſt ab homine creato cōſpici animo, quæ corporeis oculis cerni nō poſſunt, idq; per res creatas, in quibus extant diuinitatis ueſtigia. Alij contra, hoc, ad homi nem referre malunt, illud, ad mūdi creationem, quanq; utrobiq; idem redditur ſenſus. Mihi uidetur utrunq; ad mundum conditum non abſurde referri poſſe, ut intelligas inuiſibilia dei cerni ex ipſa mundi creatione, dum intelliguntur per opera, quæ dei conditoris potentiam, ſapientiam, ac bonitatē præ ſe ferunt, ut datiuus græcus ποιήμασιμ, pertineat non ad uerbum καθοράται, ſed ad participiū νοούμενα, id eſt, quæ intelligūtur. per quæ? Nimirum τοῖς ποιήμασιμ, hoc eſt per opera, ueluti per inſtrumentum. quandoquidem Græcis dandi caſu exprimitur inſtrumentum, ut nobis auferendi caſu. Iam illud admonere nō ita magni refert, νοούμενα, quod uertit intellecta, participiū eſſe præſentis temporis, non præteriti. non enim ita conſpiciuntur, ut prius ſint intellecta, ſed tum conſpiciuntur, cum ex rebus conditis intelliguntur, uelut exponat quid ſenſerit cum ait conſpiciuntur. Sic enim intelliguntur ex rebus conditis, tanq; in ſpeculo cernas imaginem, unde & κάτοπτρον habet nomen.

Creatura græcis ambigua uox.

Noua interpretatio.

I νοούμενα

Intellectu cōſpiciuntur.

Vide Ambro: in Hexa: et 2 Cor.

Sempiterna quoq;.) ἤτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις. Græce non eſt quoq;, qua coniunctione illi prorſus carent, ſed q;. Quanq; interpres probe reddidit, ſi modo uera eſt Origenis interpretatio, ut inuiſibilia referatur ad creaturas inuiſibiles, uidelicet ſubſtantias ſeparatas, non ad ipſum deum, quē poſtea ſubijcit ſeparatim. Mihi ſanè non diſplicet Origenica diligentia, quæ nuſq; nō philoſophatur, uerum ea ſentētia quam ſequitur Ambroſius mihi uidetur ſimplicior.

Origenis & Ambroſij interpretatio.

Ita ut ſint.) Ita nō ſolum redundat, uerum etiam ſubuertit ſenſum, ſi addatur. Græci ſic habent, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους, id eſt, ut ſint inexcuſabiles, ſiue in hoc, ut ſint inexcuſabiles, ſiue quod per dei cognitionem eo deducti ſint, ut ignorantiam non queant prætexere cum peccant. ſiue quod deus in hoc ipſum indulſerit eis ſui cognitionē, ut poſtea nihil haberent quod prætexerent ſuæ incredulitati ſi Chriſtū reijcerent, Etiamſi Vulgarius, indicat Paulum abuſum hoc typo ſermōis, cū nō ſentiat de fine, ſed conſequentia. quod genus eſt & illud è pſalmo, Quoniam malum coram te feci, ut iuſtificeris in ſermonibus. neque enim hoc ſentit, ideo ſe peccaſſe, ut deus appareret iuſtus, ſed hoc conſecutum, ut dum ille peccare non deſinit, eluceſcat dei iuſtitia, qui peccanti quoque promiſſa præſtet.

Finis & ſequela.

Ut inſtructus,

Sed euanuerunt.) ἐματαιώθησαν, id eſt, uani ſiue ſuperuacanei facti ſunt, aut fruſtrati ſunt. μάτην enim fruſtra, inde ματαιόω ſuperuacaneus & nullius uſus. hinc ματαιόομαι fruſtror. Vulgo uanū uocant glorioſum ac ſuperbum, & ad eū ſenſum exponit Lyranus.

Euanuerūt ꝙ fruſtrati ſunt.

Qui latine

Qui latine callent,uanũ dicunt,aut quod uerum non eſt,aut quod friuolum eſt & inane, nihil habens ſolidi. Cæterum euaneſcere dicitur,quod cum prius falſa imagine offerretur oculis, deinde deſinit apparere ueluti fumus. At Paulus ſentit illos fruſtratos fuiſſe ſuis cogitationibus,hoc eſt,longe ſecus eueniſſe quàm putabant, id quod declarãt quæ mox ſequũtur,Dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Id enim eſt fruſtrari,cum ſummam ſapientiam tibi ſperaris,in ſummam incidere ſtultitiam. & cum clariſſimã lucem ſomniaris, in altiſſimas demergi tenebras. & cum raram quandam gloriam apud mortales tibi propoſueris,in adeo probroſas prolabi cupiditates, ut ab ijs & brutorum animãtium natura abhorreat. Eſt autem διαλογισμὸς non ſimplex cogitatio,ſed cogitatio ratiocinantis & expendentis ac dijudicantis,quod alieniſſimum eſt à fide Chriſti,ad quam illos uocat Paulus. Taxat enim obiter dialecticas philoſophorum argutias, quibus fruſtrà freti, ſapientiam abſolutam & ſibi uindicabant,& alijs pollicitabantur. Vanũ, In cogitatiõnibus.

Dicentes ſe eſſe ſapientes.) φάσκοντες εἶναι σοφοὶ. Si nihil licet immutare in arcanis literis,cur hic interpres auſus eſt græcam ſermonis figuram latinam reddere? quanq; ne ſic quidem ad plenum expreſſit ſententiam. nam φάσκοντες εἶναι magis ſonat, qui cum putarent,aut profiterentur ſe ſapientes. ſiquidem ob rerum affinitatem abutuntur ſæpe φημὶ pro εἶμαι. Stulti facti ſunt.) Græcis unica dictio eſt ἐμωράνθησαν,id eſt, infatuati ſunt. Dicentes, ꝓputantes.

Incorruptibilis dei.) ἀφθάρτου,quod aliàs uertit,immortalis. & hoc ſanè loco magis quadrabat. Opponit enim deum immortalem ſimulacro hominis mortalis,φθαρτοῦ.

In ſimilitudinem imaginis.) ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος,in ſimilitudine imaginis,uel potius in effictione ſiue aſſimulatione imaginis. Neq; enim ſentit illos uertiſſe dei gloriam in imaginem hominis,ſed aliter ſenſiſſe de deo quàm oportebat,cum illi affingerent imaginem hominis. Atque ita dictum eſt in ſimilitudine, quaſi dicas, per aſſimulationem imaginis. Ad eundem modum paulo poſt μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν αὐτου ἐν τῷ ψεύδει, id eſt,tranſmutarunt ueritatem eius in mendacio. ut utrobiq; ſit auferendi caſus,nõ accuſandi. Nec enim uerterunt ueritatem dei in mendacium, ſed cum ipſi uerſarentur in mendacio, ſibi mutauerunt dei ueritatem,aliter de illo prædicantes quàm eſt. In ſimilitudine, pro per aſſimulationẽ. In mẽdacio; pro per mendacium.

In deſyderia cordis.) ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδίων αὐτῶν,id eſt,in cõcupiſcentijs cordiũ ſuorum,non cordis,nec in deſyderia. Quo ſanè loco uideri poterat abuſus præpoſitione, id quod & aliàs facit. niſi magis quadraret, ut intelligamus tradidit poſitũ pro deſtituit. Non enim illos deus adegit in concupiſcentias fœdas,ſed deſtituit ſuopte uitio illuc euntes. Poteſt & ſic accipi,ut in concupiſcentijs dictum ſit,per concupiſcentias. In tantas turpitudines prolapſi ſunt, illecti & abſtracti ſuis ipſorum cupiditatibus,permittente deo. Nec emphaſi caret quod cordiũ,dictum eſt multitudinis numero, ut intelligas diuerſos eſſe ſtultorum affectus,nec in his unum cor,aut ullum conſenſum. Dicentes, ꝓputantes. In concupiſcẽtias,pro ꝓ concupiſcentias.

Corpora ſua in ſemetipſis.) ἐν ἑαυτοῖς,id eſt,inter ſeſe. Significat enim, ni fallor, maſculorum mutuũ inter ipſos ſtuprum,& mutuum item coitum fœminarum inter ipſas.

Veritatem dei.) τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ,id eſt,ueritatem eius,nempe dei. alioqui cum mox præceſſerit deus,duriuſculum eſt ſubito repetere. Et coluerunt.) ἐσεβάσθησαν, id eſt, uenerati ſunt. quod proprie dicimus de ijs quibus diuinum quiddam ac maieſtatem tribuimus,quæ & σεβασὰ dicũtur. Quod ſequitur ἐλάτρευσαν ſeruierunt,nos uertere maluimus coluerũt. Potius quàm creatori.) παρὰ τὸν κτίσαντα,id eſt,ultra eum, ſiue ſupra eum qui creauit,hoc eſt,plus honoris exhibuerunt rebus creatis, q; illi qui creauerat. σεβασὰ

Qui eſt benedictus.) εὐλογητὸς, quod nos ob rudiores uertimus laudandus. εὐλογεῖν enim Græcis eſt honorifice loqui de quopiã. unde & epiſcoporũ benedictiones opinor dictas,quod populo bene precent, beneq; ominent, Etiamſi hoc uerbũ adeo paſſim receptũ eſt in ſacris literis,ut uix liceat mutare. In paſſiones ignominiæ.) εἰς πάθη ἀτιμίας. πάθη apud Græcos nõnunq; pturbationes animi ſonat,aut motus, aut morbos,aut quod maxime placet Fabio affectus. In tanta copia probatorũ nominũ,quorſum opus erat nouo & factitio paſſionis uocabulo? Hoc loco maxime quadrabat morbos. quandoquidẽ effœminatã libidinẽ & Horatius morbũ appellat, Cũ grege turpiũ morbo uirorũ. Porrò quod addidit ignominiæ,ex hebraica ſermonis proprietate ſumptũ apparet,prõ eo quod eſt,in affectus dedecoroſos,ſiue contumelioſos,& ignominioſos. Siquidẽ libidinẽ contu- Benedictus; laudandus: Paſſiones πάθη. Paſſiones ignominiæ; pro ignominioſis.

meliã corporis appellat,ut paulo ſuperius τὸ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν. Et Petrus hõnorẽ uocat uxoris,ſi coitu nõ contaminet. Honori uero opponitur ἀτιμία. Nã & fœminæ illorũ cõmutauerũt naturalẽ uſum fœminæ.) Poſtrema uox fœminæ σκλείας addi tur in nõnullis græcorũ codicibus,ſed mendoſe,ni fallor,uidelicet ex proxima parte huc adiecta. In deſyderijs ſuis.) ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν,id eſt,in appetentia ſua,ſiue qđ malim ſui,ut intelligas maſculorũ mutuã inter ipſos appetentiam. Et mercedem quã.) Græce ſignificantius eſt ἀντιμισθίαν, quaſi penſationem dicas,aut repenſationẽ,ac præmij retributionẽ,ſeu mercedẽ meritis reſpondentẽ. Sunt enim quædã flagitia eiuſmodi,ut non ſolum ipſa ſint ſcelera,uerũetiam ſcelerũ pœnæ. Et ſicut nõ probauerũt.) Senſus eſt geminus,ſed utercꝫ redditur græcis uerbis, Καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει. Siue enim accipis hunc ſenſum, Et quẽadmodum nõ probauerunt, hoc eſt,noluerũt deũ habere in agnitione (nam hic agnitio magis eſt qꝫ cognitio) & cognitũ utcunꝫ,noluerunt agnoſcere,uidetur deeſſe articulus τὸν ἔχειν. Siue hunc, Quẽadmodum nõ probauerunt quod deus agnoſceret & ſciret omnia, quo ueluti nihil intelligente licenter peccabant,uidetur accuſatiuus deeſſe quẽ exigebat uerbum ἔχειν,qui exprimeret quid deus haberet in noticia. Et quanꝫ alicubi uidẽtur uſurpare ἐπίγνωσιν pro γνῶσιν,id eſt,agnitionẽ pro cognitione,tamen horum nominũ differentia notatur & ab Hieronymo noſtro,& à græcis interpretibus. Hoc ſanè loco pulchre cõueniebat agnitũ. ſiquidem ante dixit deũ ab illis cognitũ,at hic negat agnitum. Cognoſcere eſt intelligentis,agnoſcere grati ac memoris. Ingratus nouit beneficiũ,uerum dum diſſimulat ſe debere,non agnoſcit.

Merces, ἀντιμισθία.

Duplex ſenſus.

Cognoſcere. Agnoſcere.

In reprobũ ſenſum.) εἰς ἀδόκιμον νοῦν. Non eſt hic ſenſus αἰσθησις,quod genus ſunt,uiſus,auditus,ſed νοῦς,hoc eſt mens. unde dilucidius erat,in reprobam mentẽ. Eſt autẽ feſtiua uocum affinitas in ἐδοκίμασαν,& ἀδόκιμον,id eſt,probauerũt & reprobũ. nam hic probari dicitur quod placet,& ἀδόκιμον quod omnibus diſplicet. Huiuſmodi ſunt hæc quæ cõmemorat flagitiorũ portenta,quæ execrantur & ipſi ethnici. Quæ non conuenie bant.) τὰ μὴ καθήκοντα. Senſus eſt,indigna ſe,hoc eſt,quæ tales uiros dedecebat facere.

Senſus, pro mente.

Repletos.) Interpres hos accuſatiuos retulit ad uerbũ quod præceſſit,tradidit. at commodius referũtur ad infinitũ uerbum ποιεῖν, quod poſteaꝫ mutauerat in alium modum, mutandi ſimul erãt accuſatiui in nominatiuos. Auaricia.) πλεονεξία,quod aliquoties uertit rapinã,aliquoties fraudem,nõnunꝫ auariciã. Eſt autẽ πλεονεκτεῖν uerbũ compoſitũ à πλέον ἔχειν,hoc eſt,à plus habendo,quo Græci utuntur cum quis ſibi plus uſurpat ꝫ ius eſt,aut potiores partes,fraudatis etiam cæteris occupat. inde πλεονέκτης & πλεονεξία. Non ſolum autẽ nullus auarus eſt qui nõ ſit idem fraudator, ſed ne diues quidẽ ullus,qui non aut iniquus ſit,aut iniqui hæres. Cæterũ quoties incidit huiuſmodi nominũ catalogus,nõ nihil diſſonãt exẽplaria ſiue græca conſulas,ſiue latina,id qđ obliuione notariorũ accidit, quod difficile ſit huiuſmodi meminiſſe. Nec uſqꝫquaqꝫ probo quorundã nimis anxiam in hiſce rebus diligentiã,qui numerũ quoqꝫ putant obſeruandum in congeſta nominũ ſylua. uelut cum alijs aliquot locis, tum in epiſtola ad Galatas,quorſum attinet numerare fructus ſpiritus,cum opera carnis nõ numerentur? Nequitia.) κακία,quæ dictio Græcis nunc uitiũ ſonat,& opponitur ἀρετῇ. aliquando ignauiã,unde ἐκκακοῦμεν deficere ac delaſſari. nõnunꝫ afflictionem,quod rectius tamẽ κάκωσιν dicimus. Hoc loco maluiſſem uertere,maliciã,quæ apud Senecã ſimpliciter uſurpatur pro uitio,alioqui peruerſitatem ſonat, cum quis data opera male agit. At πονηρίαν uertit,maliciã. quæ uox aliquando non ſolum maliciã ſignificat,ſed uerſutiã & aſtutiam. unde proxime præcedit auariciam uelut illius germana. Nequitia uero proprie ad libidinẽ & luxum pertinet,quod hæc uitia hominem perditum & nihili declarent,& ab omnibus cõtemni ſoleant his obnoxij. Eſt autẽ græca legentibus nõ ingrata affinitas in πορνεία & πονηρία. Inuidia,homicidijs.) Apud Græcos iucunda uocum affinitas eſt in φθόνου,φόνου. quanꝫ cæde,potius eſt ſingulari numero quàm homicidijs. Malignitate.) κακοηθείας,quod magis ſonat morum aſperitatem ac difficultatẽ. nam apud nos malignitas opponitur benignitati ſeu candori. & maligne laudat,qui parce ac propemodum inuide laudat. & maligne dat,qui contracte dat.

Auaricia πλεονεξία.

Anxia diligentia in nominibus cõgeſtis.

Nequitia, pro malicia.

πονηρία.

Adnominatio.

Malignitas pro aſperitate morum.

Detractores.) Significãtius apud Græcos καταλάλους, id eſt obtrectatores. nam detrahit qui minuit laudem alicuius. obtrectat ſiue obloquitur,qui male prædicat de alio.

Deo odibiles.

Deo odibiles.) Vnica uox eſt apud Græcos θεοστυγεῖς, & magis ſonat, quibus deus eſt inuiſus, quàm, quos deus habet inuiſos. atq; ita interpretãtur græcanica ſcholia, licet Vulgarius utroq; modo interpretet. Cyprianus item in epiſtola quarta libri primi legit, deo abhorrentes. nimirum ex eorum genere qui dicunt deo, recede à nobis, ſcientiã uiarum tuarum nolumus. Contumelioſos.) ὑβριστὰς, id eſt, feroces & per uim alios opprimentes. quaſi dicas, iniuriatores. unde mox ſubiicit huic cognatũ uitiũ, ὑπερηφάνους ſuperbos.

Elatos.) ἀλαζόνας. Plautus ἀλαζόνα uertit glorioſum, quem & faſtoſum recte dixeris. ἀλαζὼν diuerſus eſt ab eo quem εἴρωνα uocant Græci, ſiquidem ille præ ſe fert & oſtentat quod non eſt, hic diſſimulat quod eſt. Inuentores malorum.) ἐφευρετὰς, id eſt adinuentores, ſiue quod in rebus per ſe bonis aliquid admiſceant mali, ſiue quod ſemper addant mala malis. Semper enim malum è malo gignitur.

Non obedientes.) ἀπειθεῖς, id eſt, immorigeros ſeu inobediẽtes, ſiue intractabiles. nec hic opus erat periphraſi. Sine intellectu, incompoſitos.) Rurſus eſt iucundiſſima uocum affinitas in græco ſermone, quam interpres nec affectauit, nec potuit reddere: ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους. Vulgarius incompoſitos, interpretatur, infidos, miniméq; tenaces pactorũ, ac lubricæ fidei in cõuentis. quod paciſci Græcis dicatur & συντίθεσθαι, & cõuenta συνθῆκαι. porrò ἀσυνέτους uocat, quos nec ratio cohibet homini peculiaris, & ſine qua homo deſinit eſſe homo. Sine affectione.) ἄστοργους. Vt ne excutiam interim quod interpres abuſus eſt, affectione pro affectu, cum multum interſit. Affectibus carere iuxta Stoicos ſumma laus eſt, ſic apud nos quoq; malis uacare affectibus, laudi ducitur. at στοργὴ nõ ſimpliciter affectum ſignificat, ſed potius affectum illum pietatis aut charitatis, quo parentes tanguntur erga liberos, ac uiciſſim illi erga eos, quo frater erga fratrem. Vnde qui eò proceſſerunt in uitijs, ut ad hos quoq; communes affectus, & ad ipſum naturæ ſenſum obſurduerint, ἄστοργοι uocãtur. Sine fœdere.) Quæſo quid hoc eſt, ſine fœdere? Num damnat eos qui non pangunt fœdera, an eos potius, qui nullis fœderibus coercentur, quo minus quod libet faciant? Vnde fœdifragos dicere potius debuit. quanq; aliàs Græci ἄσπονδον uocant irreconciliabilem, ut ἄσπονδος πόλεμος. & σπονδὴ ſodalitatẽ quoq; ſignificat, ut intelligas, intractabiles, ſibi uiuentes, erga neminem iure neceſſitudinis utẽtes. Hic συναθροισμὸς, id eſt, congeries uocum, & ἀσύνδετον mire facit ad orationis impetum ac uehementiam. Et προσονομασία nõ ſolum ad iucunditatem facit, uerũetiam ad odium & inculcationem rei moleſtæ. ueluti ſi dicas, de manifeſto mendacio, hoc neq; ſcriptum, neq; pictum eſt uſquàm. Sine miſericordia.) ἀνελεήμονας, id eſt immiſericordes. Mirum cur hic interpretem delectarit periphraſis. Quí cum iuſtíciam dei.) Hoc loco Græcorum codices longe à noſtris diſſident. ſic enim eſt apud illos, οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντες, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσιν, id eſt, qui cum iuſticiam dei cognorint, nimirũ hanc, quod qui talia agunt, digni morte ſint, non ſolum eadem faciunt, ſed etiam cõſentiunt facientibus. ut intelligas grauius eſſe approbare aliorum malefacta, quàm teipſum malefacere tacitum. Sed deprauationis occaſio fuerunt hæ duæ uoces ποιοῦσιν & συνευδοκοῦσιν, quæ uoces apud Græcos cõueniunt cum datiuis participiorum pluratiuis, & cum tertijs perſonis uerborum. Primũ enim ponit iuſticiam dei, deinde uelut exponit quæ ſit ea iuſticia. nempe quod qui talia agunt, digni ſint morte. Cæterum unde hæc duo uerba, nõ intellexerunt, acceſſerint in noſtris exemplaribus, equidem nõ ſatis intelligo. quanq; etiam illis additis idem erit ſenſus ſi legas per interrogationem negatiue, ut intelligas fieri non potuiſſe quin hoc quoq; intellexerint. Ex Origene nihil certi poteſt colligi quod ad hanc rem pertineat, niſi quod ſuſpicor in eo locum hunc eſſe deprauatum. At Græcorum ſcholia tantum indicant nõnullis hunc locum aliter legi ſolere, ut facere grauius eſſet, conſentire leuius. uerũ noſtri quoniã, opinor, ad explendũ hunc ſenſum ſentiebãt aliquid deeſſe, addiderunt hæc duo uerba de ſuo, nõ intellexerunt. Cæterum magno conſenſu Græcorũ qui nunc extant codices, indicant diuerſum eſſe Pauli ſenſum, nempe grauius eſſe comprobare aliorum malefacta, quàm ſi ipſe labaris in peccatũ. propterea quod hoc ſæpenumero uel caſus eſt, uel infirmitatis. illud uel peſtilẽtiſſimæ adulationis, uel deploratiſſimæ malitiæ. Sapientum erat plebem indoctam ab his uitijs cohibere. at non ſolum eadem ſe

Adnominatio.

ἀσυνθέτους πολεμίους

ἄσπονδοι.

Diuerſa apud Græcos lectio.

Non intellexerunt, addita apud nos

Aliorũ malefacta probare prius quàm ſuopte malefacias,

cerunt,uerumetiam autoritate ſua confirmarunt populi ueſaniam. Ad eum modum interpretatur & Vulgarius, ſed diſſentiente Cypriano, libri primi epiſtola quarta. cumq; hoc Ambroſio.

EX CAPITE II.

Ordo perturbatior.

PRopter quod.) Origenes indicat rectum ordinem totius huius diſputationis Paulinæ,quod ſit alioqui perplexior,ꝓpterea quod ter iteretur tradendi uerbum,& aliquot tradendi cauſæ referantur, ſed quæ non ſatis apte uideantur ad ſingula reſpondere. Proinde rectius exiſtimat omnes tradendi cauſas,quæ ſeparatim hic ſingulis traditionibus præferuntur,in unũ coacernare,ac rurſum traditionis ſpecies coniungere,ut ordinemus hoc pacto. Quoniam quidem homines mutauerũt immortalis dei gloriam imagine efficta ad ſimilitudinem mortalis hominis,& uolucrum & quadrupedum ac ſerpentium. & quoniam adulterauerunt ueritatem dei mendacio,& coluerunt ac uenerati ſunt creaturã potius quàm creatorem, nec placuit illis deum agnoſcere,ut hactenus ſit congeries cauſarum. mox coniungantur malorum ſpecies in quæ tradiderit illos. Propter hæc omnia tradidit illos deus in deſyderia cordis ſui,& in immundiciã,ut contumelijs afficiant corpora ſua. & tradidit eos deus in affectus probroſos,ut fœminæ eorum inuerterent naturalem uſum in eum qui eſt contra naturam,ſimiliter & maſculi. Sed & tradidit illos deus in reprobam mentem,ut faciãt ea quæ non conueniunt,qui erant repleti omni iniquitate,libidine, fraude,auaricia, malicia,plenicq; erant liuore,homicidijs, contentione,dolo, ac cæteris malis quæ cõmemorat. Quicq; cum cognouiſſent iuſticiam dei hanc eſſe,ut qui talia agunt,digni ſint morte,non ſolum qui faciunt illa, ſed & qui conſentiunt facientibus. & ideo pro omnibus his malis inexcuſabiles erunt,dum alios iudicant ac damnant ſuper his quæ cõmittunt ipſi. nam de ſe pronũciat,qui alterum punit ob ea quæ ipſe committit. Hunc lectionis ordinem indicauit Origenes. Sed interim ex hoc loco conijcere licet illum ſecus legiſſe quàm hodie legunt Græci,non finiens orationem ubi nos finem facimus capitis,ſed connectens cum initio proximi capitis,propter quod inexcuſabilis es o homo. Atq; hic ſenſus probe conſtaret, ſi ex græcis uerbis elici quiret. poſſet autẽ,unico addito articulo οἱ, ut legamus hoc pacto. οὐ μόνον οἱ αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι. Neq; enim conuenit,opinor,tam craſſum ſolœciſmum tribuere Paulo,ut datiuum uſurparit uice recti, hoc eſt ποιοῦσιν, & συνευδοκοῦσι pro ποιοῦντες & συνευδοκοῦντες.

Origenes ſecus diſtinguit ꝙ Græcorum libri.

Omnis qui iudicas.) πᾶς ὁ κρίνων, id eſt, quiſquis iudicas, uel quiſquis es qui iudicas.

In quo enim alterum.) ἐν ᾧ γὰρ. Senſus eſt, alium iudicando teipſum condemnas. hoc eſt, eo ipſo quod iudicas, te condemnas. id habet proprietas græcanici ſermonis.

Eadem enim agis quæ iudicas.) τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων, id eſt, eadem enim facis tu qui iudicas, uel tu ille iudicans. quanq; hic error uetuſtos etiam codices occupauit, ſiue quod facillimus ſit lapſus in qui & quæ, ſiue quod nonnulli legerint pro ὁ κρίνων, ἃ κρίνεις. Cæterum nec ex Origenis, nec Vulgarij interpretatione, nec Ambroſij, liquet quid legerint hac quidem in parte.

προσσονομασία nõ redita.

Iudicas, condemnas.) κρίνεις, κατακρίνεις. Iucunditas græcanicæ figuræ non potuit ab interprete reddi, quod proſonomaſia non reſpondeat in latinis uocibus.

Bonitas pro benignitate.

Diuitias bonitatis eius.) ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος. Diuitiarũ uocabulo delectatus eſt Paulus, uel hoc argumento, quod eo frequentius utitur, quoties ingentẽ rei cuiuſpiam uim & copiam uult intelligi. Porrò bonitatis nõ eſt ἀγαθοσύνης, quod eam ſignificat bonitatem quæ opponitur πονηρίᾳ, id eſt maliciæ, ſed χρηστότητος, quæ benignitas latine dicitur. eam ita finiunt philoſophi, Benignitas eſt uirtus ſua ſponte ad benefaciendum expoſita. unde græca uox ab utilitate dicta eſt. quanq; eadem accipitur pro cõmoditate ſuauitatecq; morum, qua nos faciles ad uitæ conſuetudinem præſtamus. Siquidem uſum pro familiaritate ſiue conſuetudine dicunt & Latini. & Græci uehemẽter comes ad congreſſum ac blandiores χρηστολόγους appellant. nec multum abeſt bonitas à benignitate. Etenim cum deos bonos uocãt, beneficos intelligi uolunt. uerũ nos id quod præterq; quod certum, etiã dilucidius erat, & ad hunc locum accõmodatius, ſequi maluimus. Lenitatem autem & manſuetudinem dei, quodq; minime ſit auſterus, χρηστότητα uocat.

Ignoras.) ἀγνοῶν, id eſt ignorãs. participiũ eſt apud Græcos, & à ſuperioribus pendet.

Quod

Quod bonitas dei.) ὅτι τὸ χρηστόν. Adiectiuum nomen posuit loco substantiui. estq; eadem dictio quam mox exposuimus. Ad pœnitentiam te adducit.) ἄγει, id est ducit, hoc est, allicit & inuitat. Hieronymus in Ezechielem uertit, prouocat. alioqui idem est adducere, quod perducere. Cor impœnitẽs.) Significatius græce ἀμετανόητον, quasi dicas, impœnitibile, quodq; nulla dei beneficentia possit ad pœnitentiam adduci. Porrò μετάνοιαν recte uerteris, & resipiscentiam, & μετανοεῖν resipiscere. nam hinc uox est dicta, quod post admissum scelus sentiat se peccasse, à μετὰ post, & νοεῖν intelligere.

Adducit, id est inuitat aut prouocat. Impœnitẽs.

Thesaurizas tibi.) θησαυρίζεις σεαυτῷ, id est, thesaurizas tibi ipsi. Nec enim hic ociosum est pronomen compositum, significans ipsum sibi causam esse tanti mali, cum bonitas dei illum aliò prouocet. Miror autem cur interpretem græca uox tantopere delectet, cum dicere potuerit, colligis, recondis, reponis. Significat paulatim aceruari diuinã iram, ut tandem uniuersa depromat̃ more thesauri. Reuelationis iusti iudicij.) Græci diuidunt hæc interposita coniunctione, ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας, id est, reuelationis & iusti iudicij. quanq; Græcis iusti iudicij unica dictio est, & ob id uenustior, ut distingueret nouato uerbo, diuinum iudicium à nostris iudicijs, in quibus nõ raro nocens elabitur, & innocens damnatur. Tribus notis signauit eundẽ diem, Iræ quod tum misericordiæ locus nõ erit. reuelationis, quod omnia nuda erunt quæ nũc latent. & iusti iudicij, quod recte pro cuiusq; meritis pronunciandum est. atq; ita deprehendet legisse Vulgarium, quisquis huius interpretationem attentius legerit. Attamen in nõnullis Græcorũ exemplaribus non additur tertia coniunctio, ut sit sensus, In eo die quo impij non bonitatem dei quam contempserũt, sed iram, hoc est, iustitiam & ultionem experturi sunt, quóq; aperietur diuinũ iudicium, quod interim latet apud mortales. Secundum opera eius.) κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, id est, iuxta facta. & sua, non eius. nisi mauis ipsius, quod pronomen ad reciproci naturam proxime accedit. Secundum patientiam.) καθ' ὑπομονήν, id est, perseuerãtiam aut sustinentiam boni operis, hoc est, quod perseuerarit in bono opere.

Thesaurizò, recondo.

Variant Græci.

Quærentibus uitam.) Et huius loci sententia mire subuersa est, cũ græca lectio, si quis attendat, pulchre habeat, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ, δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον, hoc est, qui reddet unicuiq; iuxta opera sua, his quidem qui per perseuerantiam operis boni, gloriam, & honorem, & immortalitatem quærũt siue quæsierunt, uitam æternam, ut ζωὴν αἰώνιον referatur ad uerbum ἀποδώσει, id est reddet, & τοῖς articulus ad participium ζητοῦσι, ut sit sensus, his qui hic quærunt gloriam illam, & honorem, & immortalitatem, perseuerãtes in bonis operibus, per quæ ista parantur, reddet uitam æternam, nimirũ id quod quæsierunt. ediuerso qui maluerunt esse contentiosi, nec obedierunt ueritati, uentura est ira &c. Ad hũc modum uidetur legisse & Origenes, cum ait, Quærentibus, inquit, gloriã & honorem & incorruptionẽ, pro boni operis patiẽtia uita dabit̃ æterna. Ad eundẽ modũ legit & exponit Vulgarius episcopus, ac cætera Græcorũ scholia, ut intelligamus hoc egregiũ præmiũ dari, sed ijs modo qui ambierint, cæterũ ambiri recte factis. & ingens est exẽplariorũ consensus. Cæterum ut hallucinaretur interpres, participiũ ζητοῦσι quærentibus in causa fuit, cuius uox per omnia cõuenit cum uerbo tertiæ personæ pluralis, quærunt. Porrò ne quẽ offendat quod nos pro incorruptione uertimus immortalitatem, uertit ad eundem modum Ambrosius in epistola priore ad Timotheũ capite primo, ἀφθάρτῳ, immortali deo, & eodem pacto legit ecclesia. imo ea uis est græcanicæ dictionis.

Manifesta deprauatio in nostris libris.

ἀφθαρσία, immortalitas.

Ex cõtentione.) τοῖς δ' ἐξ ἐριθείας, id est cõtentiosis, ut annotauit & Vulgarius, siue qui sunt ex contentione. nam Græci τοὺς ἐκ σόας Stoicos uocant, & Paulus τοὺς ἐκ περιτομῆς circumcisos appellat. Non acquiescunt.) Græcis unica uox est, & participium ἀπειθοῦσι, id est, non parentibus siue obtemperantibus. neq; redditur apud nos iucunditas græci sermonis ἀπειθοῦσι & πειθομένοις, id est, nõ obtemperantibus & obtemperantibus.

Ex cõtentione, cõtentiosi.

Iudæi primũ & Græci.) In his quoq; est geminatio cõiunctionis quam superius ostendimus, τέ καὶ, Iudæiq; primum & Græci. opinor autem aduerbium primum, ad utranq; gentem pertinere, Iudæorum & Græcorum, ut accipiamus, Sicut Christi gratia primum prodita est Iudæis & Græcis, ita pœnam his potissimum infligendam, si donum oblatum aspernẽtur. Personarum acceptio.) προσωπολημψία unica uox est, quæ significat respectum

Personarũ acceptio.

respectum personæ, cum huic magis fauemus & illi, non ob ipsius rei, sed personæ discrimen. Huic opponitur quod paulo superius dixit, δικαιοκρισίαν, id est, rectum iudicium.

Sine lege. Sine lege peccauerunt.) Græcus sermo festiuior est per aduerbium ἀνόμως, quasi dicas, illegaliter siue exlegaliter, quod utrobiq; dictum est. nam exlegē legimus pro ἄνομος.

Factor legis. Sed factores legis.) ποιηταὶ, id est, qui operantur & faciunt legis præcepta. alioqui faciunt legem qui condunt legem. Eiusmodi legem.) Græcis est ὅυτοι, id est hi, non eiusmodi. Scriptum in cordibus.) Scriptum, nomen est græcis, non participium, γραπτόν, quasi dicas, scripticium, ut opponatur illi quod ἄγραπτον uocant iureconsulti, ius non scriptum. Testimonium illis reddente &c.) συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, id est, simul testificante ipsorum conscientia. nam illis, apud græcos non est, ut intelligas conscientiam illorum consentire cum iudicio dei.

Interpres palam dormitans. Cogitationum accusantium.) Mire dormitauit interpres, cum uerso altero genitiuo græco in ablatiuum latinum συμμαρτυρούσις, alterum relinqueret. Vertendum erat, cogitationibus inuicem accusantibus, aut etiã defendentibus. atq; ita recenset Hieronymus, edisserens Ezechielis caput decimumsextum. Ad eundem modum legit Ambrosius interpres. itidem Augustinus cũ aliàs frequẽter, tum libro de ciuitate dei uigesimo, cap. 26. Nec secus legit interpres Origenis in hanc epistolam, quisquis is fuit. Qui nolũt interpretem usquàm errasse, & eum spiritusancto suggerente uertisse, uel unum hunc locum si possint expediant. Atqui huius unius loci tã insignis supinitas & oscitantia tam euidens, satis argumento potest esse, quantum illi fidendum sit in alijs.

ἰδέ. εἰ δέ. Si autem.) Verior & antiquior apud Græcos scriptura est, ἰδέ, id est ecce. non εἰ δέ, id est, si uero. alioqui non satis cohæret ordo cum eo quod sequitur, Qui ergo alium doces. quanq; Ambrosius legit εἰ δέ, si modo libri nõ fallunt, tum Origenes & Vulgarius. Neq; quod ad sensum attinet quicq; est incommodi, nisi quod, ut modo dixi, duriuscule cohærent quæ sequũtur, Qui igitur doces alium &c. quanq; hoc quoq; neq; nouũ est in Paulo, & alioqui tolerabile.

διαφέρειν differre. διαφέρειν excellere. Probas utiliora.) τὰ διαφέροντα, id est, eximia siue egregia. Interpres legisse uidetur συμφέροντα, id est, utilia siue conducibilia. Demiror autem cur Vulgarius διαφέροντα uoluerit interpretari pro συμφέροντα, nisi forte loquuntur Græci more Latinorum, ut dicant interesse cuiuspiam, quod ad rem illius pertineat. Cæterum probas hoc loco est δοκιμάζεις, hoc est, comprobas, quod est iudicio ac uelut exploratum approbare. Instructus per legem.) Græce est κατηχούμενος, id est, eruditus siue initiatus, & institutus. Est autem uerbum Paulo peculiare, quod uidetur esse dictum à uoce qua olim mysteria tradebantur, quæ nefas erat libris committere. Eodem usus est huius discipulus Lucas in præfatione Euangeliorum, ut illic indicatum est.

Infantes νήπιοι, qđ solet uertere, paruulos. Magistrum infantium.) διδάσκαλον νηπίων. νήπιος, ut iam aliquot admonuimus locis, cum ad ætatem refertur, significat infantem. cum ad animum, significat parum eruditum, parum ingenio & usu rerum callentem. hic tempestiuius erat, stultorum aut puerorum. Quis eñ docet infantes? Nam hoc loco nõ est magister qui regat, sed διδάσκαλος, hoc est, qui doceat. Porrò quod mox præcessit παιδευτὴν anceps est nomen, commune tum ei qui instituit pueros, tum ei qui castigat & corrigit errantes. Apparet hic Paulum tacite alludere ad locum qui est apud Esaiam capite xxxiij. Vbi est scriba? ubi legis uerba ponderans? Vbi doctor paruulorum?

Forma μόρφωσις. Habentem formam.) μόρφωσιν, id est formationem. quasi dicas, instituendi, formandiq; rationem quam alijs præscribat. ut sunt & hodie qui profiteantur se posse formare conscientias singulorum. Nam his uerbis delectantur quidam non theologi, sed mataeologi. Itidem Iudæi sibi placebant, quo proselytis ueluti stupidis, formam uitæ præscriberent. In hanc sententiam enarrat & Vulgarius, sed illud adijciens, fuisse qui μόρφωσιν hoc loco interpretarentur non formam, sed mentitam & adumbratam imaginem iusticiæ, cum ita præciperent, ne tetigeris, ne gustaueris, ne contrectaueris.

Inhonoras.) ἀτιμάζεις, id est dehonestas, siue ignominia afficis.

Blasphematur.) Græcis uox est βλασφημεῖται, quod latine uertas licet, male audit, siue maledictis afficitur. Testimoniũ quod adducit Paulus, Origenes refert ad Esaiam, apud quem legis cap. 52. Quoniam ablatus est populus meus gratis, dominatores eius inique agunt,

agunt,dicit dominus,& iugiter tota die nomẽ meum blaſphematur. Porrò hæc duo uerba; in gẽtibus, addita ſunt ex æditione ſeptuaginta,qua Paulus hoc loco uidetur abuſus: alioqui ueritas hebraica habet, Et iugiter tota die nomen meum blaſphematur. Diuus Hieronymus locum hunc apud Eſaiam ediſſerens, indicat & ad Ezechiel referri poſſe, apud quem legis cap.36.Et ingreſſi ſunt ad gentes, ad quos introierunt & polluerunt nomen ſanctum meum,cum diceretur de eis,Populus domini iſte eſt, & polluerunt nomẽ ſanctum meum. Cæterũ quid ſibi uoluerit hoc loco Lyranus,uiderit ipſe.conſentit enim noſtra æditio cum ſeptuaginta & hebraica ueritate. Nec hoc ſanè loco ullum diſcrimen eſt, ſi qua fides habenda eſt uulgatis exemplaribus. Iam uero de Lyrano minus admiror.At Aquinas longe diligentior,hoc loco neſcio qua de cauſa,duplicem inducit lectionem, cuius equidem uerba non grauabor aſſcribere, quo facilius ſit lectori ſuper hac re, uel iudicare, uel inquirere. cum enim citaſſet locum qui eſt apud Eſaiam, Dominatores eius inique agunt,& iugiter tota die nomen meum blaſphemat̃,ſubijcit ex Hieronymo, nimirum alterum teſtimonium his quidem uerbis. & Ezechielis.36.ſecundum aliam literam,ubi noſtra ſic habet, Non propter uos ego faciam domus Iſrael, ſed propter nomen ſanctum meum,quod polluiſtis in gentibus.Hactenus Aquinas. Quæſo quæ nam eſt alia lectio,ſiue ut ipſi uocant,litera,quæ diſſideat ab altera? Excute,diſquire,nihil huiuſmodi reperies. Proinde conijcio Thomam aliò properantem, hæc non hauſiſſe ex ipſis fontibus,id quod penè ſolus omnium recentiorũ ſolet,ſed ex aliorum collectaneis, Sunt enim apud Ezechielem in eodem capite duo loca in conſimilem ſententiam. Prior eſt, quem nos modo citauimus, in quo nulla pugna eſt inter hebræam ueritatem & æditionem ſeptuaginta.Altera quæ non magno ſequitur interuallo,repetens quod iam dictum erat,quem citat Aquinas,Non propter uos ego faciam domus Iſrael,ſed propter nomen ſanctum meum quod polluiſtis in gentibus ad quas intraſtis.Ac ne hic quidem ulla diſcordia eſt inter tranſlationẽ Hieronymi & ſeptuaginta.Quod ſi quis nobis diffidit,conferat utranq; æditionẽ coniunctam in operibus Hieronymi proxime æditis Baſileæ.Iam uero quod Paulus admonuit Iudæos, id multo magis cauendum eſt nobis Chriſtianis, quorum uita ſi nihil differat ab Ethnicorũ uita, niſi titulo Chriſtiani nominis ac ceremonijs,cæteris in rebus par,aut etiam contaminatior, periculum eſt, ne ſanctiſſimum illud Chriſti nomẽ polluatur,& contumelijs afficiatur inter inimicos fidei,Iudæos & Turcas, ſi conſpiciant nos non minus abiecte ſeruire libidini, nihilo moderatius inhiare lucris,nõ minus cupidos uindictæ,non minus timidos mortis, & auidos uitæ, non minus furioſe belligerantes,tumultuantes,digladiantes quàmlibet leuibus de cauſis.

Expenſa Lyrani,ac Thomæ opinio.

Impia uita Chriſtianorum facit, ut Turcæ de Chriſto male ſentiant.

Per uos blaſphematur.) Græce eſt δι' ὑμᾶς, id eſt,propter uos.ut intelligas non inſtrumentum,ſed cauſam. Non enim qui in manifeſto Iudæus.) Hoc loco breuitatem quam Græcis adferunt articuli præpoſitiui, nos quo dilucidior eſſet ſenſus, compluſculis uerbis explanauimus,ſed ita,ut ne tantulum quidem de ſenſibus immutaremus, in hunc modum,Non is qui manifeſto Iudæus ſit,Iudæus eſt, nec ea quæ in manifeſto ſit carnis circumciſio,circumciſio eſt,ſed qui in occulto Iudæus,is iudæus eſt, & circumciſio cordis circumciſio eſt,quæ ſpiritu conſtat non litera.

EX CAPITE III.

QVid ergo amplius.) περισσὸν græce aliquando ſuperuacaneum ſignificat, aliquando eximium,hoc eſt ἐξαίρετον. Hic eximium pro excellentia accipitur. ſequitur enim τοῦ ἰουδαίου, id eſt,in quo excellit Iudæus?

Multum.) πολύ, Sic & apud Græcos habetur per hypſilon,quanquam legendum uidetur πολλῇ, & per duplex.λ.& ita,ut ſit epitheton huius nominis utilitas, ὠφέλεια. πρῶτον, primum, hic ordinem ſignificat ſermonis, potius quam præcipue. Illis eloquia.) Illis,apud Græcos non eſt,ſed interpres addidit neceſſario. ἐπιστεύθησαν, id eſt,crediti ſunt eloquia,pro eo quod eſt,concredita ſiue commiſſa ſunt illis eloquia dei.ſic em̃ Græci loquunt̃, creditus eſt hanc rem, & cõmiſſus ſum hoc negociũ. Lyranus ſic accipere uidetur,quaſi eloquia credita ſint à Iudæis,& in hoc nos præcellant.

Credita cõmiſſa.

Porrò quod nos legimus eloquia, Paulo est λόγια. philosophatur nonnihil in hoc uerbo Origenes. Cæterũ λόγια dixit oracula, quod is populus seruabat oracula, alijs magis profutura quam ipsi, & tenebat non intellecta. Sic enim Hesychius interpretatur, λόγια, θεόσφατα, μαντεύματα, φῆμαι, χρησμοί, id est, numinum responsa, uaticinia, rumores, oracula. Apud Latinos eloquium, pro eloquentia usurpauit Iuuenalis. Eloquium & famam Demosthenis.

Euacuare, pro abrogare.

Euacuauit.) Græcis futuri temporis est καταργήσει, id est, abolebit, obliterabit, irrita reddet, siue antiquabit, quo uerbo frequẽter utitur diuus Paulus. Interpres sæpenumero uertit destruere. ἀργὸν ociosum, inde καταργεῖν, ociosum & superuacaneum reddere.

Est, pro esto.

Est autem.) γινέσθω græcis est, sit, siue fiat autẽ deus uerax. Fortassis interpres uerterat esto, quẽadmodum uertit interpres Vulgarij, falso Athanasij inscripti hactenus. positum est autem pro appareat. Neq; enim fieri potest, ut deus uerax non sit, sed nostra refert, ut talem esse intelligant homines.

Absit.) Frequenter obuium apud Paulum, græce est μὴ γένοιτο, id est, ne sit, aut ne contingat, siue deus auertat, aut prohibeat. est autem abominantis sermo.

Vt iustificeris in sermonibus.) Testimoniũ est ex psalmo quinquagesimo, ut iustificeris. Et cum iudicaris, apud Græcos uerbum est passiuum ἐν τῷ κρίνεσθαι uel κρίνεσθαι, ut alij legunt. Cæterum Hebræis בְּשָׁפְטֶךָ anceps est, utrum de iudicato deo, an de iudicante loquatur. Hieronymus uidetur ita locum hunc interpretari, ut intelligat deum iudicatũ,

Mendax nõ qui mentiẽ, sed qui mentiri possit & soleat.

Sic est omnis homo mendax. uel quia præstare non potest, quod pollicetur quantum in ipso est. uel quod mendax sit quisquis diffidit dei promissis, cum ille nihil non præstet.

Quod si iniustitia nostra iustitiam dei commendat.) συνίστησι, id est, constituit, hoc est, stabilit ac confirmat, fulcitq; . quanquam & commendat recte uertit. Nam si Hesychio credimus, συνιστάνειν græcis multa declarat, ἐπαινεῖν, φανεροῦν, βεβαιοῦν, παρατιθέναι, id est, laudare, illustrare, cõfirmare, adiungere siue cõmendare. Origenes ipse paulo post edisserens eum Pauli locum, Commendat autem charitatem suam deus in nobis, indicat, commendat idem pollere, quod confirmat aut amabilem facit.

Distinctio uaria.

Nunquid iniquus deus qui iram infert.) Origenes hunc edisserens locum, siue mauis Hieronymus, ostendit in nonnullis Græcorum simul & Latinorum codicibus legi, Qui infert iram aduersus hominem. nimirum ut pro κατ' ἄνθρωπον λέγω, id est, iuxta hominẽ dico, scribatur κατ' ἄνθρωπον, id est, aduersus hominem, omisso uerbo λέγω. Cum autem neutram reijciat lectionem, liberum erit cuiq; utram malit sequi.

Iudicabit deus hunc mundum.) τὸν κόσμον, id est, mundum, nõ hunc mũdum, quasi sit alius mundus, nisi quod articulus additus aliquoties facit, ut res certa designetur.

Sicut blasphemamur.) Vsus est græca uoce βλασφημούμεθα, id est, male audimus, siue male de nobis loquuntur homines. Faciamus male.) Non inepte omisit ὅτι, quod aliàs solet libenter addere, cum alioqui nihil sit opus. Præcellimus eos.) προεχόμεθα, Eos, apud Græcos non additur, sed tantum est præstamus, siue præcellimus. Siquidem Græci distinctionem subijciunt his uerbis. Quid igitur? Alioqui legi coniunctim poterat, in quo igitur præcellimus. Præcausati sumus.) προητιασάμεθα, id est, ante causam reddidimus. Et omnes sub peccato.) Et, coniunctio redundat.

Quia non est iustus.) ὅτι, quia, redundat, quod erat omittendum hoc sanè loco, quemadmodum paulo ante fecit. Iustus quisquam.) οὐδὲ εἷς, id est, ne unus quidem.

Exquiro Requiro.

Requirens.) ὁ ἐκζητῶν, id est, qui exquirat. Nam requirimus nõ quod uestigamus, sed quod abesse dolemus, requirimus in amico fidem. Maledictione.) ἀρᾶς, id est, deuotione, execratione, siue imprecatione. Cæterum illud obiter admonitum lectorẽ uolo,

Testimoniũ ex uarijs locis cõtextũ.

testimoniũ hoc quod Paulus de ueteri sumpsit instrumẽto, uarijs ex locis esse contextũ, atq;, ut ita dicam, cõsarcinatũ. Nam prima pars sumpta est de psalmo. 13. sed ita ut sentẽtiã magis q̃ uerba reddiderit apostolus. Proximi duo uersus, Sepulchrũ patens est guttur eorũ, Linguis suis dolose agebãt, quinti psalmi sunt. Illud autẽ qd̃ sequit̃, Venenũ aspidũ sub labijs eorũ, cẽtesimi tricesimi noni psalmi est. Rursum qd̃ annectit̃, Quorũ os maledictione & amaritudine plenũ est, è nono psalmo desumptũ est. Porro tres qui sequunt̃ uersiculi, Veloces pedes eorũ ad effundendũ sanguinẽ, Cõtritio & infelicitas in uijs eorũ. Et uiam pacis non cognouerũt &c. ex Esaia decerpti sunt. Vltimus autẽ uersiculus, Non

est timor

est timor dei ante oculos eorum, in trigesimi quinti psalmi principio est. Hos octo uersiculos intertexuit nescio quis psalmo decimotertio, quod idoneum locum non inueniret ad quem hoc Pauli referret testimonium, cum in hebraicis codicibus non habeantur. id indicauit Hieronymus, modo citatum Esaiæ locum edisserens, & copiosius præloquens in cõmentarium decimum sextum. Cæterum quæ ex Esaia mutuatus est, habentur apud eum prophetam cap. 59. iuxta hebraicam ueritatem ad hunc modum, Cogitationes eorum, cogitationes inutiles, uastitas & contritio in uijs eorum. Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum. Subditus.) ὑπόδικος, quasi dicas obnoxius & reus. Nam δίκη græcis, & crimen significat & causam, & uindictam, siue pœnam, uelut obligatus ad pœnam. Subditus obnoxius.

Cognitio peccati.) ἐπίγνωσις. Elegantius ac significantius erat agnitio. Et egent.) Græce est ὑστεροῦνται, id est, carent siue destituuntur. Et gloria, græcis est, non gratia, sicut legimus & in latinis codicibus emendatioribus, δόξης τοῦ θεοῦ.

Iustificati gratis.) δικαιούμενοι participium est passiuum, sed præsentis temporis. unde nos uertimus, iustificantur autem, addita de meo cõiunctiuncula, quo sensum redderem dilucidiorem. Per redemptionem.) διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως, quæ proprie est redemptio captiui, persoluto pro capite illius precio, quod Gallorũ uulgus appellat rainson. Redemptio.

Propiciatorem.) ἱλαστήριον, id est, propiciationem seu magis propiciatorium. ut quod Origeni placet, respiciat ad propiciatorium Iudæorum, Christi nostri typum. nisi forte interpres masculino genere accipit ἱλαστήριον. Propter remissionem.) Mirum quod exemplar secutus Ambrosius legat, propter propositum præcedentium delictorũ. Nam Græci πάρεσιν habent, non πρόθεσιν, nisi forte mendosus est codex Ambrosianus. Quanquam quod interpretans subijcit, Sciens deus propositum benignitatis suæ. subindicat illum propositum legisse non remissionem. Ambrosius diuersa legens.

In sustentatione.) ἐν τῇ ἀνοχῇ, id est, in patientia & tolerantia. Vbi est ergo.) Est & tua, addidit interpres. nam græce est ποῦ οὖν ἡ καύχησις; id est, ubi igitur gloriatio? atq; ita sanè absolutius est.

Arbitramur enim.) λογιζόμεθα οὖν, reputamus siue colligimus igitur. nam Vulgarius interpretatur συλλογιζόμεθα, uelut hoc iam argumentando collegerit.

Imo & gentium.) Pro imo, græcis est ναὶ, quod est affirmantis aduerbium, quasi dicas, nimirum & gentium. Qui iustificet.) δικαιώσει, iustificabit futuri temporis. Respexit enim ad eos qui adhuc essent in Iudaismo seu gentilitate.

Legem ergo destruimus.) καταργοῦμεν, id est, irritam facimus, siue abolemus, ut paulo superius ostendimus. Porrò quod sequitur, legem statuimus, ἱστῶμεν dictum est pro fulcimus seu stabilimus, & facere ut stet aliquid, alioqui uacillans.

EX CAPITE IIII.

QVid ergo dicemus inuenisse Abraham patrẽ nostrum secundum carnẽ.) Incertum est utrò referatur hæc particula, secundum carnem, ad Abraham patrẽ, an ad inuenisse. Scio in plerisq; Græcorũ codicibus hunc esse ordinẽ, Quid ergo dicemus Abraham patrem nostrum inuenisse secundum carnem? Verum secus legit Origenes, secus Ambrosius, secus habetur in uetustis Latinorum codicibus, ut patrem nostrum, proxime adhæreat, secundum carnem. Sentit enim Paulus, Abraham iuxta uocationem ad fidem, & gentium esse patrem. cæterum Iudæorũ esse patrem duntaxat iuxta carnem. Proinde non ueriti sumus pristino ordini reddere hunc sermonem. Quanquam haud me fugit Ambrosium sic locum hunc interpretari, ut secundum carnem, referat ad inuenisse, ut intelligamus adeo Mosaicam legem non posse præstare salutem, ut nec Abraham ipse quicquam consecuturus fuerit secundum carnem, hoc est, per circumcisionem, nisi fidei merito placuisset deo. Distinctio uaria.

Habet gloriam.) καύχημα gloriationẽ magis significat q̃ gloriam, quemadmodum & καύχησις, hoc est, habet quod glorietur & iactet se. Credidit Abraham.) Cauillatur nonnihil Origenes, subhæsitans an hic uicio librariorũ legatur Abraham pro Abram, hoc est trisyllabum nomẽ pro dissyllabo, quod id tẽporis quo promittenti credidit deo, nondum esset Abraham, sed Abram, unde cõsentaneũ est illic apud Hebræos nõ haberi, Credidit Abrahã deo, sed credidit Abram. Equidẽ laudo hominis diligẽtiã, & pudet nostræ oscitantiæ. Abram Abraham.

oſcitantiæ. Tamẽ hoc ſanè loco, ſi ſermo referat̃ ad eum qui ſcripſit, ſiue Moſes is fuit, ſiue Eſdras, ſiue alius quiſpiam, illi certe fuit Abraham. Cæterum ubi deus narratur illum nominatim compellare, Abram dicitur non Abraham, donec illi nomen auctum eſſet acceſſione ſyllabæ. Et reputatum eſt.) ἐλογίσθη, id eſt, imputatũ eſt hoc ſanè loco, nam græca uox anceps eſt. Cæterum longe aliud eſt reputare & imputare. Nec iniuria Valla taxat hoc loco puerilem affectationem copiæ in interprete, dum idem uerbum græcum, eodem in loco, nunc uertit reputatur, nunc accepto fert, nunc imputatur, quaſi nefas eſſet eandem uocem ſæpius repeti. Ei uero qui non operatur, credenti autem.) Vtrunq; græcis participium eſt, μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ, id eſt, non operanti, tamen credenti. Et rurſum reputatur, pro imputatur. Secundum propoſitum gratiæ dei.) Hæc clauſula non eſt in græcis codicibus. etiamſi Ambroſius ita legit & exponit nominatim hæc uerba. unde apparet illum diuerſo uſum exemplari. In codice peruetuſto, cuius copiam fecit Coletus è Paulina bibliotheca, non erant in cõtextu, ſed diuerſa ac recentiore manu in ima margine adiecta. Accepto fert.) λογίζεται, id eſt, imputat, ſiue acceptum fert. Eſt autem acceptum ferre, pro accepto habere quod non acceperis, quæ apud iureconſultos, ni fallor, uocatur acceptilatio. Non imputauit.) λογίσεται, futuri temporis eſt, tametſi eſſe poteſt aoriſtus ſubiunctiui, ſi ſcribatur per. η. λογίσηται, ut ſit imputauerit, licet hæc quoq; pro futuris uſurpentur. Tantum manet.) Manet, apud græcos non inuenio. Sic habent græci codices ὁ μακαρισμὸς οὗν οὗτος ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; Beatitudo igitur iſta, ſiue beatificatio, aut beatio, utrum in circumciſionẽ an in præputium? ut ſubaudias, uenit, aut ſimile uerbum, & ita Græcorum ſcholia legunt & interpretantur. Atq; adeo haud ſcio, an interpres cupiens explicare Pauli mentem ſcripſerit, manat in circumciſionem, quod poſtea mutatum ſit in manet. Annotandum & illud apud Origenem & Ambroſium addi, tantum, quod in uulgatis Græcorum codicibus non reperio, ne in uetuſtis quidem Latinorum exemplaribus. Certe in Paulino illo codice ſic reperio ſcriptum. Beatitudo ergo hæc in circumciſione, an etiam in præputio? Quanquam nõ negarim uim eius aduerbij latere in coniunctione καὶ, an etiam in præputio, quod ut fieret explanatius, adiecerunt, tantum.

Valla taxat interpretẽ.

Manet deprauatum in manat.

In circumciſione.) ἐν περιτομῇ ὄντι, id eſt, cum eſſet in circumciſione.

Signaculum

Signaculum.) σφραγίδα, id eſt, ſignum ac notam impreſſam. Nam fidei cauſa ſolemus obſignare, quod certum eſſe uolumus. Atq; ad hunc modũ obſignamus, quod ad tempus ſepoſitum ac reconditum eſſe cupimus, ſuo loco depromendum. Alioqui uideri poterat Paulus, bis idem dixiſſe, cum paulo ante dixiſſet ſignum, mox repetẽs ſignaculum. Alterũ eſt græcis σημεῖον, ſignum, quo aliud ſignificatur. Siquidem iam tum carnalis illa circumciſio, typum gerebat Chriſtianæ circumciſionis, quæ non aufert pelliculam à glande, ſed amputat omneis noxias cupiditates à corde. Erat & ſignaculum, quo ad tempus tegeret myſterium poſt aperiendum. Annotatum eſt hoc diligenter ab Origene.

Tantum nõ ſuo loco.

Non his tantum qui ſunt ex circumciſione.) Græca multo ſecus habent τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι, id eſt, qui nõ tantum ſunt ex circumciſione, ſed etiam incedunt per ueſtigia &c. ut intelligas non eſſe ſatis Iudæum fuiſſe natum, ad hoc ut ſis filius Abrahæ, niſi eiuſdem ingrediaris ueſtigijs, id quod eſt filiorum. Mecum facit Ambroſius legens ad hunc modum, ut ſit pater circumciſionis eorum qui non ſolum ex circumciſione ſunt, ſed & eorum qui inſequuntur ueſtigia fidei. Nec abhorret ab hac lectione Origenis interpretatio, ſignificans ita demum Iudæos patrem habituros Abraham, ſi ad fidem pertinerent quæ illi nondum circumciſo iuſti cognomen conciliaſſet.

Non enim promiſſio Abrahæ.) τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου, melius hic addidiſſet, cõtigit quod hæres eſſet mundi, uel hæredem mundi futurum. Abolita eſt.) καταργηται. Quàm uarie tranſtulit eandem uocem, tamẽ hoc loco recte, irrita facta eſt, abrogata eſt, antiquata eſt. Non ei qui ex lege eſt ſolum.) Apud græcos Abrahæ uidetur datiui caſus, ut pertineat ad ꝓnomẽ ei, alioqui addidiſſet τοῦ ἀβραάμ, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως ἀβραάμ, id eſt, nõ ſolum ei Abrahæ, qui eſt ex lege peculiaris Iudæis, ſed etiã ei qui eſt ex fide cõmunis omnibus gentibus, ut duos Abraham imagineris in uno, tametſi ſenſus alter mihi non diſplicet, ſed hic poſterior argutior. Etẽ ut duos facit Adam,

Duo Abrahæ, duo Adæ.

facit Adam,ita duos facit Abraham. Quanꝯ uideo pleroſq; diuerſam ſequi ſententiam.

Quia patrem multarum gentium poſui te.) Si fas nō eſt omittere quicquam, cur alibi omiſit ſuperfluam coniunctionem ὅτι .ſin licet alicubi,hic certe fuerat omittenda. Diuus Thomas Aquinas indicat quoſdam codices pro poſui,habere cōſtitui,uidelicet annotaturus & alia quæ maioris ſunt momenti,ſi id illi per linguarū peritiam licuiſſet. Nam unicam duntaxat linguam nouerat,nec eam ſanè ad plenum. Quanꝯ apud græcos ponere, frequēter uſurpatur pro facere. Porrò locus eſt Geneſis.17. Quo loco & illud obiter annotandum,prophetico more tempus præteritum poſitum eſſe pro futuro,conſtitui pro conſtituam. Aquinatis annotatio.

Cui credidiſti.) Græce eſt κατέναντι οὗ ἐπίσευσε θεοῦ,id eſt,coram deo cui credidit.ſiue ad exemplum dei,cui credidit.Nam hoc Paulus ad ſuam retulit perſonam. Sentit em̄ quēadmodū deus nō eſt deus huius,aut huius nationis tantum, ſed cōmunis omnium,ſic & Abraham fore patrem omnium credentium. Nam ad hunc modum interpretantur Vulgarius & Græcorū ſcholia κατέναντι τοῦ θεοῦ ,ne quis ut noſtrum ſomnium aſpernetur. Tametſi Ambroſius legit, ἐπίσευσας,id eſt, cui credidiſti,ut referatur ad ethnicum quē alloquitur. Sic enim ait, Vt unum deum omnium doceat,alloquitur gentiles.Nec eſt qđ offendat numerus ſingularis . cum huiuſmodi ἑτερώσεις crebræ ſint apud Paulum.Origenes item indicat hanc clauſulam,coram deo cui credidit,ex Pauli perſona fuiſſe additam.ſed cui credidit legit,non cui credidiſti. Duplex ſenſus.

Tanꝯ ea quæ ſunt.) ὡς ὄντα , id eſt,tanꝯ ſint,neq; enim eſt τὰ ὄντα.plus autem eſt non eſſe ꝯ mortuum eſſe.Ac iuxta græcam ueritatem adducit hunc locum Auguſtinus explicans pſalmum. 104. Nam ille uocauit famem,qui uocat ea quæ non ſunt tanꝯ ſint.Nec ibi Apoſtolus dixit,Qui uocat ea quæ non ſunt ut ſint,ſed tanꝯ ſint. Non entia dicunt̄ contempta.

Contra ſpem.) παρ' ἐλπίδα,id eſt,præter ſpem ſiue ultra ſpem,hoc eſt, cum non appareret quod ſperari poſſet , tamen ſummam habuit fidem pollicenti deo. In ſpem.) ἐλπίδι ἐπίσευσεν,id eſt,ſpei fiſus eſt,ſiue ſpei credidit. Quanꝯ nonnulli codices habebant ἐπ' ἐλπίδι,in ſpe,ſiue ſub ſpe.Eſt autem iucunda contrariorum inter ſe relatio,quaſi dicas,ſperabat in rebus deſperatis , & cum ſpes non eſſet, tamen ſperabat,ſibi diffidens,deo fidens.atq; ea demum eſt deo gratiſſima fides,quoties deſtituti noſtris opibus toti pendemus à deo. Vt fieret.) εἰς τὸ γενέσθαι , melius erat fore ſe patrem.nam id erat quod præter ſpem ſperauit.& apertius erat, iuxta id quod dictum fuerat,ꝯ dictum eſt. Cæterum ei , pronomen interpres addidit explicandi gratia.

Sicut ſtellæ cæli,& harena maris.) Nihil horum uerborū habetur in græcis codicibus. uerum apparet addita à quopiam, cupiente ſenſum reddere dilucidiorem. Retulit enim Paulus uerba dei,ſtellas cæli oſtendentis Abrahæ. quemadmodum legis Geneſis cap.15.

Non eſt infirmatus in fide .) μὴ ἀσθενήσας τῇ πίσει , id eſt, non infirmatus fide,hoc eſt, haud debilitatus paruṁq; firmus ac robuſtus fide . nam in, præpoſitio ſupereſt.

Corpus ſuum.) ἑαυτοῦ σῶμα,id eſt,ſuū ipſius corpus,quanꝯ Paulus ſuo more libenter utitur hoc pronomine ſimplici pro compoſito,hic tamen nonnullam habet emphaſim.

Ferè centū eſſet.) ἑκατονταέτης που.που cōiunctio expletiua addita,fecit annos incertos. nam id tēporis Abraham nonaginta nouem habebat annos,ut indicant græca ſcholia,& ita ſcriptum eſt in Geneſi. Mortuam uuluam.) νέκρωσιν τῆς μήτρας,id eſt,quaſi dicas, mortificationē uuluæ.Cæterum emortuum hic uocat effœtum νενεκρωμένον, ne quis eum iam cadauer fuiſſe putet, ſed inualidū ſenio , nō ſimpliciter . (nam poſtea ſuſtulit liberos ex Cethura,nullo inſigni miraculo,) ſed hactenus emortuū , ut citra opem diuinam nō poſſet gignere ex anu. Nam Cethuram integra etiamnum ætate mulierem duxiſſe legitur.Huiuſmodi fermè Auguſtinus in quæſtionibus ſuper Geneſim libro primo. Vuluam autem uocat,non membrum muliebre pudendum,ut indoctum uulgus accipit , ſed matricem qua concipitur fœtus, quæ cum deſtituitur ui attrahendi ac retinendi ſemen , ſterileſcit mulier. Emortuum; Abraham poſt genuit ex Cethura.

In repromiſſione etiam dei.) εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν,id eſt,in promiſſione uero dei.& ſic legit Ambroſius,ut hæc pars aduerſetur ſuperioribus, non eſt infirmatus,non conſyderauit &c.ſed nihil diffiſus eſt,nihil hæſitauit in promiſſis dei, ſiue potius ad promiſſa dei. Eſt enim græce εἰς ἐπαγγελίαν .

Non hæſitauit.) οὐ διεκρίθη , id eſt,non dijudicauit aut diſquiſiuit , quod eſt diffidentis. diſpicit enim ac dijudicat qui non plene confidit.

Confortatus eſt.

Confortatus est.) ἐνεδυναμώθη, id est, inualuit & potens factus est, ut respondeat illi superiori μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει, id est, non debilitatus fide. Nec hic additur in, coniunctio, quanquam ea est in uerbo composito. Plenissime sciens.) πληροφορηθεὶς, id est, certus factus & certa accepta persuasione, quasi dicas certificatus, ut copiosius explicuimus in præfatione Lucæ in euangeliũ suum. Quæcũq; promisit deus.) ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι, quia quod promissum est, potest etiam facere. Et cõiunctio, quia, hoc loco posita est pro ὅτι quod, εἰδικῶς accepto non αἰτιολογικῶς, hoc est, non ita ut causam declaret, sed exponens quid habuerit persuasum. Quia reputatum est ei.) Hic ubi tertio iam repetitur Genesis testimonium, latini codices addunt, ad iustitiam. Nam Græci tantum legunt ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ, id est, imputatum est ei. atq; id satis erat. Notat enim quod superius dictum est ueluti iam cognitum. Et exemplar omniũ quæ uiderim antiquissimum ex bibliotheca diui Pauli consentit cum græcis exemplaribus.

Q d', εἰδικῶς

Quibus reputabitur.) οἷς μέλλει λογίζεσθαι, id est, quibus imputabitur. Miror Iacobum Faber. Fabrum in examinationibus suis uertisse, debet imputari. quasi debet, significationem habeat futuri temporis, ut apud Græcos μέλλει. & idem sit debet imputari, & imputabitur, quemadmodum uulgus inerauditũ putat. Nisi forte uisum est illi docendi gratia ad hunc loqui modum. Qui suscitauit Iesum Christum.) χριστὸν apud græcos nõ additur.

EX CAPITE V.

Varia lectio. Pacem habeamus ad deum.) ἔχομεν, in plerisq; græcorum codicibus est, id est, habemus. in alijs rursum ἔχωμεν, habeamus. posteriorem lectionẽ secutus fuisse uidetur Origenes, interpretans his uerbis nos inuitari ad pacem mutuam. Et haud scio an apud græcos primæ personæ τῶν ἀυτοπροστακτικῶν congruant cum indicatiuis, quemadmodum secunda ἔχετε.

Accessum.) προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν, id est, aditum habuimus siue nacti sumus. Tametsi Præteritũ, p præsenti. nõ me dam est græcos in nõnullis uerbis præterito p præsenti abuti, præsertim affectuũ, ut γέγηθα δέδια, & in hoc quod paulo post sequitur ἑστήκαμεν stetimus, pro stamus. Vbi illud annotandum, ἐν ᾗ in qua stamus, incertum an articulus postpositiuus referat gratiam an spem. Ambrosius uidetur ad fidem referre cum ait, Ideo stantes quia prius iacuimus, credẽtes autem erecti sumus &c. In spe filiorũ dei.) Græci legunt in spe gloriæ Additum apud nos. dei, ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ. nec addunt filiorum. Palam est Origenem legisse in spe gloriæ dei, ex ipsius enarratione. Nec ullum uestigium deprehendi potest ex interpretatione Ambrosiana, quo sentiri queat illum addidisse filiorum. Sic enim scribit, Credentes autem erecti sumus, gloriantes in spe claritatis quam promisit deus nobis. non abhorrẽs ab Origene qui interpretatur, gloriantes in spe uidendæ gloriæ dei.

κατεργάζεται, perficit, absolvit, ut arguẽtũ ignor. nõ ita parit qđ primũ nõ sit,

Non solum autem.) οὐ μόνον δὲ. Sermo latinus hanc loquendi formam non agnoscit, mollius erat si addidisset pronomen, neq; id solum, aut neq; hæc solum. Siquidem Origenes existimat hanc particulam nõ solum esse referẽdam ad id quod proxime dictum est, gloriamur in spe gloriæ dei, sed ad cætera quoq;, quæ docuerat nos esse cõsecutos per Iesum Christum, uidelicet iustificatos esse ex fide per illum, per eundẽ aditũ esse datum in gratiam istam, per eundem contigisse, quod licet gloriari & sperare gloriam dei. Mihi uidetur ad horum postremũ non incõcinne referri. Non confundit.) οὐ καταισχύνει, id est, non pudefacit aut pudore afficit. Diffusa est.) ἐκκέχυται, id est, effusa est, uel effusa fuit, ut intelligas largiter effusam. Vt quid enim.) Græce secus est ἔτι γὰρ χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, id est, nam Christus cum adhuc infirmi essemus. Apparet codicem quem secutus est interpres habuisse εἰς τί, id est, ad quid? Vterq; sensus est tolerabilis, Ad quid enim subaudi, ne spes confundat. Et ut quid legit, Ambrosius quoq;.

Duplex lectio. Secundum tempus.) κατὰ καιρὸν, si referatur ad infirmos, mitigat quod dictum est, quasi infirmitas illorũ tempori sit imputanda, quo nondum apparuerat gratia euangelij. Sin referat ad mortuus est, intelliges illum idoneo tempore & à patre præscripto, mortem oppetisse. Atq; ita græca interpretantur scholia. Eamq; sententiam sequitur Ambrosius, ita scribens, Si pro incredulis ac dei inimicis Christus ad tempus morti se dedit. ad tempus enim mortuus est, quia tertia die resurrexit. Ac mox, Apud homines igitur, id est, secundũ tempus mori uisus est. Cõsentit & Origenes, & huic penè succinens Vulgarius, interpretans

interpretans ſecundum tempus, oportuno deſtinatóq; tempore.

Pro iuſto moritur.) ἀποθανεῖται, id eſt, morietur. Porrò iuſtum & bonũ hoc loco non perſonam aliquam ſignificat, ſed rem, hoc eſt ipſam iuſtitiam & bonitatẽ, ut ſit neutri generis non maſculini, quemadmodum putat diuus Hieronymus in epiſtola ad Algaſiam, quæſtione ſeptima. Origenes utroq; modo ediſſerit, prò iuſto uiro & iuſta cauſa. Ambroſius diuerſum ſenſum ſequitur. Locus anceps.

Audeat mori.) Et audet, uel etiam auſit mori, καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν. quanq; hic rectius uertiſſet ſuſtinet. quo uerbo in conſimili ſenſu uſus eſt Suetonius. Quoniam ſi.) Secus eſt apud Græcos, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, id eſt, quod cum adhuc peccatores eſſemus. ut hæc particula pendeat à ſuperiobus, fortaſſis erit qui pro bono moriatur. Attamen dei erga nos charitas in hoc inſignis eſt, & humanam uincit quãtumuis magnam, quod pro impijs & indignis, filium unicum mori uoluerit. deinde colo interpoſito ſequatur, Multo magis ergo nunc iuſtificati &c. Ea diſtinctio ſi quis mihi diffidit, extat in exemplari Paulino, cuius ſæpe meminimus. commendat autem ſuam charitatem deus in nobis. hic interpoſito commate ſequitur, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus p nobis mortuus eſt. hic periodi nota interiecta. quod ſequitur à maiuſcula incipit, Multo igitur magis &c. Quanq; poſterior quiſpiam, uolens opinor emẽdare quod erat ſcriptũ, in ſpacio qd' dirimit uerſus aſſcripſerat, ſi. quoniã ſi cũ adhuc peccatores &c. Diſtinctio.

Sed & gloriamur.) ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι, id eſt, ſed & gloriantes. quanq; ad ſententiam haud ita magni refert. Et in nonnullis Græcorum exemplaribus καυχώμεθα reperi ſcriptum, uelut in eo quod nobis exhibuit monaſterium prædicatorum apud Baſileam. Proptera ſicut per unũ hominẽ.) Sic quidẽ eſt apud Græcos, διὰ τοῦτο ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου. Sed nõ reſpõdet quod ſequitur ad ὥσπερ, niſi ὡς legatur pro quia, aut ὥσπερ pro ὡς, aut niſi accipias ὥσπερ pro tanq;, niſi quis malit hoc quoq; ἀναπόδοτον eſſe, qualia multa uidetur Paulus habere. Origenes duas refert opiniones. Iuxta priorem uult Paulum non ob inſcitiam græcanici ſermonis hanc partem imperfectam reliquiſſe, ſed data opera ſuppreſſiſſe, quod alioqui ſubijciendum erat. quia commodius iudicaret utrunq; ſubaudiri q; palàm explicari. Nam ſi adieciſſet eam partem quæ reſpondet ſicut &c. ſic per unum hominem uenit iuſtitia in mundum, & per iuſtitiam uita in omnes homines pertranſiuit. periculum erat ne qui hoc audito ſecuriores ac negligentiores redderẽtur. aut iam nunc inciperent expectare quod poſtea cõtinget, aut ne putarent hic oſcitantibus obtingere quod non ſine cura ſtudióq; conſequimur. Proinde in cæteris, alteram partem commutato tempore reddit per uerbum futuri temporis, Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur. Iuxta poſteriorem, uult alteram partem, in poſterioribus eſſe redditam, licet interuallo longiore. nempe illic, ſed non ſicut delictum ita & donum. Si enim unius delicto mortui ſunt, multo magis gratia dei, & donũ per gratiam unius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Sermo Pauli uidetur inabſolutus.

Mihi uero uidetur & alia ſupereſſe ratio, qua huic ſermonis incõmodo medeamur, ſi quod apud Græcos frequens eſt in conſunctione καὶ ſubaudiatur οὕτως, cuius exemplum habes in euangelio. ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, id eſt, ſicut in cœlo, ita & in terra, οὕτως ſubauditum eſt. hic igitur erit ſenſus, Quapropter ſicut per unum hominem peccatum in mundum intrauit, ita & per unum hominem intrauit mors, ut intelligas utrũq; nobis ab Adam eſſe profectum. ille peccauit & ob peccatum incidit in mortem: nos item quoniam illum ſequentes peccamus, in mortem incurrimus. Atq; ita factum eſt, ut & mors & peccatum in omnes dimanarit. Tertia ratio explicandæ quæſtionis.

In quo peccauerunt omnes.) In quo, quidam referunt ad Adam, quorum eſt Ambroſius, qui in hoc quoque philoſophatur, cur dixerit in quo, nimirum Adam, & non in qua, cum ab Eua ſit ortum peccatum, uidelicet Origenẽ ſecutus ut ferè ſolet. Quidam ad peccatum cuiuſq; proprium, in qua ſententia uideo Vulgarium eſſe. Mihi nõ abſurdum uidetur ſi ἐφ' ᾧ accipiatur pro quatenus, ſiue quãdoquidẽ, ut ſit ſenſus, per unum hominem ueniſſe peccatum in mũdum, peccati uero comitem fuiſſe mortẽ, proinde ad omnes peruenſſe mortẽ, quatenus omnes peccatũ habuerunt, Nã ad hunc modũ reperire licet & alias ni fallor apud Paulũ ἐν ᾧ ſiue ἐφ' ᾧ pro in eo quod, ſiue inquantum, aut quatenus. In quo, uarie expoſitũ.

Vſq; ad legem enim peccatum.) ἄχρι γὰρ νόμου. Origenes interpretatur uſq; ad finẽ legis Moſaicæ, hoc eſt, uſq; ad Chriſtum. Non imputabatur.) οὐκ ἐλλογεῖται, id eſt,

imputatur,præsentis temporis,ut sermo sit absolutior. nam μὴ ὄντος νόμου ad utrunq; tem pus quadrat,quasi dicas in genere,non ente lege non imputatur peccatum,id est,ubicun/q; non est lex,ibi peccatum non imputatur. Atq; ita sanè legit Origenes.itáq; scriptū com peri in uetustissimo nec minus emēdato codice Paulino. Hic quidam interpretantur ἐλλογᾶται non pro imputatur,sed pro reputatur,hoc est iudicatur,ut intelligas nulla lege lata peccantes non habere pro peccato quod committunt,cum nulla lege facere prohibeātur. Illud obiter annotandum, Paulum hoc loco promiscue uti his duobus uocabulis, ἁμαρ/τία & παράπτωμα.cum Hieronymus alibi putet παράπτωμα leuius esse q̄ ἁμαρτίαμ.

ἁμαρτία. παράπτωμα.

In similitudinem.) ἐν ὁμοιώματι, id est,in similitudine,non in similitudinem præuarica tionis Adæ. Potest autem referri uel ad illud superius,regnauit mors, uel ad propius hoc, qui non peccauerunt. Origenes & Ambrosius indicant duplicem huius loci fuisse lectio/nem. Vnam,regnauit mors etiam in eos qui peccauerūt in similitudine Adæ.atq; hanc ui detur habere potiorem Origenes,ut quam priore loco ponat,quēadmodum & Ambro/sius. Alteram,quam indicat haberi in nonnullis exemplaribus, Regnauit mors ab Adam etiā in eos qui nō peccauerūt. Prioris lectionis in qua nō additur negatio hæc est sentētia, Mortem regnasse non solum in Adam,sed in omneis etiam, qui ad illius exemplū pecca/uerant. Posterioris lectionis duplex est sensus. Prior est,mortem regnasse non solum in Adam & in eos qui ad illius exemplum peccauerūt, uerum in eos quoq; qui aut non pec cauerant,aut certe non perinde grauiter peccauerant atq; ille. Posterior sensus est, mortē regnasse & in eos qui non peccassent,regnasse autē non ob ipsorum cōmissa, sed in simili tudine præuaricationis Adæ, hoc est perinde quasi & ipsi præuaricati fuissent quēadmo/dum Adam.etenim cū alibi dixerit, concluſit deus omnia sub peccato,& omnes peccaue runt & egent gloria dei,quomodo nunc dicit quosdā non peccasse? Verum non peccaue rant ad illius similitudinem, hoc est non tam capitaliter. nec accepto mandato,quæ pro/prie præuaricatio dicitur. Nā Adæ merito est imputatum peccatū,ut cui præscriptū esset, quid sequi,quid fugere deberet. Sed ante Moysi legem nō imputabatur peccatū,hoc est, non uidebatur imputandum,quod non esset lex quæ prohiberet peccatū. Illud addendū non esse ὁμοιώσει, sed ὁμοιώματι, quod magis assimulationē sonat q̄ similitudinē, ut acci/pias eos qui peccant in hoc referre parentem peccatorem. Vsus est eodē uerbo aliquanto superius,in similitudine imaginis hominis. Cæterum haud me fugit quosdam totum hūc locum ad peccatum originale referre.quibus equidem non admodū repugno,tamē & al/teram interpretationē indicare uisum est,quā nec Ambrosius omnino prætermisit,Orige/nes penè solam sequitur. Quin & illud nobis uidendū,ne plus satis oderimus Pelagianos, non quod nolim illorum explodi sententiā,qui negant ullum esse peccatum originale, sed quod nolim illud per occasionē affectate admisceri ubi nō est opus, siue quod in ea dispu tatione libeat argutari, siue ut quēadmodum astrologi repertis epicyclis sese è multis diffi cultatibus expediunt,ita nos affectate ad hoc quæstionū κεκσφύγετον passim recurramus. nisi forte nobis permittimus,ut in disputando cū aduersario qui uincēdus est magis q̄ do cendus,scripturæ uerba ad uictoriā nostrā utcunq; detorqueamus. Quod aduersus Iouí/nianū pugnās Hieronymus facere uidetur,nōnunq̄ & Augustinus. Hæc dixerim inquā non quod faueam negantibus esse peccatū originis,sed quod nolim si fieri possit ullā uim fieri scripturis diuinis. Quin potius ex ipsa disputationis cōsequentia diligenter expenda mus,quid senserit Paulus,dispicientes quid hic agat.unde cœperit,quorsū tendat,& num consentaneū sit illum statim mysteriū hoc gētibus aperire uoluisse, quod hodie quoq; ma gis creditur q̄ intelligitur,nimirū cōmuni sensu reclamante. Forma futuri.) τύπος τοῦ μέλλοντος .i.figura seu typus futuri,hoc est uenturi Christi.ut futuri nomen non pertineat ad tempus quo hæc scribebat Paulus,sed ad Adam qui præcessit Christum cuius typum gerebat. Quo elocutionis genere scripsit Colossensibus de Sabbatis & Neomenijs agēs, Quæ sunt umbra,inquit,futurorū.iā em̄ illa Paulo futura nō erāt sed præsentia. Coactius enim mihi uidetur,quamlibet argutū dixeris, quod Origenes indicat hæc & ad uēturi se culi cōditionē posse referri. Forma igitur & typus erat Christi Adam.quāq̄ ea figura in diuersum recidit. Nā ut ille princeps peccādi & moriendi, ita hic dux & autor innocen/tiæ & immortalitatis. Proinde elegāter scripsit Origenes & hunc secutus Ambrosius, iuxta

Varia lectio.

Peccatū ori/ginale nega/bāt Pelagia/ni.

Forma futu ri quo referē dum.

genus

genus cõſtare ſimilitudinẽ, iuxta ſpeciem repugnantiã eſſe. Vt ab Adam quiddã dimanauit in omnes, ita & à Chriſto, hic genus eſt. cæterum ab illo mors & peccatũ, ab hoc innocentia & uita, hic ſpecies eſt. Porrò forma Græcis eſt typos, quod uelut exemplar ſonat, unde aliud exprimitur ſimile. Poteſt autẽ & illud τοῦ μέλλοντος abſolute ſumi neutro genere, ut referatur non ad poſteriorẽ Adam, ſed ad ipſum peccatũ quorumlibet Adam parentẽ imitantium, is em̃ fuit exemplum peccãdi poſteris. Oſtẽdi quis ſenſus è uerbis græcis excerpi poſſit. ſequetur prudens & cordatus lector quod optimũ iudicabit. Illud adiícien-
dum, quod interpres hoc loco nũc uertit plures, nũc multi, Græcis eadẽ eſt dictio πολλοί, quã Origenes poſitam putat pro omnibus, quo magis reſpondeat unius. etenim ubi ſunt omnes, ibi ſunt & multi. Et non ſicut per unũ peccatũ.) Apud Græcos obſcuriús eſt, καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα. i. & nõ ſicut per unũ qui peccauit donum. ſic enim ad uerbum uertere licet. & neceſſe eſt nonnulla uerba ſubaudire, id quod admonẽt etiã Græcorum ſcholia. Et nõ ſicut per unũ qui peccauit, ſubaudi ingreſſa eſt mors, ita per unum uenit donũ, hoc eſt non eodẽ modo. nam ex uno peccato moriũtur omnes, ſed ex multis peccatis per unum iuſtificantur omnes. Quodq; uulgati codices habent per unũ peccatum, Ambroſius legit peccantẽ non peccatũ, δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος. i. per unũ qui peccauit. Atq; ita legiſſe Vulgarium ex ipſius interpretatione licet colligere.

Multi pro omnes.

Obſcurus ſermo Pauli

Nam iudicium quidẽ ex uno.) Ex uno, nõ refertur ad perſonam Chriſti, ſed ad peccatum, ut ſubaudias παραπτώματος, cui paulo poſt reſpondet, ex multis. ut ſit ſenſus, Nã iudicium quidẽ ex uno peccato in condemnationẽ, donũ autem ex multis peccatis in iuſtificationẽ. quanq; cõſentiunt hic interpretes omnes. Auguſtinus de nuptijs & cõcupiſcentia ad Valeriũ libro ſecundo, cap. uiceſimoſeptimo, palam aſſeuerat, Ex uno peccato ſentiendũ nõ ex uno homine, ut reſpondeat ad id quod ſequitur, gratia autẽ ex multis delictis. ut intelligamus unũ peccatũ ſuffeciſſe ad cõdemnationẽ uniuerſi generis humani, gratiã aũt unã ad uniuerſa peccata delenda. Idẽ affirmat aduerſus Iulianũ Pelagianũ libro primo.

Ex uno peccato.

Gratiam ex multis delictis.) χάρισμα, quod modo donũ uerterat, & recte, nunc gratiã uertit haud recte. niſi prorſus idẽ eſſe putamus gratiã & donum. Itaq; ſicut per unius delictũ.) Hic ſermo mutilus eſt, & opus habet quæ ſubaudiãtur, uidelicet quid per utrũq; ſit inductum. Itaq; ſicut per unius delictum irrepſit peccatum ad condemnationẽ, ita per unius iuſtitiam ingreſſa eſt ſalus ad iuſtificationem omnium. ita propemodũ Vulgarius.

Sermo mutilus.

Abundantiã gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes.) Legendũ eſt doni iuſtitiæ, ut intelligas ipſam iuſtitiã eſſe donum, καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης. Sublata coniunctione, iam̃q;, nõ erit opus illa diſtinctione Thomæ, explicãtis quid interſit inter gratiã, donationem, & iuſtitiã. quanq; Ambroſius addit, noſtro more coniunctionem legens, & iuſtitiæ.

Lex autẽ ſubintrauit.) παρεισῆλθεν, quaſi dicas obiter irrepſit, ob præpoſitionẽ græcam quæ fermè in malam partem additur. Superabundauit gratia.) Hic χάρις eſt, nõ χάρισμα. i. gratia, non donum. quanq; χάριν. i. gratiã Græci aliquoties accipiunt pro beneficio. Cæterum quod latinus interpres dixit ſuperabundauit, græce eſt ὑπερεπερίσσευσεν, quod nõ perinde ualet quaſi dicas, ſic abundare liquorẽ, ut effundatur quod ſuperfluũ eſt, ſed quaſi dicas uehementer ac ſupra modũ abundare. Auget em̃ ὑπὲρ apud Græcos non aliter atq; q̃ aut per, apud nos. Vnde nõnulli Græcorũ more loquẽtes, ſed parũ latine, dicunt ſuper benedictus, pro eximie benedicto, ſuperexcelſus pro uehementer excelſo.

ὑπὲρ auget Græcis.

Vt ſicut regnauit peccatum in morte.) Origenes putat ſub mortis nomine diabolum poſſe intelligi, in hoc uelut & in ſuperioribus locis, quod Græcis mollius eſt, quibus θάνατος mors, maſculini generis eſt. Ambroſius putauit ad animi mortem referendũ ſenſum. Origenes & de corporali morte interpretatur, diſputãs de Enoch à morte ſubducto. Porrò cum ait, Regnauit peccatum in morte, ἐν τῷ θανάτῳ, apparet Paulũ abuſum eſſe præpoſitione ἐν pro εἰς. debebat enim hæc particula congruere illi quæ ſequitur, ut gratia regnaret per iuſtitiam in uitam æternam, ubi non dixit ἐν ζωῇ αἰωνίῳ, ſed εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.) Dominum noſtrum, hoc loco non adiícitur apud Græcos, nec in uetuſtis latinorum exemplaribus, etiamſi apud Ambroſium additur, ſed ita ut ex interpretatione non poſſit eſſe compertum ita legiſſe. quanq; in nõnullis Græcis exemplaribus dominum noſtrum additum repperi, eodem opinor caſu quo

apud nos, duabus uocibus aliunde huc transcriptis. In mortem.) ἐν τῷ θανάτῳ, id est, in morte, hoc est, per mortem, quemadmodum superius admonuimus.

EX CAPITE VI.

QVi enim mortui sumus peccato.) Enim, redundat ὅτινες ἀπεθάνομεν, id est, quicunq; mortui sumus, aut qui mortui sumus peccato. & peccato dandi casus est non auferendi, quasi quis alloquẽs peccatũ dicat, tibi mortuus sum sed Christo uiuo rat significantius. Viuemus in illo.) ἐν αὐτῇ .i. in ipso, aut in eodẽ, fue/

Fratres additum.

An ignoratis fratres.) Fratres, additũ est ab interpre te aut scriba, ἢ ἀγνοεῖτε, id est, an ignoratis. Atq; ita sanè legit Origenes & Ambrosius, ne/q; secus habent uetustissimi codices latini manu descripti.

Baptizari in Christum.

Baptizati sumus in Christo Iesu.) Græcis est in Christum Iesum & in mortem, εἰς χριστὸν ἰησοῦν, & εἰς τὸν θάνατον, quanq; ea præpositio ancipitis est naturæ apud Græcos.

Si enim complantati facti sumus.) σύμφυτοι, hoc est, insiticij & participes. Alluſit enim ad insitionem plantæ quæ respondet communioni corporis Christi. quemadmodum surculus decerptus è sua arbore, particeps fit humoris eius arboris cui inseritur, ita qui per baptismum, Christi corpori inserũtur, consortes fiunt bonorum illius. Vide uero an præpositio σὼ pertineat ad Iudæos & gentes simul in unum Christum collectos.

Simul & resurrectionis.) Græcis est, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως, id est, igitur & resurrectionis. Interpres legisse uidetur pro ἀλλὰ, ἅμα. Cæterum ἀλλὰ coniunctio est ratiocinãdi, quam uertimus nimirum. Et resurrectionis erimus, bifariã accipi potest. erimus resurrectionis, id est, pertinebimus ad resurrectionẽ, aut erimus complãtati similitudini resurrectionis eius. Nos priorem sentẽtiã secuti, uertimus addito uerbo, & resurrectionis erimus participes.

Duplex sensus.

Si autem mortui sumus.) Græcis est συζήσομεν αὐτῷ, conuiuemus illi. quanq; interpres bene reddidit sententiam. Resurgens à mortuis.) ἐγερθείς, id est, excitatus siue qui resurrexit à mortuis, nam præteriti temporis participiũ est. quanq; aliàs huiusmodi participijs abutitur. Vltra non dominabitur οὐκέτι κυριεύει, id est, non amplius dominatur, præsenti tempore non futuro.

Excussa Vallæ annotatio.

Quod enim mortuus est.) ὃ γὰρ ἀπέθανε. Laurentius castigat, quod enim mortuum est, neutro genere. Nam apud Græcos ὃ articulus est postpositiuus nõ coniunctio. sed melius ad Christum refertur ἀπέθανεν, ut sit sensus, hoc ipsum quod mortuus est Christus, semel dũtaxat mortuus est, idq; peccato, quod autẽ uiuit &c. quasi dicas mortẽ eam quã mortuus est, mortuus est peccato, uitam quam uiuit, uiuit deo. Est autem signãdum comma post ὃ γὰρ ἀπέθανε, ut quod sequitur, mortuus est semel, ad peccatum referatur, quæ uox hic datiui casus est, quemadmodum deo, nõ ablatiui. Consimili modo dixit in epistola ad Galatas, ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ, id est, quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo. Cæterum quis tãdem sensus est, si legas, id quod mortuum est &c. Quin potius agit Paulus, ut quẽadmodũ Christus semel mortuus peccato, semper immortalis manet, ita nos semel mortui peccato, per baptismũ & in illo renati, deinde non recidamus in peccatum. Hac ratiõe interpres à gemino solœcismo absoluetur, quem illi noster impegit Stapulensis.

Stapulensis.

Existimate uos mortuos.) ἑαυτοὺς, id est, uos ipsos, quod sæpius obuium interpres uidetur neglexisse. Et existimate Græcis est λογίζεσθε, uerbum cogitantis, ut annotauit & Origenes, quod ea res à cogitatione potissimum pendeat. quoties enim cogitamus nos esse mortuos cum Christo, premuntur & euanescunt carnis cupiditates.

In Christo Iesu.) Græci addunt, domino nostro.

Vt obediatis concupiscentijs eius.) εἰς τὸ ὑπακοῦσαι αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ. id est, ad obediendum ei, in concupiscentijs ipsius, ut pronomen ei referat peccatum, ipsius refe rat corpus, ut intelligas obediri peccato per affectus corporis ad peccatum sollicitantis.

Sed neque exhibeatis.) μηδὲ παριστάνετε, id est, nec exhibete siue accommodate. sed, redundat. Gratias autem deo.) χάρις δὲ τῷ θεῷ, id est, gratia autem deo, ut subaudiatur sit. Serui facti estis iustitiæ.) Iustitiæ, datiuus est casus, ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ, hoc est, cepistis esse serui iustitiæ & addicti.

Humanum dico.) ἀνθρώπινον λέγω. Hac loquendi figura mitigare solet Paulus, si quid durius

durius dicere uidetur,aut inconſyderatius, ſecundum hominem loquor.

Seruire immundiciæ.) Græce nomen eſt,& iucundius δοῦλα, id eſt,ſerua, uel ſeruientia membra,ac uelut obnoxia.

Liberi fuiſtis iuſtitiæ.) Peccati,hoc loco genitiuus eſt apud Græcos, iuſtitiæ datiuus, hoc eſt liberi à iuſtitia. Et eratis,potius quàm fuiſtis.

Finem uero uitam æternam.) Faber Stapulenſis legit in uitam æternã. Verum in emendatis codicibus reperio uitam æternam abſq; præpoſitione, conſentientibus & Græcis & latinis exemplaribus,ut ſit appoſitio. Faber.

Stipendia enim peccati mors.) τὰ γὰρ ὀψώνια .i. obſonia. Milites enim cibis alliciebantur ac donarijs,ſiue autoramentis, ut hominum genus omniũ longe uiliſſimum. quippe quod cibi uentriſq; cauſa,uitam habet uenalem.ſed in quod olim ab imperatoribus Rhomanis, omnia fermè dignitatũ inſignia collata ſunt. Opſonium.

Gratia autem dei.) τὸ δὲ χάρισμα, id eſt, donum,ut opponatur τοῖς ὀψωνίοις, quod eſt uile uerbum, cum illud ſit ingenuum.

EX CAPITE VII.



Ex dominatur homini q̃ diu uiuit?)Nobis ambiguum eſt,accipiendum ne ſit q̃ diu uiuat homo, an q̃ diu uiuat lex. atque eadem ambiguitas eſt in uerbis Græcis. Mihi uidetur uiuit,uerbum referẽdum ad lex potius quam ad homo, idq; ut malim,faciunt ea quæ mox ſequuntur. Porrò licebat amphibologiam ad hunc modum effugere. lex dominatur homini quo ad ea uixerit.aut quod fuerit elegantius,tantiſper dum ea uixerit. Hæc ubi ſcripſeram, conſulo Origenem,& comperio id ab eo diligenter annotatum fuiſſe, quod in conferenda ſimilitudine Paulus,legẽ uiri loco poſuit,& hominẽ uxoris uice. Vt morte uiri liberatur uxor, ita antiquata lege,liberatur obnoxius prius legi. Iam κυριεύει non tantum Græcis eſt dominatur,ſed etiam ius habet & autoritatem. Illud obiter annotandum exemplum adduci de muliere non de uiro,quod apud Iudæos ius eſſet uiris diuertere ab uxoribus, cum illas ſola mors à maritali iure liberaret. Nec eſt quod ex hoc loco magnopere ratiocinemur,Chriſtianis modis omnibus interdictum eſſe diuortium,cum enim addit,Nam ſciẽtibus legem loquor,palam indicat ſeſe nõ legem condere Chriſtianis de matrimonio, ſed ex Moſaica lege ſimilitudinem docẽdi gratia ducere. Neq; uero neceſſe eſt ut quod ſimilitudinis gratia producitur,quadret per omnia,ſatis eſt ſi ad id quadret,cuius docẽdi probandiq; cauſa adhibetur. Aduentus Chriſti in euãgelicis libris comparatur nocturno ſuffoſſori domus,nõ quod undiq; cõgruat furis & Chriſti aduenientis ſimilitudo, ſed hactenus modo congruit, quod uterque non expectatus adeſt. Amphibologia. Ius diuortij. Parabola nõ ſemper quadrat per omnia.

Quæ ſub uiro eſt.) ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ, id eſt,obnoxia uiro, quaſi dicas ſubuiralis. & γυνὴ ſignificat & uxorem & mulierem.

Viuente uiro alligata eſt lege.) ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ, id eſt, uiuenti uiro alligata eſt lege,hoc eſt per legem. Legem autem matrimonium ſiue ius matrimonij uocant etiam Græci,ut mox,à lege uiri. Si fuerit cũ alio uiro.) ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ,id eſt,ſi contingat alteri uiro, aut ſi cœperit eſſe alterius uiri. niſi malumus ſubaudire præpoſitionem σὺν. Auguſtinus indicans tropos ueteris inſtrumẽti,& hũc oſtendit ex Leuitici capite uicesimo ſecundo, Et filia ſacerdotis ſi fuerit uiro alienigenæ,pro eo quod erat,ſi nupſerit uiro alienigenæ. Tropus Hebraicus. Si autem mortuus fuerit uir eius.) Eius,apud Græcos non additur. Item poſtea, ſoluta eſt à lege uiri.uiri non eſt apud Græcos,nec ad rem pertinet. quanq; τοῦ ἀνδρὸς in quibuſdam inuenio codicibus. nec eſt Græce liberata eſt, ſed libera eſt, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου. Liberata eſt à lege uiri.) κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου. Verbum κατήργηται ſignificat ius abolitum & antiquatum,ut & aliquanto poſt νυνὶ δὲ κατηργήθημεν.

Vt ſitis uos alterius.) Inepte addit uos in uertendo, etiamſi apud Græcos additur. ſatis erat,ut ſitis alterius, etiamſi Græce eſt alteri,non alterius, id eſt, ut alius uos habeat, & non ſitis ueſtri iuris. Vt fructificetis deo.) ἵνα καρποφορήσωμεν, id eſt,ut fructificemus,ſequitur autem ὅτε γὰρ ἦμεν,in eadem perſona.id eſt,cum eſſemus. Alluſit autem ad uxorem, cuius modo meminit, quæ parit ſuo uiro.

Paſſiones peccatorum.) παθήματα, id eſt, morbos, cupiditates, ſiue affectus, ſiue perturbationes Paſſiones.

perturbationes. Quæ per legem erant.) τὰ διὰ τοῦ νόμου. Hoc loco, quæ, nō refert peccata, ſed paſſiones παθήματα, ut intelligas legem excitaſſe peccandi libidinem.

Operari ἐνεργεῖν.

Operabantur in membris.) ἐνηργεῖτο, quod magis ſignificat uim habebant, ſiue ſecreto agebant. nam occulta uis dicitur ἐνέργεια, uelut in ſemine, & uis mentis in homine.

In qua detinebamur.) ἐν ᾧ ad legem refertur, non ad mortem. nec enim in pleriſque eſt Græcis mortis, ſed mortui ἀποθανόντες. Origenes teſtatur utranq; lectionem ſibi notam fuiſſe, uerum hanc quam nos ſequimur magis approbat. Ambroſius diuerſam ſequitur. utraq; ſatis cōgruit his quæ ſequuntur. Dicta eſt autem lex mortis, pro lex mortifera. Proinde illud, in qua detinebamur, referri poteſt uel ad legem, ut ſit ſenſus. nos iam mortui in Chriſto, liberati ſumus à iure legis in qua detinebamur. uel ad mortui, ut ſubaudias pronomen, mortui ei legi in qua detinebamur.

Duplex lectio.

Occaſione autem accepta.) ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία. Interpres non ineleganter mutauit genus participij, & actiuum uertit in paſſiuum, ut conueniret tempus. nam λαβοῦσα, præteriti temporis eſt. nec uideo cur hic Stapulenſis debuerit offendi.

Faber.

Ego autem mortuus ſum.) ἀπέθανον, id eſt, mortuus eram, ſiue mortuus fui, ut ſit præteriti temporis, & reſpondeat illi reuixit. tranſfert enim Paulus docendi gratia rem in ſuam perſonam, & retulit inter ſe pugnantia. nam uita peccati, mors eſt hominis. Proinde ſi reuixit peccatum, illico conſecuta eſt mors hominis.

Paul⁹ alienā perſonā in ſe tranſfert.

Seduxit me.) ἐξηπάτησέ με, id eſt, decepit me, & ab uia abduxit, hoc enim proprie ſonat ἐξαπατᾶν.

Sed peccatum ut appareat &c.) Vicioſa diſtinctione ſenſum huius loci corrumpimus. ſic autem diſtinguūt Græci, Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? abſit, ſed peccatum, ut ſubaudias mihi factum eſt mors. Ad eum modum interpretatur & Vulgatus, licet ſecus diſtinguat Auguſtinus, ſermone de uerbis Apoſtoli undecimo. Græca ſic habent, τὸ οὖν ἀγαθόν, ἐμοὶ γέγονε θάνατος; μὴ γένοιτο, ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία.

Diſtinctio uaria.

Operatum eſt mihi.) κατεργαζομένη, id eſt, operans. participium infiniti, uerbi uice poſitum, id eſt, ut uideatur peccatum per id quod bonum eſt mihi operari mortem, non operando, quemadmodum placet Laurentio.

Supra modum peccans peccatum.) καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία. quod ita ſonat quaſi dicas, ſceleſtum ſcelus, aut ut ſiquis dilucide potius quam latine uertat, peccaminoſum peccatum. nam quod uertit peccans, Græcis non participium eſt, ſed nomen adiectiuum. Annotauit hoc diligenter ſiue Origenes, ſiue huius interpres, à Paulo ceu perſonam quandam fingi peccati, quod Græcis eſt generis fœminini, ut liceat apud illos dici, peccatrix peccantia. Quod ſi apud nos peccatum eſſet generis maſculini, ut uelut de homine liceret dicere, peccatum uehementer peccator, minus eſſet elocutio dura. Neq; uideo tamē cur Hieronymus dicat ſe malle uicium ſermonis admittere, q̄ non ſatis integre exprimere ſenſum Pauli. ſiquidem Græcis non eſt ſoloœciſmus ἁμαρτωλὸς ἁμαρτία, certe iuxta dialecton Atticam. Porrò quis latinus intellecturus ſit, quid ſit peccatum peccator, pro peccato inſigni & euidēti, aut cur potius peccator peccatum, q̄ peccatrix peccatum? Et tamen ita legit Auguſtinus, libro primo ad Simplicianū, quæſtione prima. niſi quod in æditis exemplaribus mendoſe legitur, ſuper modum peccator aut peccatum, pro eo quod erat, ſupra modum peccator peccatum.

Peccans peccatum.

Peccatrix peccatum.

Venundatus ſub peccato.) πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, id eſt, uenditus ſiue addictus ſub peccatum, id eſt, in ſeruitutem & iugum peccati. neque uideo quæ obſcuritas hic offenderit Fabrum. Non enim quod uolo bonum.) Bonum & malum apud Græcos non eſt, οὐ γὰρ ὃ θέλω τοῦτο πράσσω, ἀλλὰ ὃ μισῶ, id eſt, non enim quod uolo hoc ago, ſed quod odi. At paulo inferius, hæ duæ uoces, bonum & malum adduntur. non enim quod uolo facio, nempe bonum.

Faber.

Iam non ego.) οὐκέτι ἐγώ. Quod eleganter & latine uerſum ab interprete, miror quamobrem cuiquam mutandum uideatur.

Repugnantem legi.) ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ, quaſi dicas contramilitantem & rebellantem. gaudet enim Paulus metaphoris quæ militiam ſapiunt.

Sermo Pauli parū integer.

Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum.) Origenes ut & aliàs in Paulo deſyderat

deſyderat elocutionis integritatem, ita putat hunc ſermonem parum conſtare, uel quod coniunctiones ſint ſuperfluæ, uel quod non adhibitæ ut oportet. Putat autem incommodum hoc, tali ordine poſſe tolli, ſi legamus hoc pacto. Igitur quia malum adiacet, uolens facere bonum, inuenio legem dei, & condelector ei ſecundum interiorem hominẽ. &c. Mea ſententia poteſt & ſic accipi, ut cõiunctio ὅτι, non ſit hic cauſalis, quẽadmodũ accipit Origenes, ſed accipiat͂ εἰδικῶς. ſitq; ſenſus, Dum conor parere legi bonæ, & uincente cupiditate pertrahor ad malum, ſentio malum illud in me eſſe, non in lege. Atq; hic quidem ſenſus probe habet. Verum ſi hunc probamus, neceſſe eſt, ut Paulum fateamur hoc ſermone balbutiſſe, nec abſoluiſſe quod inſtituerat. Apparet enim tale quiddam dicturum fuiſſe. Comperio igitur legem, ſi quando coner benefacere, hoc efficere in me, ut intelligam, peccandi maliq; fontem in meipſo eſſe, non in lege. Vulgarius reſtituit hũc in modum, Inuenio ergo legem fauentem, uolenti mihi quod bonum eſt facere, ſed non facienti, quoniam adiacet mihi malum. Fatetur autem obſcurum eſſe ſermonem, quod uideatur deeſſe nõnihil. Idem indicat alios ad hunc ordinare modũ. Inuenio autẽ legẽ nemini alteri eſſe impoſitam, niſi mihi facere bonum uolenti. Nam qui recte cupiat agere, ei demum lex eſt lex, ut quæ id faciendum præſcribat, quod ille cupit facere.

Paulus Græce balbutiẽs

Captiuantem me in lege peccati,) αἰχμαλωτίζοντί με τῷ νόμῳ, id eſt, qui reddit me captiuum legi peccati.

De corpore mortis huius.) ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου. Græca magis ita ſonant, ut huius ad nomẽ corpus referatur, q̃ ad mortẽ. nã mortis corpus, uocat corpus obnoxium affectibus peccandi. Et addit, ex hoc corpore, quod in ſe ſumpſerit perſonam hominis ſentientis huiuſmodi affectus. quandoquidẽ hæc eſt uelut una clauis ad intelligentiam Pauli, ſi quis animaduertat mutationem perſonarum, de quibus & ad quas loquitur. Certe palam̃ eſt Vulgarium idem ſentire, quod nos indicauimus, ſi quis obſeruet, non quid uerterit interpres, ſed quid interpretetur ipſe. ſubijcit enim, id eſt, morti ſubiecto.

Corp⁹ mortis quid.

Gratia dei.) εὐχαριστῶ τῷ θεῷ, id eſt, gratias ago deo, atq; ita legitur in emendatis latinorum codicibus, ut ſermo ſit oſtendentis per quem ſit liberatus, nempe per eũ cui gratias agit. Tametſi Laurentius indicat in quibuſdam exemplaribus ſcriptum fuiſſe χάρις τῷ θεῷ, id eſt, gratia deo, quod uerbis diuerſum, re idem eſt. Ex Origenis interpretatiõe non liquet quid legerit, ſed tamen conijcere licet illum legiſſe quod nos oſtendimus eſſe apud Græcos, uel ex hiſce uerbis, Reſpondet͂ uero ad hoc q̃d dixerat, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Iam non ex illius, ſed ex apoſtolica autoritate, gratia dei per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrum. Vnde apparet quod propterea hæc omnia deſcribit Apoſtolus, & mala quæ intra nos gerebantur, expoſuit, ut ad ultimum oſtenderet & doceret, de quantis nos malis, & de quãtis nos mortib⁹, Chriſtus eripuit. Hactenus Origenes, indicãs quæ hactenus dicta ſunt à Paulo ſub eius perſona dicta, qui nondũ gratiæ diuinæ particeps luctetur adhuc cũ carnis affectibus, impar illis. Verũ quod exclamatione reſpondet͂ nõ ſub eadẽ dici perſona, ſed ſub eius qui non per legem, ſed per gratiã Chriſti liberatus ſit ab illa miſerrima ſeruitute. Ambroſius itẽ interpretatur ex his uerbis accipiendũ hominẽ gratia dei liberatũ eſſe de corpore mortis huius, nõ liberandum. Aſtipulantur his quæ mox ſequunt͂, Lex em̃ ſpiritus uitæ, in Chriſto Ieſu, liberauit me a lege peccati & mortis.

Mutata perſona in Paulo.

EX CAPITE OCTAVO.

Lex enim ſpiritus uitæ.) Spiritus, hoc loco genitiuus eſt caſus, ut intelligas legem, non carnis, quæ mortem adfert, ſed ſpiritus, qui uitam largitur ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος. quanq; Græca ſunt huiuſmodi, ut ſic ſenſus eſſe poſſit, lex ſpiritus qui eſt uita. Quanquam̃ non me fugit Vulgarium duos genitiuos ad eandem uocem referre, legem ſpiritus, legem uitæ. Redarguit em̃ eos qui legẽ uitæ, Moyſi legẽ interpretantur. Lege peccati & mortis.) ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου. Et hic elegantius uertiſſet a iure peccati. Cæterũ ſermo Græcus anceps eſt. poteſt em̃ ſic accipi, a lege peccati & mortis, ut lex ad utrũq; ex æquo referat͂. ſiue

à lege peccati, & à morte, quæ comes eſt peccati.

Nam quod impoſſibile erat legi.) τὸ γαρ̀ ἀδύνατον τοῦ νόμου. Græce eſt legis, paterno caſu, non legi, dandi. atque ita ſanè legit Ambroſius. Verum habet hic ſermo nonnihil difficultatis. ſiquidem intelligi poterat, τὸ γαρ̀ ἀδύνατον τοῦ νόμου, Impotentia eſt legis, ſiue imbecillitas legis, per quã erat infirma & inefficax. Verum iam non congruũt ea quæ ſequuntur, niſi fateri uelimus Paulum uel obliuiõe uel imperitia uel neglectu Græci ſermonis, non reddidiſſe reliquam partem. Nam mihi quidem locum hunc pro mea uirili perpendenti, uidetur aliquid uerborum deeſſe ad explendam ſententiam, ueluti ſi ſic legamus. Nam quod lex Moſaica non potuit iuxta partem carnalem, ſecundum quã erat imbecillis & inefficax, hoc deus præſtitit miſſo filio ſuo, qui ſpiritualem legis partem abſoluit. Atque id ut magis probem, facit coniunctio quæ ſequitur. & de peccato damnauit peccatum. Niſi enim ſubaudias uerbum præſtitit, aut effecit, aut aliud his ſimile, coniunctio uidetur ocioſa. Niſi placet ut ἀδύνατον nominatiuus, poſitus ſit abſolute loco genitiui, ut ſenſus ſit, cum enim eſſet impoſſibile, &c. Alioqui hæc pars, Nam quod impoſſibile erat legis, in quo infirmabatur, referenda ſit ad quod ſequitur, de peccato damnauit peccatum, id quod lex facere non poterat.

Sermo imp/fect⁹ Pauli.

In quo infirmabatur.) ἐν ᾧ ἠσθένει. Poteſt & ſic accipi, in eo quod infirmabatur, hoc eſt, quatenus infirmabatur. Porrò infirmabatur dixit, pro eo quod eſt, inualida, parumque efficax erat.

Similitudo falſa ſpecies.

In ſimilitudinẽ carnis peccati.) ἐν ὁμοιώματι, id eſt, in ſimilitudine. quod ut ſuperius indicatum eſt, magis ſonat aſſimulationem & imaginem. Nam quod Chriſtus nocentis perſonam aſſumpſit, hypocriſis quædam erat, abſit inuidia dicto. Porrò iuxta proprietatem Hebræi ſermonis, carnem peccati dixit, carnem peccato obnoxiã, & ideo complexim eſſe legendum admonet Auguſtinus ſermone de uerbis apoſtoli trigeſimoprimo, Vere carnem habebat Chriſtus, peccati carnem uidebatur habere, cum non haberet.

De peccato damnauit peccatum.) Indicauit Origenis interpres, nam id de ſuo addidit, Græcis nõ eſſe de peccato, ſed pro peccato, ut intelligamus peccatum fuiſſe damnatum peccati. Neque enim accipi poteſt, peccatum ex peccato damnatum, cum ſit περὶ ἁμαρτίας. & tamen ita uidentur interpretari. Mihi uidetur non abſurde hic ſenſus accipi poſſe. Chriſtus miſſus damnauit etiam peccatum de peccato, hoc eſt, conuicit, & coarguit peccatores, ut qui antehac falſa iuſtitiæ imagine deceperant, nunc palàm eſſet eos impios fuiſſe. cum Chriſtum legis finem, ſub prætextu legis ſeruandæ occiderent. Alij de peccato, exponunt accipi pro uictima, quæ ſolet iuxta ritum Moſaicæ legis immolari pro delicto. Atque id ſanè pulchre quadrat in Chriſtum, tantum obſtrepit præpoſitio περὶ. Mollius erat ſi fuiſſet παρὰ. Verum hæc curioſus lector, exactius perpendet. nos in hoc argumento, potiſſimum ea perſequimur, quæ faciunt ad lectionis ſynceritatem.

Vari⁹ ſenſus.

Quæ ſpiritus ſunt ſapiunt.) φρονοῦσι, non repetitur apud Græcos. Et magis ſentiunt, quàm ſapiunt. Mirum autem cur hic interpres inutilem affectarit copiam, quæ officiat etiam intelligentiæ.

Prudẽtia ꝓ affectu.

Quoniam ſapientia carnis.) φρόνημα. Idem uerbum quod modo ſæpius uerterat prudentiam. Eſt autem uerbale nomen a uerbo quod modo uertit, ſapiunt & ſentiunt, cum potius ſignificet affectum animi, ut μέγα φρονεῖν, elato eſſe animo, & δυνατὰ φρονεῖν, humana curare. Ita hoc loco φρόνημα, non tam ſignificat ſapientiam, aut prudentiam, quàm affectum, & curam, ſeu cogitationem. Nec eſt apud Græcos, inimica eſt deo, ſed inimicitia eſt aduerſus deum, ἔχθρα εἰς θεὸν, & ad hunc modum citauit diuus Hieronymus non ſemel aduerſus Iouinianum. Nec aliter Auguſtinus, cum aliàs aliquoties, tum explicans aliquot huius epiſtolæ locos, ni fallor. Supereſt enim in uulgatis codicibus hæc ſcriptura, Quia carnis prudentia, inimica eſt in deum. probabile eſt, inimica mutatum pro inimicitia. At Græcis ſanè ſi accentus tranſferatur in extremam ſyllabam ἐχθρὰ, ſonabit inimicam. uerum id φρόνημα præcedens neutri generis nomen non ſinit, cum magis dicendum foret ἐχθρόν.

Εχθρὰ pro ἐχθρα.

Si tamen

Si tamen ſpiritus dei.) εἴπερ eſt Græce, quod ualet fermè, ſanè aut ſiquidem. quanq; hoc loco non eſt dubitantis, ſed ratiocinantis, quaſi dicas, quandoquidem ſpiritus dei habitat in uobis. Quanquam Origenes & Ambroſius ambigue legit & exponit.

Corpus quidem mortuum eſt, ſpiritus autem uiuit.) Pro uiuit, Græcis eſt, uita eſt. atque ita citat Auguſtinus in explanãdis quæſtionibus huius epiſtolæ. Ac rurſum ediſſerens pſalmum ſeptuageſimumquintum. item libro de ciuitate dei tredecimo. & contra Fauſtum libro uigeſimoquarto, capite ſecundo. Conſimiliter Athanaſius in libello de ſpiritu ſancto ad Serapionem. Atque item Ambroſius hunc explanãs locum, ſuffragantibus & uetuſtis latinorum exemplaribus manu ſcriptis. Fortaſſis efficacius eſt, uita eſt, quam uiuit. Siquidem uita eſt, quod uitam præbet. Agit enim, ni fallor, de ſpiritu Chriſti, non noſtro, quod propemodum indicant quæ mox conſequuntur. Quod ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis habitat in uobis. Eſt autem facilis lapſus, in ζωὴ & ζῇ, uita & uiuit, ac minimum intereſt, quantum ad ſententiam attinet.

Vita eſt, pro uiuit.

Propter iuſtificationem.) διὰ τὴν δικαιοσύνην, id eſt, propter iuſtitiam, ut & aliàs ſæpe uertit. Nam δικαίωσις magis ſonat iuſtificationem.

Propter inhabitantem ſpiritum eius in uobis.) Hilarius libro de trinitate ſecundo, legit, propter ſpiritum ſuum qui habitat in uobis, & latinius. quanquam id minutius eſt quam ut de eo ſit contendendum. Variabant hic quædam exemplaria Græcorum, cum in pleriſque eſſet, διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ πνεῦμα ἐν ὑμῖν, id eſt, propter ſpiritum ſuum qui habitat in uobis. In nonnullis, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν, id eſt, per ſpiritũ ſuũ qui habitat in uobis. Ad ſenſum haud magni refert. licet eñ διὰ præpoſitio genitiuo addita ſignificet inſtrumentũ, accuſatiuo adiuncta cauſam, tamẽ nihil uetat quominus alicubi res eadem, tum cauſa ſit, tum inſtrumentum.

Varia lectio

Iterum in timore.) εἰς φόβον, id eſt, ad timorem, ſiue terrorem.

Spiritum adoptionis filiorum dei.) Pro tribus uocibus una eſt apud Græcos υἱοθεσίας, quæ uox filiorum adoptionem ſignificat. Porrò genitiuus dei, additus eſt, cum in Græcis codicibus non habeatur.

Abba pater.) אב ſiue אבי Hebræis, imo Syris, quemadmodum indicat Hieronymus, ſonat patrem, dictio è duabus primis literis compoſita, Aleph & Beth. Sed uocem Hebræam reliquit, quo ſignificaret peculiare quiddam eſſe in ipſo uocabulo, quod & patres libenter audiunt, & pueri primum ſonare diſcunt. Nam hoc ſtatim implorant patris opem, cuiuſmodi eſt apud latinos pappus, uox infantibus peculiaris. Cæterum quod addidit ὁ πατήρ, Græcis incertum eſt, utrum conduplicatio ſit ad emphaſim affectus faciẽs an interpretatio peregrini Rhomanis uocabuli, maxime cum additum ſit nominandi caſu. Quanquam mihi uero propius uidetur κατ' ἀναδίπλωσιν dictum. cum is loquendi colos Hebræis ſit penè peculiaris ἐπιτάσεως gratia, nunc eandem uocem iterantibus, nũc eandem alia idem pollente reddentibus. ut, Non omnis qui dicit mihi dñe dñe. &, Deus deus meus. &, Ficus bonas bonas. &, Domine dominus noſter. nam in hoc poſtremo exemplo, Hebræis diuerſæ ſunt dictiones. prior eſt uocabulum dei tetragrammaton, conſtans hiſce literis, Iod, He, Vau, He. quod illi uocant ἄῤῥητον, id eſt, ineffabile. poſterior eſt אדני Adonai, quod commune eſt ac ſæpenumero tribuitur & hominibus. Sunt autem eadem uerba, quibus Chriſtus utitur, orans patrem apud Marcum capite decimoquarto. Cæterum librariorum uitio factum arbitror, quod Auguſtinus epiſtola centeſimaſeptuageſimaoctaua, ſcribit abba Græcum eſſe uocabulum, pater latinum, cum neque Paulus latine ſcripſerit Rhomanis, & extra controuerſiam ſit Abba Syriacum, aut Hebræum eſſe uocabulum. Sed Auguſtini uerba ſubſcribam. Non accipiatur Paulus, qui dicit Rhomanis ſcribens, In quo clamamus abba pater. In uno nomine duabus utitur linguis, dicit enim abba Græco uocabulo patrem, & latine nomi nat identidem patrem.

Abba pater.

Expenſa Auguſtini ſententia.

Teſtimonium reddit.) συμμαρτυρεῖ, redditur, uel quod refertur, uel quod debetur. At Græcis eſt, atteſtatur, ſiue ut magis ad uerbum reddam, conteſtatur, ut intelligas geminum eſſe teſtimonium duorum ſpirituum noſtri & dei. Porrò teſtimonium

ſpiritus noſtri, confirmatur teſtimonio ſpiritus diuini.

συμπαθῶμεν. Si tamen cõpati.) εἴπερ, id eſt, ſiquidem, quod hic quoq; poſſet accipi ratiocinatiue, nõ dubitatiue. Item hoc loco compati, eſt non quod uulgo accipiunt indocti moueri malis alterius, ſed ſocium eſſe & imitatorem, atq; æmulum afflictionum Chriſti.

Vt & glorificemur.) Vna glorificemur, συνδοξασθῶμεν, ut intelligas communem nobis cum Chriſto gloriam.

Exiſtimo enim.) λογίζομαι, id eſt, perpendo, ſiue reputo. Nec enim id opinatur Paulus ceu dubitans, ſed certus ita eſſe, perpendit in animo ſuo.

Quæ reuelabitur in nobis.) Dubium eſt apud Græcos, an uerbum ἀποκαλυφθῆναι, debeat referri ad præpoſitionem πρὸς, an ad participium μέλλουσαν. Nam ſi referatur ad præpoſitionem, erit ſenſus, ad hoc, ut futura gloria reueletur in nobis, ac tum uidetur deeſſe articulus τὸ, ſolitus præponi uerbis infinitis. Interpres ſic ordinaſſe uidetur, πρὸς τὴν δόξαν τὴν μέλλουσαν ἀποκαλυφθῆναι. i. ad gloriam quæ reuelabitur. nec eſt, in nobis, ſed in nos, quanq; præpoſitio εἰς, uti ſæpius admonui, Græcis anceps eſt.

ἀποκαραδοκία. Nã expectatio creaturæ.) ἡ δ' ἀποκαραδοκία, quod nõ ſignificat ſimpliciter expectationem, ſed uehemẽtem & anxiam expectationem, ut teſtantur & Græca ſcholia, quæ Græcanicæ uocis emphaſim indicant, cum ex corde quippiam expectatur. unde nos uertimus ſollicita expectat.

Nam uanitati creatura ſubiecta eſt.) Vanitas non hic ſonat mendacitatem, ſed potius fruſtrationem ματαιότητι, quod creatura interim nõ aſſequatur, quod utcunq; contendit efficere. Verbi cauſa, dum aliud ex alio propagans, indiuiduis uiciſſim cadentibus ac renaſcentibus ſpeciẽ tuetur ne intercidat, meditatur immortalitatem quandã, ſed fruſtra.

Qui ſubiecit eam.) Eam, additum eſt explicandi cauſa διὰ τὸν ὑποτάξαντα. Et in ſpe, ἐπ' ἐλπίδι, magis eſt ſub conditiõe ſpei. Cæterum quod ſequitur, quia & ipſa creatura liberabitur, &c. connecti poterat ſuperioribus, ſubiecit ſub ſpe, nimirũ hac, quod & ipſa liberanda ſit a ſeruitute, ſed creatura repetita, duriuſculam reddit orationem.

Liberabitur a ſeruitute corruptionis.) ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, id eſt, libera reddetur, ſiue in libertatem uindicabitur. Et φθορὰ corruptio, Græcis quoq; uox eſt anceps. nam & de uiciato dicitur, & de pereunte. hic interitum ſonat. Atq; ita legit Auguſtinus explanans epiſtolam ad Galatas. Senſus autem eſt, creaturã quæ nunc obnoxia eſt exitio, aſſerendam in libertatem, hoc eſt, in gloriam filiorum dei.

Omnis creatura ingemiſcit & parturit.) Aptius Græce συστενάζει καὶ συνωδίνει, id eſt, cõgemiſcit, & cõparturit ſiue condolet, ut ita loquamur. Certe congemiſcit, citat Hieronymus in commentariorum Eſaiæ libro octauo. & Auguſtinus octogintatrium quæſtionum ſexageſimaſeptima, legit congemiſcit & dolet. Pro dolet, parturit legit Ambroſius, ut præpoſitio σὺν uel ad nos referatur, uel ad uniuerſam inter ſe creaturam. Origenes itẽ nominatim annotat dictum eſſe congemit, pro eo quod eſt, cum alio gemit, haud tamen diſſimulans uariare libros, in nonnullis enim fuiſſe συστενάζει.

Nõ ſolũ peculiare Paulo. Non ſolum autem illa.) Illa, non additur apud Græcos οὐ μόνον δὲ. Sed tamen ex iis quæ mox ſequuntur apparet ſubaudiendum. Quid hic faciant, qui nec apicem mutari uolunt in literis ſacris? frequenter indicat hanc elocutionis formã in Paulo Origenes.

Receptaculum p primitijs. Primitias ſpiritus habentes.) τὴν ἀπαρχήν. Mirum quid ſecutus Ambroſius legerit, ſed & nos qui receptaculum ſpiritus habemus. quanquam ex enarratione, non ſatis perſpicuum eſt quid legerit.

Intra nos gemimus.) ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν, id eſt, in nobis ipſis congemiſcimus.

Adoptionem filiorum dei.) υἱοθεσίαν, id eſt, adoptionem. Sed interpres explicandæ rei gratia adiecit quædam uerbula, idq; perpetuo facit in hac dictione.

Redemptionem corporis.) ἀπολύτρωσιν, quæ proprie dicitur cum dato precio redimuntur captiui, uelut à piratis, aut in bello capti. Corporis dictum eſt, pro a corpore, ut liberemur a corpore, quod ante mortis corpus uocauit. Videtur autem hoc ita adiectum, quaſi uoluerit interpretari υἱοθεσίαν adoptionem, quæ adoptio nihil aliud eſt, quam ut ab hoc corpore liberemur.

Quid

Quid sperat?) τί καὶ ἐλπίζει, quid etiam, aut quid insuper sperat? Non ociosa erat coniunctio, significans frustra iam sperari quod uideas.

Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem.) Græcis est numero pluratiuo infirmitates, siue imbecillitates nostras, συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενίαις ἡμῶν. Est autem συναντιλαμβάνεσθαι in re quapiam suscepta, auxilio adesse laboranti, & idcirco addidit ὡσαύτως, id est, consimiliter. Sicut nos per patientiam expectantes nitimur, ita etiam spiritus admouet auxilium suum deficiētibus, ceu manum porrigens laborantibus.

Adiuuat συναντιλαμβάνεται.

Nam quod oremus.) τὸ γὰρ, τί προσευξόμεθα. Interpres non expressit uim articuli τὸ, qui refertur ad totum hoc quod mox sequitur. unde nos uertimus, siquidem hoc ipsum quid oraturi simus ut oportet, non nouimus. hoc est, tantum abest, ut ipsi nobis possimus esse præsidio, ut nesciamus quibus præsidijs sit opus.

Spiritus postulat.) ὑπερεντυγχάνει, quod aliquando uertit postulat, aliquando interpellat, aut intercedit. Est autem quoties quis conuenit aliquē super negocio alterius, uelut si quis adeat principem, commendaturus causam amici.

Desyderiū φρόνημα.

Quid desyderat spiritus.) τὸ φρόνημα, id est, sensum, siue quid sentiat spiritus, hoc est, affectum spiritus. quod Terentius uertit sensum, Illius sensum pulchre calleo. Eadē est uox Græca, quam toties iam uertit prudentia.

Duplex sensus.

Cooperantur in bonum.) συνεργεῖ, referri potest apud Græcos, uel ad spiritum uel ad omnia, ut iuxta priorem sensum intelligas, spiritum sanctum omnia uertere in bonū suo auxilio. iuxta posteriorem accipias, omnia etiam mala adiumento esse sanctis ad felicitatē, & hic sensus magis mihi arridet. atq; hūc sequit̄ Vulgarius. Nec est quod moueat quēquam uerbū singularis numeri συνεργεῖ, cum πάντα, nominatiuus sit neutri generis.

Duplex sensus.

Iuxta propositum.) κατὰ πρόθεσιν, id est, iuxta animi destinationē. ut propositum referatur non ad sancti, aut ad hominem recti propositi, sed ad prædestinationem dei. Ita Origenes ac Thomas, etiamsi Ambrosius utrunque sensum uidetur attingere. Quanquam & Origenes aliquanto inferius explicās qui dicantur uocati & non electi, qui uocati & electi, nonnihil a seipso dissidet, interpretans secundum propositum uocatos dici, qui priusq; uocarentur, propenso iam tum erant animo ad cultum diuinū, quorūq; promptæ iam uoluntati tantum deerat uocatio, uidelicet ut propositum, non ad deum destinantem, sed ad hominem in animo statuentem pertineat. Neque uero apud Græcos adiungitur sancti, tantum est uocati, Atq; ita legisse Origenem ex ipsius liquet interpretatione, cum ait, Videndum est ne forte ex hoc quod dicit, ἡς qui secundum propositum uocati sunt, & quos præsciuit, & quos prædestinauit &c. Neq; secus legit Ambrosius, sic enim ediserit, Hi autem secundum propositum uocantur, quos credentes præsciuit deus futuros sibi idoneos, ut anteqū crederent scirentur. Sequitur hanc tum lectionem tum sententiam & Vulgarius. quanq; refragatur Thomas, & uetusti latinorum codices. Apparet autem sancti, additū ex aliis locis, in quibus hæ duæ uoces, uocati sancti, sæpenumero copulant̄.

Duplex sensus.

Vocati sunt sancti.) κλητοῖς οὖσιν, qui sunt uocati. Primum sancti, ut dictum est, redundat. deinde uocati, hic non participium est, sed nomen, ut in initio indicauimus, ut rursus excludat opera legis, quibus male fidebant Iudæi, & ostendat ueram sanctimoniam contingere ex uocante deo, non tamen citra nostrum conatum.

Quos præsciuit.) οὓς προέγνωκεν, siue ut quibusdam legitur προέγνω. Iam superius admonuimus apud Græcos hoc uerbum aliquoties accipi pro statuit, siue decreuit, quod cognitio coniuncta sit deliberationi. & uidentur hæc non tam genere, aut ratione inter se dissidere, quam̀ gradibus quibusdam & interuallis inter se distincta connecti, quo magis rem Paulus exponat oculis, ut προεγνῶναι, sit deliberantis, ac statuentis, quod tamen aliquo modo possit immutari, ut hominum more loquamur. Deinde, προορίζαν, siue ὁρίζαν, quod decretū fuerit iam palā pronunciantis, quod fieri non solet, nisi cū ita decretum est aliquid, ut mutari non possit. Porrò ubi pronunciaris quod decreuisti, superest ut exhibeas ac præstes quod es pollicitus. Incipit autē exhibere, qui uocat & inuitat. Deinde ne uideat̄ frustra uocasse, uocatos iustificat etiā, sine quo nō sumus capaces promissi. Deniq; iustificatis dat̄ præmiū. igitur προέγνωκεν, deus ab æterno, quos

Noua interpretatio.

decreuit

Prædeſtinare. Vocare. Iuſtificare. Glorificare.

decreuit ac ſtatuit ad immortalitatem uocandos eſſe προώρισεν, de quibus iam per prophetas ſuos, ac multo magis per filium pronunciauit promulgato decreto ſuo. Vocauit autem per prædicationem Ieſu, iuſtificauit per mortem illius, glorificauit per reſurrectionem, ac præmium immortalitatis. Ad hunc modum Paulus gradibus quibuſdam, ab eo quod eſt omnium primum, peruenit ad id quod eſt omnium ſummum, quo res eſſet firmior & abſolutior. Quod ſi quis durius exiſtimet, me tollere præſcientiam hoc loco, ſciat ad eum modum interpretatum eſſe Vulgarium Græcum interpretem, & quo quidam credēt libentius, recentē, qui hoc putat intereſſe inter πρόγνωσιν & προορισμὸν ſiue ὁρισμὸν, quod illud ſit minus firmum, hoc firmius. quin etiam ubi Petrus ſcribit προεγνωσμένος γὰρ πρὸ τῆς καταβολῆς τοῦ κόσμου, quo loco præſcitos, erat uertendum iuxta horum ſententiam, nec Lyranus ueretur exponere præordinatos. Et diuus Thomas indicat fuiſſe, qui hoc loco præſcientiam aliud quiddam fuerint interpretati. nempe præparationem ad gratiam, quam pro tempore deus oſtendit in ſanctis, ne uidelicet nihil intereſſet inter præſcire & prædeſtinare, quorum commentum idem merito reiicit. Quāquam nec Origenes hoc loco probat, ut πρόγνωσιν, id eſt, præſcientiam iuxta communem ſenſum accipiamus, iuxta quē deus & perituros præſciuit, ut iam falſum ſit, quoſcunq; præſcierit, eoſdem & prædeſtinaſſe. Verum ſicuti diuina ſcriptura iuxta conſuetudinem ſermonis ſui, cognoſci dicit eos, quos deus affectu complectitur, Nō noui uos. &, Nouit dominus uiam iuſtorum. ita hic præcogniti dicuntur. Neque uero me clam eſt quoſdam ex hoc loco quæſiſſe campum exercendi ingenij, in quo de præſcientia, déq; prædeſtinatione dei philoſopharentur, uidelicet Origenē, diuum Auguſtinum, Thomam Aquinatē, & poſt hos omnes theologorum ſcholas, quorum ego induſtriam non improbo. uerum hic ſenſus quem oſtendimus, mihi uidetur ſimplicior magiſq; germanus. quod ſi cui diuerſa placent, per me ſuo quiſque iudicio fruatur. nos admonemus, non præimus, & ita noſtra cō ferimus in medium, ut nullius omnino ſententiæ præiudicemus.

Nō quiſquis præſcit⁹, idē & prædeſtinatus.

Prædeſtinatio, campus ingeniorū.

Illos & magnificauit.) Græce eſt, ἐδόξασε, id eſt, glorificauit, nimirum per dona ſpiritus & adoptionem cæleſtem. & rectius erat eoſdem, quam illos. Ambroſius legit magnificauit. Origenes ediſſerens hunc locum legit, glorificauit, licet aſſcripſerint contextum ex noſtra æditione uulgata.

Qui proprio filio ſuo.) Suo, redundat apud nos, nam ſatis erat ἰδίου, id eſt, ſuo uel proprio. Certe ſuo non additur in uetuſtis exemplaribus, nec apud Auguſtinum qui hunc locum adducit libro de doctrina Chriſtiana quarto, cap. uigeſimo.

Omnia nobis donauit.) χαρίσεται, id eſt, donabit, futuri temporis. atque ita exponit Ambroſius, & huic conſentiens Vulgarius: etiamſi reclament antiqui codices & ueterū citatiōes. Proinde ſuſpicor uariatum in Græcis exemplaribus, in quorum nonnullis ſcriptū fuerit, ἐχαρίσατο pro χαρίσεται. Vterq; ſenſus bene habet. Suſpicor offenſū quempiā quod nondum omnia nobis uideantur donata a deo, mutaſſe uerbi tempus, ſed nihil uetat donationem iam peractam eſſe, quæ decreto conſtat, licet nondum ſit plena donati poſſeſſio.

Quis accuſabit aduerſus electos dei.) τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν τοῦ θεοῦ, id eſt, quis accuſabit aut quis crimen intendet aduerſus electos dei? Faber ita legit, ut κατὰ accipiatur pro ὑπὲρ, id eſt, quis accuſationem inſtituet pro electis dei, in defenſionem electorū aduerſus inimicos. Verum hoc quidem loco ſenſus Pauli manifeſtus eſt, ſi interrogationem intelligamus efficere negationem, ut ſit ſenſus. neminē auſurum criminari eos, quos deus nō ſolum uocauit, ſed etiā elegit. Proinde quæ ſequuntur, uſq; ad illum locū, Quis nos ſeparabit à charitate? ſub eadem interrogatione ſunt legenda, ut intelligas ἀδύνατον: quanquam audimus hæc etiam in templis publicitus pronunciatiue legi, non interrogatiue. idq; perperam, imo contumelioſe in Chriſtum, niſi tantum crimen excuſaret imperitia, non admodum honeſta patrocinatrix. Annotauit hunc locum Auguſtinus libro de doct. Chriſt. tertio, cap. tertio. Quanquam ille quidem aliquanto ſecus diſtinguit hūc ſermonem, quam nos uulgo facimus. Cum enim indicaſſet differentiolam inter percontationem & interrogationem, quod ad percontationem multa reſponderi poſſent, ad interrogationem uero, aut non, aut etiam. ſubijcit, pronunciabitur ergo ita, ut poſt percontationē qua di-

Fabri ſententia perpenſa.

Sēſus & ꝓnūciatiōe uariatur, adeo ut ſermo ꝓperā ꝓnūciat⁹, ſē ſū faciat hæreticum interdum.

qua dicimus, Quis accusabit aduersus electos dei? illud quod sequitur sono interrogantis enuncietur. Deus qui iustificat, ut tacite respondeat, non. Et iterũ percontemur, Quis est qui cõdemnet? Rursusq; interrogemus, Christus Iesus qui mortuus est? Magis autẽ qui resurrexit, qui est in dextera dei? qui & interpellat pro nobis? ut ubiq; tacite respondeatur, nõ. Ad eundem modum distinxisse Ambrosium, colligere licet ex his uerbis, quibus hunc enarrat locum, Deum qui nos iustificat, accusare nos negat. Simul & Christum damnare nos non posse, quia eo affectu dilexit nos ut moreretur pro nobis, & resurgens semper causas nostras agit apud patrem. Origenes uidetur more nostro duas particulas hasce coniungere. Deus qui iustificat, quis est qui cõdemnet? pugnant enim iustificare & condemnare. Deinde, Christus Iesus qui mortuus est &c. non uidetur legere uelut à percontante dicta, sed ab enunciante. non ut respondeatur superiori interrogationi quæ iam absoluta est, subaudito, nullus, sed ut sit noua coaceruatio argumentorũ. sitq; hic sensus, Deus est is qui iustificat, quis erit ille qui cõdemnet? Christus est is qui mortuus est pro nobis, immo qui & resurrexit, & sedens ad dexteram dei patris interpellat ꝓ nobis, quis accusabit electos, aut quis condemnabit? ut ex tot argumẽtis simul congestis pariter consequat, neminẽ fore qui nos uel criminetur, uel condemnet. At mihi quidem hæc lectio germanior esse uidetur, uel ob hoc quod alioqui nihil magnum colligi uidebatur, si conficiatur, patrem non accusaturum electos? cum iustificet, aut Christum non condemnaturum, cum interpellet pro nobis. Quis ergo nos separabit.) Ergo, additum est à latinis, & melius omittitur. Nam uidetur Paulus ueluti subito raptus affectu in hanc ceu exclamationem prorupisse ob tanta fiduciæ argumenta quæ præcesserunt. Charitas autẽ hic actiue uidetur accipi, ἀγάπη, nempe qua nos dilexit deus, & ad redamandum prouocauit. Minoris est momenti, quod Ambrosius legit, à charitate Christi, Origenes, à charitate dei. Sicut oues occisionis.) Testimonium sumptum est ex psalmo. 43. Porrò quod interpres uertit, occisionis, hebraice est, טִבְחָה quod magis apud illos sonat mactationem. ea est cum lanius contrectat & explorat pecudem, num idonea sit ut iuguletur. Siquidem simile quiddam est apud Latinos mactatio. Vnde Horatius, Mactata ueniet lenior hostia. Proinde oues occisionis dixit, pro eo quod est, oues occisioni destinatæ. Cæterũ hoc loco fuerat interpreti prætermittenda coniunctio ὅτι. Quid enim hic sermo significat Latinis, Scriptũ est, quia ꝓpter te mortificamur? Apud Græcos uaria est huius coniunctionis uis, apud nos non item. Superamus propter eum.) ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ, id est, superuincimus, ut plus aliquid intelligas, quam uincimus per eum qui &c. non propter eum διὰ τοῦ. Augustinus libro de ciuitate dei. 22. cap. 23. refert hunc ad modum, In his omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Ad eundem modum citat libro de doctri. Christ. 4. cap. 20. Itidem legit & Origenes sic ediſſerens. Et ideo, inquit, in his omnibus superamus non nostra uirtute, sed per eum qui dilexit nos. Ambrosius tamen legit, propter. intelligens nos in tantis afflictionibus infracto animo perdurare amore Christi, qui nobis tantum impenderit, quodammodo rependentes illi moriendi uices. Ipsius Ambrosij uerba sunt hæc, si quis forte requiret. Et quid mirum, si serui moriantur pro bono domino, quando dominus mortuus est pro seruis & malis? Vincunt ergo beneficia & exhortantur animum ad perseuerandum, propter eum qui dilexit nos.

Certus sum enim.) πέπεισμαι γὰρ, id est, persuasus sum siue confido, ut uertit diuus Hieronymus ad Algasiam quæstione nona. Atq; ita legit Ambrosius.

Neq; futura neq; fortitudo.) Fortitudo, apud Græcos non legitur, nec habet ad quod respondeat, cum instantia, id est, præsentia respondeant futuris, altitudo profunditati. Quanquam in eo quem modo citaui loco, diuus Hieronymus addit fortitudo. Apud Ambrosium nonnihil ab hac diuersa reperitur lectio, nouem duntaxat partes recensentem, Neq; mors, neq; uita, neq; angelus, neq; uirtus, neq; altitudo, neq; profundum, neq; præsentia, neq; futura, neq; alia creatura. Atq; ita legisse Ambrosiũ, palam arguit & ipsius interpretatio. Ex quo liquet quod loco fortitudinis apud nos non suo loco positæ, ille posuerit proximam angelis uirtutem, quam refert ad miraculum. Cæterum principatuum non meminit, etiamsi Origenes inter enarrandum nonnihil attingit de principatibus, nec alioqui anxius hoc loco in recensendis huius synathroesmi partibus. Augustinus in

Augustini distinctio.

Origenis distinctio.

Origenis distinctionem præfert cæteris.

Oues occisionis.

Additum aliquid.

A explicandis

explicandis huius epistolæ quæstionibus aliquot, recenset mortem, uitam, angelum, principatum, præsentia, futura, uirtutem, altitudinẽ, profundum, & aliam creaturam. Verum ferè fit, ut in huiusmodi singulorum catalogo nominum uarient alicubi codices, labentibus memoria scribis.

EX CAPITE IX.

Anathema.



Optabam enim ipse ego.) Anathemata græcis dicuntur res diis dicatæ, & in hoc sepositæ. Vide lector, num accipi possit, ηὐχόμην ἄν, δʼαυκτικῶς, p optarem siue optarim, etiamsi nõ additur ἄν, ut accipias optarem, si fieri posset. Porrò illud à Christo, refertur ad anathema, quasi dicas, quiddam sepositũ & alienum à Christo. Siquidem ἀναθήματα dicuntur dona in templis dicata numinibus, unde & latini ueteres, sacrum, in malum sensum usurpabant, ut Horatius, Sacer intestabilis esto. & Vergilius, Auri sacra fames. Hieronymus ad Algasiam quæstione. 9. putat hic anathema accipi posse pro occisione corporali, non pro exitio mentis. uerum reclamat quod sequitur à Christo. Quorum adoptio.) ὧν ἡ υἱοθεσία, id est, quorum adoptio. sicut admonuimus & antea. Et testamentum.) καὶ διαθῆκαι, id est, testamenta. Ad filios enim tabulæ testamenti pertinent. quanquam Hieronymus putat hoc uerbum apud Hebræos, unde ductum est à nostris, magis sonare pacta quam testamenta. Legis latio.) ἡ νομοθεσία, græcis unicum est uerbum, quod ad omnes leges condendas pertinet non solum ad unam. Augustinus in libello quẽ scripsit aduersus aduersarium legis, legit legis constitutio. Sentit enim Paulus gloriam à deo conditæ legis, penes illos fuisse. Rursus & testamentum.) Græce est testamenta numero multitudinis. Ita legit Hieronymus ad Algasiam quæstione. 9. interpretans alterum in litera, alterum in spiritu. Atq; ita scriptum est in uetustissimis exemplaribus latinis.

Obsequiũ, pro cultu.

Et obsequium.) ἡ λατρεία, id est, cultus siue religio, quod alibi uertit seruitutem. Sentit autem officia sacerdotalia, & ritus ac cæremonias sacrorum, interprete Origene. Quis autem per obsequium quicquam tale Latinus intelligeret?

Et promissio.) ἐπαγγελίαι, id est, promissiones aut promissa, ut legit Ambrosius.

Qui est super omnia deus.) Nisi hæc particula adiecta est, sicuti quasdam adiectas offendimus, hoc certe loco Paulus palam Christum pronunciauit deum. & consentiunt, quæ quidem uiderim Græcorum exemplaria. Vulgarius admonet hoc loco refelli Arrianorum impietatem, qui solum patrem uoluerunt uere ac proprie deum dici. Similia differit Origenes, indicans iam tum fuisse, qui non audebant Christum appellare deum, ne plures deos facere uiderentur. Sed suspicor hunc locum, quod intolerabilis esset Rhomanis auribus, mutatum ab Origenis interprete, aut ab alio quopiam quisquis is fuit, qui declarat sese etiam initio operis nonnihil adiecisse de suo. Et Hieronymus obiicit Ruffino, quod in libris quos uerterat, omneis Origenis errores reliquerit, præterq; de personis diuinis, quod eam blasphemiam nullas Rhomanorum aures laturas sciret. Itidem in his commentarijs reperies quædam, licet obscurius obiter insperta de diabolo redimendo, cap. 3. de animabus quæ peccarint antequam nascerentur, aliaq; id genus multa. At hic etiam aduersus Arrianorum dogma differit, qui suum errorem ex Origenis hauserant libris. At diuus Hieronymus scribens aduersus Ruffinum, negat inueniri in Origenicis libris, ubi catholice locutus sit de rebus hisce, de quibus in libris περὶ ἀρχῶν hæretica scripsit, id quod affirmabat Ruffinus. Quin & Ambrosius hoc loco subindicat fuisse, qui conarentur hæc ad patrem non ad filium detorquere. quod aliàs apud Paulum dei uocabulum, patri soleat tribui, filio domini, nõ quod minus competat in filium quam in patrem, sed quod sic magis expediebat illis temporibus ad prædicationem euangelij. ut ostendemus alibi copiosius. Verũ hoc loco nulla patris fit mentio, ut ulla ratione possit hæc pars ad illum accõmodari. Reperiuntur autem huiusmodi clausulæ locis aliquot additæ, uelut ad finiendam lectionem, quemadmodum apud nos solenne est addere, Tu autem domine, Gloria patri, Gloria tibi domine. sic apud Græcos ad calcem orationis dominicæ hanc adiecerunt coronidem, Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria in secula seculorum amẽ. Consimilem ad modum uideri poterat hæc addita clausula, ad finitam disputationis partem, & noui capitis initium, nisi tantus esset omnium exemplarium cõsensus, quanq;

Christus olim raro dictus deus ob scandali periculum.

Mirum Origenẽ disputare aduersus suã ipsi⁹ opinionem.

Insperta quædam in Origenis cõmentarijs, quæ uideantur ab Hieronymo correcta

Coronides.

Quanquam Cyprianus aduersus Iudæos libro .2. cap.5. adducit hunc locum omissa dei mentione. Cyprianus non addit deus.

Super omnia deus .) Incertum est, an distinguendum sit, deus super omnia, an super omnia benedictus, hoc est, celebrandus ac laudandus. Deinde incertum est, an sit super omnes, an super omnia. Postremo potest esse & in omnibus ἐπὶ πάντων. Distinctio uariat sensum.

Non autem quod exciderit uerbum dei .) οὐχ ὅιον δὲ, ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. Quod ita uertas licebit, Non autē uelut exciderit uerbum dei, id est, quod sic opto, ceu desperans illos, non est tale, ut putem promissa diuina irrita fuisse, cum deus promiserit salutem Israeli. Excidit qđ irritum est factum.

Non enim omnes.) Ex circumcisione, non est apud Græcos, sed ad hunc modum, οὐ γαρ πάντες οἱ ἐξ ἰσραὴλ, οὗτοι ἰσραὴλ. Non em̄ omnes qui sunt ex Israel, hi Israel, ut subaudias sunt. nam secundo loco gentem ipsam uocat Israel. Nō omnes orti ex stirpe Israelis, sunt Israelitæ.

Neq; qui semen sunt.) οὐδ' ὅτι, id est, neq; quod, siue quia. Atq; ita legit Ambrosius. Consentit cum hoc uetustissimum exemplar Paulinæ bibliothecæ, unde hoc à libraríjs est deprauatū. Interpres pro ὅτι, legisse uidetur ὅσις. Neq; ideo statim sunt filij Abrahæ, quod ex illo ducant genus. Quia, prō quia.

Promissionis enim uerbum.) ὁ λόγος, sermo siue oratio. neq; enim unum ponit uerbum.

Secundum tempus hoc.) κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, id est, in tempore hoc.

Non solum autē illa.) οὐ μόνον. Illa, pronomen addidit interpres, ut mitigaret græcam figuram, idq; haud perperam, quod aliàs tamen non est ausus.

Ex uno concubitu.) ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα, id est, ex uno concubitum habens. Potest bifariam legi ex uno Isaac, atq; ita genitiuus græcus uertendus erat in ablatiuum latinum, πατρὸς ἡμῶν, id est, patre nostro. Aut ex uno, subaudi, filio, deinde concubitum habens, id est, connubium patris nostri Isaac, ut intelligas ex una prole constitisse promissionem uidelicet Iacob. Postremo, nisi intellígas ἦν, id est, erat habens, oratio uidetur imperfecta, nisi repetas superiora. Imputabatur in numero filiorum Abrahæ quantū ad filios attinet, cum eos pariter ex eodem patre sustulisset. sed qui reprobatus est, non habitus est pro filio, nec huic profuit ex eodem patre progenitum fuisse. Porrò cubile habens, uerecunde dixit pro eo quod est, cōcepit. Laurentius Valla optimò iure refellit eos, qui hoc loco putent Rebeccam ex eodē concubitu concepisse geminos, quasi illud ad hanc rem pertineat, quoto coitu concepti sint Iacob & Esau. Imo Paulus ut adimat parentū fiduciam, proponit duos fratres, ex eodem patre, eadem matre simul eodemq; die progenitos, quorū alter tamen reiectus sit. Quid, quod ne post quidem uno concubitu cohærere, cum κοίτη apud Græcos fœmini generis sit, ἑνὸς masculini. Nec κοίτης legitur, sed κοίτην, id est, cubile. Proinde quidam offensi uerbis nihil significantibus, adiectis uerbis aliquot ita legebant, Sed & Rebecca ex uno concubitu, habens geminos filios, quēadmodum indicat ac reprobat Lyranus. Ac mihi uidetur, hoc ipsum quod superest incōmodi posse tolli, si nominatiuum participij pro genitiuo absolute posito accipias, ἔχουσα pro ἔχούσης, id quod Græci nonnunq; faciunt. Ac tum hic erit ordo, Duplex lectio. Locus palā deprauatus. Ordo.

Non solum autem Sara, quin etiam cum Rebecca grauida esset ex uno, eoq; patre nostro. Deinde ueluti per parenthesim interijciantur illa (nondum enim natis pueris, cum neq; boni quippiam fecissent neq; mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante) succedat. ad quod respondet, dictum est illi, ac deinde maior seruiet minori. Sanctus Augustinus in explicandis aliquot huius epistolæ quæstionibus refert hunc in modum, Nondum enim nascentium nec agentium aliquid, boni aut mali.

Maior seruiet minori.) Maior & minor hic non ad ætatem proprie referuntur, sed ad uires & præcellentiam μείζων, ἐλάσσων, quanquam Hebræis altera uox est רַב, quæ dignitate præeminentem indicat. unde & Rabbi dictum, צָעִיר altera quæ nonnunquam adolescentulum significat. Maior. Minor.

Miserebor cui misertus sum.) Apud Græcos secus est ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω, id est, miserebor cuiusq; misereor, & commiserabor quemcunq; commiseror, id est, quemcunq; decretum fuerit commiserari. Hic quoq; interpres minus feliciter, copiam ut solet, affectat. Hebræis diuersa sunt uerba quemadmodum & græcis, quasi dicas, miserebor & condonabo, siue gratiam faciam. Porrò noue dictum est quod sequitur, Scriptura dicit Pharaoni, pro eo quod erat, scriptura refert dictum Pharaoni.

Quid adhuc queritur .) τί ἔτι μέμφεται, id est, quid adhuc conqueritur, aut incusat, subaudi, deus, Etiamsi Laurentius ac Stapulensis Queri Conqueri.

dissentiunt,quorum hic queritur,impersonaliter accipi uult,ille passiue, quanquam Laurentius nostram adiungit sententiam, ad quam interpretantur omnes græci interpretes. Primum μέμφεται,non inuenio ad istum modum positum,ut persona non addatur.deinde mea sententia probe quadrat ijs quæ sequuntur,O homo tu quis es, qui respõdeas deo.Illud tantum admonendus est crassus lector,queritur hoc loco, à queror deponenti uerbo, non à quæro actiuo ductum esse. O homo tu quis es qui &c.) μενοῦνγε ὦ ἄνθρωπε.Atqui o homo quis es. Cæterum interpres inferius uertit, Et quidem μενοῦν hic dissimulauit. Qui respondeas deo.) ὁ ἀνταποκρινόμενος,id est,contra respondens, ut sanè adducitur ab Origene homilia in Exodum quarta, uel qui respondes aduersus deum.quia dixerat,quid igitur habet,quod queratur, si quæ uult facit? Ac mea quidem sententia rectius erat qui respondes,quam qui respondeas. iam enim fecerat respondentem.Nec enim indignatur quod respondeat, sed quod impie respondeat. Quanquam interpretatio Origenis haud multum abest à uulgata lectione, eamq; clarius etiam sequitur Augustinus in octoginta trium quæstionum sexagesima octaua,refellens hæreticorũ calumnias,colligentium ob id Paulum ad conuicia subito deflexisse, quod nodum quæstionis propositæ explicare non posset.

Et qui se finxit.) Qui finxit est græce,& satis erat, τῷ πλάσαντι.se superuacaneum est.

Ex eadem massa.) ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος, quod Augustinus adducit ex eadem consperſione,sentit enim argillam humore maceratam temperatamq;.

Contraria. Aliud in honorem.) τιμὴν καὶ ἀτιμίαν.Laurentius rectius uerti posse putat,decus ac dedecus,maxime quod in uasa non cadat contumelia.Atqui cum à contemnendo dicatur contumelia,quid obstat,quo minus in rem inanimam competat contumelia, cum ea & expetatur & contemnatur? Quod si minus quadraret,tamẽ metaphora gratiam etiam adiungeret. Veluti si quis Bassum aureis uasis excipientem onus uentris apud Martialem,dicat aurum afficere contumelia.Illud uerum est, in decus ac dedecus,schematis iucunditatem reddi,quæ perit,in honore & contumelia.

Quod si deus uolens.) Ad hanc orationis partem nihil sequitur quod respondeat.

Ordo uarię. quapropter ad superiora referamus oportet. uel ad illud,Quis es tu homo, qui respondeas deo? Vel ad illud,an non habet potestatem? Origenes existimat orationem alioqui incompositiorem componi posse ad hunc modum, Volens deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam,sustinet in multa patientia uasa iræ, apta in perditionem, ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ. Quod si supplere placet aliquid, quandoquidẽ deesse constat,subaudiri potest, non habent quod incusent aut disceptent cum deo.

Tulit,attulit, aut pertulit. Tulit in multa patientia.) ἤνεγκεν, græcis uerbum anceps, quod Augustinus in quæstionibus in Exodum ita legit,Attulit in multa patiẽtia uasa iræ. Neq; enim græce est ἤνεγκεν,quod significat ferre,sed ἤνεγκεν,quod magis sonat in medium adducere, aut offerre. Et ne quid hoc loco causemur scripturam casu uiciatam, citat idem ad eundẽ modum, cum aliàs, tum libro secundo contra duas epistolas Pelagianorum, ad Bonifacium. Quod si uera lectio est,sensus erit,ea uasa parata in interitum,diu expectata, tandem adducta in suam pœnam.quanquam Origenes planè interpretatus est, sustinuit ac tolerauit,atq; hunc non illibenter sequi solitus Ambrosius.

Apta in interitum.) κατηρτισμένα,id est,aptata, siue parata.

Vasa σκεύη. Vasa misericordiæ.) σκεύη ἐλέους. Recte illud annotauit Augustinus σκεῦος græcis dici, non proprie uas excipiendo liquori paratum, sed quodcunq; pertinens ad usum domesticum.Proinde apud Liuium in conceptis legatorum orationibus,puerorũ & uasorum nomine,tota supellex significatur. Cæterum liquoris capax uas,ἀγγεῖον appellant Græci.

Præparauit in gloriam.) Græci in nonnullis codicibus addunt αὐτοῦ,id est,suam.Mihi magis probatur altera lectio, ne bis idem dicere uideatur. Quod enim antea uocauit τιμήν,hic uocat gloriam. Quos & uocauit.) οὓς καὶ ἐκάλεσεν ἡμᾶς,id est, quos & uocauit nos,quanquam illud ἡμᾶς in quibusdam græcis codicibus nõ adscribitur.Additum est autem explicandi causa,quos & uocauit,nempe nos. Ac rursum ne nos,uideretur ad solos Iudæos pertinere,subijcit non solum ex Iudæis,uerum etiam ex gentibus.

Et non misericordiam consecutam,misericordiam consecutam.) Id in græcis codicibus non habetur

non habetur adscriptum. Cæterum apud Oseam,cap.primo. quo ex loco testimonium hoc assumpsit Paulus,nec habetur,misericordiam consecuta, nec dilecta, sed duntaxat, Et erit in loco ubi dicetur eis, Non populus uos,dicetur eis, filij dei uiuentis. siquidem apostolus magis sententiam reddidit quam uerba prophetæ. Quanquam diuus Hieronymus edisserens hunc locum,indicat huius loci geminam fuisse lectionem, in alijs scriptum fuisse,quemadmodum nos habemus τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην. in alijs; τὴν οὐκ ἠλεημένην, ἠλεημένην. Ac posteriorem ceu ueriorem magis approbat,tum quod ita legatur in emendatioribus exemplaribus,tum quod aptius respondeat ad Israel non consecutum misericordiam. Proinde lector aliquis offendens diuersam lectionem,arbitratus est in utraq; scriptura particulam orationis esse omissam,& addidit quod putabat deesse.

Additũ aliquid fatente & Hieronymo.

Ibi uocabuntur.) ἐκεῖ additum est ab Apostolo,cum in propheta nõ sit,uidelicet,quo magis dilucide diceret. Dei uiui.) Viuentis est græce ζῶντος.

Pro Israel.) Super Israel, siue de Israel ὑπὲρ, quanquam præpositio hæc anceps est. Si fuerit numerus.) Testimonium est apud Esaiam cap.10. in quo cum consentiant septuaginta cum hebraica ueritate, Paulus tamen nonnihil dissidet, licet in uerbis magis quam in sententia. Siquidem septuaginta uerterunt τὸ ὑπόλειμμα ὑποστρέψει, id est, residuum conuertetur. At Hieronymus uertit in hunc modum, Si enim fuerit populus tuus Israel,quasi harena maris reliquiæ conuertentur ex eo.

Verbum enim consummans.) Verbum, accusatiui casus est, consummans & abbreuians,masculini generis,ut subaudias,est,nempe deus, λόγον γὰρ συντελῶν, id est,sermonem enim consummans. Id palam aperit Vulgarius hunc enarrans locum. Nec obstrepit huic annotationi, quod Origenes & Ambrosius de uerbo abbreuiato interpretantur,cum hic utrunq; positum sit,qui consummat & abbreuiat pater est, qui cõsummatur & abbreuiatur uel Christus est,uel huius doctrina. Quanquam hæc quoq; nonnihil dissentiunt ab hebraica ueritate. iuxta quam ita legimus autore Hieronymo. Consummationem enim & abbreuiationẽ dominus deus exercituum faciet, in medio omnis terræ. Locus est huic affinis sententiæ apud eundem prophetam cap.8. Consummationẽ enim & abbreuiationem audiui à domino deo exercituum super uniuersam terram. Porrò quod adiecit,prædixit Esaias,non est uaticinantis de futuro, sed quod hoc testimonium præcesserit illud quod prius adduxit, unde commodius erat, sicut superius dixit Esaias. Porrò צבאות sabaoth hebræam uocem reliquit Apostolus; quam septuaginta bifariam solent uertere, aliquando ὁ κύριος παντοκράτωρ, id est,dominus omnipotens,aliàs ὁ κύριος τῶν δυνάμεων, id est,dominus uirtutum. solus Aquila uertit ὁ κύριος τῶν στρατευμάτων, id est,dominus exercituum. Paulus,ut dixi,uocem hebraicam nõ putauit esse mutandam; opinor ob id quod in ea lateat nonnihil mysterij, quod aliena lingua reddi nõ potuerit.

Verbũ cõsummans; quomodo accipiendũ.

Reliquisset nobis.) ἐγκατέλιπεν, id est, reliquisset in nobis. Testimonium sumptũ est ex Esaiæ cap.primo. Quid ergo dicemus.) Quod sequitur, pronunciatiue legendum est, non interrogatiue. Quid ergo dicemus? Nempe hoc dicemus,gentes ex fide iustitiam consecutas &c. Annotauit hunc quoq; locum Augustinus libro de doctrina Christiana tertio. Ad hunc modum ediserit Vulgarius.

Pronũciatiõ

Non peruenit.) οὐκ ἔφθασε, quod uerbum uarie uertitur. Est autem proprium festinantis ad occupandum aliquid,ut intelligas & Israelitas eò cõtendisse per opera legis,uerum gentes exclusis illis occupasse. Quasi ex operibus.) ὡς ἐξ ἔργων, id est, tanquam ex operibus. & addunt Græci νόμου, id est,legis,ut intelligas de ceremonijs.

Peruenit, p assecutus est

Petram σκανδάλου.) Græcam uocem hanc libenter usurpant interpretes,cum possent dicere, offensæ siue offendiculi, aut obstaculi. licet haud nesciam interim manere dialecton hebraicam, lapis offendiculi, pro lapide offensorio, aut lapis in quem offendunt. Nec uideo, quid offendat quosdam in προσκόπτω, quod haud dubie significat impingo, uel offendo. Cæterum testimonium hoc cõtextum est è duobus Esaiæ locis. Initium em̃, nempe,pono in Sion lapidem,& finis, nempe & omnis qui credit in eo non confundet̃, sumpta sunt ex Esaiæ cap.28. Cæterum quod in medio intertexuit, & lapidem offensionis & petram scandali,sumptum ex eiusdem cap.8. Quanquam hoc quoq; loco Paulus magis studuit sensum reddere q̃ uerba. Cum em̃ hebraica ueritas habeat,qui crediderit, non festinet,iuxta septuaginta æditionẽ dixit, non confundetur. Non confundet̃.)

Faber uidet̃ designari.

Paulus sep̃tuaginta sẽcutus.

ου καταισχυνθησεται, id est, non pudefiet.

EX CAPITE X.

εὐδοκία. Voluntas cordis.

VOluntas quidem cordis.) ἡ μὲν εὐδοκία, quod significat aliquid animo grā/tum & acceptum. Aurelius Augustinus explicans carptim aliquot huius epistolæ quæstiones, legit pro εὐδοκία bona uoluntas. Græcæ uoci ad he-bræam afflictæ, nihil habet sermo Rhomanus quod proprie respondeat. Nam nemo laturus sit, opinor, si quis dicat delitium cordis mei. Item quæ sequuntur non per omnia quadrant. sic enim Græci, ἡ μὲν δέησις ἡ πρὸς τὸν θεὸν, ὑπὲρ τοῦ ἰσραὴλ ἐστὶν, εἰς σωτηρίαν, id est, & deprecatio quæ fit ad deum, pro Israel est ad salutē. Sen tit enim se præstare Iudæis quod potest, propensam animi uoluntatem & precationes apud deum. Quod æmulationem quidem.) ὅτι ζῆλον θεοῦ, id est, æmulationem dei, sine quidem. Et scientia, magis cognitionem sonat κατεπίγνωσιν. Aderat studium, sed sine iudicio. ut sedulitas, quē stulte diligit urget. Et suam quærentes statuere.) Hic Græci repetunt iustitiam. est enim sermo ex conduplicatione festiuior. Est autem ἰδίαν, id est, propriam, significantius ꝙ suam. Finis enim legis Christus.) τέλος hoc loco consum mationem ac perfectionē sonat, nō interitum. quod indicauit & Augustinus explanans psalmum. 5. Nam Græci quod absolutum, & omnibus quæ solent requiri, perfectum est, τέλειον appellant. Summa igitur legis est Christus. Et in psalmis, quorum titulus habet in finem, existimant aliquid reconditius & secretius esse uestigandū. Quod hic dixit τέλος, aliàs uocat πλήρωμα. Moses em̄ scripsit.) Hic locus deprauatus est apud nos, apud Græcos recte sic habetur, μωσῆς γὰρ γράφει, τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ὁ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς, id est, Moyses enim scribit iustitiam quæ est ex lege, quod qui fecerit hæc homo, uiuet in eis. Laurentius argutatur hoc loco, sed obscurius, id sentiens, non totam orationem ad Mosen esse referendam, nempe hanc, quoniam iusti/tiam quæ ex lege est, homo uiuet in ea, quasi totum hoc scripserit Moses, uerū posterius hoc duntaxat, qui fecerit hæc homo, uiuet in eis. Retulit enim uerba quæ sunt Leuitici cap. 18. Custodite leges meas atq; iudicia, quæ faciens homo, uiuet in eis: Itidem legis Ezechielis. 20. Iudicia mea proiecerūt, quæ faciens homo, uiuet in eis. Siquidem Paulus geminam facit iustitiam, alteram Mosi, quæ requirit opera legis, alteram euangelij, quæ fidem requirit in Christum. Deducere.) καταγαγεῖν, uelut ex alto deorsum ducere, quod interpres uertit reuocare, ceu studens interpretari quod obscurius erat dictum. Nam mihi uidēt hoc loco præsertim latini interpretes uehemēter laborare, cum sensus perspicuus sit. Dixerat enim ab euangelio, tantum requiri fidem. Porrò fides nō flagitat experimentum, animo cernit, & suis quibusdam oculis uidet qui credit, at qui diffidit, & iam sensuum exigit testimonium dicens apud se id quod legitur Deuteronomij cap. 30. Quis ascendit in cælum. idq; Paulus interpretatur accōmodans Christo. Nam id, inquit, est Christum è cælo detrahere, ut aut nō credat̄ illic esse, aut cogatur huc reuersus, denuo se nostris exhibere sensibus. Aut quis descendit in abyssum? hoc est, quis credat quæ de inferis dicuntur, nisi uiderit? Hoc est, inquit, Christum à mortuis reducere, uel quasi non descenderit ad inferos, uel quasi flagitent, ut iterum uidentibus illis descendat ad inferos, cum haud ita procul petenda sint argumenta rerum, si fides assit in corde. Iam illud, sed quid dicit, ambiguum uideri potest, quo referatur dicit, ad Mosen, an ad iustitiam fidei, quæ Christus est, quam mox loquentem fecit, ut putat Origenes. quanq; & aliàs Paulus posuit, dicit, ad hunc eundem modum, ut subaudias scriptura. Proinde interpres haud inepte adiecit de suo, sermonis explicandi gratia. Propè est uerbū.) ἐγγύς σου τὸ ῥῆμα, prope te est uerbum, hoc est, non opus est tam procul è cælo aut abysso petere, cum sit intra te. Cæterum testimonium, ut modo dixi, sumptum est ex Deuteronomij cap. 30. Quod indicauit primum Origenes, deinde Augustinus, nisi quod hic addit, ualde, pro-pe est uerbum hoc ualde in ore tuo, quemadmodum legitur & in nostra uulgata æditio/ne. Quanquam̀ alia quoq; nonnihil discrepant in uerbis Paulinis ab Hebræis, imo à no/stra æditione, quæ habet ad hunc modum, Mandatū hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neq; procul positum, nec in cælo situm, ut possis dicere, quis nostrū ualet ad cælum cōscendere ut deferat illud ad nos, ut audiamus atq; opere compleamus, neq; trans mare positum, ut causeris & dicas, Quis è nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos

ad nos usq; deferre,ut possimus audire & facere id quod præceptum est? sed intra te est sermo ualde,in ore tuo,& in corde tuo,ut faciam illum. Primum quod illic positum est, Quis è nobis poterit transfretare mare,Paulus uertit,quis descendet in abyssum. Cæterũ quod legit Augustinus quæstionibus in Deuteronomion, Propè est uerbũ hoc ualde in ore tuo,& in corde tuo,& in manibus tuis facere illud, extremam particulam,& in manibus tuis,quã existimat à Paulo prætermissam, nostra certe uulgata æditio non habet,an apud Hebræos sit,uiderint earum literarũ peritiores. Iudæi & Græci.) Ἰουδαίου τε καὶ Ἕλληνος. Rursus congeminata cõiunctio uehementiorem facit orationem,quam nos uertimus in,uel cõiunctionẽ,eandẽ exprimentẽ sententiæ uim. Diues in omneis.)Græce participiũ est πλουτῶν,id est,diuitijs abundãs siue affluens. Quem non audierunt.) Poterat uerti,de quo non audierunt.sic em̃ est græce, οὗ οὐκ ἤκουσαν. Quàm speciosi pedes.) Paulus hoc testimonium retulit iuxta ueritatem hebraicam,iuxta quam ita legis Esaiæ cap.52.interprete Hieronymo,Quàm pulchri super montes pedes, annũciantis & prædicantis pacem,& annũciantis bonum,prædicantis salutem. Nam septuaginta uerterunt, ὡς ὥρα,quæ dictio si cũ aspiratione scribatur,aut tempus significat, aut pulchritudinem.unde & ὡραῖον pulchrum dicunt.sin absq; aspiratione ὥρα,curam ac sollicitudinem. Vnde iuxta septuaginta sic legimus, Sicut hora sup montes,sic pedes euãgelizantis.At diuus Hieronym⁹ magis probat cũ pulchri, quanq; hæc lectio nõ multũ abest à græca lectione septuaginta,modo ὥραν accipias pro pulchritudine. Sic em̃ legitur, Sicut amœnitas super montes,ita pedes &c. Obediunt euangelio.) Obedierũt est græce ὑπήκουσαν,uerbum præteriti temporis. Domine quis credidit auditui nostro.) Id testimonium sumpsit ex Esaiæ cap.53. septuaginta secutus æditionem,qui dictionem hanc,domine addiderunt explicandæ personæ gratia,cum in hebræo non habeatur,sed tantũ,Quis credidit auditui nostro? Quod idem obseruatũ est & ab Origene. Illud admonendus lector,hoc loco auditum,poni pro ipso sermone qui auditur.proinde dilucidius erat, quis credidit uerbis nostris,aut quis credidit auditis nobis. Per uerbũ Christi.) θεοῦ dei; non Christi. Primus Moses.) πρῶτος μωσῆς,quo Græci sæpius abutuntur pro cõparatiuo,prior Moses.Refertur enim ad Esaiam,quẽ mox citat.licet aliud cõmentum attulerit Thomas Aquinas,quasi primus dictus sit,quia præcipuus . uel primus,quia primus inter cæteros hoc dixerit.quanq; posterior illius sententia nõ multum abhorret à nostra. Ad æmulationẽ uos adducam.) παραζηλώσω,id est,ad æmulandũ prouocabo,& quasi stimulabo inuidia ac dolore. In non gentem.) ἐπ' οὐκ ἔθνει, id est, in non gente.nam græce datiuus est.item mox in gente insipiente. Esaias autem audet.) Cõiunctio δὲ cõnectit hanc partẽ cum Mose qui præcessit,ut ostendimus.nec est simpliciter audet τολμᾷ,sed ἀποτολμᾷ,quasi sumpta ab illo fiducia,qui prior illud dixerit. Inuẽtus sum à nõ quærentibus.) Locus est apud Esaiam 65. sensus ferè idem apud Hebræos & septuaginta.Hebraica ueritas sic habet, Quæsierũt me,qui ante me nõ interrogabãt. inuenerũt qui nõ quæsierunt me.Iuxta septuaginta sic legimus, Apparui nõ quærẽtibus me,inuentus sum ab his qui me nõ interrogabãt.Paulus nec Hebræã ueritatẽ,nec septuaginta æditionẽ anxie uidetur secutus,sententiã cõtentus reddere. Ad Israel autẽ.) πρὸς δὲ τὸν Ἰσραήλ.Potest accipi & aduersus Israel.non em̃ alloquitur Israel, sed cõtra Iudæos facit qđ dictum est.siquidẽ præpositio πρὸς anceps est Græcis. Annotauit & hoc diuus Thomas Aquinas. Testimoniũ quod adducit Paulus est apud Esaiam cap.65.Origenes indicat in exemplaribus Hebræorũ non adijci particulã,& contradicentẽ mihi,uerũ eam additam fuisse à septuaginta senioribus.idq; uerum esse declarat interpretatio Hieronymi ex hebraica ueritate,quæ sic habet,Extendi manus meas tota die ad populũ incredulũ. Aeditio septuaginta sic habet,Expandi manus meas tota die ad populũ incredulũ & contradicentem. Et contradicentem mihi.) ἀντιλέγοντα.Mihi, à nobis additum est,satis erat contradicentem,hoc est,rebellem & immorigerum,quemadmodum legunt Græci.

Quam pulchri pedes.

ὡραῖον pulchrũ,

Paulus sententiam reddens, nõ uerba.

Ad pro contra,

Aeolatus cat Thomas qui

Paulus fecit septuaginta.

EX CAPITE XI.

QVem ante cognouerat.) προέγνω. Illud admonendũ hoc loco, uerbũ γνῶναι apud Græcos nõ semp significare scire siue cognoscere, sed aliquoties decernere siue iudicare,unde & γνῶμαι dictæ sũt. & apud latinos legim⁹,populus sciuit & scita populi.quanq; plus aliqd indicare uidet προορίζειν q̃ προγνῶναι, Scire & scita

γνῶμαι scita,

qđ posterius ptineat ad animi decretū, quod integrū est cuiq; mutare, prius illud ad certā sententiæ pronūciationē, quā rescindere non sit integrum. Vnde nec Lyra ueretur exponere hoc loco præsciuit, prædestinauit. atq; ita sanè interpretatur Augustinus libro de bono perseuerātiæ 2. cap. 18. Nos maluimus uertere, quos ante cognouit, iuxta proprietatē scripturæ diuinæ, qua deus cognoscere dicit, quibus fauet, quosq; amplectitur. ut & superius admonuimus ex Origenis sententia. Nec enim consentaneū est ut deus populū reiecerit, quē ante sic adamauit, & ueluti peculiarē complexus est. Quemadmodū interpellat.) Ambrosius legit postulat. ὡς ἐντυγχάνει. Suffoderunt.) κατέσκαψαν, quod significat aliquando subruerunt siue subuerterunt. Diuinū responsum.) χρηματισμός, id est, oraculum, quod explicuit interpres περιφράσει. Curuauerunt genua.) Genu est Græcis. & Baal, datiuus est sine præpositione ante, quam addunt Latini, & τῇ βάαλ, ut intelligas imaginem nō ipsum hominē. nam præfectum & idolum Hebræis sonat בַּעַל. unde Beelphegor idolū cadaueris, Beelzebub muscarū idolum. Saluæ factæ sunt.) γέγονεν, id est, factæ sunt. saluæ, redundat. sicut & dei supereſt. tantum est, οὕτως οὖν καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ, λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν, id est, sic & hoc in tempore reliquiæ iuxta electionē gratiæ sunt. Non em̄ hoc agit hoc loco Paulus, cui⁹ sit gratia, sed gratiā opponit operibus legalib⁹, & electionē opponit generis affinitati. & tamē haud scio qui factū sit, ut in expositione Origenica legatur, saluæ factæ sint, etiamsi dei, nō additur. Si autē gratia.) εἰ δὲ χάριτι. gratia ablatiuus est, nō nominatiuus. Alioqui gratia.) ἐπεί, id est, quoniā siue quandoquidē. Alioqui gratia iam nō est gratia.) Græci codices aliquanto plus habent hoc loco cū nostri. repetunt em̄, in operibus quæ nō sint opera, qđ nostri de gratia tantū pronūciant, ad hunc modū, εἰ δὲ χάριτι, οὐκ ἔτι ἐξ ἔργων, ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκ ἔτι γίνεται χάρις. εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ὄστὶ χάρις. ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ὄστὶν ἔργον, id est, quod si per gratiā, nō iam ex operibus. quādoquidē gratia iam nō est gratia. Sin uero ex operibus, iā nō est gratia. quādoquidē opus iam nō est opus. Atq; ita sanè legit Vulgarius. uerū quoniā hanc additionē non reperio apud Origenē, nōnihil addubito num ea sit germana lectio. Præterea partes sermonis uidentur inuersæ, hoc ordine potius digerendæ, Quod si per gratiā, iam nō ex operibus, quandoquidē opus iam nō est opus. sin ex operibus, iam nō ex gratia, quandoquidē gratia iam non est gratia. nisi in ἐπεὶ subest tacita exceptio, ut & aliàs hac uoce usus est Paulus. Ita sensus erat, Si gratia, nō igitur ex operibus. quod ni esset, gratia nō esset gratia, hoc est, falso diceretur gratia. Atq; ut nostræ lectioni magis faueam, facit quod Paulus non hic agit, an opus sit opus, sed gratiā astruit, quā Iudæi conabantur expellere. Sicut scriptū est.) Incertum an hæc particula referatur ad superiora, an ad ea quæ sequūtur. Origenes fatetur sibi nusq; lectū in libris diuinis, Dedit eis spiritum cōpunctionis. sic aūt excusat, ut Paulū accipiamus Esaiæ sententiā suis uerbis explicantē, & nōnihil de suo addentē. id probabilius facit quod in fine adiecit, usq; in hodiernū diem. nam summa sententiæ est apud Esaiā cap. 6. Auditu audite, & nolite intelligere. & uidete uisu, & nolite cognoscere. Excæca cor populi hui⁹, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte uideat oculis suis, & auribus audiat, & corde intelligat, & conuertatur & sanetur. Citatur hic locus & in actis Apostolorū cap. 28. sed iuxta translationē septuaginta, qui sic interpretati sunt, ut dominus prædicat illorū cæcitatem, non ut imperet. Aure audietis & nō intelligetis, & uidentes uidebitis & non perspicietis. incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos cōpresserunt, ne forte uideant oculis suis, & auribus audiant, & corde intelligant, & cōuertant se, & sanē illos. Quo quidē in loco, Hieronymus edissertēs Esaiam, sic excusat Lucam. qui referat Paulū cū Hebræis differentē, non iuxta hebraicū, quod rectū esse cognouerat, sed iuxta septuaginta pducere testimonia, quod magis græcas literas sciuerit cū hebræas. unde & sermonem huius esse comptiorē ac seculārē redolere eloquentiā. Spiritū cōpunctionis.) κατανύξεως, quod significat cū aliquis mordetur & pungitur dolore. unde superius dixit παραζηλώσω. Fiat mensa eorū in laqueum.) Locus quem adducit, extat psalmo 68. Ne hic quidem Paulus curauit Prophetæ testimonium ad uerbum adducere. primum enim omisit coram ipsis, deinde addidit, & in captionem, quod nec apud Hebræos habetur, nec apud septuaginta. quod ante nos indicauit Origenes.

In captionem.) Captio, non est hic decipula proprie. unde captiosos dicimus. sed pro

uenatu

Baal idolū.

Additum in nostris.

Græci plus habēt cū nos

Paul⁹ apud Lucā & Hebræis loquēs, sequit septuaginta.

uenatu positum est quo capimus feras.quasi dicas,capiãtur sua mensa qua laxare animũ debebant,non enim timemus hostem inter epulas.Est autem græce θήραν. Captio,pro uenatu.

Nunquid sic offenderunt ut caderẽt.) μὴ ἔπταισαν ἵνα πέσωσι,id est,num lapsi sunt ut cõciderent,siue ut caderent,nimirũ in terram.nam πταίειν proprie est impingere ad quippiam,ac labi leuius est ꝙ cadere,quẽadmodum & impingere potest,qui non planè concidat.interpres de suo addidit,sic,Nunquid sic offenderunt ut caderent.& probarem additum,si hoc loco, sic aduerbiũ positum est ut respondeat adeo,uelut cum dicimus,sic me odit,ut nec salutet.adeo metuit,ut loqui nõ possit.Atqui græca uox ἵνα finẽ magis significat diuersæ naturæ ab ea quæ est ὡς aut ὥστε. Nõ potest igitur hic accipi sensus,num adeo impegerant siue offenderũt,ut ceciderint.Verbum offenderunt elegãter quidẽ usurpatum est ab interprete.cæterum offendere dicitur & qui lædit.Augustinus explicans quæstiones aliquot huius epistolæ,pro offenderunt legit deliquerũt.Ac prorsus recte dixeris πτῶσμα lapsum siue delictũ,at nõ item delinquere pro impingere. Illorũ delicto.) τῷ ἐκείνων παραπτώματι,id est,per illorum lapsum potius ꝙ delictum. Respexit enim ad id quod modo dixit,Iudæos impegisse.& ab eodem uerbo ductum est παράπτωμα.

Vt illos æmulẽtur.) εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς,quod rectius uerti poterat,ad prouocandum eos,ut ad deum referatur actus uerbi,qui isto modo uoluerit extimulare Iudæos inuidentia quadam ac zelotypia, cum uiderent quod illis erat promissum, in gentes esse translatũ. Vnde nos quo sermonis ambiguitatẽ excluderemus,uertimus,ut eos ad æmulandum prouocaret,εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς.Neꝙ quicꝙ erat opus quadriga interpretationũ,quã in hunc locũ inuexit diuus Thomas Aquinas.ne sic quidẽ germanã attingens sententiã,qd' haud quaꝙ illi,sed interpreti imputandũ est.Quis em̃ græce ignarus ex his uerbis percipiat quid senserit Paulus? Quàmdiu quidẽ ego sum apostolus.) ἐφόσον μέν εἰμι.Origenes uidet̃ ἐφόσον accipere pro quàmdiu,ut subaudias χρόνον. dubitatq; utrũ accipiendũ sit,quàmdiu sum in hac uita,& ad affectus emphasim pertineat.quẽadmodũ uulgo dicimus,nõ deseram uos quoad uiuam, an Paulum post obitum etiã inuisibilibus apostolũ futurũ.uerũ quoniã id duriusculũ est,malim ἐφόσον accipere pro quatenus,siue inquantũ.atq; ita uidetur Vulgarius sensisse quantũ cõiicere licet ex illius interpretatione. Neꝙ em̃ de tẽporis modo loquitur,quasi mox abdicaturus Apostoli munus,sed quãdo quidẽ uocatus erat apostolus gentibus,adnititur ut gnauiter obiens sibi commissam prouinciam exornet & illustret eam. Glorificabo.) δοξάζω,id est glorifico,ita citãte locũ hunc Augustino locis cõplusculis. Faber Stapulensis mauult existimo,quanꝙ haud scio an δοξάζω reperiatur apud Græcos pro existimo.& probe quadrat sensus,ut accipias Paulum celebrius reddere suum ministeriũ in euangelio gentiũ,ut æmulatione saltem prouocaret Iudæos ad Christũ.Interpres Origenis uertit δοξάζω,illustro & exorno,multis uerbis in hanc differens sententiam. Amissio eorum.) ἀποβολή,id est,abiectio siue reiectio.nam hanc opponit assumptioni. Quæ assumptio.) τίς ἡ πρόσλημψις,id est,adiunctio qua quẽpiam nobis comitẽ ascisimus,id est adiungimus.nam assumptionem,ut dixi,opposuit reiectioni. Quod si delibatio.) Delibatio ἀπαρχή,id est primitiæ,Vulgarius interpretatur ἀπαρχήν,τὴν ζύμην,id est fermentũ,ut massa respondeat arbori,fermentum radici.Mihi magis probat̃ ut ipsum frumentũ intelligamus unde consperssio sumit̃: cæterũ ex uitioso tritico non possis facere bonã consperssionẽ. Primitias autem dixit, qd' laudatissima soleãt dicari numini.unde & ἀκροθίνια uocant̃ quasi præcipua.Porrò cõsperssionem non ad farinã humore temperatã ad pinsendum referri puto,sed magis ad molas siue collyridas.ea erat farina oleo consperssa,quæ olim iuxta ritum Mosaicæ legis immolabantur.unde & sanctã uocat.Et oleaster Græcis est ἀγριέλαιος,quod sonat agrestẽ siue syluestrem oleam,cui respondet καλλιέλαιος, quæ est olea frugifera. Insertus es.) ἐνεκεντρίσθης,id est,insitus es,quoties fisso arboris ramo inseritur surculus. est enim hoc unum insitionis genus. Insertus es in illis.) ἐν αὐτοῖς.Apertius erat inter illos,hoc est,insitio tibi dedit quod illis natura. Socius radicis.) συγκοινωνὸς, id est particeps, aut potius simul particeps siue consors,hoc est,unà cum cæteris ramis quibus insitus es. Bene.) Separandũ est,ut sit respondẽtis ad superiora,καλῶς & approbãtis,qd' sub persona ethnici dixerat,eaq; pronũcianter sunt legenda. Atq; ita sanè distinguit Augustinus in epistolis hunc

Obscure uertit interpres.

Quadruplex interpretatio Thomæ.

Faber.

Acrothinia.

Insitio.

lis,hunc adducẽs locũ. Noli altũ ſapere.) μὴ ὑψηλοφρόνει,id eſt,ne ſuperbi,ne tibi placeas,ne efferaris animo.ſiquidem hic ſapere uocat affici animo.

Ne forte nec tibi.) μήπως.Aut omittenda erat expletiua cõiunctio, aut uertenda erat, ne qua , aut ne quomodo.nam forte nihil facit ad hanc ſententiam.

Bonitas Seueritas. Bonitatem & ſeueritatem.) τὴν χρηστότητα, καὶ τὴν ἀποτομίαν.Bonitas eſt hæc,quã ante uertimus benignitatem,diui Hieronymi ſecuti ſentẽtiam, quæ eſt quædam animi propenſio ad bene merendum de quopiam,quam non inepte uertiſſet indulgẽtiam.cui opponit ἀποτομίαν,quæ ad uerbum ſonat reſectionẽ.ea eſt, quoties res ad uiuum exigitur, quem & rigorem dicas licebit. Alioqui.) Rurſum ἐπεί,id eſt quandoquidem.

Olea Oleaſter. In bonam oliuam.) καλλιέλαιον, quæ contraria eſt ἀγριελάιῳ, id eſt oleaſtro,ut modo dictum eſt. Fratres,myſterium hoc.) μυστήριον.Hoc loco myſterium nihil aliud ſonat quàm rem arcanam & paucis cognitam, neq; cõmunicandam niſi initiatis.

Vobiſipſis ſapientes.) παρ' ἑαυτοῖς,id eſt,apud uoſipſos prudentes. & φρόνιμοι magis ad affectum refertur quàm ad prudentiam. ne ſitis inſolentes,animiq; elatioris.

Iniquitatem.) ἀσεβείας,id eſt,impietates.& eripiat,ὁ ῥυόμενος,id eſt,qui liberat,quaſi dicas,ille liberator.& auertet,non auertat, ἀποστρέψει futuri temporis uerbum. Teſtimoniũ adductum eſt ex Eſaiæ cap.59.apud quem ita legimus iuxta ueritatem hebraicam, Et timebunt qui ab occidente nomen domini,& qui ab ortu ſolis gloriam eius,cum uenerit quaſi fluuius uiolentus,quem ſpiritus domini cogit,& uenerit Sion redemptor,& qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit dominus . hoc fœdus meum cùm eis, dicit dominus. Iuxta ſeptuaginta ad hũc modum.Et timebũt qui ab occidente nomẽ domini,& qui ab ortu ſolis nomẽ inclytũ.ueniet emm quaſi fluuius uiolentus ira domini, ueniet cũ furore,& ueniet de Sion qui liberet & auertet impietates à Iacob, & hoc erit eis à me teſtamentũ dicit dominus.Ex quibus liquet Paulum hunc locum adduxiſſe iuxta æditionem ſeptuaginta,niſi quod de ſuo addidit,cum abſtulero peccata eorum, quod nec apud Hebræos habetur,nec ſeptuaginta.ſed addidit uelut explicans prophetæ ſenſum . nam διαθήκη teſtamentum,Hebræis eſt fœdus.& quod ſeptuaginta uerterunt ex Sion,Hebræis eſt propinquus Sion.Origenes indicat Hebræis eſſe,propter Sion.ſuſpicor id librarij culpa deprauatum,cum ſcriptum fuerit,prope Sion.Hieronymus græce etiam interpretatur ἀγχισέως,id eſt propinquus,niſi quis probet,propter, dictum eſſe pro prope.

Paulus ſecutus ſeptuaginta.

Et hoc illis à me teſtamẽtum.) Eſt quidem græce διαθήκη. Cæterũ indicauit hoc & Auguſtinus libro de locutionibus Geneſeos primo, frequenter in arcanis literis pro pacto poni teſtamentum,quanquàm Græcis διαθήκη non dicta eſt à teſtando,ſed ab ordinando diſponendóq;. Secundum electionem autem chariſſimi.) ἀγαπητοί,id eſt dilecti.

Ratio caſus a Paulo neglecta. quam uocem tamen ita ſæpe uertit.Porrò duo nominatiui caſus,inimici & chariſſimi,iuxta ordinem grãmaticum non habent unde pendeãt,niſi ſubaudias ſunt.ſed ueriſimilius eſt caſus rationem à Paulo fuiſſe neglectam. Sine pœnitẽtia.) ἀμεταμέλητα,id eſt quorum nõ poſſit pœnitere is qui dedit aut qui promiſit.quaſi dicas,impœnitibilia. Ambroſius huc detorquet,ut dicat in baptiſmo gratis remitti peccatum, nec requiri luctum aut planctum,aut aliud opus bonũ,ſed tantum ex corde profeſſionem.Quæ quidem interpretatio mihi uidetur coactior,nec attingitur ab Origene.Thomas eam ſententiã extremo tandẽ attigit loco,ueluti nõ admodũ probans.

Propter, propter. Propter incredulitatẽ illorũ.) τῇ τούτων ἀπειθείᾳ,id eſt,per horũ incredulitatẽ,nõ propter. In ueſtrã miſericordiã.) τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, per ueſtri miſericordiã.Eſt emm ſimilis datiuus ei qui præceſſit, τῇ τούτων ἀπειθείᾳ.Senſus enim eſt,ſicut illorũ defectio uobis fecit aditum ad fidem, ita ueſtra fides quã miſerante deo eſtis cõſecuti, prouocabit illos ut reſipiſcant,ſeq; dignos præbeant qui à deo recipiantur. Concluſit enim deus omnia.) τοὺς πάντας, id eſt omnes, non omnia. Porro quod ſequitur,incredulitate,poteſt accipi & inobedientia.

O altitudo.) ὦ βάθος,id eſt,o ꝓfunditatẽ.Miror cur interpreti placuerit uox ambigua.

Diuitiarũ ſapientiæ.)Hæc duo nomina Græci diuidunt interiecta cõiunctione, πλούτου καὶ σοφίας,conſentientibus quotquot uiderim exemplaribus,ut intelligas tria demirari in deo.diuitias,qui tam beneficus fuit erga gentes.ſapientiam,qui tantam eis ſapiẽtiam impartierit.cognitionẽ,qui prudenter diſpiciat quid cui expediat.Ad hunc modum exponit Vulgarius.

nit Vulgarius. Mihi magis probatur, ut ad totam huius consilij dispensationē pertineat, qua factum est ut gentes ante dæmonijs seruientes, nūc subito ad euangelij gratiā uocentur, & Iudæi, quibus ea peculiariter promissa uidebatur, ab eadem exciderint. Vulgarius.

Incōprehensibilia.) ἀνεξιχνίαστα, id est inscrutabilia. atq; ita subinde citat Hieronymus.

Inuestigabiles.) ἀνεξιχνίασοι, id est, ininuestigabiles, id est, non uestigabiles, siue imperuestigabiles. Cæterum diuus Hieronymus existimat Paulum retulisse locū qui est apud Esaiam cap. xi. & non est inuestigatio uiæ eius. Inuestigabiles.

Sensum domini.) νοῦν, id est mentē.

Quoniam ex ipso & per ipsum.) In his tribus præpositionibus philosophantur Theologi ueteres. Thomas interpretatur, ex ipso uelut ex prima omniū causa. per ipsum tanq; operantem & administrantem. in ipso tanq; in fine. licet haud me præterit hæc uarie ab illo differi. Non abhorret autē multum à sententia Origenis, qui sic explicat. Quod dicit, ex ipso, hoc ipsum quod sumus indicat. per ipsum autem, quod per eius prouidentiam dispensamur in uita. in ipso uero, quod perfectio omniū & finis in ipso erit, tunc cum erit deus omnia in omnibus. Cæterū quod Thomas indicat præpositionem de, idem pollere ferè quod ex, nisi quod addit consortium substantiæ (Augustinū, ut coniectare licet, secutus, qui libro quem de natura boni scripsit aduersus Manichæos, fermè in eam sententiā differit, cap. 26.) an apud Latinos uerum sit, alij uiderint. certe apud Græcos eadē est præpositio. Et cum dicimus, de illo loquitur, nulla est cōmunis essentiæ significatio. Ex ipso, per ipsū, in ipso.

Honor & gloria.) Græcis gloria tantum scribitur, ἡ δόξα. honor non additur.

In secula seculorum.) Seculorum additum est à nobis. nam græcis tantum est, εἰς τοὺς αἰῶνας, nec additur apud Origenem.

EX CAPITE XII.



OBsecro uos.) παρακαλῶ, Idem hortor poterat accipi, siue adhortor. nam græca uox anceps est, nisi quod id quod mox sequitur, per misericordiā, magis uidetur obtestātis & obsecrātis quàm adhortantis. Per misericordiā.) διὰ τῶν οἰκτιρμῶν, id est, per miserationes. Annotauit numeri rationē & Origenes, putans in eo esse emphasim immensæ dei misericordiæ. Miserationes.

Rationabile obsequiū.) τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν, id est, rationalem cultum, ut appositiue cohæreat cū superioribus. idq; indicat græcus articulus τὴν, perinde quasi dicat, Si mactaueritis & immolaueritis deo corpora uestra, hoc est, corporeos affectus, nō iugulantes brutas ac mortuas pecudes, quod antehac factitatū est à Iudæis, ita demū exhibebitis illi uictimā acceptam. Et rationalem uocat, nō ut intelligas cultum moderatū, hoc est, moderatam corporis macerationem, quemadmodum hodie passim citare solet Theologorū uulgus, ut ipsis quidem uidetur erudite, cæterū ijs qui græce norunt admodum ridiculè. Quanq; his quoq; ueniam dandam arbitror, quandoquidem ad eundem modum interpretati sunt (ut cæteros sileam) diuus Thomas, qui nō temere labi solet, ac Lyranus. Verum quid faciāt, ubi sentētiæ uis à græco pendet idiomate, & interpres eius linguæ prorsus ignarus est? Cultum hic posuit pro sacrificio, idq; suo more. Cæterum ut ostenderet Christianorū cultum dissimilem esse Iudaicis ceremonijs, quibus immolabant brutas pecudes, adiecit rationale, nimirum ipsum hominem sentiēs, qui uictima est rationalis, & ob id deo acceptior. Et in hunc sensum palàm citat diuus Hieronymus, cum alijs aliquot locis, tum uero in epistola ad Pāmachium, cuius initium, Sanato uulneri. Neq; secus interpretatur Origenes, sic inquiēs, Qui cultus quoniam dudum in pecudum mutorū corporibus consistebat, nunc in corpore rationalis hominis offeratur, & corpora magis uestra quàm pecudes fiant sacrificiū deo &c. Rationabile obsequium. Locus hactenus uulgo parum apte recitatus.

Sed reformamini.) μεταμορφοῦσθε, id est transformamini, siue transformemini. Potest enim utrouis accipi modo, uel ut sit indicandi modo, uel ut sit imperandi modo dictum. Rationabile obsequium.

In nouitate sensus.) τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς, id est, renouatione mentis, hoc est, per innouationem mentis. nimirum alludens ad reprobam illam mentem in quam traditi fuerant ante, simulacris pro deo deferentes honorem.

Quæ sit uoluntas dei bona, & beneplacens, & perfecta.) Mirum quod exemplar secutus Augustinus legit ad hunc modum libro de ciuitate dei decimo, atq; item in epistola octogesimasexta, ad probandum quæ sit uoluntas dei, quod bonum &

num & beneplacitum & perfectum,quasi hæc tria epitheta non pertineant ad uoluntatẽ dei,sed ad complexum illum uerborum præcedentium,exhibeamus corpora nostra &c. & non conformemur huic sæculo,sed reformemur &c. ut pareamus non nostris cupiditatibus,id quod faciunt ethnici,sed uoluntati diuinæ.Id si fecerimus inquam, sacrificium fuerit bonum,placitum & legitimum deo.Atq; ut in hunc sensum accipi possit,facit arti
Articuli uis. culus additus, τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον. Nam τέλεια proprie dicuntur in quibus nihil possis desyderare eorum quæ ad sacri rationem ac ritum religionis pertinent.& paulo ante à sacrorum metaphora cœperat.Interpres Origenis indicat hic Latinos nõnihil discrepare à Græcis.sed quid sibi uelit,non satis intelligo,cum græcus sermo ad utrũq; sensum sit anceps.Certe Ambrosius consentit cum Augustino.

Dico,pro iubeo. Dico enim uobis.) λέγω.Dico dixit,pro iubeo siue moneo.quemadmodum & Latini, iubet saluere,& dicit salutem,consimilẽ in modum Græci, ὁιμώζειν λέγω.atq; ob id addit, per gratiã quæ data est mihi,ne uel arrogãter uideretur eis præcipere, uel citra autoritatẽ admonere.præcipit ut apostolus,ut intelligens quid sit deo placitũ, sed hoc ipsum beneficentiæ diuinæ fert acceptum.Nisi malis dicta sic interpretari,ut Paulus explicet & explanet quæ superius dixerat de immolando corpore,de fugiẽdis huius sæculi cupiditatibus. nam additis exemplis rem facit euidentiorem. Arrogantia in primis est mactanda deo.

Interpres ausus est mutare numerũ. Omnibus qui sunt inter uos.) παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν.Origenis interpres annotandum putauit quod apud Græcos non habeatur,omnibus qui sunt inter uos, sed omni qui inter uos est.Id cum ad sententiam nihil interesse constet,miror cur admonendum duxerit. Nos maluimus uertere,cuilibet siue cuicunq;.uidebatur enim aliquis fastus tribuẽdus ijs qui fortuna aut dotibus præcellerẽt. Eum personarũ delectum prorsus tollens Paulus denunciat quisquis sit ille,modo uersetur apud Christianos,ne se cuiq; anteponat,sed suam quisq; dotem à deo acceptam,conferat ad commoditatem proximi.

σωφρονεῖν. Sapere ad sobrietatem.) εἰς τὸ σωφρονεῖν.Diuus Hieronymus contra Iouinianum dimicans,studio tuendæ uirginitatis legendum putat,ad pudicitiam.sed σωφρονεῖν est temperatum,modestum,ac sobrium esse.nõnunq; & ad pudicitiã pertinet,at non hoc quidem loco.Idem interpres Origenis in epistolam ad Rhomanos,mauult temperãtiam quàm sobrietatem,quod ea uirtus quã Græci σωφροσύνην appellant,Latini docti uocent temperantiam,quæ sit moderatio cupiditatum & actionũ.atq; ita uidelicet adducit hunc locum
Adnominatio. Augustinus epistola 47. Est autem iucunda uocum allusio in sermone græco,quam latinus interpres reddere non potuit.ὑπερφρονεῖν, φρονεῖν, εἰς τὸ σωφρονεῖν.Nec hoc loco φρονεῖν id est sapere,pertinet ad eruditionẽ,sed ad cogitationem & opinionem . ueluti cum quis effertur animo,& magnifice de se sentit,quẽadmodum & superius admonuimus. Id ita esse satis declarat Origenes,statim indicans hunc sermonem pertinere ad eos qui ex oleastro insiti oleæ ferocirẽt & superbirent aduersus ramos ex olea defractos. & quod hic dixit,perinde ualere atq; id quod alibi,noli superbe sapere.Porrò quod adducit ex philosophorum fontibus,de uirtutis habitu,è duobus extremis redacto,subindicat se magis iuxta alienam quàm suam sententiam interpretatum.

Paulus negligẽs sermonis integritatem. Et unicuiq; sicut deus diuisit.)Sic quidem habent & græca.uerum unicuiq; non habet quo referatur. Vnde necesse est fateri & hic Paulũ spectasse sensum magis,quàm sermonis integritatem,nisi malumus sic ordinare, Quisq; sapiat ut cuiq; deus distribuit mensuram fidei.Origenes subindicat aliquid subaudiendũ,cum ait, Vt custodiat unicuiq; sicut diuisit deus mensuram fidei.
Deest aliquid. Singuli autem alter alterius membra.) ὁ δὲ καθεὶς ἀλλήλων μέλη,id est,singuli autem alius alius membra. siue ut nos uertimus, singuli autẽ alij aliorum membra.significat cõmunionem membrorum inter se mutuam.

Omissa coniunctio non recte. Habentes donationes.) Interpres,siue quod magis arbitror,scriba,prætermisit coniunctionem,quæ partem hanc cum superiore cõmodissime cõnectebat, ἔχοντες δὲ χαρίσματα. Cum enim dixisset,singuli sumus alius alius membra,ne cõfusionem imaginaremur, adiecit,sed habẽtes donationes uarias. alioqui inabsolutus fuerat sermo. Quare offensus aliquis,& putans hanc partẽ non pendere à superioribus,coniunctionẽ expunxit. Certe autem additur apud Ambrosium & in exemplari Paulino, licet apertius & aptius erat, sed quàm autem. Donationes.) χαρίσματα. Vt affectat copiam cum nihil sit opus.

Differentes

Differentes διάφορα, id est, diuersas, seu potius dona diuersa.

Secundum rationē fidei.) κατὰ τὴν ἀναλογίαν, id est, iuxta proportionem. ut intelligas hoc esse maiora dona, quo fides tua fuerit integrior. Interpres Origenis indicat ἀναλογίαν non satis cōmode uersam esse rationē, cū potius sit mensura competens, & ratio. ἀναλογία. proportio siue modus.

In ministrando & in exhortando.) Nomina sunt, ἢ τῇ διακονίᾳ, ἢ τῇ παρακλήσει, id est, in ministratione & exhortatione. quanꝯ ea res nihil uariat sensum Apostoli. Origenes putat singulas partes referri posse ad id quod præcessit, siue habentes prophetiam iuxta mensuram fidei, ne quis plus sapiat ꝯ oportet, sed in ea sobrius, & item de cæteris.

Odientes malū.) ἀποστυγοῦντες, id est, odio habentes. quāꝯ hic elegāter erat abhorrentes a malo. ut respondeat ei quod sequitur, adhærētes. Cæterum bono & malo, hic ad personam referri non potest, cum sit τὸ ἀγαθὸν, ad rem referatur oportet. Bonum dixit honestatem, malum turpitudinem.

Charitatem fraternitatis inuicem diligentes.) Alius sensus est apud Græcos, τῇ φιλαδέλφια φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι, id est, fraterna charitate ad mutuo uos amandum propensi. Plutarchus libellum scripsit περὶ φιλαδελφίας, id est, de charitate fratrum inter se, quo uerbo apostoli frequenter utuntur pro studio & amore Christianorum inter ipsos mutuo. unde & uox Græca composita est. Ambrosius legit, fraternitatis amore inuicem benigni. Nam φιλόστοργοι Græcis dicitur qui est propenso affectu erga cognatos aut affines. ediuerso qui non tanguntur pietatis affectu, ἄστοργοι uocantur. Vult enim Paulus hoc uno nomine, Christianum esse charum Christiano quod Christianus est.

Honore inuicem præuenientes.) Sensus omnino Græcis anceps est, τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι. Si scriptura mendo uacat, noue addidit participio casum accusandi, cui magis congruebat paternus. Cæterum honorem uocat subsidium.

Sollicitudine non pigri.) σπουδῇ μὴ ὀκνηροί. σπουδὴν, uocat sedulitatē & studiū exhibē di officij. & ὀκνηρὸς dicitur qui grauatim aliquid facit. unde iubet ut non solum amemus, & honorem deferamus alius alij, uerum etiam alacres ac prompti succurramus inuicem.

Domino seruientes.) Origenes aut certe huius interpres, indicat in nōnullis exemplaribus scriptum fuisse, tempori seruientes. & accipi posse, diligenter utendum temporis occasione, quandoquidem breue est. Mihi uidetur recte intelligi, boni consulendum, si quid pro tempore inciderit incommodi. nam id opinor, est seruire tempori. cum hoc cohæret quod sequitur, spe gaudentes, Si quis exigit tributum, pende, si quis uectigal, solue, si quis exigit honorem, redde, si quis affligit, patere, nec ea res tristem reddat, sed spes erigat in malis animum. Testatur & Ambrosius sibi narratum fuisse in Græcorum codicibus haberi τῷ καιρῷ δουλεύοντες, tempori seruientes. Atq; obiter admiror cum Græce sciret, cur non ipse potius cōsuluerit Græcorum exemplaria. Sit cuiq; liberū quod uolet sequi, mihi magis arridet, tempori seruientes. Sed ea sententia, quoniam ethnici philosophi nomine uulgo circumferebatur, & uafriciem quandam præcipere uideretur, offensus aliquis mutauit in, domino seruientes, non satis animaduertens, domino seruientes, cum toto sermonis huius contextu non perinde congruere. Quāꝯ autem in uocibus latinis tempori & domino, nulla sit affinitas, tamen in Græcis est nonnulla, καιρῷ & κυρίῳ. Græcorū di uersa lectio. καιρῷ δουλεύειν.

Orationi instantes.) τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες, quod assiduam sonat instantiam.

Necessitatibus sanctorum communicantes.) Ambrosius legit memorijs sanctorū cōmunicantes. & Origenis interpres fatet sic haberi in latinis exēplaribus. neq; admodū dissimile ueri est ex μνείαις factū esse χρείαις à scriba quopiā eruditulo, præsertim cum in memorijs uideret subabsurdus sensus. Videt autē hoc agere Paulus, ut non solū præsentes præsentibus impartirēt charitate mutua, sed absentiū quoq; memores essent, iuxta id qd Paulus a Petro monit⁹ facit in epistola ad Galatas, ut pauperū memor colligeret donaticiā pecuniā. Necessitatibus pro memorijs.

Benedicite persequētibus uos.) Græce quidē est εὐλογεῖτε, benedicite, hoc est, bene loquamini, quod Origenis interpres exponit, bene precemini, opinor quod sequat, μὴ καταρᾶσθε. i. ne deuoueatis. Solēt em̄ uulgo qui nō possunt ulcisci iniuriā, deuouere diris, à quibus læsi sunt. εὐλογεῖν aliquoties est laudare, quo pacto hic sanè nō potest accipi, neq; em̄ iubet ut laudet insectator, sed ut ei bene precemur, aut uerbis benignis admonea tur erroris. Nolite maledicere.) μὴ καταρᾶσθε. i. ne male precemini, ne quē deuoueatis. Benedicere pro precari.

Si Paulus ſic inculcat, ne cui male precemur, ubi ſunt, qui ſanctũ putãt iugulare hoſtem, aut ne hoſtẽ quidẽ? Gaudere.) χαίρειν. Græcis eſt mos infinitiuũ pro imperatiuo ponere, gaudere pro gaudete, & flere pro flete, opinor quod ſubaudiant oportet.

Ex latinis quis percipiat ſenſum.

Idipſum inuicem.) τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες, id eſt, idẽ alij in alios, ſiue de alijs ſentientes. Referẽ & hoc ad affectũ animi modeſti, qua nemo putat aliũ ſe minorẽ, ſed omnibus ſeſe accõmodat, de oĩbus ex æquo bene ſentiẽs. Vult eĩ Paulus in Chriſtianis affectũ eſſe communẽ, ut oẽs non opibus, nõ genere, nõ eruditione, nõ honoribus, ſed Chriſto metiantẽ qui eſt oĩbus ex æquo cõmunis. Nũc generoſus faſtidit obſcurũ, diues paupere uix hominis habet loco, erudit⁹ contẽnit idiotã, ſacerdos execrat laicũ, monachus laicos uix pro Chriſtianis ducit, Italus cæteros omnes ut barbaros, ac penè pecudes aſpernatur & horret, Germanus odit Gallũ, Anglus Scotũ, atq; ex his & id genus alijs ſtultiſſimis affectibus, bella, lites, atq; hi rerũ tumultus, quos iã annis aliquot uidemus exoriuntẽ. At Paulus ſic uoluit unũquẽq; Chriſtianũ affectũ eſſe erga cæteros, quõ ſingula membra corporis affecta ſunt erga cætera membra, quemadmodũ alibi dilucidius explicat, idq; uocat τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Atq; in hãc ſententiã ediſſerit Vulgari⁹, ſi quẽ magis autoritas, q; ratio cõmouet. Alta ſapiẽtes.) Idẽ participiũ eſt quod modo φρονοῦντες. i. ſentiẽtes, ſeu cogitãtes, ut ad affectũ animi referatẽ. Et cõnectenda eſt hæc particula cũ ſermone ſuperiori, quã interpres male ſeparauit. adiecit enim hoc Paulus uelut explicans quid dixiſſet, idẽ inuicem ſentientes. Nam ubi quiſq; magnifice de ſe ſentit ac ſuis, alios deſpiciat oportet.

Humilibus cõſentiẽtes.

Sed humilibus cõſentientes.) τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. Humiles hic uocat, nõ modeſtos, ſed humilis ſortis homines, ueluti pauperes, ignobiles, indoctos, plebeios. Et non eſt, conſentientes, ſed potius obſecũdantes, & accõmodãtes uos, ut ſuæ quiſq; oblitus magnitudinis, deſcendat ad affectus inferiorũ. id quod mira diligentia, multis locis inculcat Paulus, haud ignarus ex hoc fonte maximas uitæ peſtes ſcatere.

Prudẽtes, p elati.

Nolite fieri prudentes.) φρόνιμοι. φρόνιμον uocat, non qui ſapiat, ſed qui parũ modeſte de ſeipſo ſentiat, ut mox admonuimus. & ad eũ modũ interpretantẽ Græcorũ commentaria, alioqui quid affinitatis eſt prudentiæ cũ uindicta? At arrogantia uindex eſt, dum quiſq; ſe meliorem putat, q; ut alteri cedere debeat. Prouidentes bona.) Hæc uerba (non ſolũ coram deo, ſed etiã) nõ ſunt apud Græcos, ſed tantũ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων. i. corã oĩb⁹ hoĩb⁹. Proinde nec addunt apud Origenẽ, nec apud Vulgariũ. apparet addita ab explicante Pauli ſententiã. Non enim hic opponit Paulus homines deo, ſed perfectos & imperfectos, bonos & malos componit, quibus tamẽ omnibus uult nos probari ſi liceat. Atq; hoc quod ſequitẽ ἐι δυνατὸν, mea ſententia rectius ad ſuperiora referretẽ, cũ ſequẽs particula habeat ſuum τὸ ἐν ὑμῖν, quod idẽ pollet.

Additũ aliquid.

Defendẽtes, p ulciſcẽtes.

Defendentes.) ἐκδικοῦντες. i. uindicãtes. Eſt eĩ participiũ eiuſdẽ uerbi, cuius eſt nomẽ ἐκδίκησις, quam uertit, uindictam.

Chariſſimi.) ἀγαπητοί. i. dilecti. Hoc adiecit, uelut eblandiri cupiens, quod alioqui durũ erat.

Mea uindicta.

Mihi uindictam.) ἐμοὶ ἐκδίκησις. i. mihi uindicta, ſiue ultio, nominãdi caſu. Atq; ita citat Hieronymus aduerſus Ruffinũ in epiſtola, cuius initiũ, Lectis literis prudentiæ tuæ. Proinde dilucidius explicatur Deuteronomij. 32. unde locus hic deſumptus eſt. Mea eſt ultio, hoc eſt, meum eſt ulciſci, qui ſum iudex. Nec additũ eſt in Græcis codicibus, Et ego retribuã. ſed, ego retribuam citra coniunctionem.

ψωμίζω.

Ciba illũ.) ψώμιζε. Quod quidẽ haud caret emphaſi. Nec enim ψωμίζειν eſt ſimpliciter paſcere, ſed indulgenter paſcere, ueluti minutim inſipato pane, aut fruſtulatim conciſo cibo, id quod apud nõnullos fit erga eos, quibus faueẽ in conuiuijs, cum alijs interim liceat eſurire. Si ſitit potũ da illi.) Hoc in nonnullis Græcorũ exẽplaribus nõ erat additũ. Ex Origene non ſatis liquet quid legerit. apud Ambroſium additur, atq; item in uetuſtis exemplaribus. Cõgeres ſuper caput.) σωρεύσεις. i. accumulabis, ſiue coaceruabis. Et carbones ignis, Hebraica figura dixit, pro carbonibus ardentibus, quod ita interpretatẽ Vulgarius. Vis magnifice ulciſci inimicum tuũ? accumula in illũ beneficia. ſic eĩ futurum eſt, ut atrocius a me puniatẽ. Mihi uideẽ accommodatius doctrinæ Chriſtianæ, ſi intelligamus benefactis obruẽdũ inimicũ, quo tãdẽ reſipiſcat, & meritis lenitatéq; noſtra uictus, ex hoſte fiat amicus.

Carbones ignis.

Noli uinci à malo.) Bonũ & malũ hic nõ refertur ad hominẽ improbũ, aut probũ, ſed ſignificat ipſũ beneficium aut iniuriã. Vincitur igitur à malo qui prouocatus iniuria

tus iniuria non temperat animo, sed adducitur ad retaliandam iniuriam. Vincit malum bono, qui malefacta benefactis repensans, efficit ut inimicus resipiscens fiat amicus. Hoc præceptum quoniã durũ erat humanis affectibus, adiecit autoritatem domini. Atq; idem Christus præcepit in euangelio, & tamẽ haud scio quo pacto fit, ut hãc doctrinã non negligant solum, uerũ etiam palam irrideant, qui sibi uidentur admodũ esse Christiani, & quorũ piæ uidelicet aures, ne superstitiosũ quidẽ Christophori, Barbaræ, aut Erasmi cultũ uerbo notari ferunt, ad hæc Christi sanctissima præcepta, non uerent cachinnos tollere, & quod ante Christũ ethnicus docuit Socrates, hoc ab ipso traditum Christo, ab apostolis toties inculcatum irrident Christiani, cũ hoc insigni præcipue Christus suos à mũdo discreuerit. Verũ hæc comploratio non huius est loci.

Vinci a malo quid.

Superstitio præpostera.

EX CAPITE DECIMOTERTIO.



Omnis anima.) dixit pro omi homine. Nã quod Origenes hic philosophat animã dici hominẽ, iuxta partẽ spiritu inferiorẽ, sicut caro dicitur, iuxta partẽ deteriorem, & ob id animã intelligi hominem, qui nõ sit omnino purus à rebus mundi, atq; ideo merito debere parere ijs, qui mundi res administrãt, mihi uidet argutius q; uerius. Haud scio an librariorũ errore factũ sit, quod in Ambrosio secus q; nos habemus legitur, omĩb⁹ potestatibus sublimioribus subditi estote.

Expẽsa Origenis sententia.

Sublimioribus.) ὑπερεχούσαις, id est, præcellentibus. positiuũ est nõ comparatiuum.

Quæ autẽ sunt a deo.) Secus distinguũt Græci, αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναί εἰσιν, id est, quæ uero sunt potestates, a deo sunt ordinatæ, ut coma ponas post potestates. repetit enim quod supra dixerat, nõ est potestas nisi a deo. Atq; ita legit & interpretat Ambrosius, Quæ aũt sunt, a deo ordinatæ sunt. atq; ita distinguunt uetustissima exemplaria. Neq; secus distinguit Augustinus hoc adducẽs testimonium epistola ad Macedoniũ. 54, nisi quod potestates non repetit, ita legens, Non est eĩm potestas, nisi a deo. quæ autem sunt, a deo ordinata sunt, ut a uerbo sunt, succedat hypostigme. Vulgarius non repetit potestates, quæ autem sunt a deo, ordinatæ sunt, sed ita ut subaudiri uelit. Quanq; totã hanc clausulam apud Origenẽ non reperio, ne in interpretatione quidẽ ulla huius rei fit mentio. Videri poterat adiecta ab interprete quopiam, qui uolens confirmare, quod omnis potestas sit a deo, asseueratione graduũ sententiam eandẽ repetiuerit. itaq; qui resistunt, dei ordinationi resistunt, faciens ad ea quæ mox sequẽtur. etiamsi Vulgarius more nostro distinguit. Qm̃ Paulus intelligebat nonnullos Christianos prætextu religionis detrectare principũ iussa, atq; ita futurum, ut ordine perturbato, sursum ac deorsum omnia miscerentur, præcipit, ut quibuslibet potestate publica præditis obtemperent, excepta fidei & pietatis causa. Ipsi quidẽ ethnici sunt, ac mali, sed ordo tamen bonus. & ob hunc mali quoq; principes nonnunq; ferendi sunt pijs hominibus.

Distinctio uaria.

Hypostigme.

Damnationem acquirunt.) λήψονται, id est, accipient, ut futuri sit temporis. Cæterum κρῖμα, id est, iudicium, haud male uertit, in damnationem.

Non sunt timori boni operis.) οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων, id est, non sunt terror siue timor bonorũ operũ, hoc est, non sunt formidandi bene agentibus. Non enim deterrent benefacta, sed maleficia.

Dei enim minister est.) διάκονος, id est, ministrator. nam de potestate loquitur. Quanquam ut magistratus nonnunquam homo dicitur magistratu fungens, ita & potestas homo potestate præditus.

Ideóq; necessitati subditi estote.) Græcis alius est sensus, διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι. quare necesse est subijci. Interpres legisse uidetur, ὑποτάσσεσθε, per epsylon, non per αι diphthongum. quanq; si ὑποτάσσεσθε sit ὁριστικὸν, idem erit sensus qui per infinitum, cum infinitum uerbũ indicatiui uice usurpetur. etiamsi necessitatis uerbũ apud Ambrosium omnino nõ legit. Origenes suo more detorquet eã necessitatẽ ad eos duntaxat, qui nondũ pure spirituales sunt. Quanq; mea sententia cæteris quoq; ferendi sunt principes, ne magna grauiq; rei publicæ ruina, prouocẽtur, & hanc, ni fallor appellat necessitatẽ. Cæterũ iram Hebræorũ more uocat, ultionẽ ac supplicium, quo castigant admissa. Conscientia potest accipi bifariã, uel illius qui nõ obtẽperat, cui deus uult obtemperari, uel illius qui tuo exemplo putat sibi contemnendũ esse magistratũ, quem uidet abs te negligi, & recte negligentem, non

Obedire malo principi ferre est.

tem,non recte imitatur. Augustinus interpretatur necessitatẽ, autoritatẽ principũ in tollendis rebus suorũ. In hoc ipsum seruientes.) προσκαρτεροῦντες, quod paulo superius transtulit instantes, nunc uertit seruientes.nos uertimus,incumbentes,hoc est,operã dantes & adnitentes. pro me facit Augustinus hũc adducẽs locũ li.de doct.Christ.4. ca.20. legens,in hoc ipso perseuerantes.

Nemini quicq; debeatis.) ὀφείλετε.Incertũ an sit debetis indicandi modo, an debete. Sẽsus autẽ Græci sermõis anceps est,potest eẽ sic accipi, Soluite unicuiq; quod debetis, quo soluto,desijstis debere.At sola charitas nõ desinat deberi, sed semper persoluatur,& nihilominus semper debeatur, ut non sit finis benemerendi.Ad eũ modũ enarrant Origenes & Vulgarius.Potest & ita intelligi,ut superiora referantur ad magistratus ethnicos, uti tum erant omẽs. quod sequit, nemini quicq;.&c. ad Christianos. soluite illis quod debetis. Cæterũ Christianus Christiano nihil debet,nisi mutuã charitatẽ. Atq; hunc sensum amplexus est Ambrosius,sic edisserẽs,Pacẽ uult nos habere si fieri potest cũ omnib⁹, dilectionem uero cum fratribus.Annotauit distributionis gratiã Augustinus, quo dictũ est loco,quæ singula singulis apte redduntur,modulato sermonis cursu,cui tributũ, tributum.cui uectigal,uectigal.cui timorẽ,timorem.cui honorẽ,honorem.Atq; hæc membratim inquit,fusa,clauduntur etiã ipso circuitu,quẽ duo mẽbra connectunt,Nemini quicq; debeatis,nisi ut inuicem diligatis.

Charitas sẽper debet.

Pax,dilectio.

Distributio schema.

Periodus.

Qui enim diligit proximũ.) ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, id est,qui enim diligit alterum. Interpres legisse uidetur, τὸν πλησίον. etiamsi id ad sensum minimum habet momenti.

Nã non adulterabis.) Vt modo,ita nec hic reddidit uim articuli Græci, εἰμὴ τὸ ἀγαπᾶν, quod nos expressimus,nisi hoc,ut inuicẽ diligatis.Et, τὸ γὰρ οὐ μοιχεύσεις. nam illa, non adorabis. &c. In hoc uerbo instauratur.) ἀνακεφαλεοῦται; id est, recapitulatur,hoc est, summatim in hoc uerbo continetur.Augustinus in epistola quadã uertit, recapitulatur. Sumptum est ab epilogis rhetorum,in quibus tota causa summatim repetitur,quam ἀνακεφαλέωσιν uocant illi.Nam instauratur,quod instar priorum restituitur.ita dicimus collapsum ædificium instaurari.

Instauratur pro recapitulatur.

Dilectio proximi.) τῷ πλησίον, id est,proximo,dandi casu,ut referatur ad uerbum,operatur.Confirmat enim ratione quod dixerat epilogũ, hoc est, totius legis esse compendium in charitate.Lex diuersis mandatis deterret a lædendo proximo. Non peierabis, non furaberis,non adulteraberis,non dices falsum testimoniũ,non occides, & quid non? At qui charitate Christiana præditus est,is nullum omnino lædit mortalem,prodest omnibus quibus potest,& bonis & malis. etiamsi altera lectio τοῦ πλησίον probe habet.

Lectio duplex.

Et hoc scientes tẽpus.) Hoc,pronomen apud Græcos,non refertur ad tempus, cũ tempus illis sit masculini generis.uerum ita loquitur,Et hoc, siue idq;,cũ sciamus, nempe tempus, καὶ τοῦτο εἰδότες τὸν καιρόν. ut & hoc,uim habeat exaggerandi, ueluti cum dicimus, scortaris, & hoc in quadragesima.ut intelligamus quæ præcepit, nunc præcipue præstanda esse in lege euangelica, quæ plus aliquid exigit supra Moysi,naturáeq; legem. Tempus autem hoc loco significat oportunitatem & occasionem καιρόν, pro quo usurpãt ὥρα.

Tempus, καιρὸς.

Nunc enim propior est.) ἐγγύτερον ὑμῶν, id est,propius nos est, siue propius abest a nobis.ut propius sit aduerbium,habeatq; casum præpositionis unde fluxit.

Propior nobis.

Quam cũ credidimus.) ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν. Certe dilucidius erat nõ modo latinius,q; tũ cũ credebamus.Siquidẽ in lege Moysi opinio magis fuit salutis q; salus, & umbra potius q; res. Vnde noctẽ uocat procul adhuc agente sole,quæ paulatim rarescit accessu luminis.

Præcessit, pro processit.

Nox præcessit.) προέκοψεν,id est,processit, siue progressa est, & tendit ad interitũ, hoc est,nox maxima ex parte peracta est,& instat dies, paulatim illucescẽte euangelio. Cyprianus in sermone de zelo & liuore,legit,nox transiuit.Origenis interpres homilia.35. legit, nox promouit,ut dubitandũ nõ sit,quin errore librariorũ ex processit,factũ sit,præcessit.

Appropinquauit.) ἤγγυκεν.Est quidem præteriti temporis,sed quod latinius reddatur latine per uerbum præsentis temporis, incolumi sensu. In plerisque codicibus uideo deprauatum,appropinquabit. Sentit enim diem aduentus Christi iam instare, noctem superioris ignorantiæ iam ad finem tendere.

Honeste ambulemus.) εὐσχημόνως, id est,composite,siue honeste.Nam orta luce ob pudorem

dorem homines se gerunt uerecundius. Nox enim uacat pudore.

Nō in comessationibus.) Græce abest præpositio in, μὴ κώμοις, id est, non comessationibus. etiamsi non omnino displicet addita. Comos autē Græcis deus est temulentiæ, & eodem nomine uocatur cōuiuium procacius ac iuuenile. Comos, unde comessari.

In desyderijs.) ἐις ἐπιθυμίας, id est, ad concupiscentias, hoc est, ad necessitatem, non ad uoluptatem. Curam autem uertit πρόνοιαν, id est, prouidentiam. sic enim legit Origenes homilia in Exodum nona. Item Augustinus adducens hunc locum libro de doctrina Christiana quarto, capite uigesimo. cum fateatur reliquam orationem, modulatam ac numerosam esse, tamen offenditur nescio quid extrema clausula, Et carnis curam ne feceritis in desyderijs. mallet enim hanc compositionem, & carnis prouidentiam in desyderijs ne feceritis. Cōpositio.

EX CAPITE DECIMO QVARTŌ.

INfirmum autem.) τὸν δὲ ἀσθενοῦντα. i. eum qui infirmus est. Nec est, in fide, sed fide. ut referatur ad participium ἀσθενοῦντα, non ad sequens uerbum susscipite.

Et assumite.) προσλαμβάνεσθε, id est, uobis adiūgite, & recipite in uestrū contubernium. Qui nondum perfecte credit, non est reijciendus, ne linum fumigans extinguatur, sed tolerādus & alendus, donec proficiat ad meliora. Illud obiter annotandum, quod Paulus abstinentiam ciborum, infirmitati fidei tribuit, non de his loquēs, qui quo corpus habeāt obtemperātius, à lautioribus edulijs abstinēt, sed de his, qui Iudaico more, certos fugiunt cibos. Et tamē hos uult tolerari, sed hac spe, ut proficiant in fide, & eiusmodi ceremonias negligant. At hodie uidemus inter Christianos propè plus esse superstitionis in ciborū delectu, & unde fuerit apud Iudæos. nec ista iam tolerantur, sed in his absolutā constituūt pietatē, pro illis omni telorum genere depugnamus, ex his iudicamus, auersamur, execramur proximū, ceu parum Christianum, ex his nobis stultissime placemus. Assumere adiungere. Infirmitas ferenda, nō alenda.

Non in disceptationibus cog.) μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν, id est, non ad dijudicationes disceptationum, hoc est, non in anxijs disceptationibus, per quas futurum est ut ille alienetur.

Manducare omnia.) φαγεῖν πάντα ἐσθίειν, quæ significant edere, seu uesci, hic perpetuo uertit, manducare, cum mandere uel manducare sit proprie cibum dentibus comminuere. Porrò πάντα significantius uertisset quæuis, id est, sine delectu quemuis cibum. nā hoc quoq; significat πᾶν. Quis autem possit unus edere omnia? Illud indicandum paucis (credit manducare) nouā esse sermonis figuram, & Græcis & latinis. Nam Græcis sonat, putat se manducare omnia, cum sit sensus, putat sibi licere uesci quibuslibet cibis, citra delectū. Vnde rectius uertisset infinitū per gerundiū, credit sibi uescendū esse quibuslibet. Credit manducare.

Qui aūt infirmus est.) ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει, id est, qui autē infirmus est, oleribus uescitur, ut sit indicatiui modi, non imperatiui. Totidē sanè uerbis adducit Hieronymus in Ecclesiaste caput secundum. Non em̄ iubet ut uescat oleribus, quē mallet firmiorem redditū uesci quibuslibet, sed ostendit quid faciat infirmus, suæ obtemperans superstitioni. Nam quod dixit infirmus, non ad ualetudinem corporis referendū est, sed ad animi superstitionem. unde latini quoq; infirmitatem uocant. Horatius in Satyris, At sum unus mi paulo infirmior. In nonnullis Græcorū exēplaribus habebat, ὁς δὲ ἀσθενῶν. Solet autē Paulus in huiusmodi abuti articulo postpositiuo loco præpositiui. Vertendū igitur erat, Alius credit uescendū esse omnibus, aut quibuslibet. alius rursus qui infirmus est, oleribus uescitur. alioqui alius, quod præcedit in priore diuisionis parte non habet quod sibi respondeat. Mādūcet olus.

Non spernat.) ἐξουθενείτω, quasi dicas, nihili faciat, & pro nihilo ducat, ut Græca uox indicat ex nihilo composita.

Domino suo stat aut cadit.) Stabit autem, σταθήσεται δὲ, quod adducens Cyprianus in epistola libri quarti secunda, nō inscite uertit proximū uerbum στῆσαι, stabilire, quod tamen idē est cum superiore, potēs est enim deus stabilire illum.

Nā alius iudicat.) ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν, ἕκαστος. i. hic quidē iudicat, diē iuxta diē, ille uero iudicat omnē diē, unusquisq;. &c. Quod si liceat, ut par est, neglecta uerborū superstitione sententiā bona fide reddere, uerti poterat in hunc modum, hic Sermo Paulli peregrin⁹.

dum. Hic quidem existimat aliquid interesse inter diem & diem, ille uero perinde sentit de quouis die. Augustinus in quæstiõibus huius epistolæ legit, Alius quidẽ iudicat alternos dies, alius aũt iudicat omnẽ diẽ. At pudet me interpretatiõis, quod idẽ eodem asscribit loco, haud quaq; asscripturus, si aut Græca consuluisset, aut interpretatio melior contigisset. Ipsius uerba subscribam, ne quis mihi diffidat. Sequestrata iã, inquit, meliore consyderatione, non de duobus hominibus mihi uidetur dictũ, sed de homine & deo. Qui em alternos dies iudicat, homo est. Potest em hodie aliud, cras aliud iudicare, id est, ut quemcunq; hodie malũ, conuictũ, cõfessumq; damnauerit, cras bonũ inueniat deprauatũ. Qui aũt iudicat omnẽ diẽ, deꝰ est, quia nouit qualis quisq; sit. Vnusquisq; in suo intellectu abũdat inquit, id est, quantũ humano intellectui, uel unicuiq; homini concessum est, tantũ audeat iudicare. Qui sapit, inquit, diẽ, dño sapit, id est, quia hoc ipsum ad præsentẽ diẽ bene iudicat, dño sapit. Hoc est aũt bene iudicare ad diẽ, ut noueris non esse de correctione eius desperandũ in futurũ, de cuius culpa manifesta in præsentia iudicaueris. Hactenus Augustinus. Quæso te lector, nonne uidet in alio mũdo uersari, cũ hæc asscribit? Quod nolim ita rapiat aliquis, uelut in Augustini dictũ cõtumeliã, cuiꝰ & eruditionẽ suspicimus & sanctimoniã ueneramur, sed ut tanti uiri lapsus, nobis persuadeat nõ esse negligendam Græcorũ uoluminũ collationẽ. Diuus Hieronymus secũdo aduersus Iouinianũ libro, uertit ad hũc modũ, Alius iudicat diẽ plusq; diẽ, ut παὰ accipiatur pro supra, siue ultra, quẽ in modũ aliquoties inuenitur apud Græcos. Quanq; Græcis παὰ nonnunq; relationẽ habet, uelut illorum prouerbio dictum est, τὴν πορφύραν, παὰ πορφύραν, id est, purpuram iuxta purpuram. Etenim qui confert, is putat alterum altero melius esse. Iudæis alius dies prophanus erat, alius sanctus. At Christianis quilibet dies æque sanctus est, non quod obseruandi non sint festi dies, quos deinde sancti patres instituerunt, quo commodius plebs Christiana conueniret ad concionem ecclesiasticam & cultum diuinum, sed eos perpaucos, nempe diẽ dominicum, Pascha, Pentecosten, & aliquot huiuscemodi, quos recenset Hieronymus. Verum haud scio an expediat, quibuslibet ex causis festa festis accumulare, præsertim cum uideamus eò rediisse Christianorum mores, ut quam olim conducebat ad pietatem hæc instituere, tam nunc conducibile uideatur eadẽ antiquare.

Expensa Augustini interpretatio.

Multitudo festorum noxia.

In suo sensu.) ἰδίῳ νοὶ πληροφορείσθω, id est, propria mente, siue animo certus sit, siue certã habeat persuasionẽ, hoc est, acquiescat in sua opinione. Ambrosius interpretatur, unusquisq; suo consilio remittat. Quid Augustinus interpretetur, modo ostendimus. Alioqui abundare in suo sensu, est hominis præfracti & obstinatæ mentis.

Et qui non manducat, domino non manducat.) Græci addũt, καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν κυρίῳ οὐ φρονεῖ, id est, & qui non sapit, domino non sapit. Deinde sequitur, & qui edit, domino edit, Gratias enim &c. Alioqui nõ reddetur quod priori parti repugnet, Qui sapit diem, domino sapit. Verum quoniam nostrorũ codicũ magnus consensus est, nec apud Ambrosium reperitur, nec apud Origenem, fieri potest, ut quod in Paulo defuit, de suo suppleuerit aliquis. Atq; haud scio an gratias agit, referri possit ad illũ qui distinguit diẽ. Nam qui uescitur, & qui non uescitur, uterque tamen edit, & pro esu licet diuerso, pariter gratias agũt. Annotandum & illud quod Paulus hasce partes firmi & infirmi uario ordine proponit, cum primũ ait, Alius credit edere omnia, is uero qui infirmus est, oleribus uescitur, quod firmi est, præposuit, quod infirmi, posterius fecit. At mox eodem ordine repetit, itaq; qui edit, non edentem non spernat. qui edit, non edentem nõ iudicet. Ac paulo post inuertit ordinẽ. nam alius quidem iudicat diem inter diem, alius uero iudicat omnem diem. hic quod infirmi est, priore loco posuit. Cæterum in his quæ sequuntur rursus inuertit ordinem. cum enim ait, Qui sapit diem, domino sapit, quod infirmi est præposuit. Nam sapere hoc loco curare est, & sentire discrimen inter diem & diem, quod est Iudaicæ superstitionis. Et non sapere, est non curare discrimen diei. Ac mox Qui edit, dño edit, & qui nõ edit, domino nõ edit, quod firmioris erat præposuit, qd' infirmioris posteriꝰ fecit. Nisi quis malit, sapere diẽ, in diuersũ sensũ interpretari. Certe Thomas Aquinas sic exponit, ut sapere diẽ, dicat, qui discernit inter diẽ & diẽ. etiãsi hoc detorqueat ad

Varia lectio.

Vescẽs & nõ uescẽs uterq; edit.

Ordo partiũ expensus.

Sapere diem quid sit.

Aquinatis expensa sententia.

queat ad dies festos nostros,& dies ieiuniorũ,quod ille laudi tribuit. Quæ si uera est interpretatio,nõ erit infirmitatis iudicare inter diẽ & diẽ,sed perfectæ pietatis.& iudicare omnẽ diem, non erit firmæ fidei,sed impietatis . Ambrosius & ipse nescio quo detorquet hunc locum,hoc cõmenti uice subiiciens, Verum est,quia qui semper abstinet se,deo placere se putat.semper abstinere perfectius est,& interim abstinere,interim nõ abstinere. Quod si semper abstinet,qui iudicat omnem diem, cum ante non manducantem fecerit infirmiorem,quomodo hic uersa uice firmior est,qui prius habitus est infirmior? Sed quod Paulus dixit de delectu ciborum iuxta morem Iudaicum,item de delectu dierum iuxta ritus eorundem, hoc Ambrosius & Thomas deflexerunt ad posteriora tempora , quibus per episcopos & festi dies sunt indicti , sed pauciores quam nos habemus , & certa ieiunia, quorum nihil adhuc opinor ætate Pauli fuisse . Origenes interpretatur sapere diem , qui non discernit diem à die,copulans manducantem omnia,& sapientem omnem diem. Ex quo mihi uenit in mentem,hanc particulam ad utrunq; referri posse,distinguentẽ & non distinguentem.Etenim cum sapiat diem,qui de quouis die idem sentit,& sapiat diem,qui de alio atq; alio aliter atq; aliter sentit . generali sermone duas partes complexus est . Qui sapit diem,siue sic sapiat,siue secus,domino suo sapit, non tibi ad quem nihil attinet . atq; hanc apparet fuisse causam,quare huic parti nulla sit reddita contraria,cum edenti sit oppositus non edens . quo quidam loco nos maluimus uertere , uescitur & uescitur , quod non simpliciter agat de edendo,aut non edendo,sed de genere cibi,hoc est, de idolothyto.Porrò quoties de cibi genere loquimur , elegantius est uesci & edere . Porrò pro sapit maluimus curat , quod uerbum φρονεῖν apud Græcos sit πολύσημον,& nunc pro sentire ponatur,nunc pro sapere,nunc pro cogitare,aliquoties pro affectum esse , nonnunquam uix habet sermo latinus quo reddat quod sentit.

Ambrosij sententia.

Opinio Erasmi.

Vesci.

Mortuus est & resurrexit.) Hic addunt græci codices,καὶ ἀνέζησεν, id est,& reuixit.etiamsi Vulgarius ἔζησεν legit, id est,uixit,non ἀνέζησεν. quod si sequimur , accipiendum est tempus præteritum pro præsenti,quod in huiusmodi uerbis solet fieri,in hoc mortuus est, in hoc resurrexit , & in hoc nunc uiuit,ut &c.Ambrosius ita legit & interpretatur,In hoc enim Christus & uixit & mortuus est,& resurrexit.In Paulino codice, qui mihi multorũ instar erat cum hæc adderem,ad hũc modum scriptum erat,in hoc emẽ Christus & mortuus est & reuixit ut &c. In hoc certe consentiẽs cum græcis exemplaribus,quod conduplicat coniunctionem.atq; ita legisse Origenem,declarat ipsius interpretatio,cuius hoc est initium,Mortuum dicit esse Christum,dispensatione sine dubio passionis, uixisse autem per sacramentum resurrectionis.Atque hæc lectio respondet cum eo quod sequitur, ut & mortuorum & uiuorum dominetur.nã hoc ordine legitur & apud Græcos & apud Origenem edisserentem his uerbis. Sed mouerit aliquẽ fortassis quod dixit Apostolus, idcirco mortuum esse & uixisse,ut mortuorũ & uiuorum dominetur,quasi hoc dederit intelligendũ,quod nisi mortuus fuisset,& nisi post mortẽ rursus uixisset,non tenuisset dominationẽ uiuorum.Idem est ordo apud Ambrosium,idem in uetustissimo exemplari, quod modo citaui,ut mortui præcedant,uiui sequãtur.prius emẽ est mori,posterius uiuere,præsertim in Christo,quantum ad humanã naturã assumptã,quæ mortalis erat,& tamẽ in superioribus præcesserãt,uiui,siue uiuimus,domino uiuimus,siue morimur,dño morimur.

Varia lectio.

Aut tu quare spernis.) ἢ καὶ σύ,τί ἐξουθενεῖς .i. aut etiã tu,cur aspernaris,ut illud prius tu,referatur ad non edentem,posterius ad edentem, ut non sit ociosa coniunctio καὶ. nam non edens ob superstitionem iudicat edentem . rursus edens ob scientiam , contemnit nõ edẽtis infirmitatem . Ambrosius additis uerbis aliquod ita legit, Tu autem quid iudicas fratrem tuum in non edendo? Aut tu quare spernis fratrem tuum in edendo? quanq; arbitror in edendo & non edendo,de suo addidisse,explicandæ rei gratia.

Diuersæ personæ.

Omnes enim stabimus.) πάντες γὰρ παραστησόμεθα .i. omnes sistemur,siue sistendi sumus ad tribunal Christi.nam rei siue iudicandi,sisti iudicio dicuntur,dum coguntur adesse.

Mihi flectetur.) ἐμοὶ κάμψει, id est,mihi flectet,ut subaudias se.certe in uetustissimo codice flectet scriptum comperi, nõ flectetur. Testimonium extat apud Esaiam capite 45. quod Paulus sic adduxit,ut nec ad uerbũ respõdeat Hebraicæ ueritati,nec editioni septuaginta.siquidẽ iuxta hos ita legimus,Per memetipsũ iuro, nisi egrediat de ore meo iustitia,

sermones mei non auertentur, quia mihi incuruabit omne genu, & iurabit & confitebitur omis lingua dicens. Iuxta Hebræos ita uertit Hieronymus, In memetipso iurauí, egrediat de ore meo iustitiæ uerbũ, & nõ reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit & confitebitur omnis lingua deo. Sed hoc iudicate magis.) Ambrosius legit, & in hoc uel in eo iudicate magis, haud scio quod exemplar secutus, nã & græci codices, & nostri uetusti refragantur. Hieronymus aut quisquis fuit Origenis interpres, in enarratiõe indicat hic iudicate dictũ, nõ pro cõdemnate, sicut antea, sed ꝓ statuite. iudiciũ em̃ pro cõdemnatione ponere peculiare est Hebræis. Græcis uox anceps est κρίνειν, quæ nũc iudicare sonat, nũc statuere siue decernere. Quod si cui nõ placet aliter accipi iudicãdi uerbũ, ꝙ in cæteris acceptũ fuerit, poterit & hic esse sensus. nõ conuenit ut quisꝙ uestrũ alterũ iudicet, qui seu recte agit seu secus, domino suo iudicãdus seruat. quod si quid de quoꝙ fas sit iudicare, is potius iudicãdus, qui ob cibũ corporalẽ noluerit uitare fratris offensã, ꝙ qui uel suspicat illũ nõ syncera cõscientia uesci, uel exemplo eius prouocat ad id faciendũ, quod arbitrat nõ recte fieri. Scio & confido.) οἶδα καὶ πέπεισμαι. i. scio & certus sum, siue persuasum habeo.

Locus obscurus.

Iudicate .i. statuite.

Nihil cõmune per ipsum.) Interpres legisse uidet δι' αὐτοῦ, alpha tenui, atq; ita legit Ambrosius interpretãs beneficio Christi nihil esse cõmune, sed rectius est quod habet δι' ἑαυτοῦ alpha aspirato, siue δι' ἑαυτοῦ. i. per se ipsum siue per se, quia sequit, sed ei qui immũdũ existimat, immundum est, atq; ita legit Origenes, & huic consentiens Vulgarius.

δι' αὐτοῦ. per se.

Cõtristatur.) λυπεῖται .i. dolet siue molestia afficitur. Non ergo blasphemetur bonũ nostrũ.) Vestrũ est Græcis secundæ personæ, ὑμῶν δ' ἀγαθὸν .i. uestrũ bonũ, id quod recte facitis curandũ est, ne cui præbeat obtrectandi materiã. Aut uestrũ bonũ, recte opinio uestra qua sentitis fas esse quibuslibet uesci. ad eum modum declarat Vulgarius.

Iustitia pax & gaudiũ in spiritu sancto.) Et hic præpositio ἐν, Hebræorũ more usurpata uidetur pro διά, hoc est, per. id quod satis indicat Origenes edisserens hunc locum. Spiritum sanctum opponit disceptationi de cibis. illa iram parit, tristitiam & iniustitiam, hic pro ira pacem, pro tristitia gaudium, pro offensa & iniuria iustitiam.

Duplex lectio.

Qui em̃ in hoc seruit Christo.) Græci legunt in his, quod idẽ pollet quasi dixisset, per hæc, ὃ γὰρ ἐν τούτοις δουλεύων. Fœminina nomina retulit per pronomẽ neutri generis, ut simul intelligas & alia eiusdẽ generis, cuiusmodi sunt iustitia, pax, & gaudiũ. ita quidẽ legit atq; enarrat Vulgarius, sed tamen refragante Ambrosio, refragante Origene, qui in hoc refert ad spiritũ sanctũ, quasi dicas in carne seruire Christo, qui de cibis cõtendant. in spiritu seruire, qui cõtemptis ijs, ea modo sectẽt, quæ pacis sint & cõcordiæ, refragãtibus & uetustis latinorũ exemplaribus. Et quæ ædificatiõis sunt inuicẽ custodiamus.) καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλους .i. quæ ad mutuã pertinent ædificationẽ, & subauditur διώκωμεν. i. sectemur. Porrò Paulus suo more ædificare uocat prodesse. etiãsi τῆς εἰς ἀλλήλους nihil uetat quo minus & ad pacẽ referatur, ut intelligas pacẽ mutuã & mutuũ auxiliũ. Cæterũ uerbũ custodiamus, quod nescio quis adiecit, in græcis codicibus nõ inuenit, nec opus est cũ præcesserit sectemur. Tu fidẽ quã habes.) Quã relatiuũ apud Græcos abest, σὺ πίσιν ἔχεις. κατὰ σαυτὸν ἔχε .i. Tu fidẽ habes, in teipso habe, siue apud te solũ, atq; ita scriptũ comperi in exemplari Paulino, si quis parum tribuit græcis. etiãsi cũ græcis cõsentit Ambrosius. & est omnino sermo uiuidior omisso quã. Qui autẽ discernit.) ὁ δὲ διακρινόμενος .i. qui uerò hæsitat. quanꝙ participiũ est mediũ, ut possit accipi qui dijudicatur.

Aedificare, prodesse Paulo.

Nostra lectio depraua ta.

Ei autem qui potens est.) Hanc partem usq; ad, debemus autẽ, quidã codices omnino non habent, quidam in fine adijciunt epistolæ. nos quoniam id nõ uidebatur ad hunc locum pertinere, semouimus in finem huius epistolæ.

Coronis epistolæ Paulinæ.

EX CAPITE XV.

NOs firmiores.) ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν, id est, nos qui potentes sumus, impotentium infirmitates portare. Laurentius mauult, ualidi inualidorum. Vnusquisq; uestrum.) Variãt hic Græci latiniq;. quidam habent ἕκαστος γὰρ ἡμῶν, id est, unusquisq; enim nostrum. quidam coniunctionem γὰρ non addunt. tolerabilius quod quidam loco γὰρ habent δὲ. Ex nostris quidam habent uestrum pro nostrum, cum Græcis sit ἡμῶν primæ personæ, nec additur apud illos suo, tantum est τοῦ πλησίον ἀρεσκέτω proximo placeat.

Ambrosius

Ambrosius sine pronomine legit,& unusquisq; proximo suo placeat.

Christus nō placuit sibi.) Quid erat in Christo, cur ipse sibi displiceret? Sed hoc loco placet sibi,qui suo seruit commodo,& quod agit,ad suum trahit compendium,quod genus homines Græcis φιλαυτοὶ dicuntur,non tantum ob arrogantiam, uerumetiam ob priuati commodi studium.à quo uicio Christus longissime abfuit, qui totum sese nobis impendit.subnotauit & Origenes hic damnari uicium φιλαυτίας. Sibi placere, noue positū.

Nam quemadmodum scriptum est improperia &c.) Et hic sermo pārū est absolutus: sed cōtraria pars subaudienda est, Christus non sibi placuit, sed sibi displicuit, hoc est nō inseruiuit suis cōmodis,sed suo incommodo,nostris consuluit commodis,quēadmodum scriptum est &c. Sermo Pauli diminutus.

Quæcunq; enim scripta sunt.) Græcis non est simpliciter scripta, sed utrobiq; προεγράφη .i. præscripta siue ante scripta. Atq; ad eum sanè modū adducit Augustinus hunc locum epistola 137. Quæcunq; em̄ ante scripta sunt,ut nos doceremur, scripta sunt.Sentit em̄ hæc prius scripta q̄ fierēt,& promissio præcedit,res sequitur,scripturæ promittūt quod post exhibebitur.id fermè subindicat Vulgarius.Eodē uerbo usus est in epistola ad Galatas capite tertio,Ante quorū oculos Christus præscriptus est.Nō igit̄ fuerit absurdū, si præscripta accipiamus, quæ proposita sunt imitanda.unde & præscriptū dicimus.Ex Origenis interpretatione cōijci nō quitum est quid legerit.Ambrosius legit scripta sunt.ad sensum haud ita magni refert. Per patientiā & cōsolationē spem.) Ambrosius pro consolatione legit exhortatione,est em̄ παράκλησις uocabulū ad utrunq; cōmune. quanq̄ ad sensum huius loci nō ita magni refert utrū legatur. Idipsum.) τὸ αὐτὸ .i.idē.& ἐν ἀλλήλοις.i.inter uos mutuo uel inuice,de quo superius admonuimus. Vt unanimes.) ἵνα ὁμοθυμαδὸν .i. ut unanimiter. Interpres legisse uidet ὁμόθυμοι, neq; magnopere refert ad sensum. Suscipite inuicē.) προσλαμβάνεσθε ἀλλήλους .i.assumite inuicē,hoc est,alius aliū sibi adiūgat & opituletur,ut respondeat illi,infirmū in fide suscipite. Suscipite q̄ alias assumite. In honorē.) εἰς δόξαν .i.in gloriā. Interpres lasciuit affectatione copiæ.sentit em̄ Paulus ferēdū fratrē,ut hoc redundet in gloriā dei, qui laudatur per benefacta profitētium illum. Ita prorsus explicat Vulgarius. Ad confirmādas promissiones patrū.) Interpres dū alterum uerbū infinitū uertit in gerundiū,alterū relinquit,obscurauit sententiā,quæ quidē est huiusmodi, Paulus ueluti nōnihil digressus,redit ad id quod instituerat.Dico,inquit,hoc est,quæ diximus hactenus,huc tendunt,ut intelligas Christū autorē esse noui testamenti, quod primū administrauit Iudæis,ut patrē ostenderet esse ueracē,qui illis promiserat per prophetas.Cæterū id uoluit esse cōmune gētibus,nō ex promisso,quāq̄ & de illis erat prædictū,sed ex misericordia, & hoc gratius esse domū,quod nō expectantibus obtigisset.Opposuit igit̄ misericordiā promissis, nā in illis ius quoddā esse uidet̄,hic fauor merus est.habet em̄ quod expostulet,cui pollicitus sis,nisi præstiteris.& tamē plus adfert uoluptatis ac laudis,quod præter omnē spem obuenerit boni.Proinde clare uerti poterat hunc in modū. Cæterū illud est quod dico,Iesum Christū in hoc suo functū officio erga Iudæos, p ueritate dei, ut ea cōfirmaret,quæ fuerāt promissa patribus. cæterū ut gētes pro misericordia glorificarēt deū,quibus nihil erat promissum,& tamē idē cōtigit quod illis.Mirū est autē quanto artificio Paulus sermonē suū moderetur.quo gētes agnoscant dei in se clementiā,uocat misericordiā.Rursus ne Iudæi nō ferrent illos ad cōmunē gratiā admissos,subiicit Iudæorū testimonia,quibus declarat & illis esse promissum,licet nō tam euidēter. Propterea cōfitebor tibi in gentibus domine.) Extat hoc uaticiniū psalmo 18. Lætamini gentes cū populo eius.) Eius αὐτοῦ ad deū refertur,ueluti cōmunē futurū utriq; populo.nā populū dei dixit Iudæos. Totidē uerbis hæc habentur in cantico Deuteronomij.mirū autē cur diuus Thomas citarit ex Esaiæ cap. 35. siue lapsu memoriæ, siue quod illic simile tractatur argumentū.Rursus mirū est nostrā æditionē cū Paulo dissentire,quæ sic habet,laudate gentes populum eius,Hebræi habent, Cantate gentes populum eius. Locus obscurus. Explanatio. Artificium Pauli.

Et magnificate eum.) καὶ ἐπαινέσατε, & adlaudate,quasi laudibus respondete,quale est ἐπαιάζειν.Ambrosius item legit magnificate.quanq̄ magnificare dictum est pro extollere & laudibus efferre. Origenes admonet in psalmo pro magnificate scriptum fuisse collaudate.unde liquet in illius codice fuisse μεγαλώσατε, pro ἐπαινέσατε.

Et erit in die illa radix Iesse.) Hoc testimoniū extat apud Esaiam cap. undecimo,quod tamen

tamẽ Paulus adduxit iuxta translationem septuaginta, sicuti pleraq; solet. Iuxta septuaginta sic legimus, Et erit in die illa radix Iesse, & qui consurget ut princeps sit gentium, in ipso gẽtes sperabũt & erit requies eius honor. Iuxta Hebraicã ueritatẽ hoc modo, In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius glorioſum. Hieronymus admonet pro requies eius, apud Hebræos haberi מְנוּחָתוֹ in qua dictione consenserunt omnes interpretes, quod tamẽ Hieronymus uertit, sepulchrũ eius, uolẽs explicare sensum alioquin obscuriorem. nam menuchatho requiem sonat, sed proprie eam quã precari solemus defunctis. Ita licet uerbis dissonãt septuaginta & Hieronymus, tamen in sententia consentiunt. Cæterum quod uertit, stat in signum, Hebræis est עֹמֵד לְנֵס. Porrò נֵס uexillũ sonat siue trophæum, item miraculum re testatum. sensus ferè idẽ est, quod sub uexillo principis agat populus. Porro deprecabũtur Hebræis est יִדְרֹשׁוּ quod est requirẽt. petit aũt qui requirit, & sperãt qui cõcurrũt ad aliquẽ. Illud adiũcta particulã, & erit requies ei⁹ honor, licet sit apud Esaiã, & apud Origenẽ in cõtextu, tamẽ nõ apparet additã à Paulo, cũ nec apud Græcos reperiatur, nec ab Origene explicet, nec apud nostros usq; asscribatur. Et qui exurget.) ὁ ἀνιστάμενος, exurgẽs, quod tametsi præsentis temporis est, tamẽ interpres nõ absurde uertit in futurũ, quod adhæreat uerbo futuri temporis ἔσται .i. erit. Et qui exurget regere gentes.) καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν .i. & qui exurgat ad imperandũ. Certus sum autem. (πέπεισμαι .i. persuasum habeo.

In uerbis dissonantia, in sensu concordia.

Pleni estis dilectione.) ἀγαθωσύνης. i. bonitate. Interpres legisse uidetur ἀγαπωσύνης. Est autẽ hic bonitas, quæ opponitur maliciæ, non quæ respondet χρηστότητι ut sit benignitas.

Ita ut possitis alterutrum.) δυνάμενοι καὶ ἄλλους νουθετεῖν .i. potentes & alios admonere. Atq; ita quidem interpretatur Vulgarius. Apparet interpretẽ legisse ἀλλήλους pro ἄλλους, & sanè ἀλλήλους magis probo. sensus est enim, tantũ ualetis scientia & charitate, ut citra admonitionẽ meam, possitis ipsi uos inuicem admonere si sit opus. Adq; eũ modũ Ambrosium legisse, declarat ipsius interpretatio. Nõ dixit, inquit, ut inuicẽ se doceãt, sed admoneant. nec emẽ ociosum est αὐτοὶ, quod apud Græcos sæpenumero sonat sponte aut ultro. ue lut apud Homerum, τί με ταρύδοντα καὶ αὐτὸμ ὀτρύνεις ; i. cur me festinantẽ & ultro incitas? Nec est ociosa cõiunctio apud Paulũ ut nec apud Homerũ, refertur emẽ ad Paulũ admonentem, ut intelligas, etiam si ego non admonerem uos, ipsi uos inuicẽ admonere possitis.

Nostrã ædi/tionem hic præfert.

Audacius autem.) Audacius dixit pro familiarius siue liberius, & referẽdum est ad partem superiorem. non est opus uobis mea admonitione, cum ipsi possitis inuicem id facere, tamen fretus bonitate uestra, non ueritus sum ad uos scribere, commonefaciendi gratia magis q; docendi. quod quo dilucidius esset lectori, nos uertimus sed tamen audacius.

Ex parte.) ἀπὸ μέρους. Hoc adiecit, mitigans quod dixerat audacius, perinde ualet quasi dicas aliquantulum. admiscuit enim nonnulla liberius dicta, de stulta sapientia, de idolis, de libidine præpostera. Proinde dicit se quædam liberius locutum, non quod illos contemneret, sed quod illis fideret, ueluti peculiaris illorum Apostolus. Plus enim audemus apud illos, quos familiarius amamus. Sanctificans euangelium dei.) ἱερουργοῦντα, quasi rem sacram operans, ut respondeat ad λειτουργόν, qui proprie sacrorum minister est. & ἱερουργεῖν fungi administratione sacrorum. Augustinus in libello quo quæstiones aliquot explicat in epistolam ad Rhomanos, pro sanctificans legit consecrans, propius exprimens Græcam uocem. Voluit enim Paulus prædicationem euangelij rem uideri cum primis sacram, ac ueluti uictimam deo gratissimã, quod gentes redderet Christo dignas. atq; huius sacri se ueluti sacrificum facit. Id autem solet requiri in hostijs, ut pura sit ac sancta, & ad rem diuinam legitima, quod alibi Paulus τέλειον uocat. Annotauit hac de re nõ nihil Hieronymus Origenis interpres. Vox Græca composita est ab ἱερόν sacrum, & ἔργον opus, inde ἱερουργεῖν operari sacris, inde sequitur προσφορά, id est, oblatio.

Sãctificare p ἱερουργεῖν.

Accepta & sanctificata.) Et, copula redundat. nam sanctificata refertur ad id quod proxime sequitur, in spiritu sancto, hoc est, per spiritum sanctum, ut ostendat nihil deesse suo sacrificio, quod ipse spiritus sanctus consecrarit.

Habeo igitur gloriam.) καύχησιν .i. gloriationem, hoc est, habeo de quo glorier.

Ad deum.) τὰ πρὸς τὸν θεὸν. i. in his quæ ad deũ pertinent. Interpres omisit articulũ τὰ.

Non emẽ audeo.) τολμήσω, id est, audebo uel ausim. nã hoc ceu procœmiolo, pariter & arrogantiæ

arrogantiæ crimen excludit, & ſibi fidem apud lectorem conciliat.

Eorum quæ per me non effecit.) Ambroſius ſic interpretatur, quaſi Paulus non poſſit quicq̃ commemorare eorũ quæ ad laudem prædicationis pertinent, quæ per ipſum præſtita nõ ſint auxilio dei. Ipſius uerba ſubſcribã, Gloriam habere ſe dicit apud deũ per Chriſtũ Ieſum. Credens em̃ & ſeruiens Chriſto Ieſu in conſcientia pura, meritũ ſibi fecit apud deum patrẽ, intantũ ut nihil deeſſe dicat quod nõ per illum operatus ſit Chriſtus, ad exhortationem gentiũ. Ac mox, Seruiẽs enim Chriſto, gloriã habet ad deũ, intantũ ut indigere nõ habeat aliquid diuinæ uirtutis, quod ſibi præſtitum nõ ſit à deo, ſed om̃ia ſe, quia idoneus inuentus eſt diſpenſator, conſecutum quæ ad cõuerſionem gentiũ per ſignorum uirtutem proficerent. Origenes diuerſam ſequitur ſentẽtiam, nimirũ hanc, Nolim alienorũ factorum laudẽ mihi arrogare, tantum ea dicam quæ per meipſum effecit Chriſtus. & huius uerba ſubſcribam. Quæ loquor, inquit, non ſunt alieni operis uerba, nec alienorũ geſtorum laudator efficiar, ſed quæ ſcio Chriſtum per me effeciſſe, hæc uobis ſcribo quæ per obedientiam gentium uerbo in me & opere expleuit. Origenis interpretatio mihi magis probatur, non modo quia modeſtior eſt, magiſq̃ cohærens cum his quæ ſequũtur, ſed ſic prædicaui euangelium (nam hanc partem opponit ſuperiori, quod pugnent inter ſe, narrare ab alijs facta, & ita prædicare, ut nuſq̃ prædices, ubi prædicarint alij,) uerũ etiã quod non uideam, quomodo ſenſus qui placet Ambroſio ex Græco ſermone poſſit elici, Is ad hunc habet modum, οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι ὧν οὐ κατειργάσατο χριστὸς δι' ἐμοῦ. Illud certum, eorum nõ poſſe referri ad cæteros apoſtolos, ſed ad ipſa facta. Poterit & hic eſſe ſenſus tercius, Nõ auſim quicq̃ loqui de factis meis, ſed tantum de ijs quæ Chriſtus per me geſſit. Verum Origenicæ interpretationi palmam tribuo. Emphaſis enim totius ſermonis eſt in pronomine me, per quod excluduntur aliena facta. Vtramq; ſentẽtiam interpretatione miſcet ac complectitur Vulgarius. Nõ iacto quod ipſe non fecerim, imo quod feci, non ego feci, ſed Chriſtus per me. Et effecit, præteriti temporis eſt, non præſentis. commemorat enim quæ iam geſſerat.

Ambroſij interpretatio.

Origenis interpretatio.

Tertia expoſitio.

Emphaſis unius pronominis.

Per circuitum.) κύκλῳ, id eſt, & in circuitu, ſiue undique.

Prodigiorum in uirtute ſpiritus ſancti.) Græce eſt ſpiritus dei, δυνάμει πνεύματος θεοῦ. Atq; ita ſanè legit Origenes, & huic conſentiens Vulgarius. quanq̃ ſecus habet Ambroſius ac uetuſta exemplaria. Sic autem prædicauerim.) Græca nonnihil diſſonant à latinis, οὕτως δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι, ſic autem adnitens prædicare euangelium. Eſt autem φιλοτιμεῖσθαι ueluti ambitioſe conari quippiam. Ita Paulus ſancta quadã ambitione abſtinuit ab his locis in quibus reliqui apoſtoli prædicauerant, ut ipſe eſſet pater & autor ſuæ gentis. Cæterũ cõiunctio δὲ, etiam ſi commode reddi nõ poterat, tamen Græcis haud quaq̃ eſt ocioſa. ſignificat enim adijci quiddã magni momenti quod rem uehementer augeat, id quod nos per adeo, ſiue porrò ſolemus efferre. ueluti ſi dicas, alui cunctos, atq; adeo ſolus. ſiue alui cunctos, porrò ſolus alui. Et qui non audierunt de eo intelligent.) De eo, redundat. quanq̃ intelligitur è ſuperiore parte repetitum.

Ambitio Pauli.

Additum.

Propter quod impediebar plurimum.) διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν, id eſt, quapropter etiã impediebar ſæpenumero. nã id quoq; ſignificat τὰ πολλὰ aduerbij uice poſitũ, & ita exponunt græcanica ſcholia. nominatim & euidẽter Vulgarius. ſæpius em̃ conabatur, & ſemper obſiſtebant negocia, quibus detinebat. Porrò illud impeditus ſum, eſt ἐνεκοπτόμην, quod ſignificat rẽ certã interrumpi, ut aptius futurũ fuerit, inhibitus ſum, ſiue præpeditus ſum. Locũ habẽs.) μηκέτι τόπον ἔχων. i. cũ nõ amplius habeam locũ. Cæterum locũ intelligit uacuũ, quem ob id quærebat, quod plus eſſet fructus ſicut ante dixerat.

A multis iam præcedẽtibus annis.) ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν. i. à multis annis, ſiue multis iã annis. nec uideo cur interpres putarit addendũ aliquid, cũ ſermo de ſecuturis annis nõ poſſit intelligi. Cũ in Hiſpaniã proficiſci cœpero.) ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν σπανίαν, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς, ut ſi proficiſcar in Hiſpaniam, ueniam ad uos. Quanq̃ quidam Græci codices habebant, ἕως non ὡς. Cæterum Græci fraudant Hiſpaniam prima regionis ſyllaba, quam illi ſolent huiuſmodi dictionibus addere, dicentes, eſpero pro ſpero, expecto pro ſpecto. idem facientes in hac dictione quod latini facimus in Iſcariote.

Spania pro Hiſpania.

Spero em̃ quod præteriens uideã uos.) ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος, θεάσασθαι ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι

προπεμφθῆναι ὑπ' ἐκεῖ. Quãdo uideo Fabrũ offendi latinitate, sic latine uerti poterat, Nã spero futurum, ut istac iter faciens uideam uos, & à uobis producar siue deducar illuc.

Præterire, p pertransire.

Quod præteriens.) διαπορευόμενος, id est pertransiens, siue istac iter faciens.

Fruitus fuero.) ἐμπλησθῶ, id est, expletus fuero, quod quidem multo significantius est ad explicandum ingens Pauli desyderium. Atq; ut magis intendat epitasin, addit ex parte, significans inexplebilem cupiditatem. Nunc autem proficiscar.) πορεύομαι, id est, proficiscor, præsentis est temporis, uelut & participium quod sequitur διακονῶν, id est, ministrans. iam em̃ hoc agebat. Demiror autem cur interpres participiũ mutarit in uerbum infinitum, nisi forte legit διακονεῖν. Probauerunt enim Macedones.) εὐδόκησαν .i. approbarũt, & ita uisum est illis. At idem uerbum mox uertit placuit illis. adeo interpres nefas iudicauit idem uerbum iterare, quod tamen ipse Paulus non est ueritus facere. Porrò εὐδοκεῖν, non solum sonat probare, uerum ex animo probare, quoties res non solum utcunq; placet, sed bene & ex animo placet. ut intelligamus huiusmodi munera, si ultro offerantur, accipienda eis quibus fuerit opus, non exigenda. quandoquidem ipse Paulus maluit manibus laborare, q̃ alieno cibo uiuere.

εὐδοκεῖν.

Collationem.) κοινωνίαν, id est, communionem, siue communicationem. sic enim uocat eleemosynam missam, ciuili nimirum uocabulo, quasi non sit beneficium iuuare pecunia, sed censum quem habemus cum alijs communem, cum opus est illis impartiri. Cæterum quod uertit, in pauperes sanctorum, nimiũ fidus fuit interpres, ut qui schema quoq; & idioma Græci sermonis expresserit. Alioqui dicendum erat pauperibus sanctis, ne quis suspicetur sanctos habuisse pauperes, qui sancti non essent. Illud annotandum, quod Paulus uidetur iungere duo inter se pugnantia, εὐδόκησαν & ὀφειλέται. Etenim qui sponte & bona animi uolũtate offert, nõ uidetur debere. unde diuinam erga homines beneficentiã, εὐδοκίαν appellat. Atqui cum hoc uideatur adiecisse ciuiliter magis q̃ ex animo, tamẽ addit hãc unã causam, quod illi spiritualia impartissent, uelut alioqui nihil deberetur. At hodie nulli magis tyrannice exigunt decimas, q̃ qui nihil impartiunt spirituale. sic enim Paulus appellat doctrinã euangelicam. Cum consummauero.) ἐπιτελέσας .i. ubi perfecero.

Interpres dormitans.

Exactores decimarum.

Et assignauero.) σφραγισάμενος, id est, obsignauero, uel obsignatũ reddidero. sic enim reddi solet pecunia. Sentit em̃ Paulus se diligenter ac certa fide uelle reddere hoc munus, quod om̃is pecuniæ tractatio suspecta soleat esse, præsertim Iudæis auarissimis. subindicat tale quiddã & Vulgarius. Fructũ hunc.) Fructum Vulgarius refert nõ ad accepturos, sed ad eos qui contulerant, quasi in beneficijs Christianorũ lucrum penes dantem sit, non penes accipientem. Quod si Paulus integre ac tuto reddidisset eam pecuniam, futurũ ut Macedonibus cæteriśq; qui contulerant, ceu thesaurus quidam in tuto reconditus uideretur. Hoc admonui ut lector intelligat, eis pronomen nõ referre sanctos, sed Græcos.

In plenitudine bene &c.) ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου τοῦ χριστοῦ, id est, in plenitudine benedictionis euangelij. Benedictionem Paulus aliquoties uocat eleemosynam. atq; hic uidetur uerecunde significare, ut Rhomani quoq; conferant.

Obsecro ergo uos.) παρακαλῶ δέ, id est, hortor autem uos. Tametsi hoc sanè loco non admodum male quadrabat obsecro, propter ea quæ sequũtur, per dominũ nostrũ Iesum Christum. Per charitatem spiritus sancti.) Sancti supereſt, διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος, id est, per dilectionẽ spiritus. Vt adiuuetis me.) συναγωνίσασθαι, quod est opitulari, sed certanti & laboranti. quod ante nos annotauit & Origenes, sed tamẽ eo detorquens, quod inter orandum certamẽ sit cum impijs dæmonibus, preces piorum interpellare soliti. Quanq; Ambrosius legit, ut sollicitudinem impartiamini. Interpres rectius expressit q̃ Ambrosius, mea quidem sentẽtia. & in orationibus dixit, pro per precationes, quam sermonis formam oportet iam nobis esse familiarem.

συναγωνίσασθαι.

Obsequij mei oblatio.) ἡ εὐπρόσδεκτος μου διακονία, id est, ministerium meũ. Ambrosius uelut exponens legit, ut munerum meorum oblatio. Quanq; mihi uidetur aliud quiddam legisse, forte προσφορὰ, quo uerbo superius usus est. quandoquidem & paulo superius usus est uerbo apto sacrificijs, λειτουργῆσαι, quod interpres uertit ministrare. nos addidimus pronomen, ut ministerium hoc meum, propter articulum græcum, ἡ εὐπρόσδεκτος μου διακονία.

Aliud legit interpres.

Accepta fiat in Hierusalem.) Græci nonnihil diuerse legunt. Nõnulli sic habent, ἡ εὐπρόσδεκτος διακονία

ἡ διακονία μου, ἡ εἰς ἱερουσαλὴμ εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις, id est, ut ministerium meũ, quod est in uel erga Hierusalem, acceptum sit sanctis. Quidam codex sic habebat, ἡ διακονία μου, ἡ ἱερουσαλὴμ, id est, ministerium meum quæ est Hierusalem. Nec Vulgarius interpretans uidetur hanc particulam addidisse. porrò modeste uocat ministerium, cum sit alienæ liberalitatis minister duntaxat.

EX CAPITE XVI.

QVæ est in ministerio.) οὖσαν διάκονον. i. quæ est ministra. Per hanc Phœben putant redditã epistolã Rhomanis. Quæ est cenchris.) Cenchreis græce est κεγχρεαῖς, aut ut in nõnullis habet scriptũ κεχρεαῖς, quod nos uertimus cenchreensis. Cæterum cum plura sint huius nominis loca, nempe in Troade oppidum, atq; aliud item in Italia, tamẽ magis consentaneum est, Paulum sentire de Cenchreis statione nauali Corinthiorum. quandoquidẽ constat hãc epistolam è Corintho missam. Hæc etiam Origenes indicauit. Cenchreæ.

Digne sanctis.) ἀξίως τῶν ἁγίων. Verti poterat ut decet sanctos, ut dignum est sanctis.

Priscam & Aquilam.) Origenes putat Priscam eandẽ esse quã Lucas in Actis cap. 18. Priscillã appellat, cuius maritus erat Aquila Ponticus genere, Iudæus religione & origine stirpis, Paulo ὁμότεχνος, nimirum artifex tabernaculorũ, & ut Origenes interpretatur, sutor. Mouet Origenẽ qui fieri potuit ut Aquila Rhomæ fuerit, cum Claudius imperator eos omnes abegerit, ut refert capite modo citato. Sed fieri potuit, ut cessante sæuitia edicti, Corintho relicta, Rhomam redierit Aquila. quandoquidem illic multos Iudæos ipse Paulus post offendit, quod palàm est ex historia capitis qd' est eiusdẽ uoluminis ultimũ. Claudius Iudæos abegit Rhoma.

Suas ceruices.) τὸν ἑαυτῶν τράχηλον, id est, suam ipsorum ceruicem. Quæ multum laborauit in uobis.) εἰς ὑμᾶς, id est, erga uos. Idem enim satis colligitur ex interpretatione Origenis, apertius etiam ex Ambrosiana, apertissime ex Vulgarij. quanq; nõ sum nescius in nõnullis græcorum codicibus haberi scriptum, εἰς ἡμᾶς. siquidem in his facillimus est scribarum lapsus. Sed & omnes ecclesiæ gentium.) Disputat Origenes qui potuerit Paulus omniũ ecclesiarum nomine salutem ascribere, cum uerisimile nõ sit omnes adfuisse Corinthi cum hæc scriberetur epistola. sed quoniam cognouit omniũ erga Rhomanos studium, omnium nomine salutat illos. Et domesticam ecclesiam.) καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν. Familiam Christianã & si qui accesserant, ecclesiam uocat. unde nos maluimus congregationẽ appellare. Salutate Ephenetum.) Epænetus dicitur, non ephenetus. ἐπαινετὸς, quod latine sonat, laudatus siue laudabilis. Qui est primitiuus ecclesiæ Asiæ.) ἀπαρχὴ, id est primitiæ. siue quod hunc primũ Achiuorum conuerterit ad Christum, siue quod hic esset præcipuus. Ac mox, Ecclesiæ Asiæ.) τῆς ἀχαΐας, id est, Achaiæ est græce, nõ Asiæ, licet refragante uetustissimo codice Paulino. Vulgarius legit Achaiæ. nec addit ecclesiæ uel apud Græcos, uel in uetustis Latinorũ exẽplarib⁹, ne apud Ambrosiũ quidẽ. Addit aũt in Christo, uidelicet interpretãs cur uocarit primitias. Asiæ pro Achaiæ.

Andronicum & Iuliam.) Ἰουνίαν, id est Iuniam. nam Iuliam posterius suo loco refert.

Qui sunt nobiles.) ἐπίσημοι, id est insignes. ne quis eum de genere loqui putet.

Ampliatum.) ἀμπλίαν, id est, ampliam. nec est dilectissimum, sed dilectum ἀγαπητὸν.

Salutate Apellem.) Origenes addubitat num hic sit Apollo Alexandrinus, uir in scripturis eruditus, cuius mentio fit in actis Apostolorum capite 18.

Ex Aristoboli domo.) τοὺς ἐκ τῶν ἀριστοβούλου, id est, eos qui pertinent ad Aristobulũ, ut penultima sonetur accentu acuto. est em̃ Græcis diphthongus. nomen ab optimo consilio dictum. Asineretum Plegontam.) Legendum est, Asyncritum & Phlegontem ἀσύγκριτον, φλέγοντα. Asyncritus sonat incomparabilem, phlegon incendens.

Hermen, Patrobam, Herman.) Diuersa nomina sunt. prius est ἑρμᾶν herman, alterum ἑρμῆν, quod latine sonat Mercurium, atq; ita nos uertimus, ne quis in illis forte ξενίζηται.

Olympiadem.) Græce ὀλυμπᾶν olympam. apparet enim uiros esse, non mulieres, è duobus articulis græcis αὐτοῦ & σὺν αὐτῷ. at ex olympiade non potes uirum facere.

Per dulces sermones & benedictiones.) διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας. Ne quis ima Benedictio.

ginetur benedictiones uulgo dictas episcoporum,Græcis sunt duæ dictiones χρησολογία, quã blandiloquentiam seu blandiloquiũ recte dixeris. Vnde Cæsares quosdam oratione quàm re benigniores,uulgo Chrestologos dictos accepimus.& εὐλογία ad uerbum quidem sonat benedicentiam.cæterum hic pro laudatione siue adulatione positum est.inculcauit enim idem odio uitij,nempe assentationis.

Innocens ἄκακος.

Corda innocentium.) Græce est ἀκάκων, quod magis significat simplices, minimé{q}; subdolos quàm innocentes. Siquidem innocens latinis dicitur qui uacat omni crimine uitæ. ἄκακος qui expers est fraudis ac suspicionis.siquidem innocentiæ uerbum unum est ex eorum numero quæ Cicero dicit Græcis deesse.

Vestra enim obedientia.) Appositius erat hoc loco, nam uestra obedientia. Occurrit enim tacitæ quæstioni,cur dixerit corda simplicium.nam uestra qui prudentes estis &c.

Timotheus adiutor meus.) ὁ συνεργός μου,quod socium & consortem operis significat Græcis,quasi collegam dicas aut cooperarium.Ambrosius nõ ineleganter uertit,consors laborum meorum. Ego Terentius.) Tertius legendum est,nõ Terentius. τέρτιος, quanq; in nõnullis habetur Terentius. Ambrosius legit Tertius.addit enim nomine,nõ numero.atq; ita legit Vulgarius græcus interpres. Arcarius ciuitatis.) ὁ οἰκονόμος, id est, dispensator. unde nos quæstorem ærarij uertimus. Vulgarius putat præfectum fuisse.& prorsus hactenus erat præfectus. Et uniuersæ ecclesiæ.) Latinus sermo habet amphibologiam, quod incertum sit an Gaius hospes Pauli, Rhomanos salutet unà cum tota congregatione,an intelligendus sit hospes non Pauli solum,sed totius etiam ecclesiæ.Apud Græcos tantũ posterior sensus accipi potest,atq; ideo nos uertimus, hospes meus & totius ecclesiæ. Gratia domini nostri &c.) Quoniam eadem ferè uerba paulo superius posita sunt,apud Ambrosium & Origenem hic non repetuntur.

Ei autem qui potens.) Hæc est pars quæ in pleriscq; Grecorum codicibus non additur, nam Vulgarius interpres neutrobi meminit huius partis nec in medio,nec in fine.in nõnullis alio addit loco,nẽpe in fine capitis decimiquarti, sicut indicauimus eo loco.in quibusdam adijcitur in fine.Id quod & nos fecimus, præsertim assentientibus latinis exemplaribus,etiam uetustis,& Ambrosio,cumq; his Origene,qui docet non solum hanc partem resectam fuisse à Marcione,qui quasdam Paulo inscriptas epistolas reiecit totas,quasdam truncauit mutilauitq;, uerumetiam totum hoc quod sequitur ab eo loco quo dixit Paulus,Omne autem quod nõ est ex fide,peccatum est,hoc est, à calce capitis 14. quod cætera adhortationibus tantum & salutationibus occupata,parum uiderentur respondere Paulinæ grauitati.Sed huius sententiam iam olim ab omnibus explosam,quid attinet refellere? Mirum est autem qui acciderit ut hæc pars suo loco fuerit mota.etenim si ob id loco mota est,quod cum his quæ præcederent ac sequerentur parũ concinne cohæreret. ne hic quidem cohæret. Nam quod sermonis ordo nec apud Græcos,nec apud nos cõsequitur,minus admiror in Paulo,apud quem frequẽter eiusmodi occurrunt incommoda. Etenim ut negligamus hyperbaton,quod adijcitur in fine,honor & gloria,quo minus ad initium orationis referatur, Ei autem qui &c. obstat dictio cui,quẽadmodum annotauit & diuus Thomas,qui utcunq; explicat alteram constructionis incõmoditatem,ut,per Iesum Christum non referatur,ad sapienti,ne deus pater per filium sapiens esse uideretur, sed ad id quod sequitur, Sit honor & gloria,quod is patrẽ sua morte illustrarit apud homines. Verũ quid faciemus ly cui,sic em̃ ille loquitur,quod ita constanter obsedit omnes Græcorũ ac Latinorũ codices,ut nisi summa impudentia nõ possit expungi? Quod si locum suũ tuetur,nec superiora cohærent,nec inferiora.nec ipse sanè reperio quid hic commiscar,nisi libeat ingenue fateri,Paulum suo more hanc orationẽ imperfectã extulisse, ut subaudiamus,gratias agamus,aut simile quippiã. Ambrosius cõnectit superiora cum extremis,sit honor & gloria,dissimulato incõmodo constructionis, quo tamen offensus est Thomas. Porrò quod nos legimus per scripturas prophetarum,Græcis est διά τε γραφῶν προφητικῶν,id est,perq; scripturas ꝓpheticas,cum neq; præcedat aliquid ad quod referatur cõiunctio τε,neq; sequatur νυνὶ,quæ consueuit huic subnecti,ni uis alterius coniunctionis subaudiatur in nunc,atq; hunc accipiamus sensum,quod mysterium patefactum nunc per Euangelium,& olim per scripta prophetica.

Dubitatum est de posterioribꝰ capitulis huiꝰ epistolæ, num essent Pauli.

Thomæ sententia.

Missa

Missa fuit è Corintho.) Hoc è græcis uoluminib⁹ adiecimus, nisi qđ ἐγγράφως uertimus in missa est, Missa est per Phœben. cæterum scripta manu Tertij, dictante Paulo. Atq; illud interim subit admirari, cuiusmodi legatis tunc usi fuerint illi uere pontifices, cũ Paulus ad Rhomanos adhuc florẽteis, de tam arduis rebus scripserit per mulierculam. Deinde ridere libet nouam Nicolai Lyrani diligentiam, qui cum Origenes & diuus Hieronymus, cumq; his omnes antiqui confirmẽt hanc epistolam è Corintho fuisse missam, ipse tamẽ ambigit, nimirum quod Aymo, grauis scilicet autor, scripsit ex Athenis missam. Verum hunc pluscq; Gordianum nodum, uide quãta dexteritate mirus explicat artifex. Partem, inquit, scripsit Athenis, deinde quod supererat addidit Corinthi, atq; ita Rhomã misit. O hominem suauem, mallet opinor Paulum quàmlibet magnũ itineris facere dispendium, ne quid patiatur maiestas Aymonis, perinde quasi ille uno aut altero in loco sic delirauerit.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM AD RHOMANOS FINIS.

IN EPISTOLAM PAVLI AD CORINTHIOS PRIOREM ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.

VOCATVS & uocatis sanctis.) κλητὸς & κλητοῖς nomina sunt, non participia, ut superius admonuimus, non per inde quod iam sancti sint, sed quod uocati sint ad sanctimoniam. quemadmodum indicauit & Ambrosius. Vocati sancti, nõ nati.

Ipsorum.) Latinius erat, suo. Est autẽ Græcis duplex cõiunctio, αὐτῶν τε & ἡμῶν, id est, suóq; & nostro. Porrò sensus nonnihil est anceps. Vulgarius existimat suóq; & nostro, referri posse ad dominum, quia præcessit domino nostro. deinde repetens addat, Non solum nostro, sed & illorum quicũq; inuocant. Ad eundẽ modum ordinat Chrysostomus in cõmentarijs græcis nondum uersis, quos in hanc scripsit epistolam, si modo non fallit titulus. Eius codicis copia nobis facta est ex bibliotheca prædicatorum apud Basileam. uerum hæc interpretatio mihi uidetur affectata. Quidam simpliciter interpretantur, siue in suis locis in quibus agunt, siue in his in quibus nos agimus. Tertius autem sensus mihi uidetur argutior, & ad Paulinos affectus accommodatior. quem hac lege referam, ut liberum sit lectori nihilo secius quod malit sequi. In quouis loco, siue ipsorum, siue meo. aut & ipsorum & meo, ut intelligas Paulum omnem locum suum ducere, in quo sint qui inuocent nomẽ domini, quod inter Christianos charitas cõmunia faciat omnia. Nec abhorret ab hac sententia Vulgarius, indicans Paulum obiurgaturum Corinthios ob coortum inter illos dissidium, hac usum paraseue. quasi diceret, Si omniũ qui quouis loco credunt Christo, una eademq; est ecclesia, cur uos eiusdẽ reip. ciues inter uos dissidetis? Ambrosius uidetur ipsorũ, referre ad loca gentiũ, nostro, ad Iudæorum. sic enim asscribit, Cum Iudæis ueris iungit & gentes. nisi mauis inuertere ut prius ad Iudæos pertineat, nostro ad gẽtes. quod in Iudæa tantum soleat inuocari nomen domini, & Paulus ut gentiũ apostolus nostro dixerit. Coactius est quod addit Thomas;

Prima lectio Chrysosto/mi & Vulgarij.

Secunda lectio.

Tertia Erasmi.

Ambrosij sententia.

Thomæ opinio. mas,ipſorum referri ad epiſcopos eius loci,quibus licet eſſent ſubiecti,nõ tamen per hoc eximebantur à ditione apoſtoli. Certe nomen ditionis inauditum fuit inter apoſtolos.

Amphibologia. A deo patre noſtro & domino Ieſu.) Anceps eſt ſenſus apud Græcos,ꝓpterea quod hic genitiuus referri poteſt & ad præpoſitionem ἀπὸ,ut ſit ſenſus, à patre pariter atq; à filio pacem proficiſci.& ad nomen patre,ut accipiamus patrem eſſe communem Chriſto & nobis.Priorem tamen ſenſum ſequuntur omnes.

In omnibus.) ἐν παντὶ, id eſt, in omni,hoc eſt,in quauis re.quanquâm id quidem ad ſenſus integritatem nihil refert.

Obſcurior ſermo. Sicut teſtimoniũ.) καθὼς,id eſt,quẽadmodum,quod ad ſuperiora referendũ eſt,id eſt per quæ ſiue quibus rebus,nempe ſermone & cognitione.Etenim quo magis illi abundabant dotibus ſacris,hoc teſtatior reddebatur euangelij ueritas.In eum ſenſum prorſus interpretatur Vulgarius.nec ab hac ſententia multum abeſt Ambroſius. Thomas pro una uarias inducit ſententias. Vt nihil uobis deſit.) ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι,id eſt,ut non deſtituamini in ullo dono.Et ut,hoc loco,non notat finem, ſed conſequentiam,uelut adeo ut. Item hoc loco gratia eſt non χάρις, ſicut paulo ſuperius, ſed χάρισμα,quod ſæpenumero donum uertit.

Sine crimine ἀνέγκλητοι. Sine crimine.) ἀνεγκλήτους. quaſi dicas, incriminabiles,inculpatos. ab ἐγκαλῶ, quod eſt in ius uocare,& ἔγκλημα crimen eſt Græcis,indidem dicta uox.Eſt autem perfectius atq; etiam difficilius ἀνέγκλητον eſſe quàm innocentem . ſiquidem ipſa etiam innocentia non uacat aliquoties crimine.

Fidelis deus.) πιστὸς.Paulus hanc dictionem uarie uſurpat. Nonnunq; πιστοὶ dicuntur qui credunt,ut ἄπιστοι increduli.aliàs πιστοὶ qui ſunt bonæ fidei,præſtantes quod receperint,ut hoc in loco.teſte & Vulgario,qui fidelem deum,ueridicum interpretatur ac mentiri neſcium.Interim ad rem refertur,ut πιστὸς ὁ λόγος,pro ſermone certo & indubitato.

In ſocietatẽ.) εἰς κοινωνίαν,in cõmunionem ſiue conſortiũ.licet recte uerterit interpres.

Obſecro uos.) παρακαλῶ, hortor eſſe poterat.quanq; & obſecro ſatis quadret,ſiue obteſtor,præſertim quia ſequitur,per nomen domini noſtri Ieſu.Sic enim interpretatur & Vulgarius,Paulum obteſtari Corinthios per nomen illud quod omnibus Chriſto initiatis ſacroſanctũ eſſe debet.

Idem dicere, cõſentire ditis. Vt idipſum dicatis.) τὸ αὐτὸ,id eſt, idem loquamini,hoc eſt,cõſentiatis.quod ad Rhomanos ſcribens dixit, τὸ αὐτὸ φρονεῖν,id eſt,idem ſentire,ſiue ut ille uertit,ſapere.quod hæc inter ſe cognata ſint,diſſentire animo & diſſidere uerbis. Ad hunc modum exponit & Vulgarius. At huius præcepti nõ meminerunt quidã,quorum alius mordicus tenet Scotiſticã ſectam, alius Thomiſticam, alius Occaniſticã, alius Albertiſticam. Schiſmata.) Græcam uocem reliquit. dicere poterat,ſectiones, aut diſſenſiones,aut diſſidia.

Perfecti,integri corporis. Sitis autem perfecti.) κατηρτισμένοι,ſiue ut quidam habebant ἀπηρτισμένοι, quod ſignificat perfectum, ut corpus eſt,in quo nullum ſit membrũ mutilum aut mancum,aut inæquale,ab ἄρτιος & ἀρτίζω. unde nos explicandi cauſa uertimus,ſitis integrum corpus.Etenim cum dicitur perfectum, uulgus intelligit abſolutã uirtutem,de qua nondum agit Paulus apud ſeditioſos.Si uertiſſem integri,uiſus eſſem dicere incorruptos ac probos.Monet enim Paulus,ut non ſolum concordes ſint lingua idem loquentes,uerumetiam ut ſicut integri corporis membra eodem agũtur ſpiritu,ita & illis mens ſit eadem.Porrò quod diſſidet,diuulſum eſt ac diſſipatum, nõ integrũ ac ſolidum.

Senſus pro mente. In eodem ſenſu.) αὐτῷ νοΐ,id eſt,eadem mẽte.In,præpoſitio poſita eſt pro per,ideóq; ea omiſſa,ſenſum eundem reddidimus.

Scientia pro ſententia de prauatum. In eadem ſcientia.) αὐτῇ γνώμῃ,id eſt,eadem ſententia.quod aut mutatum eſt à librariis,aut interpres legit γνώσει pro γνώμῃ. ſed hoc mihi ueriſimilius eſt,cum & Græcorum codices conſentiant,& in uetuſtiſſimis Latinorum exemplaribus habeatur ſententia pro ſcientia,nominatim in exemplari Paulino probatiſſimæ fidei, quodq; multorum inſtar eſſe poſſit.Ad hæc Ambroſius deprehenditur ſententia legiſſe,non ſcientia,ſi quis attentius obſeruet quæ commenti uice ſubijcit.Perfectos uult eos eſſe in eodem ſenſu quem illis tradiderat,ut non diſcreparent. ad illorum enim exemplum quos ſupra laudat, hos prouocat,ut hoc ſentiant ac defendant.hactenus Ambroſius. Senſum refert ad id quod illis fuerat à Paulo traditum,ſententiam ad defenſionẽ. Nam ſententia uocatur ferè quæ

profertur

profertur ac recitatur.ſenſus apud nos eſt. Itidem legiſſe Vulgarium deprehendet qui perpenderit attentius illius interpretationem. Thomas detorquet ſenſum ad eam uim animi,qua iudicamus de agendis.ſcientiam qua iudicamus de cognoſcendis.Id cõmentum mihi ſanè non admodum arridet,cum mente potius iudicemus cognoſcenda. neq; enim ſenſus hic accipi poteſt pro ſenſu corporalis organi,qualis eſt uiſus aut auditus. Thomas.

Ab his qui ſunt Chloes.) Vulgarius græcus interpres,Chloen familiæ Corinthienſis nomen eſſe putat,ut intelligas eius gentis aliquos fuiſſe qui Paulo ſignificarint de Corinthiorum diſſidio.quemadmodum ad Rhomanos ſcribens dixerat, ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου, gentiles illius ac familiares intelligens. Diuus Thomas ambigit utrum Chloen uicum facere malit, quæ pertinuerit ad ditionem Corinthiorum, an matronam. etiamſi apud Græcos locorum nominibus addi ſolet præpoſitio. Neq; enim apud illos receptum eſt τοῖς ὅυσι ῥώμης, quemadmodum apud nos, iis qui Rhomæ ſunt,ſed addita præpoſitione efferunt, ἐν τῇ ῥώμῃ. Certe apud Horatium in Odis Chloe fœminæ uocabulum eſt. Thomæ laſ/pſus.

Me nunc Creſſa Chloe regit,
Dulces docta modos & citharæ ſciens.

Miro uero conſilio Paulus fidei cauſa familiæ nomen expreſſit, at rurſus hominũ nomina ſuppreſſit, ne quid illis conflaret inuidiæ. Deo meo.) Meo, apud Græcos non eſt,nec apud Ambroſium,nec in antiquis exemplaribus,nominatim in Paulino. Et abſolutius eſt,ut ſit deus omnium. nam quod paulo ſuperius dixit,gratias ago deo meo,annotatum eſt à Vulgario, quod deum omnium cõmunem,affectu quodam ſummo, ſuũ deum appellarit. & hic annotaturo, ſi ſuum dixiſſet deum. Conſilium Pauli.

In nomine meo baptizati eſtis.) ἐβάπτισα ,id eſt, baptizaui,primæ perſonæ, licet conſtanter refragantibus Latinis exemplaribus.& ad ſenſum nihil intereſt.Ex Vulgarij commentarijs non admodum liquet quid legerit, niſi quod coniectura magis eò uergit, legiſſe ἐβάπτισα quàm ἐβαπτίσθητε. Subijcit enim Paulum complures baptizaſſe, ſed in Chriſti nomine,non ſuo.

Si quem alium ueſtrum.) εἴτινα ἄλλον, id eſt, nunquem alium. nam ueſtrum redundat,nec additur apud Ambroſium,nec apud Vulgarium.

Non in ſapientia uerbi.) ἐν σοφίᾳ λόγου,id eſt,in eruditione ſermonis. ſiquidem σοφὸν appellant non ſolum quod ſapit,uerumetiam quicquid elegans eſt & eruditum. Græcis autem placebat eruditio,ſicuti Iudæis miracula ac prodigia.Et in, præpoſitio loco per,poſita eſt.& hebraica figura dictum eſt,in ſapientia ſermonis,pro eo quod erat,erudito ſermone,ſiue per eruditum ſermonẽ. Porrò cum λόγος ſermonem ſignificet potius quàm uerbum,cur hoc in loco libuit abuti uerbo? Et mox ad eundem modum, uerbum enim crucis. Vbi & illud obiter annotandum,hic geminum addi articulum, ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ, quo ſit euidentior diſcretio huius ſermonis de cruce ſimplicis & incõpoſiti, ſuóq; congruentis argumento,à ſermone philoſophorum & rhetorum fucato compoſitóq;. Sapientia pro eruditione. Articuli uis.

Vt non euacuetur.) ἵνα μὴ κενωθῇ,id eſt,ut non fiat inanis.Nã inane dicitur quod non eſt ſolidum,ſed ſpecie blanditur.Illud obiter annotabis optime lector, quàm ſollicite curarit diuus Paulus ut euangelium Chriſti puriſſimum eſſet ab omnibus humanis admiſniculis,ne quid inde ſibi uendicare poſſet hic mundus, adeo ut nec eloquentiam uoluerit adiungere,aut eruditionem humanam.At his temporibus cum oneremus Chriſtum opibus,negocijs prophanis,honoribus,imperijs,exercitibus,uoluptatibus,& quibus tandem non? ſolam eloquentiam execramur. Et hac una in parte uel anteimus apoſtolos. nam illi ſimpliciter dixerunt,ſed cordate,ſine lenocinijs,at rurſum ſine ſpurcitia,ſine portentis.inaffectate locuti ſunt,ſed prudenter.& ut paucis dicam,quemadmodum alio modo potentes erant ac diuites, alio modo nobiles & inclyti, ita diuerſo modo tum eruditi, tum eloquentes. Doctrina Chriſti pura. Sermo apoſtolicus.

Id eſt nobis.) Id eſt,addidit neſcio quis.nam græce eſt, τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν, id eſt,nobis autem qui ſalutem cõſequimur.Apud Ambroſium ita legitur, His autem qui ſalui fiunt,dei uirtus eſt.omiſſo ut apparet ἡμῖν.

Virtus dei eſt.) δύναμις,ut opponatur infirmitati & impotentiæ,quod Rhomani tuerent imperij gloria & laude bellica.

Perdam ſapientiam ſapientium.) Teſtimonium eſt apud Eſaiam cap.29.quod ſuo mõ

re adduxit,non iuxta ueritatem Hebraicam, ſed iuxta ſeptuaginta, licet in ſenſu nulla ſit diſcrepantia. Sic enim habet Hebraica ueritas, Peribit enim ſapientia à ſapientibus eius, & intellectus prudentium illius abſcondetur. Septuaginta ſic, Et perdam ſapientiam ſapientium, & intellectum prudentium abſcondam.

Et prudentiam.) τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν, id eſt, intelligentiam intelligentium, ſi quis ad uerbum reddat. Vbi ſcriba.) γραμματεὺς, id Vulgarius ad Iudæos referri putat, apud quos ſapientiæ profeſſio penes ſcribas erat, alioqui γραμματεὺς ad uerbum literatorem ſonat. unde & literatus dicitur. Neq; enim ſcriba ſimpliciter is dicitur Hebræis qui ſcribit, ſed qui cōſultus de rebus perplexis, ex oraculis ſcripturarum ſacrarum reſpondet, quemadmodum annotauimus in Euangelijs. Sumptum apparet ex Eſaiæ cap. 33. ubi iuxta Hebraicam ueritatem ita legit Hieronymus, Vbi ſcriba? ubi legis uerba ponderans? ubi doctor paruulorum? Iuxta ſeptuaginta ad hunc modum legimus, Vbi ſunt grammatici? ubi conſiliatores? ubi eſt qui numerat eos qui nutriunt?

Diſputator. Vbi inquiſitor.) συζητὴς, id eſt, diſputator, ad uerbum ſonat conquiſitor. Atq; ita legit Ambroſius. itaque ſcriptum comperi in exemplari Paulino. De hoc uerbo nonnihil admonuimus in Euangelijs, Vbi eſt ſcriba? ubi eſt legis uerba ponderās? ubi doctor paruulorum? nam συζητεῖν diſputare.

Gentibus autem ſtulticiam.) ἕλλησι δὲ, id eſt, Græcis autem. quo nomine ſolet omneis complecti, qui Iudæi non eſſent. Ipſis autem uocatis.) αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς. Dilucidius erat, ſed ijſdem uocatis, ut intelligas utriuſque gentis Chriſtianos, quibus ex æquo Chriſtus probatur. Cum unus utrunq; ſit, quod utraq; gens requirebat. Quid quæris Iudæe? Signa. hic eſt dei uirtus. Quid tu Græce? Sapientiam. hic eſt ſapientia patris æterni. Nam id ſenſiſſe Paulum teſtantur & Græci interpretes.

Ipſis, pro ijſdem.

Stulticia dei. Quod ſtultum eſt dei.) ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ ἀσθενὲς, id eſt, ſtulticia dei & infirmitas dei, ut adiectiuum in genere neutro poſitum intelligatur uice ſubſtantiui nominis. Vnde nos maluimus uertere, Quoniam ſtulticia dei ſapientior eſt hominibus, & imbecillitas dei robuſtior eſt hominibus. Annotauit hunc locum Auguſtinus in opere de doctrina Chriſtiana libro ſecundo cap. 13. oſtendens in hac interpretatione, tametſi abſit ſoloeciſmus, non abeſſe tamen amphibologiam. quod incertum ſit, an hominibus ſit dandi caſus, an auferendi. quaſi dicas, ſtultum eſt tibi, ſed ſtultius huic. id incommodi uitari poſſe putat, ſi uertas, fortius eſt quàm homines, & ſapientius eſt quàm homines. Cæterum ſi interpres uertiſſet ad uerbum, ſapientius & fortius eſt hominum, duplex fuiſſet incommodum. non ſolum enim admiſiſſet ſoloeciſmum, uerumetiam amphibologiam. quod peruerſe poterat accipi, quod ſtultum eſt hominum, ſapientius eſſe quàm dei, & infirmū hominū, fortius quàm dei. Porrò ſtulticiā & imbecillitatem dei, uocat prædicationē crucis, ſiue quod ea res ſtulta & imbecillis uideretur impijs, ſiue quod ad ineffabilē illam dei ſapientiam ac potentiam, hæc quodāmodo ſtulta eſſet & imbecillis. Vt enim omnes iuſticiæ hominum coram deo ſunt ueluti pannus mulieris menſtruo fluxu pollutæ, ita uniuerſa mortalium ſapientia, ſi componatur ad incogitabilem illam ac cœleſtem ſapiētiam, ſtulticia quædam dici poſſit. Nec eſt quod abominemur hunc ſermonem, ſtulticia dei, quam non horruit Auguſtinus epiſtola 102. ſcribens ad hunc modum, Hæc ſtulticia dei, & ſtulticia prædicationis multos contrahit ad ſalutē. Si deus demiſit ſe ad noſtram imbecillitatem, ut fortes redderet, quid nouum, ſi ſe demiſit ad noſtram ſtulticiam, ut ex ſtultis redderet ſapientes? Nonne ſtultam fecit.) οὐχὶ ἐμώρανεν, id eſt, nonne ſtultificauit, ſiue infatuauit, ut ita loquamur. Fatuum enim & ſapidum pugnant inter ſe.

Amphibologia.

Videte enim.) βλέπετε γάρ. Tametſi græca uox anceps, tamen ſenſui magis congruit uidetis, quàm modus imperatiuus, uidete. Nec enim admonet ut uideant quod ſciebant, ſed quod perſpicuum erat, trahit in argumentum. Ambroſius græcam uocem ancipitem ancipiti latina explicat, legens, intuemini enim fratres. Vulgarius interpretatur per imperandi modum.

Confundat pro pudefaciat. Vt confundat.) καταισχύνῃ, id eſt, pudefaciat, aut ſuffundat, potius quàm confundat. nam confundi dicitur qui perturbatur.

Vt confundat ſapientes.) Mirum eſt, cur Paulus non ſeruauerit utrobiq; generis ſimilitudinem

militudinem. Nam ſtulta opponit ſapientes, non σοφὰ, id eſt, ſapientia ſiue docta, & tamen in cæteris reddit neutrum genus, fortia & non fortes.

Non ſunt quæ contemptiſſima ſunt.

Et ea quæ non erant.) καὶ τὰ μὴ ὄντα. Cum ante dixiſſet, ἐξουθενημένα, hoc eſt, pro nihilo habita, ſiue ad nihilum redacta, hebraica figura rem auxit, quemadmodum & in ſuperiori epiſtola, uocat ea quæ non ſunt tanquam ſint, non eſſe intelligens quæ ſint contemptiſſima, ſiue perditiſſima. Vnde nihili hominem dicimus, nullius precij hominem.

Vt ea quæ ſunt deſtrueret.) καταργήσῃ, quod aliquoties uertit, euacuaret. Eſt autem antiquare & uelut obliterare. ut frequenter iam admonuimus.

Omnis caro.) πᾶσα σὰρξ. Mollius erat, ulla caro. Quod & ipſum hebraica figura dictum. ſiquidem hic carnem pro homine poſuit, ut ſuperius animam. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus &c. In conſpectu eius.) Græcis eſt dei pro eius. Atq; ita ſanè ſcriptum comperimus apud Vulgarium. Quanq; exemplaria græca uariant, ſunt enim quæ habeant ἀυτοῦ pro θεοῦ. licet hoc ad ſententiam perpuſillum referat.

Ipſo, pro eodem.

Ex ipſo autem.) ἐξ ἀυτοῦ γὰρ, id eſt, ex eodem enim, hoc eſt, nec ex diuitibus, nec ex ſapientibus, ſed ſine diſcrimine ex eodem. Etiamſi Ambroſius refert ad patrem, atq; item Vulgarius, ut ſit ſenſus, Non eſt quod alius alium oderit, aut faſtidiat. omnes ex eodem patre nati eſtis, nempe filij dei, idq; per Chriſtum. Quo loco palam indicat Vulgarius, præpoſitionem ἐν poni loco διὰ. quod nos & aliàs indicauimus.

Qui factus eſt nobis.) Hoc perinde ſonat græce, quaſi dicas, cœpit nobis eſſe ſapientia, uel fuit nobis ſapientia, ὡς ἐγεννήθη ἡμῖν σοφία. uelut illud, Ante me factus eſt, id eſt, cœpit eſſe prior me.

Deeſt in noſtris.

Qui factus eſt nobis ſapientia.) Poſt, ſapientia, Græci habent ἀπὸ θεοῦ, id eſt, à deo, quod in noſtris aliquot exemplaribus non legitur, cum habeatur apud Ambroſium, & in exemplari Paulino. Ambroſius etiam interpretatur, atq; item Vulgarius indicat nõ ſine cauſa adiectum à deo. ne quis addubitet in noſtris ubi deeſt, incuria ſcribarum omiſſum eſſe. Vt quemadmodum ſcriptum eſt.) Non dubium eſt quin Hieremiæ cap. nono. Hæc dicit dominus, non glorietur ſapiens in ſapiẽtia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitijs ſuis. ſed in hoc glorietur, qui gloriatur ſcire & noſſe me, quia ego ſum dominus qui facio miſericordiam, & iudicium & iuſtitiam in terra. Hæc enim placent mihi, dicit dominus.

EX CAPITE II.

IN ſublimitate.) καθ' ὑπεροχὴν, id eſt, iuxta eminẽtiam. nam hoc uerbo uſus eſt Ambroſius. Nec eſt, in, apud Græcos, ſed κατὰ iuxta, aut ſimile quippiam. Ambroſius legit, cum eminentia. Paulinus codex habebat, per ſublimitatem ſermonis.

Varia lectio.

Teſtimonium Chriſti.) Dei eſt apud Græcos, non Chriſti. idq; perſpicuum eſt ex interpretatione Vulgarij. Dei, inquit, teſtimonium uobis pronunciaturus, id eſt, Chriſti mortem. Ambroſius legit, prædicans uobis myſterium dei. nec ita legit ſolum, uerum etiam interpretatur. Vnde diuerſo uidetur uſus exemplari græco. Siquidem apud illos inter μαρτύριον & μυσήριον nonnulla uocum affinitas eſt.

Aliquid ſcire.

Non enim iudicaui me ſcire.) οὐ γὰρ ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τί, id eſt, nõ enim iudicaui ut ſcirem aliquid. Fortaſſis iudicaui, refertur ad conſilium ueniendi. Siquidem græci interpretes diſſimulant huius articuli uim τοῦ, qui præponitur uerbo infinito. Aut quod magis arridet, iudicaui poſuit, pro æſtimaui, uelut in epiſtola ſuperiori. Alius iudicat diem ad diem. Senſus igitur erit, non æſtimaui me alicuius precij, ob id quod ſcirem aliquid inter uos &c. Nam ubi cauſa ſignificatur, ſolet in his ſubaudiri ἕνεκα, ut ſit ſenſus, ἕνεκα τοῦ εἰδέναι. Non in perſuaſibilibus.) πειθοῖς, id eſt, ſuaſorijs, & ad perſuadendum appoſitis, & σοφία ſæpe doctrinam ſignificat, ut iam admonuimus.

In, pro per.

In oſtenſione ſpiritus.) ἐν ἀποδείξει, quod propemodum ſonat oſtentationem. Nam Rhetores ἀποδείξεις uocant orationes, quas oſtentandi ingenij gratia recitant auditoribus. qd' genus extant aliquot Luciani & Apulei. Mathematici quoq; uocant ἀπόδειξιν, ubi rem picturis oſtendunt. Et dialectici ſyllogiſmum è principijs rem certam colligentem, ἀπόδειξιν appellant. Paulus ἀπόδειξιν appellat, cum ipſa re præſtatur ac declaratur ſpiritus apoſtolicus.

Stulticia Chriſti.

Sapientiam autem.) Ex hoc loco apparet quid Paulus ſenſerit, cum tribueret deo ſtulticiam,

ticiam, nimirum ad collationem huius ſapientiæ, quam loquebatur inter perfectos, ne quis alteram illam ſententiam arbitretur omnino reiiciendam quam proximo capite recenſuimus. In myſterio abſconditam.) Græcis abſconditam, non pendet ab iis uerbis quæ proxime præcedunt, in myſterio, quaſi dixerit, reconditam in myſterio, ſed loquimur, inquit, non propalam aut paſſim, ne ſimus offendiculo, ſed ſecreto: nec inter quoſlibet, ne roſas obiiciamus porcis, ſed inter perfectos. neq; quamlibet ſapientiam, quã alii philoſophi publice profitentur, ſed arcanam illam & reconditam. Id ita eſſe arguit articulus græcus additus participio τὴν ἀποκεκρυμμένην. Atq; ita legiſſe uidetur, quiſquis fuit qui libros Origenis tranſtulit aduerſus Celſum. Sic enim adducit hoc teſtimonium. Sapientiam autem loquimur in perfectis, ſapientiam uero non huius ſeculi, nec principum huius mundi, qui deſtruuntur, ſed loquimur dei ſapientiam in myſterio, quod abſconditũ eſt, quod prædeſtinauit &c. Neq; ſecus legit Auguſtinus in collectaneis Bedæ. niſi quod Græcis eſt, quæ abſcondita eſt, non quod abſconditum. Ad eundem modum adducit Hieronymus præloquens in tertium commentarium, in epiſtolam ad Galatas, Sed loquimur dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt. Atq; ita ſcriptum comperi in uetuſtiſſimo codice Paulino. Neq; ſecus adducit hunc locum Ambroſius libro de fide tertio, cap. 3. Conuenit enim ut quæ ſunt arcana, non palam effutiantur, ſed ſecreto qui digni ſunt, communicentur. Aut principum huius ſeculi.) ἀρχόντων, quod quidam interpretati ſunt dæmones, reclamante Chryſoſtomo, ſimul & Vulgario, qui principes exponunt, philoſophos, oratores, & alioqui doctos, qui olim in republica regnabant. Nam quod Origenes homilia in Matthæum quarta, principes huius ſeculi uult eſſe dæmones, quibus pater ob ſalutem humani generis tradiderit filium, per quos deinde traditus ſit in manus impiorum hominum, mihi ſanè uidetur paulo coactius, licet ea ſententia placuerit Ambroſio. Porrò quod apud Ethnicos erant oratores & philoſophi, hoc apud Iudæos ſcribæ & phariſæi. Nunquam dominum gloriæ.) οὐκ ἄν eſt Græcis, hoc eſt, nequaquam. Id quod incuria librariorum uideri poterat immutatum, ni tantus eſſet codicum noſtrorum conſenſus. Sicut ſcriptum eſt.) ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, id eſt, ſed ſicut ſcriptum eſt, ut coniunctio connectat ſermonem cum ſuperioribus. Non loquimur ſapientiam huius mundi, ſed ea loquimur quæ nec oculus uidit, nec auris &c. Porrò quod mox præceſſit, quam prædeſtinauit deus, ὃν προώρισεν, rectius eſt præfiniuit ſiue præordinauit, uidelicet ſuo tempore reuelandam, ne rem putarent nuper inuentam.

Ordo lectionis uariat ſenſum.

Principes huius ſeculi

Nunq̃, p nequaq̃.

Quod oculus non uidit.) Recte quidem admonet Laurentius, uerbum ſingulare deſcendit, uertendum fuiſſe in plurale, propter nomen neutri generis. Atq; ita citat diuus Hieronymus, cum aliis aliquot locis, tum aduerſus Ruffinum, aſcẽderunt, non aſcendit, ἀνέβη. & qui, non quod. Verum magis mouet articulus præpoſitiuus ὃ in initio ſermonis. nam is reddit orationem inabſolutam, tam apud Latinos quam apud Græcos. niſi ſubaudias, ſunt, quanquam huiuſmodi quædam & aliàs apud Paulum licet reperire. niſi interpres pro ὃ legit ὅτι, aut niſi quis coniunctionem, quod, de ſuo adiecit. Faber legiſſe uidetur ὃν pro ὃ. Verum uideo ὃ referri ad id quod præceſſit, nemo principum ſeculi huius nouit, ſed nobis reuelauit. Porrò teſtimoniũ hoc Paulus ſumpſit ex 64. cap. Eſaiæ, ſententiæ magis exprimens ueritatem, quam uerba annumerans. Nam illic iuxta ueritatem hebraicam ita legitur, A ſeculo non audierunt, nec auribus perceperũt. Oculus non uidit deus abſq; te, quæ præparaſti expectantibus te. Apoſtolus legiſſe uidet למחכה לו quod eſt, diligentibus ſe, per ב beth, à uerbo חִבֵּב quod eſt uehementer dilexit. Septuaginta uero per כ caph, à uerbo חִכָּה quod eſt expectauit. Præterea apud Hebræos eſt pronomen tertiæ perſonæ לוֹ, ſicut apud Apoſtolum αὐτὸν.

Aſcendit, p aſcenderũt.

Paulus ex hebraica ueritate citat.

His qui diligunt illum.) τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, id eſt, diligentibus ſe. Apud ſeptuaginta non uerba ſolum diuerſa ſunt, ſed ſenſus ipſe plurimum ab hoc diſcrepat. Sic enim legitur, A ſeculo non audiuimus, neq; auribus percepimus, neq; oculi noſtri uiderunt deum abſq; te, & opera tua quæ facies expectantibus miſericordiã. Atq; ad eum modũ adducit Hilarius libro de trinitate quinto. Vnde fuerũt qui locum hunc ex apocryphis Iudæorũ peterẽt, ſed uehemẽter refragãte Hieronymo. Sanè hic unus eſt inter paucos, quos Paulus adduxerit ex hebraica ueritate, licet ſenſum magis expreſſerit q̃ uerba annumerarit.

Paulus hebraicam ueritatẽ ſequẽs

Etiam

Etiam profunda dei.) καὶ τὰ βάθη, id est, etiam profunditates. quanquam id quidem ad sensum perparui refert. Quis enim scit hominum, quæ sunt hominis.) τὰ τοῦ ἀνθρώπου. Quod Augustinus libro de ciuitate dei primo, non ineleganter explicuit, quid agatur in homine. uertere poterat, & statum hominis, aut res hominis.

Sed in doctrina spiritus.) Græce sic habet, οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς πνεύματος ἁγίου, id est, non in doctis humanæ sapientiæ uerbis, sed in doctis spiritus sancti, ut subaudias, uerbis. Doctis autē hoc loco nomen adiectiuum, non participium. & genitiuus sapiētiæ, ad doctis refertur magis, quam ad uerbis. quasi dicas, non in uerbis callentibus humanam sapientiam, sed in uerbis peritis spiritus, hoc est, quæ habent doctrinam spiritus, quæ numinis afflatu contigerit. In paucis Græcorum exemplaribus scriptum erat, διδακτικοῖς, quod uerbum aliàs Paulus usurpauit actiue, uelut in epistolæ ad Timotheum secundæ, cap. secundo, πρὸς πάντας διδακτικόν, id est, erga omnes paratum ac propensum ad docendum. Ad eundem modum hic legas licebit, non in uerbis quæ doceant humanam sapientiam, sed quæ doceant spiritū dei. At mihi magis probatur, ut hic intelligamus sermonem apostolorum non constare doctrina humana, sed afflatu diuino. nam huiusmodi θεοδίδακτοι dicuntur, id est, diuinitus docti. Id quanquam sit aliquanto durius citra compositionem, tamē ita Ioannes extulit in euangelij sui cap. 6. καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ θεοῦ. quo loco certum est diuinitus afflatos intelligi. Ambrosius sensum magis exprimit, quam reddit uerba, legens ad hunc modum, Non in doctrina uerborū humanæ sapientiæ, sed in doctrina spiritus. Vulgarius sentit ea quæ didicerit Paulus à spiritu. Id Augustinus exprimens in epistola. 150. Non in doctis humanæ sapientiæ uerbis, sed docti spiritu. Quid hic dicent Theologi, qui tradendo sacras literas, nihil crepant, nisi philosophiam Aristotelicam?

Doctis spiritus, p doctis a spiritu.

Spiritalia comparantes.) συγκρίνοντες, id est, conferentes, componentes, ne quis accipiat cōparare, pro parare. Nec enim ad homines refertur spiritualibus, sed ad res, quibus accommodandam putauit Paulus eloquentiam item spiritualem. ne uideretur absurdum, cælestem illam philosophiam, humanis uerborum ornamentis commendari. Nam quod admonet Vulgarius de sacramentis euangelij, cum ueteris instrumenti sacramentis conferendis, ut uerum esse fateor, ita parum existimo quadrare ad huius loci sententiam. Animalis autem homo.) ψυχικὸς, uelut animū, hoc est, affectus sequens humanos. Etenim cum Paulus hominem diuidat in treis partes, carnem, animam, & spiritum, hic animæ uocabulo, pro spiritu est abusus.

Sermo rei aptus & personis.

Tres hominis partes iuxta Paulum.

Stulticia enim est illi.) Est, pluratiue erat uertendum sunt, ut intelligas ea quæ sunt spiritus, illi esse stulticiam. Fefellit interpretem uerbum singularis numeri, sed quod uice pluratiui positum est. Spiritualiter examinatur.) ἀνακρίνεται, id est, dijudicatur, quod uerbum mox sæpius uertit, iudicatur. Rursum hic examinantur, erat dicendum multitudinis numero, ut subaudias quæ præcedunt, nempe ea quæ sunt spiritus. nisi ὅτι sit articulus non coniunctio, qđ, ut hic sit sensus, non potest intelligere ea spiritualiter dijudicari, cum sit ipse carnalis. Sicut scriptum est, quis enim cognouit.) Sicut scriptum est, in græcis codicibus non inuenio. Cæterum testimonium quod sine nomenclatura retulit, est apud Esaiam cap. 40. Quanquam Paulus sensum expressit potius quam appendit uerba. Siquidem septuaginta uerterunt ad hunc modum, indicante Hieronymo, τίς ἔγνω νοῦν κυρίου, καὶ τίς αὐτοῦ σύμβουλος ἐγένετο; id est, quis nouit mentem domini, & quis consiliarius eius fuit? Iuxta ueritatē hebraicam ita transtulit Hieronymus, Quis adiuuit spiritum domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo iniit consilium & instruxit eum? Porrò quod Paulus ait συμβιβάσει, Vulgarius interpretatur διορθώσει, id est, corriget, siue corripiet. quod equidem nō admodum probo. Cæterum quod Hieronymus uertit adiuuit, Paulus cognouit, Hebraice est תִּבֵּן. Quod Hieronymus uertit spiritum, Paulus mentem, apud Hebræos est רוּחַ. Aut quis instruxit eum.) ὃς συμβιβάσει αὐτὸν, id est, qui instruet aut docebit eum. Quanq; Græcis ambiguū est, qui, pronomē utrū ad mentē referat, an ad dominū. Tametsi ipse malim in eam legi sententiā, in quā legunt omnes, Quis cognouit mentē domini, qui instructurus sit illum? Qđ ut fieret euidentius, explicuerūt per cōiunctionē disiunctiuā. Videri poterat referre eam sentētiā,

Duplex sensus.

Excussum uaticinium.

quæ est

quæ eſt cap. Sapientiæ nono. Quis enim hominum poterit ſcire conſilium dei. aut quis poterit cogitare quid uelit deus? Ac paulo poſt, Senſum autẽ tuum quis ſciet? Niſi apud Hebræos liber Sapientiæ extra canonẽ eſſet. Vnde ſatius eſt, ut quemadmodum oſtendimus, ad Eſaiam referamus teſtimonium.

Nos autem ſenſum.) νοῦν, id eſt, mentem. & tenemus magis quadrabat quam habemus. ut accipiamus domini mentem perfectis eſſe cognitam.

EX CAPITE III.

Vaſi ſpiritualibus.) ὡς ubicq; eſt, quod iſte nunc quaſi uertit, nunc tanquam, per tanquam, recte uertiſſet ubicq;. quanquam hic quoq; ſermo iuxta rationem grammatices habet nonnihil imperfectum, plenus erat futurus, ſi dixiſſet, Non potui uobis loqui tanquam ſpiritualibus, ſed loquẽdum fuit tancq; carnalibus. Tanquam paruulis in Chriſto.) ὡς νηπίοις. νήπιος, ſignificat infantem adhuc puſillum & ſtultum, parumcq; prudentẽ, potiſſimum ætate. poterat igitur dicere, infantibus in Chriſto. Porrò datiuus hic paruulis, ad ſuperiora pertinet, hoc eſt, ad loqui, non ad id quod ſequitur, Lac potum dedi, id quod ex græco liquet ſermone. Atq; iſta diſtinctio ſeruatur in uetuſtiſſimis Latinorum exemplaribus.

Diſtinctio.

Non eſcam.) Aut ferenda eſt ἀκυρολογία, aut aliquid ſubaudiendum eſt, γάλα ὑμᾶς ἐπότισα καὶ οὐ βρῶμα, quod ad uerbum ita ſonat, Lacte uos potaui & non cibo. Quis autem potat hominem cibo? Vnde Vulgarius enarrans addidit προσήνεγκα, id eſt, obtuli, ut hoc ad cibum pertineat. Nos quo ſermonis abſurditatem effugeremus, ita uertimus, Lactis potu uos aluí, nõ cibo. Sed ne nunc quidẽ poteſtis.) ἀλλ' οὐπ ἔτι νῦν δ' ὡδε, id eſt, imo nec adhuc nunc poteſtis. quanquam id nihil ad ſententiam.

Abſurditas ſermonis.

Zelus & contentio.) Græci tria ponunt, ζῆλος καὶ ἔρις καὶ διχοστασίαι, id eſt, æmulatio, & lis, & ſeditio. Nonne homines eſtis?) Et hic pro homines, Græcis eſt σαρκικοὶ, id eſt, carnales. tametſi in caſtigatioribus exemplaribus noſtris ſcriptum reperio carnales, uelut in Paulino. Atq; ita ſubinde adducitur ab Auguſtino, cum aliàs frequenter, tum libro de Continentia cap. 4. quemadmodum legimus apud Græcos, conſentiente Græcis Ambroſio. Nam mox ſequitur, & ſecundum hominem ambulatis. quæ pars parum apte cohærebit cum ſuperiore, homines eſtis, cum idem bis diceret. At paulo poſt, homines uocat, idem tamen intelligi uolens, Ego quidem ſum Pauli, ego uero Apollo, nonne homines eſtis? Quid igitur eſt Paulus?) Quis eſt, græce, non quid, τίς, ſed refragantibus noſtris omnibus, & haud ſcio an Græci legant deprauate, præſertim cum ſequatur. Itaq; neq; qui plantat eſt aliquid. Quid enim poſuit, pro cuius momenti? ut alibi dicit ea quæ non ſunt, pro iſs quæ nullius ſunt precij. Et Apollos eſt nominandi caſus, nõ Apollo, ἀπολλὼς, cuius genitiuum facit Apollo. Eius cui credidiſtis.) ἀλλ' ἢ διάκονοι δι' ὧν ἐπιστεύσατε, id eſt, niſi miniſtri per quos credidiſtis, hoc eſt, non autores fidei ueſtræ, ſed miniſtri duntaxat. Atq; hanc ſcripturam comperimus apud Vulgarium.

Varia lectio.

Apollos.

Et unicuiq; ſicut dominus dedit.) Hic ſermo parum eſt abſolutus, niſi legas, pro ut unicuiq; dominus dedit. Conſimilem huic oſtendimus in epiſtola ad Rhomanos cap. 12. Et unicuiq; ſicut diuiſit deus menſuram fidei.

Sermo imperfectus.

Vnum ſunt.) τὸ ἕν ἐσμεν, hoc eſt, idem ſunt & nullius diſcriminis. quantũ ad hoc quod uterq; alienum agit negocium, neuter ſuum, ut ab iſs uelut autoribus debeant ſibi cognomentum aſciſcere, & factionibus inter ſe diſſidere. At ſi diuus Paulus ita ſtomachatur aduerſus Corinthios, quod ab iſs mutuarentur cognomina, à quibus baptiſmum acceperant, & Chriſti myſteriis primum erant initiati, quid diceret de noſtræ tempeſtatis factionibus, qua mille cognomentis, mille cultibus, ceremoniis, regulis inter ſeſe diſſident, qui uocantur religioſi? Quibus ex rebus quantum Chriſtianæ concordiæ naſcatur inter hos, non libet hic commemorare. Dei enim adiutores ſumus.) συνεργοὶ, Cooperarij legit Auguſtinus. Ambroſius legit operis participes, uelut explicans græcam uocem.

Dei agricultura.) θεοῦ γεώργιον, id eſt, dei agricolatio. Eſtis, uerbum tantum apud Græcos apponitur in proxima orationis parte. Dei ædificatio eſtis. Atq; ita legit Ambroſius.

Vt ſapiens

Vt ſapiens architectus.) ἀρχιτέκτων, qui princeps & autor eſt fabricæ. Nam in iacien/do fundamento ſummum eſt negocium. Hic σοφὸν planè poſuit pro docto & ſcito.

Fœnum, ſtipulam.) καλάμην, id eſt, culmum. Illud obiter admonendum, quod dixit, aurum, argentum, & lapides pertinere ad pios, lignum, fœnum, ſtipulam ad improba fa/cta, ut palam eſt ex primo libro Hieronymi aduerſus Iouinianũ. Tribus enim duraturis in igni, tria oppoſuit peritura, ſi ignis inciderit. Neq; ſecus adducit Origenes, homilia in Exodum ſexta. Triplex namq; eſt, inquit, etiam bene agendi uia, Nihilominus enim uel opere, uel cogitatione, uel uerbo boni aliquid agitur. hoc enim ſignificat & apoſtolus cum dicit, Qui autem ædificat ſuper fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pre/cioſos, triplicem bonorum indicans uiam. ſubiungit nihilominus triplicem etiam malorũ cum dicit, ligna, fœnum, ſtipulam. Hæc ideo dixi, quod ſint qui hæc non ad mala & bona opera, ſed bonorum operum gradus referant. Nec admodum ad rem pertinet, huc pur/gatorij mentionem admiſcere. Quandoquidem diem poſuit pro perſpicua operis inſpe/ctione. Nam nocte & quæ bella ſunt diſplicent, & quæ fœda placent, diei certiora ſunt iu dicia. Deinde ignem poſuit pro exacta exploratione. Neq; uero ſum neſcius, locum hunc ab Auguſtino, & ueteribus, Thoma præcipue, torqueri ad uarios ſenſus, quos omneis ex/cutere nõ eſt huius inſtituti. Mihi ut ſimpliciſſimus maxime placet, ſi accipiamus de do/ctrina apoſtolorum Paulo ſuccedentium. Ille bonum poſuerat fundamentum, uideant, inquit cæteri, quid ſuperſtruant. Si digna Chriſto, durabit opus, etiã in luce conſpectum. Sin Iudaiſmum adiunxerint, fallent quidem ad tempus, cæterum patefiet illorum impo/ſtura, ſimul atq; uero iudicio perpendi cœperit. Atq; hos ſecutus tantum operæ luſerit, co geturq; deſtructo quod ædificatum eſt, aliud ſuperſtruere. Id quod euenit in Rhoma/nis & Galatis, quos Paulus iterum parturijt Chriſto. Atq; hanc ſentẽtiam ſequitur diuus Ambroſius. Vniuſcuiuſq; opus.) Hic Ambroſius legit, qui facit hoc opus, manife ſtus erit, ſi modo codex mendo uacat. Dies autem domini.) Domini, additum eſt à ſcriptore, ſiue ab interprete uolente ſermonem facere explanatiorem, cum apud Græ/cos non ſit. atq; adeo in Paulino exemplari non erat aſſcriptum, ſed poſterior quiſpiam diuerſa manu adiecerat in margine. Nox ignorantiæ multa celat, dies retegit, uidelicet cum erumpens & emicans ueritas factis ac rebus ipſis ſeſe declarat. Sed tamen articulus facit propemodum, ut de certo die debeat accipi, ἡ γὰρ ἡμέρα, quaſi dicas, nam ille dies.

In igni reuelabitur.) Reuelatur eſt præſentis temporis, ἀποκαλύπτεται, ut ſenſus ſit abſolutus, omne opus igni perſpicuum fieri. Nam duo uerba futuri temporis inter ſe re/ſpondent, declarabit & probabit, cæterum reuelatur, annectitur ſuperiori uerbo. Nam dies ille declarabit, opus huius aut illius per ignem aperiri ac patefieri quale ſit. ſiquidem interpres quia poſuit pro quod, etiamſi apud Græcos parum liquet, ὅτι coniunctio ſit, an articulus poſtpoſitiuus. Detrimentum patietur.) ζημιωθήσεται, id eſt, damno affi/cietur, ueniam conſequentur utcunq;, ſi reſipiſcant. Cæterum nihil auferent præmij, qui luſerunt operam. Violat, diſperdet.) φθείρει, φθερεῖ, id eſt, deſtruit, deſtruet, iucunda uocum alluſio, & idem uerbum uariauit interpres, ſed recte, quod apud Latinos non reſponderet alluſio. Eſt enim Græcis φθείρω corrumpo, ut corrumpitur uirgo, aut res ſacra, eſt & perdo. Quod eſtis uos.) ὅιτινες ἐσὲ ὑμεῖς, id eſt, qui eſtis uos. ſicuti paulo ſu/perius, quod eſt Chriſtus Ieſus, ſiue qui eſt Chriſtus Ieſus, uti comperio in uetuſtiſſimis exẽplaribus. tametſi hoc nihil ad ſenſum. Teſtimoniũ adductũ eſt ex Iob cap. quinto.

Stultus fiat ut ſit ſapiens.) Cum Græcis ſit γένεσθω & γένηται, fortaſſis utrunq; uerten/dum erat eodem uerbo, Stultus fiat, ut fiat ſapiens, ſiue ſtultus ſit, ut ſit ſapiens.

Comprehendam.) ὁ δρασσόμενος, id eſt, qui comprehendit. Eſt enim δράσεσθαι, fugien/tem è curſu reprehendere, manuq; iniecta capere.

In aſtutia eorum.) Eorũ, referendum eſt ad ſapientes, nõ ad dominum, ut accipiamus ſtulte ſapientes, ſua ipſorum aſtutia fuiſſe captos ac reuictos, dum ipſa re comperiunt, ſa/pientiam ſuam nihil profuiſſe ad ueram felicitatem.

Omnia enim ueſtra ſunt.) Non repetitur ſecundo loco, enim, & officit ſententiæ. Ite/ratur enim hæc particula confirmandi gratia, quaſi diceret, Omnia inquam ueſtra ſunt. Hoc loco conſentit Ambroſius cum Græcis.

Lignum, fœnum, ſtipula.

Vera, germa naq; inter/pretatio.

Dies, non dies domini

Reuelatur.

Compre/hendo.

EX CAPITE IIII.

Episcopi dispensatores doctrinæ mysticæ.

DIspensatores ministeriorum.) μυστηρίων, id est, mysteriorum siue arcanorũ, consentientibus omnibus, etiam Thoma, præter paucos codices depravatos, sed tamen euulgatissimos. Et melius erat æstimet, quam existimet. non enim ad hunc modum quisquam loquitur latine, existimas me ut regem, sed existimas me regem. Nec hic agitur de existimatione, sed æstimatione: Non enim uult Paulus apostolos pluris fieri quam fieri debeant ij, qui rem administrant alienam. Et dispensatores hic œconomi uocantur, qui administrant quidem, sed rem alienam & rationem reddituri. Hic iam quæritur.) ὧδε λοιπὸν ζητεῖται, id est, quod autem superest quæritur, siue deinceps, siue posthac quæritur. Interpres legisse uidetur ὧδε, non ὅδε, id est, hic, non, quod autem. Sed magno consensu refragantibus Græcis omnibus. Proinde lectoris est deligere, utram lectionem sequi malit. Nos quod in græcis codicibus reperimus uertimus, ne latina discreparent à Græcis. Quæritur, autem hoc loco significat spectatur siue requiritur. nam fides in œconomo potissimum spectari solet.

Duplex lectio.

Paulus impolitus in lingua græca.

Aut ab humano die.) Hunc locum alicubi citat Hieronymus, ut ostendat Paulum nõ admodum elegantem fuisse in lingua græca, sed quædam Cilicum more dixisse. nam Cilix erat Tarsi natus. Cæterũ ut paulo superius diem dixit pro iudicio, quomodo alibi sæpe diem domini uocat, ita hic humanum diem dixit, pro iudicio humano. reis enim dies dicitur. Nihil mihi conscius sum.) An latine dicatur, nihil sum conscius, quemadmodum dicitur, non sum id nescius, non satis apud me liquet, græce uerbum est, nihil mihi conscio. Sic & Horatius, Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα. Itaq; nolite.) ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, id est, ne ante tempus aliquid iudicetis. Augustinus legit, Nolite ante tempus quicquam iudicare, cum alijs aliquot locis, tum explanans psalmum. 88. Transfiguraui in me & Apollo.) μετεσχημάτισα, id est, transfiguraui, hoc est, aliorum personam in nos duos transtuli, & sub persona nostra de malis dispensatoribus locuti sumus, ne quos offenderemus. Item Apollo hoc loco accusandi casu debet accipi, in me & in Apollo. Atq; hic nonnulli latini codices habent mendose, ut in uobis discatis, secundæ personæ, pro nobis, primæ.

Persona alienain Paulo.

Ne supra quam scriptum est.) Græce paulo diuersius est, μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν, ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς μὴ φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου, id est, non supra id quod scriptum est sentire, id est, de uobis ipsis sentire, quemadmodum crebro iam indicauimus, ne unus p uno infletur aduersus alterum. Est autem sermo perturbatior, uerum dilucidior erit, si unus p uno, pertineat ad singulos discipulos ac præceptores, ut hic infletur nomine Apollo, ille nomine Pauli, hic nomine Cephæ. & quod sequitur, aduersus alterũ, pertineat ad Christianos inter se discordantes, ob studia præceptorũ, qui mos esse solet cõtentiosis. Quandoquidem unus pro uno, positum est pro, alius pro alio, siue, ut melius dicam, alius de alio, siue super alio. Illud nouum quod ἵνα μὴ indicandi modo adiungitur, nisi forte pro φυσιοῖσθε deprauatum est φυσιοῦσθε, aut nisi uariat hic quoq; synæreseos ratio, sicut in alijs nonnullis. & in nonnullis Græcorum exemplaribus congeminatur μὴ, in nõnullis semel duntaxat ponitur. Quis enim te discernit?) διακρίνει, id est, dijudicat.

Locus obscurior.

Sine nobis regnatis.) Regnastis est græce ἐβασιλεύσατε. & utinam regnetis, ἐβασιλεύσατε, id est, regnassetis. Quanquam in huiuscemodi Græci nonnunquam præteritis pro præsentibus abutuntur. Verti poterat, regnum consecuti siue adepti estis, & consecuti sitis. Tanquam morti destinatos.) ὡς ἐπιθανατίους, id est, obnoxios morti, quanq; interpres belle uertit. Sentit enim de ijs qui iuxta morem Rhomanum inclusi caueis, spectante populo bestijs objiciebantur. Spectaculum sumus.) θέατρον, id est, theatrũ, quod tamen & apud Græcos à spectando dictum est. Atq; apud ueteres nocentum supplicium spectaculi uice exhibebatur populo, uelut homo cõmissus cum leone, aut urso.

Interpres laudatus.

Nobiles, ignobiles.) ἔνδοξοι, ἄτιμοι, id est, glorioſi & infames, siue clari & obscuri, aut in precio habiti & contempti. Nec enim hic nobilis est eadem uox, quæ superius fuit εὐγενὴς & ἀγενὴς. nam illa ad genus referuntur, hæc ad famam & opinionem. Nec est in uerbis græcis illa προσονομασία nobilis & ignobilis. Instabiles sumus.) ἀστατοῦμεν, non habemus certam sedem. Vnde nos uertimus, incertis uagamur sedibus. Est autem

una

una tragicarum imprecationum, δ ἶναι ἀνέσιορ. Maledicimur & benedicimus.) Participia passiua præsentis temporis, interpres reddidit per uerba, adiecta coniunctione, λοιδορούμενοι, διωκόμενοι, βλασφημούμενοι, id est, dum maledicimur, siue conuitijs afficimur, dū persecutionem patimur, dum blasphemamur.

Omnium peripsema.) πάντων περίψημα. Interpres græcam uocem reliquit, quam Laurentius putat uerti potuisse, puluis uestigiorum. Græca scholia dicunt περίψημα esse reticulum, quo sudantes se abstergunt, alij soleæ suppactum corium, alij puluerem quem calcamus, alij quod abijcitur in mare, quo nauis sit incolumis. Videtur omnino peripsema apud Græcos quiddā esse tale, quale apud nos est nauci, quisquiliæ & sterquilinium. Addit Suidas ita uocari solere hominem iugibus obnoxium malis. Vulgarius putat idem esse περικάθαρμα, & περίψημα, nempe ἀποσώγισμα, id est, id quod abstergit, περιψᾶν em esse abstergere. Hesychius adijcit, Græcis & precium quo redimitur aut uita cuiuspiā πρόιψημα, dici, deniq; quod omnium pedibus conculcatur. Ambrosius explanans psalmum, Beati immaculati, sermone octauo refert his uerbis, Tanq; lustramēta huius mundi facti sumus, Omniū lustramēta usq; adhuc. quod latinis quæ purgāt, lustrari dicātur. Ac mox idem Ambrosius, lustramenta, purgamenta interpretatur.

Peripsema quid sit Græcis.

Non ut confundam.) οὐκ ἐντρέπων, id est, non confundens, quanq; melius erat suffundens, aut rubore suffundens. siquidem ἐντρέπεσθαι dicitur Græce, cui suum probrum ingeritur, ut ipse semet agnoscat, hinc enim dicta uox est.

Charissimos.) ἀγαπητὰ, quod ita perpetuo ferè transfert, cum sit dilectos. nisi quod suspicor id data opera factum, quod ea uox Græcis plus quiddam significat quam nobis dilectus. Si decem milia.) μυρίους, quod aliquoties decem milia significat, aliàs ingentem numerum, pro quo latini abutuntur sexcentis. μυρίους igitur dixit pro quamlibet multis. Et pædagogi serui erant, quibus patres liberorum moderandorum curam mādabant, unde Græca uox dicta est. Multum autem interest inter pædagogum & patrem. Pædagogus seuit pro imperio, pater etiam uitam si necesse sit impendit.

Decē milia.

Rogo ergo.) παρακαλῶ, quod plerunq; uertit obsecro, atq; ita legit Ambrosius, nonnunquam adhortor. Imitatores mei sitis.) γίνεσθε, quod uerti poterat &, fiatis. Cum enim dixisset genui uos, adiecit, igitur imitemini me, quo perspicuum sit uos esse uere filios meos, id fiet si me parentem expresseritis. Nam ut eleganter, inquit, Flaccus, Laudantur simili prole puerperæ. At multo magis laudantur simili prole patres.

Sicut & ego Christi.) Hæc particula nec apud Græcos additur, nec apud Ambrosiū. in exemplari Paulino, diuersa manu subnotatum erat in margine uelut adiectum ab alio quopiā. licet ita legat Thomas Aquinas, & interpretetur. Asscriptū uidetur ex capite undecimo huius epistolæ, Imitatores mei estote, & illic additur, sicut ego Christi. quanquam illic aptius congruit, præcesserat enim, Sine offensione estote Iudæis & gentibus, & ecclesiæ dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, nō quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant. atq; huc respondet quod mox sequitur, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Sentit idem quod scripsit ad Rhomanos capite decimo quinto, Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere, unusquisq; uestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, Improperia improperantium tibi, ceciderunt super me. Cæterum haud scio, ut quemadmodum dicimur renasci in Christo, siue per Christum, ita legatur Christus genuisse nos deo, sic enim interpretatur Aquinas.

Additum aliquid.

Filius meus Charissimus.) ἀγαπητὸν, dilectus, de quo modo meminimus.

Tanq; non uenturus sim.) ὡς μὴ ἐρχομένου, id est, tanq; me non ueniente ad uos, seu tā q; non ueniam. quanq; hoc uerbum inuenitur aliquoties in significatione futuri.

In uirga ueniam.) Venio magis est, ἔλθω, alioqui addidisset ὡς aut ἵνα. Et Hebraico tropo dixit, in uirga, pro eo quod latinus diceret, cum uirga, aut per uirgā.

EX CAPITE V.

Fornicatio p scortatiōe siue stupro an latinum uerbum.

INter uos fornicatio.) Fornicari, p illicita uti libidine, & fornicationē pro stupro, nōdū apud idoneos autores reperi. licet fornicē pro lustro scia inueniri.

Qualis nec inter gentes.) Deest in latinis codicibus ὀνομάζεται, id est,

nominatur.nec erat ociosa huius uerbi emphasis,quod hoc libidinis genus non solum nō committeretur inter ethnicos,uerum ne nominaretur quidē.quod annotauit & Vulgarius,etiamsi parum pudens uidetur hyperbole.nisi mauis nominatur,simpliciter positū pro auditur . quāqꝫ & sic hyperbolæ locus est,cū inter ethnicos audiantur turpiora.nisi negat audiri,quod rarum est . Certum est nec apud Ambrosium,nec apud Thomā , nec apud Augustinum,nec in peruetustis exemplaribus addi . unde puto nostram lectionem esse synceram,etiamsi Græca sensu nihil discrepant. Absens corpore,præsens autem.) Hoc est quod quodam in loco annotauit Hieronymus,Paulum ob imperitiam græcanici sermonis aliquoties non reddere has inter se cōiunctiones μὲν & δὲ,per quas Græci plerunqꝫ connectunt.mollius erat,corpore quidē absens,spiritu uero præsens, & tamē in græcis autoribus probatæ elegantiæ,licet reperire similem orationis formam.

Paulus impe ritus Græce.

Eum qui sic operatus est.) τὸν οὕτως τοῦτο κατεργασάμενον .i. eum qui sic hoc fecit,siue magis perpetrauit.id quod mox ad eundem repetit modum.In nonnullis uero Græcorū exemplaribus prior pars non addit οὕτως, sed posterior.Ambrosius in posteriore legit,Iā iudicaui ut præsens,eum qui sic operatus est,cum in priore legat qui hoc opus fecit. unde coniectare licet,apud Græcos ex utraqꝫ utriqꝫ nonnihil additum fuisse, τοῦτο, ex priore,& οὕτως ex posteriore. Congregatis uobis & meo spiritu.) συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος, id est,conuocatis siue congregatis uobis & meo spiritu.Faber Stapulensis amicus noster hunc locum mutauit,uolens συναχθέντων deduci à συνάχθομαι,cuius in hac quidē parte non subscribo iudicio,etiamsi aliàs eruditissimo, pariter ac diligentissimo uiro lubens assentior,& reclamant cū alia,tū græca scholia.Ad hæc interpretes (quos ego uiderim) omnes,qui testantur Paulum hoc ideo dixisse, ut ostenderet hanc tam seueram sententiā nō profectam ab ipso proprie,sed à cōmuni ecclesiæ consensu.nam & synagoga hinc dicitur παρὰ τὸ συνάγω,quod est cōgrego siue conuoco.Porrò addidit,& spiritu meo, qd' ipse corpore tū nō esset præsens, sed spiritu dūtaxat adesset in ea sentētia pronūciāda.

Fabri excussa sententia.

Cum uirtute domini nostri Iesu Christi.) σὺν τῇ δυνάμει τοῦ κυρίου. Incertum utrò referatur,ad participium ne congregatis , an ad tradi hominem satanæ. Ambrosius uidetur ad participium referre,ut intelligamus concilium illud ex tribus constare, ex Pauli decreto,ex consensu multitudinis , ex autoritate Christi. Alioqui σὺν præpositio Græcis nonnunquam non comitem,sed fautorem & adiutorem sonat,ut σὺν ταῖς μούσαις, musis adiuuantibus, σὺν θεῷ, id est,deo fauente.De uirtute quæ hic potestatem aut uim significat,non probitatem,crebro iam admonuimus.

In diem domini nostri Iesu Christi.) ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἰησοῦ,id est,in die domini Iesu, nec additur Christi.Rursus diem appellat iudicium,ut indicatum est antea.

Modicum fermentum totam massam corrumpit.) Hieronymus in epistolam ad Galatas libro tertio taxat interpretem,quod perperam uerterit,citans hunc locum,& emendat ad hunc modū,Modicum fermentum , totam consperssionem fermentat .Ego uero maluissem dicere,& paululum fermenti,ꝫ modicum fermentū,quod quælibet fermenti pars fermentū sit, ut quæuis aquæ pars,aqua. Iam si nouum testamentum haberemus ab Hieronymo restitutum,ut quidam autumant,quomodo taxat hic quod nos legimus?

Hieronymꝰ taxat interpretem.

Totam massam corrumpit.) Quod hic massam uertit,mox consperssionem transtulit, Græce φύραμα. ea est farina aqua consperssa siue temperata,à uerbo φυράω, quod significat miscere,ueluti cum argilla humore maceratur, farina liquore aquæ oleiue,aut aliud simile. Interpres mutauit,cum nihil esset cur foret affectanda uarietas.

Pascha nostrū.) Deest pro nobis, ὑπὲρ ἡμῶν .i. pro nobis immolatus est &c. sed reclamantibus omnibus libris nostris,quibus hac in parte,ut dicam ingenue,magis accedo.

Supereſt in Græcis.

Itaqꝫ epulemur.) ἑορτάζωμεν .i. festum agamus diem,ita sanè uertit interpres Origenis homilia in Leuiticum quinta . Solēt autem ij dies solēnibus epulis celebrari.

Et nequitiæ.) Ὁ πονηρίας, quod significat & maliciam & uersutiam.Duo proposuit κακίας καὶ πονηρίας, quibus respondent,quæ postea sequūtur εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. nam malicia opponitur synceritati,uersutia ueritati,hoc est,simplicitati.sic & Ambrosius,ut synceritas mundam uitam faciat,ueritas omnem fraudem excludat.

Sed in azymis.) Azymi uocem,quam ubiqꝫ relinquit,infermentatum uertere poterat, aut expers

aut expers fermenti, ſubaudiendum autem eſt panibus, τῷ ἀζύμοις. Deinde explicans quid dixerit infermentatum, adiecit ſyncerítatis ac ueritatis, perinde quaſi dixiſſet, hoc eſt infermentatis celebrare paſcha noſtrum, ſyncero ueróq; eſſe animo erga omnes.

Cum fornicariis.) πόρνοις, id eſt, ſcortis. eſt enim uox quæ communis ſit cuiuis corpori meritorio. Proſtabant em̄ Corinthi non ſolum puellæ, ſed & catamyti. etiamſi ſunt, qui uelint πόρνον, & ſcortatorem dici, non ſolum ſcortum. putant autē dictum à πέρνω, quod eſt uendo, id quod magis competit in ſcorta. & πορνοβόσκους Græci dicunt lenones, quos Itali uulgo uocant ruffianos. Cæterum quod dixit commiſceri, Græce eſt συναναμίγνυσθαι, quod accipi poteſt denuo cōmiſceri, ut ſignificet eos id facere ſolitos anteq; initiati eſſent Chriſto. Et cōmiſceri, non ſolum eſt habere rem cum illis, uerum etiam habere conſuetudinem & cōmercium, idq; inculcat cum adiicit, οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, quod intelligeret difficillimū eſſe, uerſari inter tot illecebras eius regionis, nec pellici in peccatum. Quanq; non me fugit alium ſenſum adduci à pleriſq; ueterum, nimirū hunc, Paulum non uetare quo minus habeant conſuetudinē cum ethnicis inquinatis, alioqui totam Græciam eſſe relinquendā, ſed ut uitarent ſi quis Chriſtianā religionem profeſſus eſſet huiuſmodi. nam quod dixit mundi huius, non eſt accipiendum quaſi ſit alius mundus. Mūdum hunc Græciā intelligit, ac præcipue Corinthum huiuſmodi uoluptatibus corruptiſſimā. Ad eum modum interpretatur Chryſoſtomus, ſi modo illius ſunt Græci cōmentarij qui illi inſcribuntur. & huic conſentiens Vulgarius. is ſermonē ordinat in hunc modum, Scripſi uobis paulo ante in hac ipſa epiſtola, ne commiſceamini ſcortatoribus aut ſcortis, cum dicerem expurgandum uetus fermentum. quod tamē ita nolim accipi, quaſi iubeam uitari conſuetudinem omnium ſcortatorum huius mundi. ſed ſi quis dictus frater ſit eiuſmodi, hic adeo uitandus eſt, ut nec cibū cum eo capi uelim. Lyrēſis docte exponit fornicarios huius mundi, qui communiter, inquit, uocantur ribaldi. O grauem diuinæ ſcripturæ interpretem. Non utiq;.) οὐ πάντως, & non omnino, ſiue in totum, ut intelligas ab omnibus abſtinendum. ſiue quod placet Ambroſio, ut ſit exponentis, non abſtinendū à fornicariis huius mundi, ſed à fratribus, hoc eſt, à Chriſtianis fornicariis, inter quos erat is, quem iubet tradi ſatanæ, hoc eſt, eiici è cōtubernio cæterorum Chriſtianorum, quo magis pudore corrigeretur. nam erāt fortaſſis, qui crederent uitandos duntaxat ethnicos ſceleroſos, Chriſtianos autem non uitandos. Paulus contra iubet uitari fratres, cum ethnicis non prohibet cibum capere. Ad hunc ſenſum faciunt quæ ſequuntur. quid enim mihi de iis qui foris ſunt iudicare? quanq; ut ingenue fatear, totus hic ſermo mihi uidetur perturbatior, ac Delium aliquē natatorē deſyderans. præſertim cum mentionem faciat idololatriæ, quam ueriſimile non eſt tum inter Chriſtianos fuiſſe. Illud opinor non opus eſſe admonere, commiſceri hic non pertinere ad coitum, ſed ad uitæ conſuetudinem.

Fornicarij, neſcio an latina uox.

Huius mūdi .i. Græciæ.

Lyranus.

Delius natator.

Alioqui debet.) ἐπεὶ .i. quoniam ſiue quandoquidem. quod hic ſubinde tranſfert alioqui. & aliquoties apte, nimirum quoties ſubeſt tacita exceptio, quēadmodum & hic accipi licet. Abſtinēdum omnino à ſcortis omnibus græcanicis, id ſi non poteſtis, fugiendum potius è tota Græcia. Aut non in totum ueto conſuetudinē cum improbis, alioqui ſi conemini, fugiendum ſit ex hoc mundo, cum tales nuſq; non ſint.

Debueratis ex.) ὀφείλετε .i. debetis, legitur apud Græcos per o paruum. quandoquidē debetis exiſſe ex hoc mundo, hoc eſt, eſſe alieni à mundo, quādo non conuenit cōmiſceri ſcortatoribus. Duriuſculū eſt quod interpretatur Ambroſius, ſatius eſſe mori & decedere ex hoc mundo, q; habere rē cū ſceleratis. etiāſi Græci interpretētur de relinquenda Græcia, ut ſæpe iā dictū eſt. Si non licet alia ratione effugere cōmercium ſcortorū & ſcortatorū, ſatius eſt infectā ac peſtilentē relinquere regionē. Verum id nō audet ab illis exigere, quod tamen malit. illud certe exigit, ne cōmiſceantur, hoc eſt, ne familiarē cū illis agant conſuetudinē, ceu uicijs illorū fauētes. & ideo ſequitur, Nunc autē ſcripſi uobis, hoc eſt mitius. Apparet interpretē & Ambroſiū legiſſe ὠφείλετε per ω mega. Cæterū ut & de meo, ſuperiorū ſtudijs nōnihil adijciā, mihi uidetur ὀφείλετε hoc loco eſſe ſignū optātis, poſitumq; pro εἴθε .i. utinā, ſiue o ſi. Alioqui ſi non ſitis temperaturi à cōmercio taliū, utinā potius exiſſetis ex hoc mundo, & quouis exulatū abiſſetis. Thomas Aquinas pro uno ſenſu multos producit, ut eſt fœcunda ignorantia, quorū primus eſt, Alioqui debueratis ex hoc mūdo exiſſe,

Aquinatis ſententiæ.

hoc est,si uelitis omnium malorũ uitare consuetudinem,profugiendum erat ex hoc mun
Secunda. do, cum mundus undique malis sit refertus. Alter hic est, Nihil erat opus super hac re
commoneri,quandoquidem à baptismo iam ultro à mundo semoti estis. Tertius sic ha-
bet iuxta Ambrosium,Præstabat mori quam cum sceleros habere consuetudinem. Hu-
Carrẽsis in- go Carrensis addit quartum,Debebatis ex hoc mundo exisse,id est,confugisse ad religio-
terpretatio. nem, sic enim appellat uitam monasticam. Sed omnium maxime placet Chrysostomi
interpretatio,ut intelligamus Paulũ explicare quid sensisset, cũ literis suis iuberet illos fu-
gere cõmercium & consuetudinẽ scortatorum, rapacium, & eorũ qui simulacris immo-
larent.id cum perperã intellectũ durius uideretur Corinthijs, ait sese nõ hoc iussisse ut ab
ethnicis sceleros abstinerent,quod licet optandum esset,tamen fieri nõ posset,cum ubiq;
sceleratorum hominũ plena essent omnia,sed quoad liceret ab istiusmodi Christianis ab-
stinerent.ideóq; uelut obiter interijcit,alioqui debueratis ex hoc mũdo extisse,hoc est,uti-
nam id esset quod opto,ut in totũ huiusmodi consortia possitis uitare. nunc quoniã fru-
stra opto,quod fieri nõ potest,illud scribo quod ante scripsi,ut Christianos tam fœdis ui-
cijs infames arceatis à uestro cõtubernio,partim ne ipsi uideamini factis illorum assentiri,
partim ut illi pudore correcti resipiscant. Si is qui frater nominatur.) Hic latini addũt
de suo, inter uos, quæ duo uerba nõ sunt in græcis codicibus,nec apud diuum Ambro-
sium. Iam quanq; ad sensum nõ magni refert,Græce est,Si quis frater nominatus, aut cũ
frater nominetur,ut subaudias uerbum substantiuum est, aut fuerit. nisi malumus uideri
participium,uerbi uice positum,ὀνομαζόμενος,pro ὀνομάζεται.sic eñ habebat uetustissimus
codex Paulinus. Si quis frater nominatur inter uos fornicator,aut auarus,aut idolis serui
ens &c. ut nominatur adiungatur ijs quæ sequuntur,scortator,idololatra,auarus. nã Græ
ci referunt ad superiora,ut intelligamus eũ qui sit eiusmodi probris obnoxius,titulo dun-
Sermo Pauli taxat esse Christianũ,cum Christianismus uerus sit innocẽtia uitæ. Quin & illud expen-
perturbatus. de lector,utrò referenda sit hæc orationis pars,si is qui frater nominatur &c. ad superiora,
an ab illis absoluta,pertineat ad ea quæ sequuntur. Si ad superiora referas,supersit in ordi
ne quod sequitur, cum eiusmodi nec cibum sumere. Sin ad inferiora, quomodo corrigit
quod scripserat,ne se cõmiscerent,si nihil addatur quod sententiã generalem explanet? An
hic quoq; fatebimur Paulũ siue imperitia,siue neglectu græci sermonis perturbatius expli
care quod sentit? Et,si is qui frater nominatur,referendum ad id quod præcessit,scripsi uo
bis non cõmisceri,si quis frater nominetur scortator,aut &c.ac deinde neglecto sermonis
ordine per epitasin additum,cum huiusmodi ne cibum quidẽ capere,perinde quasi dixe-
rit, hoc senseram si quis Christianus istiusmodi flagitijs sit infamis,adeo nõ oportere cum
eo cõmercium habere,ut ne mensam quidẽ cõmunẽ esse uelim,quod uestra referat illum
corrigi,& periculũ sit ne cæteros exemplo suo corrumpat,cũ in ethnico non sit eadẽ ratio.
Quid enim mihi.) τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; id est,quid enim mea,etiam eos qui fo
ris sunt iudicare? hoc est, quid ad me attinet, ut cum satis molestum sit iudicare de his
Dissimulan- quæ ad nostrum gregem pertinent, de ijs etiam feram sententiam, qui sunt à contuber-
da ethnico- nio nostro alieni? Iudicare dixit pro condemnato habere. habet autem qui uitat homi-
rũ uicia. nis consuetudinem.quod si uitemus ethnicos,quomodo conuertentur ad Christum? fe-
rendi sunt in hoc ut sanentur. Auferte malum.) καὶ ἄρατε τὸν πονηρόν, id est,tollite
sceleros illum,ut ad hominem referatur nõ ad rem,propter additum articulum. quod
annotatum est & Augustino in quæstionibus super Deuteronomium,admonẽti hoc ser-
monis colore solitam uti scripturam sacram, quoties iubet de nocente capitis supplicium
sumere.non quod Paulus idem senserit,sed quod excommunicatio apud Christianos in-
Excommu- star capitalis supplicij sit. Etiamsi uidetur hic locus nonnihil torsisse diuum Augustinum,
nicatio. qui uisus est adeo abhorruisse ab occidendis improbis,ut crebris epistolis obsecret & ob-
testetur præfectos Cæsaris,ne capitis supplicio afficerent Donatistas, qui non solum per-
tinacissime segregabant sese à consortio Christianorum, uerum etiam crudelissimis sup-
plicijs in orthodoxos seuiebant. Proinde confugit ad hanc interpretationem,ut intelliga-
mus iubere Paulum,ut quisq; malum hominem exuat,iuxta illud quod dictum est Ephe-
sijs,Exuite ueterem hominem cum actibus suis. Sed hæc sanè coactiora uidentur,ut inge-
nue, quod sentio dicam.

Ex capite

EX CAPITE VI.

AUdet aliquis.) τολμᾷ, nonnunq; significat sustinet, aut potest, cum significamus rē nō periculosā, in qua proprie dicimur audere, sed durā affectibus nostris & intolerandā atq; indignā. ita Suetonius in Cæsare Octauio. Post, q; uero pontificatū maximum, quē nunq; uiuo Lepido auferre sustinuerat, mortuo demū suscepit. Idē in eodē aliquanto inferius. Nā q;uis minime appeteret hæreditates, ut qui nunq; ex ignoti testamento capere quicq; sustinuerit, amicorū tamen suprema iudicia, morosissime pensitauit. Ac rursus in Cæsare dictatore. Cornelio Phagitæ cuius quondā nocturnas insidias æger ac latēs ne perduceretur ad Syllā uix præmio dato euaserat, nunq; nocere sustinuit. Itē alijs compluribus locis comperire licet hoc uerbi positū pro uoluit, aut potuit, siue animū induxit. Nobis ut in hoc argumēto unum atq; alterū indicasse locū satis est, ob diffidentē ac morosum lectorē. Paulus igitur iudicās hoc uehementer pudendū, miratur esse quenq; Christianū, qui possit animū inducere, ut apud ethnicos iudices pro re pecuniaria contendat. Apud iniustos.) ἐπὶ τῶν ἀδίκων, magis sonat sub iniustis, & sub sanctis. ut dicimus sub tali principe, & sub iudice. ut Horatius, Et adhuc sub iudice lis est. At in iudice potissimū requiritur iustitia, idcirco accōmodam addidit ἐπίτασιν sub iniquis. nisi quod Hebræorū more quæuis improbitas ἀδικία dicit. **Audet pro sustinet.**

De hoc mundo iudicabunt.) τὸν κόσμον κρινοῦσιν. i. mundū ipsum iudicabunt. Iudicari mundum dixit, quod è uita sanctorū apparet mundanos errare ac desipere, idq; uelut explicans subiecit, si in uobis iudicatur mundus. nā iudicatur est præsentis tēporis κρίνεται, nō κρινεῖται, consentiētibus tum exemplaribus, tū interpretibus Græcis, ut palam intelligas eū loqui de uita Christianorū. quæ utinā hodie talis esset, ut per eā mundus iudicaretur. nūc ab ethnicis pleriq; titulo magis ac ceremonijs, q; affectib⁹ ac uita differimus. Quin & Ambrosiū legisse iudicatur, subindicat eius interpretatio. Tunc inquiēs iudicat hic mūdus in uobis, si opus perfidorū hominū nō inueniatur in uobis. Augustinus tamē legit iudicabitur, referēs ad extremū iudiciū, quo sancti sedebūt in duodecim thronis, iudicaturi duodecim tribus Israel. Nihil autē uetat quo minus hic locus ad utrunq; tēpus pertineat. siquidē & nunc iudicatur, hoc est, condemnat mundus impius ex innocēti uita piorū. & olim cōdemnabit, cū piorū & impiorū opera omnia proferent in apertū. Illud obiter indicandū, in uobis hic dictū Hebræo more, pro per uos. **Iudicare pro cōdemnare.**

Indigni estis qui de minimis iudicetis.) ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων. i. indigni estis minimis iudicijs. nā κριτήριον locus est ubi causæ cognoscunt. siquidē alicubi audiebant causæ capitales, alicubi leuiores ac ciuiles, de mutuo, de cōmodato, de empto. hæc quæ ad uitæ usum pertinēt, uocat minima. Græci sic accipiunt hunc locū, Cū sitis iudicaturi de mundo, indignū est uos iudicari in gētiliū iudicijs, quæ hic minima uocat præ iudicio illo magnifico, quo sancti mūdū & angelos iudicabūt. quanq; sermo Græcus anceps est, potest em accipi, indigni estis qui de minimis litigetis, aut iudicetis, iudicaturi & angelos. **Anceps interpretatio.**

Quanto magis secularia.) Græce est, μήτιγε βιωτικά. i. nō solum uictualia, aut quæ ad uictū aut facultates attinent. nā βίος græcis tria significat, uitā, uictum, & facultates, ac substantiam qua uiuimus. sentit enim lites pecuniarias. & μήτιγε, Græcis ualere idem quod πόσῳ μᾶλλον annotauit Hesychius.

Secularia igitur.) Et hic est βιωτικά, quasi quæ ad uictū, & rē domesticā pertinēt. Mira est autē in hoc interprete copiæ affectatio. quid autem simile, secularibus & βιωτικοῖς? **Secularia βιωτικά.**

Contemptibiles.) ἐξουθενημένους. i. cōtemptos, & nihili habitos. Illos constituite ad iudicandū.) καθίζετε, anceps est, quippe q; uerti poterat cōstituite uel cōstituitis. Mihi nō displicet modus imperādi, ut apostolus iubeat uel extremis Christianorū id muneris delegandū potius q; ad gētiles iudices eant. etiāsi dissentit Ambrosius aliter explicans hunc locū, quasi uidelicet Paulus obiurget Corinthios, quod quoslibet huiusmodi negocijs iudicādis præficerēt. Græcorū scholia, ac nominatim Vulgarius mecū faciunt, & magis quadrāt ad sensum Pauli. nec em illud hic agit qui constituātur iudices in ecclesia, sed ne Christiani litigent apud infideles, & quēuis potius uel contemptissimū, modo Christianū, arbitrum suæ causæ faciāt, q; adeant tribunalia impiorū. nō quod ita sentiat faciendū, sed ut declaret q; alterū sit indecorum, dicit hoc citius cōmittendū. & ideo mox sequitur, ad uerecundiā uestrā dico, non quod existimē nullos esse inter uos qui sapiant, sed ut istā falsam **Varia interpretatio.**

Excussa Augustini sententia.

licet excusationẽ uobis adimam. Diuus Augustinus in libro de opere monachorũ, ait sese ex hoc Pauli loco cogi ad suscipienda iudicia causarum cum esset episcopus. quod recte an secus, non est huius loci excutere. Nec hoc loco ecclesiæ nomine proprie designat sacerdotes, sed cœtũ Christianorũ hominũ, in quo fieri non poterat, quin aliqui forent idonei, qui de leuibus negocijs arbitrarentur. In hoc pro me facit Augustinus, quod Paulus senserit tolerabilius esse, causas tam humiles uel infimis ac contemptissimis Christianis delegari, ꝙ agi apud iudices prophanos & impios. Postremo de deligendis arbitris potissimum loqui uidetur Paulus. si quid parum conuenit, per arbitros transigatur, & eos arbitros qui inter uos habentur contemptiores. Quod si hodie placeret Christianis, frigeret rapacissima plerunq; aduocatorum, procuratorum, ac iureconsultorum turba.

Constituite.) καθίζετε, id est, collocate. nam καθίζειν est proprie collocare in sede. & iudicis est sedere. mire autem addidit τοὺτους ad odium rei.

Ad uerecundiam uestram.) πρὸς ἐντροπὴν .i. ad confusionem siue pudorẽ, aptius ꝙ ad uerecundiam, & paulo superius uertit ad confusionẽ. Hoc adiecit, significans se nõ esse locutũ ex animo quod uellet contemptissimos ad iudicãdum deligi, sed quod hoc quoq; iudicaret tolerabilius, ꝙ id quod illi faciebant, litigantes Christiani apud ethnicos.

Sic non est.) οὕτως, in nonnullis exemplaribus Græcis coniungitur cũ proximo præcedenti uerbo dico, non cũ sequẽtibus. ut sit sensus, sic loquor, nõ quod id uelim fieri, sed ut intelligatis ꝙ sit indignũ quod facitis. Nos tamẽ diuersam lectionẽ sequi maluimus, ut οὕτως positũ sit pro adeo, per indignationẽ. Mirũ autẽ unde interpres Vulgarij, legat si pro sic, si tamen locus mendo uacat. Sapiens quisꝙ.) οὐδὲ εἷς .i. ne unus quidẽ, quod est uehemẽtius, cum sitis tam multi. Qui possit iudicare inter fratrẽ suũ?) ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ, quasi dicas in medio fratris. Et quomodo iudicet aliquis inter unũ? Proinde clarius erat ac latinius, inter fratrem & fratrem, hoc est, inter Christianũ & Christianũ, illud obiter subindicans nõ opus esse magna iuris subtilitate inter Christianos, inter quos ipse fraternus affectus facile uel remittit noxam, uel componit negocium. Frater cum fratre iudicio cõtendit.) κρίνεται .i. iudicatur, quod tamen non ineleganter uertas litigat, siue, ut hic, iudicio contendit.

Et hoc.

Et hoc apud iniustos.) ἐπὶ τῶν ἀδίκων, id est, sub iniustis, ut modo indicauimus, aut ut in plerisq; legimus ἐπὶ τῶν ἀπίστων, id est, sub incredulis. atq; ita legit & interpretatur Ambrosius.

Iam quidem omnino delictum est.) Non est Græce παράπτωμα, sed ἥττημα, quod significat aliquem esse uictum & superatum. Victus uidetur ab iracundia, aut auaricia, qui ob pecuniolam litem mouet fratri. Ad hunc modum exponunt Græca scholia.

Fraudem patimini.) ἀποστερεῖσθε, id est, damno afficimini, aut fraudamini. nam fraus aliquando non pro dolo, sed pro damno ponitur.

Et hoc.

Et hoc fratribus.) Poterat interpres incolumi grammatica uertere sic, Iniuria afficitis & fraudatis, atq; id fratres. nec est quod mutes & hoc καὶ ταῦτα in & hæc, quasi hac uia subuentum sit latinitati, quemadmodum uult Stapulensis. quandoquidem latinus sermo qui recipit loquendi formam, numerum pluratiuum non recipit, nisi sit nomen eiusdem numeri. ut, multa abegerunt pecora, eáq; insignia. Etiamsi Græcam elocutionis formam uidetur expressisse semel Suetonius in Tiberio Cæsare capite uicesimo secũdo. Quos codicillos dubium fuit, Augustus ne moriens reliquisset, quo materiam tumultus post se subduceret, an nomine Augusti Liuia, & ea conscio Tiberio an ignaro dictasset &c. Nisi mauis & ea referre ad Liuiam, pro eáq;, quemadmodum dicimus isq;.

Fabri Stapulensis opinio.

Neq; fornicarij.) οὔτε πόρνοι .i. scorta siue scortatores. Opinor interpretẽ consuluisse uerecundis auribus, quod scortum apud latinos uocabulum sit obscœnius, dictũ à pellibus. Ac mox ἀρσενοκοῖται, rem per se fœdissimam quam potuit minime fœde significauit, siqui dẽ concumbunt & qui in eodem dormiunt lecto, etiamsi nihil peccent. Illud admiror cur Faber Stapulensis hoc loco maluerit cinœdi uocabulum, nõ solũ obscœnũ, uerũ etiã aliud exprimẽs ꝙ Paulus senserit. Siquidem cinœdi, ni fallor, dicuntur, qui turpiter obsecundãt pædiconib⁹, olim ita uocati, qui fœda, parũq; uirili corporis motu gesticularent, saltitarẽtq;. siue quod ad cantũ mouerẽt effœminate corpus, siue quod irritarẽt mouerẽtq; pudendas corporis parteis πρὸς ὃ κινεῖν τὰ αἰδοῖα, siue qđ uacarẽt pudore, quasi κενοὶ αἰδοῦς. Certe

Fabri excussa annotatio.

uitari

uitari non poteſt,quin ſi cinædus nõ eſt proprium catamytorum uocabulum, certe com/
mune ſit ad utcunq; effœminatum. Non poſſidebunt.) οὐ κληρονομήσουσιν, id eſt,
non ſortientur ſortem ſiue hæreditatem regni dei, hoc eſt,non continget illis regnum dei.
Et hæc quidem.) καὶ ταῦτά τινες ἦτε, id eſt,& hæc quidam eratis, ut intelligas quoſdam
ex illis tales fuiſſe, non omnes, quemadmodum annotauit Valla. Neq; enim conſenta/ Vallæ excuſ
neum eſt omnes fuiſſe fures,aut adulteros,aut maſculorum concubitores, etiamſi idolo/ ſa annotatio
latriæ uitium omnibus fuit commune. nam furtum & adulterium apud Græcos etiam le
gibus puniebatur.Niſi malumus ταῦτα poſitum pro τοιοῦτοι, & τινὲς additum iuxta
proprietatem Græci ſermonis, ut & aliàs ſæpenumero apponitur, ut ſit ſenſus,huius ge/
neris homines fuiſtis. Quanq; magno conſenſu latini codices,quos ego ſanè uiderim ſcri/
ptum habent quidem,ut ſit coniunctio. Atq; ita legit Auguſtiuus. quin & Vulgarius ſic
interpretatur,quaſi pro τινὲς legiſſet μοὶ. Ambroſius tamen legiſſe uidetur,quidam,cum
commentarij uice aſſcribit. Ne omnibus hoc aſſcribere uideretur, At certe omneis ab his
criminibus immunes faceret ſi taceret. Prohibuiſſe enim uidebatur non reuelaſſe crimina
illorum.idcirco ſic ait,Et hæc quidem fuiſtis. Hactenus ille. Quomodo autem ex Pauli
uerbis apparet eum non omnibus hæc tribuere,niſi legamus,quidam? Proinde ueriſimi/
le eſt,librariorum errore,quidam,mutatum in quidem.

Omnia mihi licent,ſed ego ſub nullius.) Græcorum uerborum iucundam alluſionẽ in/
terpres ſeruare non potuit, ἔξεσιν & ἠξουσιασθήσομαι, id eſt,licet & in poteſtatem redigar. προσονομά/
Eam nos utcũq; retulimus ad hũc modum.omnium mihi poteſtas eſt,at ego nõ redigar σια.
ſub ullius poteſtatem.

Eſca uentri.) Eſcæ dicendũ in plurali numero,ſicut paulo poſt,uenter eſcis. Tum & hũc
& has dicendum erat. Ita fermè citat Hieronymus in epiſtola ad Amandum,& Græca ſic
habent,ut ille citat.nec hoc ita magni refert,niſi quod multitudinis numerus hoc loco ma
gis congruit,cum de generibus ciborum agat, non ſimpliciter de cibo. Videtur autem
uerbum aliquod ſubaudiendum,in eſca uentri,& uenter eſcis. Ac paulo poſt, corpus aũt
non fornicationi, ſed domino,& dominus corpori. nimirum deſtinata eſt aut dicata eſt.
Conſimili forma ſermonis in epiſtola ad Rhomanos cap.ſeptimo, ſignificauit mulierẽ ui Eſcæ pro
ro dicatam ac propriam, Adultera, inquiens, uocabitur, ſi fuerit alteri uiro. ſic enim ha/ eſca.
bet Græcus ſermo quo ſcripſit Paulus. & haud ſcio an iuxta proprietatem ſermonis He/ Eſca uentri,
braei,dicatur alicui eſſe,quod ad illum pertinet,& illius bono deſtinatum eſt. pro eſca ad
Qui adhæret mer.) ὁ κολλώμενος, quaſi dicas,qui agglutinatur.idq; concinne quadrat uentrem per
cum eo quod ſequitur, unum corpus efficitur. tinet & uen/
ter ad eſcã.
Vnum corpus efficitur.) Eſt, ἔσται apud Græcos eſt pro efficitur, quod eſt uehemẽtius.
Et erunt duo in carne una.) εἰς σάρκα μίαν, id eſt, in carnem unam. Atq; ita legit diuus Duo caro
Hieronymus in libello ad Geruntiã de monogamia, id quod palàm eſt ex eo quod apud una.
eum ſequitur,non in duas,nec in tres. Porrò iuxta proprietatem Hebraici ſermonis, nihil
aliud eſt,erunt duo in carnem unam,quàm è duobus fiet uelut unus homo. Citat ad eun
dem modum in libris aduerſus Iouinianum.

An neſcitis qm̃ mẽbra templũ ſũt.) Græce nõ eſt μέλη, ſed σώματα, id eſt,corpora. atq;
ita citat Hieronymus aduerſus Iouinianum libro ſecundo.nec aliter legit Ambroſius. No
ſtri codices magno conſenſu priore loco habent, Neſcitis quoniam corpora ueſtra mem Varia lectio.
bra ſunt Chriſti.poſteriore, An neſcitis quoniam membra ueſtra templũ eſt ſpiritus ſan/
cti. Porrò quod templum dicit, nõ templa, aut numerus poſitus eſt pro numero,aut quo
niam de pariter collecto eccleſiæ corpore loquitur, magis conueniebat templum, quàm
templa,ut indicat & ille. Empti em̃ eſtis precio magno.) Magno,a noſtris additum eſt, Additũ ali/
ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς, id eſt,empti enim eſtis precio. Nam hoc tantum hic agit,eos non eſſe quid apud
ſui iuris,cum ſint empti,& empti precio. nimirum iam illius a quo empti ſunt. Atq; eum nos.
in modũ adducit hunc locũ Chryſoſtomus,homilia in Matthæũ. 55. Idẽ colligitur ex in/
terpretatiõe Vulgarij,licet interpres ubiq; uulgatã noſtram inculcet æditionẽ. Ambroſius
adducens hunc locum, libro de Cain & Abel ſecundo, capite tertio, non addit magno.
Rurſus in epiſtolarum libro ſecundo,cap .2. ac mox proximo capite Paulus eandẽ ſen/
tentiã totidem uerbis inculcat licet ordine uerſo, τιμῆς ἠγοράσθητε, precio empti eſtis.

Neq; ſecus adducit Origenes homilia in Exodum ſexta. Cæterũ de magnitudine precij, adiectum apparet ex epiſtola diui Petri priore, capite primo, Non corruptibilibus auro uel argento. &c.

Glorificate & portate deum.) Græcis non additur portate, ſed additur quod latini nõ habent, καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν, id eſt, & in ſpiritu ueſtro. Vulgarius exponens hunc locum, de portando nullũ facit uerbum, de ſpiritu ſeorſim ac nominatim interpretatur. Item illud, ἅτινά ἐστι τοῦ θεοῦ, id eſt, quæ ſunt dei, ut referatur ſimul ad corpus & ſpiritum, quorum utrunq; deo dicatum ſit. Cæterum utraq; uox, Græcis neutri generis eſt. q̃q̃ magno conſenſu diſcrepant latinorum & codices & interpretes.

EX CAPITE SEPTIMO.

Sermo imperfectus.

DE quibus autem ſcripſiſtis mihi.) Sermo quidem eſt inabſolutus. uerum hic loquendi color haud eſt inſolens etiam apud latinos. Nam ſenſus eſt, ut de ijs quæ ſcripſiſtis mihi, reſpondeam.

Bonum eſt mulierem.) Hic eſt unus locus opinor, in quo conueniebat addere coniunctionem μοὶ, quæ reſpondeat δέ. Verum id Paulo frequentiſſimum eſt. cum hoc argumento colligat Hieronymus Paulum parum bene calluiſſe Græcum ſermonem.

δὲ coniunctio omiſſa

Mulier pro uxore.

Mulierem non tangere.) Rectius hic erat uxorem. quandoquidem Græca uox γυναικὸς ambigua eſt. Deinde tangere ἅπτεσθαι, iuxta proprietatem Græcanici ſermonis ſæpenumero ſignificat non manu contingere, ſed habere cum aliquo negocium ſiue commerciũ. Proinde μὴ ἅπτεσθαι γυναικὸς, nihil aliud ſonat, q̃ ſi dicas, bonum eſt abſtinere ab uxore, hoc eſt, nõ ducere uxorem, Etiamſi diuus Hieronymus aduerſus Iouinianum, ſtudio torquet hoc uerbum ad ſimplicem contactũ, uelut in ipſo contactu quoq; periculum ſit, non ſolum in coitu. Id quod fortaſſe concedendum eſt in diuinis literis, quoties aut hortamur, aut conſolamur, aut deterremus, aut ludimus. In diſputatiõe ſeria nolim id fieri, etiãſi hoc uel imprimis ſibi permittit Hieronymus, idq; factum defendit exemplo Pauli, apud quem ait pugnare teſtimonia, quæ ſuis locis nõ pugnent. Verũ ab ijs interim periculũ eſt, quibus mos ex quocunq; libro quatuor aut quinq; uerba decerpere, ac uelut ex oraculo proferre, haud perpẽdentibus quid præceſſerit, quid cõſequatur, cũ quo agatur, qd agatur, quorſum & quo animo dictũ ſit. Quid quod ea quæ ſequuntur palam indicant hunc eſſe ſenſum, Propter fornicationem autem &c. optimum erat non ducere uxorem. Cæterũ qui metuit ne fornicetur, ducat potius, & ſuam habeat citius quam alienam. Iam illud, quãuis non eſt proprium huius inſtituti, tamen obiter admonuiſſe profuerit, bonum hic accipi pro commodo, non autem ut opponatur uicio, quemadmodum paſſim dicitur bono fuiſſe quod profuit, & malus bello dictus eſt Horatio, qui bello ſit inutilis. Neq; enim hoc quærebatur a Corinthijs opinor, an fas eſſet uxorem ducere, ſed an expediret eo rerum ſtatu matrimonij uinculis illigari. Hieronymus autem pugnans aduerſus eos, qui matrimonio plus ſatis tribuebant, ita ratiocinatur. Si bonum eſt non tangere uxorem, malum igitur eſt tangere, cũ bono malum ſit contrarium. Hanc ratiocinationem ita refellit Auguſtinus, qui legerat Ariſtotelis Categorias, ut dicat quædam eſſe indifferentia, quæ nec bona ſint nec mala, ueluti naſum emungere, aut ſaliuam iacere. Cum enim is in matrimonio tria conſtituerit bona, non paſſus eſt ullã mali mentionẽ, eoq;, bonũ ait hic accipi pro melius, ne quis turpe putet uxorem ducere, quaſi bonum pugnet cum turpi. Quod ſi in uerbis Hieronymi, malum & bonum, utrobique conſimiliter ſumantur, recte procedit illius argumentatio, iuxta propoſitam a Corinthijs quæſtionẽ. Si commodum eſt non ducere uxorẽ ob ſarcinas curarum, ob uincula affinitatũ. incommodum eſt igit ducere. Perinde ut ſi quis rogatus, num bonũ eſſet ſibi longum iter ingreſſuro, latrocinijs obnoxiũ, tollere pecuniam, reſponderet, bonum eſt pecuniã non tollere, recte conſequeretur, malum eſſe tollere. Nam quod hic opponitur bono, Paulus paulo poſt uocat tribulationem, ſiue afflictionẽ carnis. Nec dicit ſimpliciter bonum, ſic manere ut ego ſum, ſed bonũ eſt ob urgentẽ neceſſitatẽ. Proinde nõ quod pro tẽpore próq; re præſenti bonũ eſt, id protinus ſimpliciter bonum eſt. Aetate Pauli, cum inter innumeros ethnicos perpauci eſſent Chriſtiani, fortaſſe commodius erat abſtinere a matrimonio. nunc mutatis rebus haud

Bonũ pro cõmodo, non ꝓ honeſto.

Auguſtinus in epiſtolis aduerſus Hieronymũ

Hieronymꝰ detorquens nonnihil uerba ſcripturarum.

haud ſcio an magis expediat,ſanctũ connubium & immaculatum thorum ſancte puréq; colere,etiam ſacerdotes,ſi qui non continent, quando horum tam ingens ubiq; numerus eſt.Quod igitur hæc nonnihil torquet Hieronymus, uictoriæ datũ eſt. præſertim cũ ille plurimum intereſſe putet,docendus ſit aliquis,an uinciendus,initiandus an illaqueandus. Cæterum quæ hic argutatur Auguſtinus,ut uera ſint,certe ad Pauli ſenſum mihi non uidẽtur proprie facere. Propter fornicationẽ.) διὰ δὲ τὰς πορνείας, id eſt,propter fornicationes aũt,ſiue ſcortationes.q̃q̃ hoc nihil ad ſenſum, niſi forte numero multitudinis innuit diuerſas fornicandi ſpecies. Suam uxorẽ habeat.) ἐχέτω, quod uerbũ apud Græcos planè imperatiui eſt modi.uerum non eſt quod id nos commoueat,nec eſt cur interpretetur,habeat,habere liceat.cũ id dicatur ijs qui ſe non poſſunt a conſuetudine mulierum cohibere,non omnibus.Atq; his ſanè,qui ſibi permiſſuri eſſent ſcortationem,aut fœdius aliquod libidinis genus,imperat ut potius ducant uxorem.Quod ſi hoc loco perpetuo ἄνδρα uertiſſet maritum,& γυναῖκα uxorem,pluſculum lucis acceſſiſſet ſermoni. nã uoces apud Græcos ambiguæ ſunt. Cauillatur hoc loco Valla de pronomine,quæ non arbitratus ſum operepreciũ aſſcribere. Vxor uiro debitum reddat.) Græce ſic eſt, τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω.i. debitã beneuolentiam reddat,ut rem parũ uerecundã uerecunde notaret.q̃q̃ ſecus legunt Ambroſius & Hieronymus.Omnino coitũ ſignificat, & ideo texit uerbis,quod oportebat intelligi. In uno duntaxat codice pro εὔνοιαν .i. beneuolentiam ſcriptum reperi τιμὴν .i. honorẽ,exponentibus ad eũ modũ & commentarijs, qui Chryſoſtomo inſcribuntur,ſed titulo mihi ſuſpecto.Proinde qm̃ uariat Græcorũ ſcriptura,in coniecturam adducor a Paulo ſcriptum fuiſſe τὴν ὀφειλὴν .i. debitũ, quod deinde ſiue caſu,ſiue quo uerecundior eſſet oratio,quiſpiã mutarit in ὀφειλομένην εὔνοιαν. q̃q̃ ad eum modũ legiſſe uidetur & Vulgarius, ſi quis obſeruet interpretantis uerba.

Nolite fraudare.) μὴ ἀποστερεῖτε.i. ne fraudetis. Fraudamus aũt proprie,cum ſubtrahimus rẽ debitam,ſicut fruſtramur reſperata. Vt uacetis orationi.) Græcus addit, τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ.i.ieiunio & orationi,quæ duo coniungit & diuus Hieronymus.licet Vulgarius enarrans hunc locum,ieiunij nullam faciat mentionem.

Reuertimini in idipſum.) ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχησθε .i. ad idem,ſiue in unum congrediamini,ſiue coniuehiatis,ut intelligas eos ante fuiſſe ſeparatos thalamis. Græcis enim in idẽ uenire dicuntur,qui conueniunt in eundem locum ,ſiue qui conſentiũt,hoc eſt,in eandẽ eũt ſententiam,uelut in huius epiſtolæ ca.undecimo, Conuenientibus uobis in unum, συνερχομένων ὑμῶν εἰς τὸ αὐτὸ. quod hic uertit, in idipſum,illic tranſtulit,in unum. Mirum autem quod ſecutus exemplar Auguſtinus epiſtola centeſima nonageſimanona,legit, Et iterum ad idipſum eſtote.Extat eadem lectio homilia quinquageſima,de mixtis argumẽtis.Quin & apud Origenem ſic adducitur homilia in Numeros uigeſima tertia.

Propter incontinentiam.) διὰ τὴν ἀκρασίαν,id eſt,propter intemperantiam, tametſi minimum intereſt.

Secundum indulgentiam.) Quidam Græci codices habent, κατὰ συγγνώμην, id eſt,ſecundum ignoſcentiam ſeu ueniam.quidam habent, κατὰ γνώμην, id eſt, iuxta conſilium,ſiue ſententiam.quaſi dicat,dico meam ſententiam,& quod mihi uidetur optimum factu,non autem præcipio.Quanq̃ συγγνώμη appoſitius ad ἐπίτασιν eſt, uenia ad imperium. Imperium exigit,uenia concedit nõnihil præter ius.Indulget enim hoc Paulus illorũ fragilitati.Auguſtinus nõ dubitat ex hoc loco aſſeuerare,coitũ cũ uxore reſtinguendæ libidinis cauſa initũ,non uacare culpa,licet uenialis ſit, excuſante uidelicet matrimonio.

Volo autem omnes manere ſicut meipſum.) Græci γὰρ habent,nõ δὲ. Exponit enim quid dixerit ſecundum indulgentiam.alioqui uellem inquit, omnes qui habent uxores in totum abſtinere ab illis. Vel ex hoc loco conijcere licet, Paulo fuiſſe coniugem, poſteaq̃ de coniugatis agens ſui facit mentionem. Dico autẽ non nuptis.) ἀγάμοις .i. innuptis, erat apertius,uel potius cælebibus, aut incõiugatis. Nam articulus indicat hoc uiris dici, τοῖς ἀγάμοις .i.ijs qui cælibes ſunt.q̃q̃ nihil uetat quo minus ad utrunque ſexũ referatur. Et Vulgarius articulũ addidit fœmineũ ταῖς ἀγάμοις,ut alterũ ad uirgines pertineat, alterũ ad uiduas. Quæ cælibes ſunt,dici poſſũt ἄγαμοι.at non poſſũt ſemel expertæ nuptias.

Melius eſt nubere q̃ uri.) κρεῖττον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι. Nubere Græcis ambiguum eſt

Vallam excute.

Debitũ reddere.

In idipſum.

Auguſtinus

Coitus qñ peccatum.

Paulus coniugatus.

um est uerbũ γαμῆσαι, quod significat & nubere uiro, & ducere uxorem. Nam hæc sen-
Nubere. tentia ad utroſq; pertinet, uiros ac mulieres. Ideo quod ante dixit, innuptis & uiduis, pro innuptis, in quibusdam Græcis codicibus est τοῖς ἀγάμοις, addito articulo masculino. ita tamen ut sub uno genere sexum utrũq; intelligas. quãq; ut modo dictũ est, nõnulli codices habent ταῖς, ita tamen ut mox redeat ad masculinum genus καλὸν ἀυτοῖς ἔστιν, id est, bonum est eis. & κρεῖττον non proprie melius est, sed potius ac magis eligendum. Porrò
Vri. πυροῦσθαι, id est, uri. demiror cur quidam contra omniũ ueterum opinionem exponant de igni gehennæ, cum hic palam de libidinis loquatur incendio, molestiáque corporis non se continentis.

His autem quæ matrimonio iunctæ sunt.) γεγαμηκόσι. Græcis quidem est masculini generis, sed ita, ut fœmininum quoque complectatur, id quod sequentia declarant.
• Matrimonium impar. Proinde nos uertimus, coniugàtis autem, ut ad uirum simul ac mulierem pertineat. Atq; adeo in peruetustis exemplaribus, nominatim in eo quod exhibuit bibliotheca collegij diui Pauli apud Londinum, scriptum reperi genere masculino, His autem qui matrimonio iuncti sunt. Tum Augustinus explanans sermonem Christi in monte habitum, citat genere masculino, his qui sunt in coniugio, præcipio non ego sed dominus.

Per mulierem fidelem, per uirum fidelem.) ἐν τῇ γυναικὶ, καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ, id est, in mulíere, in uiro. quanq; γυνὴ Græcis & mulierem significat & uxorem. Atq; hoc sanè loco recte mutauit interpres præpositionem, quod tamen aliàs aut uereturaut negligit facere. Adiectiuum fidelis, utrobiq; additũ est a nobis, cum apud Græcos non addatur, sed subaudiatur. Augustinus libro primo quo exponit sermonem in monte habitum, legit ad hunc modum, Sanctificatus est enim uir infidelis in uxore fideli, & sanctificata est mulier infidelis in fratre fideli. Et ne quis existimet hoc casu factum, aut locum deprauatum, ipse aliquanto post eodem libro adducit huius loci testimonium, docens in sacris literis, fratris uocabulo significari Christianum. uerum hic non addit fideli. Et sanctificatum hic uocat purificatum. sequitur enim, alioqui filij uestri immundi erunt.

Vocauit uos.) ἡμᾶς, id est, nos, primæ personæ, non secundæ, suffragante & uetustissimo codice Paulinæ bibliothecæ.

Nisi unicuiq; sicut diuisit dominus.) Quidam Græci codices habent εἰ μή, id est, nisi. quidam ἢ μή, id est, an non, ut referatur ad superiora. At Græcorum quidem scholia distinctionem apponi uolunt post εἰ μή, an seruaturus sis, an non, quod alioqui uideatur
Duplex lectio. imperfecta sermonis constructio. & huius distinctionis Seuerianum quendam citant autorem. Vulgarius & ipse commonstrat duplicem huius loci ordinem. Prior hic est, Qui scis, an seruatura sis uxor uirum nec ne. ac mox uelut ex abrupto interijciatur, Vnicuiq; sicut diuisit dominus. deinde succedat quod priori particulæ respondeat, Qui scis uir an seruaturus sis uxorem nec ne, ut illud, unicuiq; sicut diuisit dominus, cum sit constructionis lege ab utroq; separatum, ad utrunque respondeat. uariæ sunt dotes dei, fortasse continget, ut seruetur ille aut illa. quare siue continget, siue non continget, non est dirimendũ coniugiũ. Alter ordo coniungit duas partes, Qui scis an tu seruatura sis uirum, an tu seruaturus uxorem. deinde succedat ceu nouũ caput, nisi unicuiq; ut diuisit dñs sic maneat. quasi dicas, nihil aliud tentetur aut nouetur, ob alterum infidelem. tantum ut cuique sua sors obtigit, ita maneat. Atq; hanc lectionem ille præfert superiori. Quod si de distinctione laboratur, nihil uetat quo minus referatur ad permaneat, uerbum. Qui scire possis an
Tertia. seruaturus an seruatura sis, nisi unusquisq; sic permanserit, ut uocatus est? Verum mihi magis placet, ut seorsim legatur εἰ μή, ac perinde ualeat, quasi dicas, utcunq; est, aut in summa. Hac loquẽdi forma solemus uti, quoties omissis quæ incerta sunt, ad id redim⁹ quod certum est. Hanc Græcanici sermonis figurã expressisse uidetur Terentius in Adelphis, Gaudebam. Ecce autem de integro, nisi quicquid est uolo scire, atq; hominem conuenire. Idem alijs aliquot locis ad eũdem usurpauit modum. Sic Paulus, quoniam id quod erat dubium proposuerat, de seruando uiro aut uxore infideli, utcunq; hoc est, inquit, maneat unusquisq; ut illi tribuit deus, & ut uocatus est, quicunq; sequatur exitus de seruando coniuge. Meminit & diuus Thomas nonnihil de duplici huius loci lectione. ex quo appareret illum adiutum commentarijs è Græco uersis, quæ nunc non extent.

In omnibus

In omnibus ecclesijs doceo.) διατάσσομαι, id est, ordino, siue instituo. Doceo, ordino.

Non adducat preputium.) μὴ ἐπισπάσθω, id est, ne ascisca, ut subaudias præputium.

Vnusquisq; in quo uocatus est frater.) ἀδελφοὶ, i. fratres, multitudinis numero, idq; duntaxat in hac posteriore parte. Præterea in hoc, repetitum est ex superfluo iuxta proprietatem sermonis Hebraici, quemadmodum & paulo superius, Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. Consilium autem do.) γνώμην δὲ δίδωμι, id est. sentẽtiam aũt do, siue dico id quod mihi uidet optimũ, hoc est, profero meam super hac re sententiam. Et ne contemnatur, addit hoc se misericordia diuina consecutum, ut super ea re dicat bona fide quod optimũ putet uelut apostolus.

Propter instantẽ necessitatẽ) ἐνεστῶσαν. Græci ἐνεστῶτα uocant præsens tempus, & hos imitatus Fabius instans appellat. Ambrosius legit, propter præsentẽ necessitatẽ, nimirum intelligens præsentem illorũ temporũ statum. Oportet enim huiusmodi consilia pro temporum ratione moderari. Idq; confirmat ea quæ superius a nobis dicta sunt.

Tribulationem carnis.) Græce est τῇ σαρκὶ, id est, carni, siue in carne. Nec est cur Valla reijciat hac gratia expositionem Ambrosianã, ac cæterorũ omniũ qui tribulationẽ carnis, interpretantur incõmoda huius mundi, ueluti lites cũ affinibus, curã liberorũ, sollicitudinẽ rei domesticæ, & id genus alia sexcenta, quæ matrimoniũ comitantur. Paulus em̃ suo more carnẽ uocat, quod pinguius est & crassius, & ab illa diuini spiritus puritate simplicitatéq; recedens. Sic autem dictum est, habere tribulationem carne, quemadmodum dicimus, affligitur animo, aut cruciatur corpore. Tribulationem habere carne.

Tẽpus.) ὁ καιρὸς συνεσταλμένος .i. tempus cõtractũ, quod Hieronymus aduersus Iouinianũ uertit, tẽpus in collecto est. Et quod sequitur τὸ λοιπὸν, potest ad superiora referri, ut legas, tempus quod superest contractũ est. atq; ita Græci uident̃ legere, nominatim Vulgarius. Et eundẽ ad modũ Ambrosius, ut ex illius interpretatione colligit̃. Quod si placet sequi, coniunctio ut, quæ sequitur, nõ accipietur εἰδικῶς, sed ut consequentiam declaret, uelut in hac oratiõe, Omnis hæc uita breuis est, ut si quid etiam uoluptatis habeat matrimonium, negligendum sit ob hoc ipsum quod breui dilapsurum.

Tanq; nõ utantur.) ὡς μὴ καταχρώμενοι .i. tanq; non abutentes. q; q; hoc abutentes nihil aliud est mea sententia, q; utentes, licet Vulgarius existimet interesse nõnihil. & utẽtes nihil aliud q; tractantes. Præterit em̃ figura.) παράγει. Faber Stapulensis emendat, decipit, quod ipsa uox uideatur ita sonare παράγειν, quasi seducere, siue a uia abducere. Verũ huius uerbi cõposita sæpenumero & neutralia usurpant̃, ut ὑπάγω pro abeo, quod non semel positũ in euãgelicis literis ὕπαγε ὀπίσω μου. Et apud Ioannẽ ca. 9. καὶ παράγων ὁ ἰησοῦς, & præteriens Iesus. & apud eundẽ ca. 14. ἄγωμεν ἐντεῦθεν, eamus hinc. atq; id sanè magis quadrat ad Pauli sententiã, & ita exponũt Græca scholia παράγει, παρέρχεται. Quod aũt dixit σχῆμα, hoc est, figura, perinde est quasi dicas, habitus, siue status. Annotauit emphasin nominis & Vulgarius, quod mundus hic nihil habeat solidi, sed speciẽ modo quandã bonorũ ac malorũ præ se ferat. Stapulensis

Qui sine uxore est.) ὁ ἄγαμος .i. qui celebs est, siue incõiugatus. Mirum cur interpreti placuerit periphrasis cũ suppetat latinis uerbum propriũ, quo certe usus est Cyprianus in secũdo tractatu de habitu uirginũ. Celebs cogitat ea quæ sunt dei, quomodo placeat deo. Qui autẽ matrimonium contraxit &c.

Quomodo placeat deo.) Græcis domino est, non deo, τῷ κυρίῳ. Deinde sequitur, ut sit sancta, & corpore & spiritu, gemina coniunctione.

Et diuisus est.) Longe alius sensus est apud Græcos. siquidẽ uerbum μεμέρισται, non ad ea quæ præcedũt, sed ad sequẽtia referr̃, μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος, id est, diuisa est, siue diuisa sunt & uxor & uirgo, hoc est, diuerso uitæ studio sunt. deinde explicat discrimen uitæ. In eam sententiam interpretatur Vulgarius. Citatur hic locus emendate aduersus Heluidium, etiamsi nonnihil mendi asperserant hic quoq;. quanq; ex ipsa sermonis cõtinentia palam̃ est Hieronymum sic accipere, ut nos interpretamur, nempe cum ait, Vide quãtæ felicitatis sit, quæ & nomẽ sex⁹ amiserit. At rursus idẽ in priore aduersus Iouinianũ libro, reijcit hanc lectionẽ, quã fatet̃ quidẽ esse in latinis codicibus, & a se p̃ loci qualitate sic fuisse edissertã, uerum nõ esse ueritatis apostolicæ, à quo sic fuerit scriptũ, Sollicitus est, quæ sunt mũdi, quõ placeat uxori, & diuisus est. Deinde hac absoluta sentẽtia, trãsiens ad uirgines Hieronymus a seipso dissentiens.

uirgines & continentes ſubiecit, mulier innupta & uirgo cogitat quæ ſunt domini. uulq́ que per interpretationem additum eſſe uirginem, ne putemus innuptas meretrices hoc ſermone comprehendi poſſe. aut certe elegantiæ cauſa bis idem eſſe dictum. unde conii cere licet exemplaria Græcorum, illa quoque tempeſtate uariaſſe. Siquidem in codicibus Græcorum hodie legimus ad hunc modum, ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾶ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος, hoc eſt, qui uero duxit uxorem, ſol licitus eſt de his, quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori. deinde interpoſito puncto ſe quitur, Diuiſa eſt mulier & uirgo. Proinde quod Hieronymus ſcribit eſſe in latinis codici bus, hodie in Græcis habetur. & quod ait eſſe apoſtolicæ ueritatis, hoc legitur in uulgatis latinorum exemplaribus. Verum utrocunque modo legas, eadem fermè conſtat ſenten tia. Diuus Ambroſius ita legit, Qui autem cum uxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt huius mundi, quomodo placeat uxori, & diuiſus eſt. Diuiſa eſt mulier & uirgo. idq́ exponens ſubiicit, diuiſa nō utique natura, ſed actu. quia legimus in Numeris, mulieres uirgines ap pellatas. quibus ex uerbis palam eſt, Ambroſio Paulum ſentire, diuerſum eſſe ſtudium mulieris & uirginis. At idem in libello de uiduis aliter citat hunc locum, Iuxta quod ſcri ptum eſt, inquiens, & mulier innupta, & uirgo cogitat quæ domini ſunt, ut ſit ſancta cor pore & ſpiritu. Quæ quidem palam arguunt Ambroſij quoque codices hoc loco uariaſ ſe. Illud addam, hoc certe loco rectius γυνὴ uertiſſet uxorem quam mulierem. tametſi uox ea utrunq́ ſignificat. Ad eundem modum citat Hieronymus, tum aliis aliquot locis, tum in epiſtola ad Euſtochium de uirginitate.

Ambroſius a ſeipſo diſ ſentiens.

Virgo cogitat.) μεριμνᾷ, id eſt, curat ſiue ſollicita eſt, quemadmodū ſuperius uerterat.

Quod honeſtum eſt, & quod facul. præb.) Græce ſic habet, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὐσχήμον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως. Quæ quidem ad uerbum traducere difficillimum fue rit. eſt autem huiuſmodi fermè ſententia. Sed ad id quod honeſtū eſt ac decorum, & ut in diuulſi ſemp aſſideatis & adhæreatis domino. Diuus Hieronymus aduerſus Iouinianū, teſtatus Græcam proprietatem reddi non poſſe, explicuit ſententiam huius loci ad hunc modum. Hoc autem ad utilitatem ueſtram dico, non ut laqueū uobis iniiciam, ſed ut ad id quod honeſtum eſt, & intente facit ſeruire domino, abſq́ ulla diſtractione uos adhor ter. Addit hanc ſententiam in latinis codicibus omnino nō inueniri propter interpretati onis difficultatē. Certe apud Ambroſium abeſt huius ſermonis clauſula, ſic em̄ legit, Hoc autem ad ueſtram ipſorum utilitatem dico, ut non laqueum uobis iniiciā, ſed ad id quod honeſtum eſt. Hic finit ſermonem, neq́ in interpretatione ſignificat amplius legiſſe ſe. Hie ronymus εὐσχήμον uertit honeſtum, & τὸ πρόσεδρον τῷ κυρίῳ reddidit, quod intente fa cit ſeruire domino, & pro ἀπερισπάστως poſuit, abſq́ ulla diſtractione. Mirum autem quid ſecutus Carrenſis, hic pro obſecrandi, legat obſeruandi, atq́ adeo exponat. niſi for te interpres ſcripſerat domino obſeruiendi, quod aliquis uerterit in obſecrandi. Certe apud Græcos nulla obſecrandi mentio.

Hæc olim in latinis exem plaribus nō habebant.

Turpē ſe uideri exiſtimat.) εἰσέ τις ἀσχημονεῖν, id eſt, ſi quis turpe aut indecorū exiſtimat in uirgine. Auguſtinus in quæſtiōibus ſuper Numeros pentateuchi, indicat quoſdam uir ginem hoc loco interpretari uirginitatem. At horum ſententiam non approbat, quod ni hil aliàs comperiatur adſimile in diuinis libris. Sētit enim Paulus de parentibus elocanti bus nuptum filias, citra quorum autoritatem nō erat ratus matrimonij contractus. quod utinam & his temporibus ſeruaretur, præſertim in ea ætate, cui nondum ſatis conſtat uel conſilium uel iudicium, maxime cum uſq́ adeo placeat, ſemel initum quocunque pacto connubium, non alia re quam morte dirimi. Cæterum ut hæc ad parentem potius quam ad uirginitatem referantur, ſuadent quæ ſequuntur. igitur & qui matrimonio iungit uirgi nem ſuam. &c. Atq́ ita ſanè ediſſerit hunc locum Vulgarius.

Virgo pro uirginitate.

Si fuerit ſuperadulta.) ὑπέρακμος. nam id uertit ſuperadultam, cuius flos iam præterie rit. Quod Ambroſius ita reddidit, ſi ſit ultra pubertatem, id quod uulgo rideri ſolet, cum anum uocant uirginē. Solent & infamiæ eſſe obnoxiæ uirgines admodum adultæ.

Superadulta ὑπέρακμος.

Non peccat ſi nubat.) γαμείτωσαν, id eſt, nubant. quanq́ uerbum γαμεῖν commune eſt uiro ducenti uxorem, & puellæ nubenti uiro. Vnde ſubito Paulus mutato numero uerbi, ſponſum & ſponſam reſpexit, aut certe ad eum qui locat filiam & ſponſum.

Nam qui

Nam qui ſtatuit.) ὃς δὲ ἕστηκεν, id eſt, qui uero ſtat firmus. niſi quod uerbum ἵστημι & ſtatuo ſonat Græcis & ſto. Poteſtatem autem ſui habens.) ἔχει habet, non habens, quanquam hic uariant exemplaria. Et hoc iudicauit.) Melius decreuit, ſiue ſtatuit, hoc quidem loco, κέκρικεν, quod aliàs ita uertit. Liberata eſt à lege, cui autem uult, nubat.) Græca paulo ſecus habent, ἐλεύθερα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι, id eſt, libera eſt ut nubat cui uelit, ſiue ad nubendum cui uelit. Quanquam quod ſemel in huius operis initio ſum teſtatus, perpetuo teſtatum haberi par eſt, in toto opere, me nuſquam eſſe uelle contentioſi dogmatis autorem, tantum iuuandi ſtudio monere ſtudioſos, ſemper inconcuſſo & illabefacto iudicio ſacroſanctæ eccleſiæ, & eorum quibus uberius donum eruditionis ac ſapientiæ contigit à Chriſto, tamen idem hoc loco nominatim teſtor ob quoſdam in hiſce rebus captioſiores, & pure Chriſtianum hominem deceat. Porrò ut non arbitror contumelioſum à quoq; autore q̃libet magno aut uetuſto diſſentire, ita non grauatim à meipſo diſſentiam, ſi quis adferat quod ſit rectius, etiam ſi ſit idiota qui doceat. Scio receptiſſimum eſſe inter Chriſtianos ubi ſemel coĩt matrimoniũ, nullo pacto poſſe dirimi, niſi morte alterius. Atq; in hac ſententia propemodum fuiſſe Origenẽ & Chryſoſtomũ (ſine dubio certe fuit Hieronymus & Auguſtinus), eamq; ueterum epiſcoporum conſtitutionibus & decretalium legum autoritate eſſe confirmatam, quas ex hoc potiſſimum loco natas apparet, deniq; & theologicarum ſcholarum conſenſu comprobatam. Cæterũ ſi ſemper hoc bonis uiris cordi fuit, opinionem in melius commutare, & leges ceu pharmaca conuenit ad morborum habitum ac rationem accommodare, conſyderemus an hic expediat idem fieri, etſi expedit, an liceat, ut matrimonia quædam dirimantur, non temere, ſed grauibus de cauſis, neq; per quoſlibet, ſed per eccleſiæ præfectos, aut iudices legitimos, & ita dirimant̃, ut liberum ſit utriq; cui uelit iungi, aut alteri certe qui diuortio non dederit cauſam. Primum enim hoc eſt apoſtolicæ pietatis, omniũ ſaluti quoad licet conſulere, & infirmis etiam eccleſiæ membris ſua cura ſuccurrere. Videmus autẽ tot hominum milia, infelici coniugio ſibi cohærere cum exitio utriuſq;, qui fortaſſe diſiuncti ſeruari poſſent. Quod ſi fieri poſſit citra iniuriam diuini præcepti, optandum opinor omnibus pijs. Sin minus, uotum tamen ipſum pium arbitror, præſertim cum charitas optet nonnunq; & quæ fieri non poſſunt. optat Moſes deleri de libro uitæ, optat Paulus anathema fieri à Chriſto pro fratribus. Non defuerunt autẽ qui ita ſenſerint à recte dirempto matrimonio licuiſſe cum alia copulari. ne quis protinus hanc propoſitionem uelut inauditam, & modis omnibus abſurdam exiſtimet explodendam, & indignam quæ uocetur in diſputationem. Siquidem Origenes homilia in Matthæum ſeptima, teſtatur ſibi notos fuiſſe quoſdam epiſcopos, qui permiſerint uxoribus quæ cum uiris diuortium fecerant, alijs nubere uiris, ac fatetur hoc ab eis factum aduerſus præceptũ domini ac Pauli. ſed tamen factum non damnat, quod exiſtimet illos probabili cauſa adductos id permiſiſſe, ne quid deterius cõmitteretur, nimirum obſecutos duriciei cordis, quo conſilio Paulus permiſerit & uiduis incontinentibus ſecundas nuptias. Quod exemplum ita confert Origenes, ut durius uideri uelit uiduæ quæ libidinis, non prolis gratia maritum alterum deſyderet permittere nouas nuptias, & uiro permittere, ut reiecta uxore adultera, ducat ſe digniorem. Deinde non uidetur addubitare, quin uiro liceat cui permittit Euangelium ob adulterium repudiare, nec Paulus huic præcipit ut uxori reconcilietur, ſed annotauit Origenes ab epiſcopis hoc etiam uxoribus permiſſum, quod Paulus nominatim uidetur prohibere. Eiuſdem opinionis fuit Pollentius quidam, uir ut apparet grauis & eruditus, contra quem libris duobus agit Auguſtinus. ſed agit non ut cum hæreſiarcha, ſed ut cum Antagoniſta. Itaq; refellit illius ſententiam, ut hæreſeos crimen non intentet. Quin & diuus Ambroſius ſine controuerſia, uir non orthodoxus modo, uerumetiam probatæ ſanctimoniæ, tribuit uiro ius ducẽdi alteram uxorem, ubi priorem ob culpam admiſſam repudiarit. Neq; dubium eſt, quin is epiſcopus exercuerit in ſuis quod recte iureq; fieri ſcripſit. Scripſit autem enarrans caput epiſtolæ ad Corinthios prioris ſeptimum, hunc in modum, Et uirum uxorem non dimittere. ſubauditur autem, excepta fornicationis cauſa. Et ideo nõ ſubiecit dicens de muliere, quod ſi diſceſſerit manere ſic, quia uiro licet ducere uxorem ſi dimiſerit uxorem peccantẽ, quia non ita lege conſtringitur ſicut mulier,

Non eſt contumelia diuerſum ſentire.

Leges ut pharmaca pro morbis mutantur.

Charitatis uotum.

Mitigat propoſitionem.

Diremptæ olim matrimonia ab epiſcopis.

Origenes.

Pollentius.

Ambroſius uiro facit ius ducendi alteram.

Caput enim mulieris uir est. Idem paulo superius. Quod si se, inquit, continere non potest, quia pugnare non uult contra carnem, uiro reconcilietur. Non enim permittitur mulieri ut nubat, si uirum suum causa fornicationis dimiserit, aut apostasiæ, aut si illicite impellente lasciuia, usum quærit uxoris, quia inferior non omnino hac lege utitur qua potior. Si tamen apostatet uir, aut usum quærit uxoris inuertere, nec alij potest nubere mulier, nec reuerti ad illum. Hic cum ait, quia inferior non omnino hac lege utitur qua potior, uidetur tacite tribuere marito ius ducendi alterã. At aliquanto post, & uxori tribuit ius alteri nubendi uiuo marito priore. Enarrans enim Pauli uerba, Non est enim frater aut soror seruituti subiectus in huiusmodi, ait, Hoc est, non debetur reuerentia coniugij, ei qui horret autorem coniugij. Non enim ratum est matrimonium quod sine dei deuotione est, ac per hoc non est peccatum ei qui dimittitur propter deum si alij se iunxerit. Contumelia enim creatoris soluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur, ne accusetur alij copulatus. Infidelis autem discedens, & in deum & in matrimonium peccare dignoscitur, quia noluit sub dei deuotione habere coniugium. Itaque non est ei fides seruanda coniugij, quia ideo recessit, ne audiret autorem esse Christianorum deum coniugij. Nam si Esdra dimitti fecit uxores aut uiros infideles, ut propicius fieret deus, nec iratus, si alias ex genere suo acciperent, non enim ita præceptum his est ut remissis istis alias minime ducerent, quanto magis si infidelis discesserit, liberum habebit arbitrium, si uoluerit nubere legis suæ uiro. Illud enim non debet imputari matrimonium quod extra legem dei est. Neque enim arbitror hic cauillari quenquam posse, Ambrosium agere de muliere, quæ per imprudentiam nupserit marito pagano, quem credebat esse Christianum. cum Paulus permittat coniunctionem, si consentiat infidelis. Quod si hic error intercesserit, in contrahendo nullo iure poterit cum illo manere cum quo non potuit contrahere matrimonium. Sanè frigidum est quod Petrus Lombardus adducens eum locum ex Ambrosio, quem nos primum recensuimus libro sententiarum quarto, sic diluere conatur, ut dicat hæc uerba à falsarijs indita libris Ambrosianis, cum & stilus ad unguem congruat, neq; quicquam alioqui sit illic asscriptum uice commentarij. Nihil negotij fuerit quemuis nodum ista ratione dissoluere si quis recipiat. Sunt in libris Cypriani, sunt in Hieronymi, sunt in Augustini, sunt in Thomæ, quæ reijcit ecclesia. Cur nõ in his omnibus eodem utimur cresphygeto, moxq; occinimus, à falsarijs subdita sunt? Iam nemo poterit inficiari, leges Christi multo æquissimas esse, longeq; præcellere, siue cum lege naturali, siue cum humanis legibus conferantur. Christus uirginitatem non exigit, ne uideatur cum natura pugnare, licet beatos pronunciet qui hoc possint capere. sed addit, propter regnum dei. Regnum autem dei uocat Euangelij prædicationem, ut hoc ipsum ad ea tempora proprie pertineat. Est tempus nubendi, est tempus abstinendi à nuptijs. An igitur æquum uidetur, ut maritus cum uxore flagicijs operta, quibus neq; causam dedit, nec mederi possit, cogatur uiuere, cum qua uiuere non sit uiuere. aut si diuertat, compellatur omnem ætatem orbus, destitutus, ac uelut euiratus degere? Sit æquum ei qui diuortio causam dedit, adimi ius iterandi coniugij. cur is plectitur qui nihil est commeritus, nisi quod parum feliciter duxit uxorem? At quis unquam audiuit fortunam puniri, si absit culpa, præsertim lege diuina? Quid est hoc aliud quam afflicto afflictionem addere, cui subuentum oportuit? Nam quod spurijs aut nothis ad quosdam honores & commoda intercluſus est aditus, primum humanis legibus intercluſus est non euangelicis. Deinde sic uisum est ulcisci parentum intemperantiam. Postremo non sic intercluſus est, quin sua uirtute possint fortunam sarcire. Quanquam nec omnino simile est, non admitti ad dignitates, & per omnem uitam cruciari, & nulla sua culpa, tantis obijci periculis. Si facit adulteram, qui sine legitima causa repudiat uxorem, & non facit adulteram, qui uetat inire matrimonium, cum eo sit habitu corporis, ut castitas non sit exigenda? Quod si res palam pugnat cum æquitate naturali, uidendum est an secus interpretanda sint, quæ super hac re leguntur in Euangelicis & apostolicis literis. Liceat enim hic quod in alijs sacræ scripturæ locis facere non ueremur. Excutiamus, quando, quibus, qua occasione dictum sit, & fortassis ueram germanamq; sententiam deprehendemus. Neq; uero statim hic reclamet aliquis, O cælum, o terra, hic conuellit decreta ecclesiæ. Primum non conuello,

Etiam uxori permittit alicubi nubere a diuortio.

Magister sententiarũ.

Argumentũ ab æquitate.

Non solum iniquum & crũdele, uerum etiam periculosum uidetur immeritum arcere a matrimonio.

Interpretatio locorum.

conuello,ut ante teſtatus ſum,ſed diſputandi gratia confero.Deinde ſi nuſquam ſua placita mutauit, uel eccleſia,uel Rhomanus pontifex, non poſtulo ut hic quicquam demutet.Sin comperitur idem aliàs feciſſe in rebus per ſe quidem grauioribus, ſed fortaſſe nõ perinde facientibus ad ſalutem mortalium, cur idem hic uereamur facere, cum hac uia tot hominum ſaluti liceat conſulere? Chriſtus non grauatur ob unam ouiculam luſtratis omnibus obambulare, quam humeris reducat, & nos grauabimur experiri ſi qua tam multis pereuntibus ſuccurri poſſit, præſertim cum Chriſtus ſalutis ſit autor, & humanæ leges non aliter ualere debeant, niſi quatenus ad ſalutem conducunt hominum. Denique cum plerique Theologi tantum autoritatis tribuant Rhomano pontifici, ut poſſit abrogare quod ab apoſtolis, atq; adeo ab ipſo Petro ſit inſtitutum. Nec deſunt qui uocent in quæſtionem, num ius habeat & aduerſus Euangelicam doctrinam ſtatuendi quippiam. Nec prorſus abnuunt, quin aliqua ratione poſſit, ſi non abrogando quod ſtatuit Chriſtus,certe uel interpretando,uel aſtringendo, uel relaxando, quod non ueritus eſt Paulus quoties ait,Ego non dominus, ſecundum indulgentiam agens non ex imperio. Porrò quod ad matrimonium attinet, Ioannes Andreæ grauis apud Iureconſultos autor,aſſeuerat Rhomanum pontificem poſſe cõſtituere, ut per ſecundum matrimonium irritaretur prius,non conſummatum, ſicut irritatur per ingreſſum religionis. Et in huius ſententiam pedibus diſcedit Panormitanus, quod liquet ex horum commentarijs in capitulum,quod uotum,titulo de uoto & uoti redemptione,libro ſexto. Item in capitulo, ex publico,de cõuerſione coniugatorũ.In actis Apoſtolorũ, ſolenni celebriq; cõſilio decretum ac prouulgatũ eſt,ut qui ex paganiſmo cooptarent in Chriſtianos, abſtinerẽt ab idolothytis,à ſuffocato animante,à ſanguine,& à ſtupro.Conciliabulum dici non poteſt tam frequens cœtus,acephalum dici non poteſt,ubi Petrus aderat ipſe.Et tamẽ quod ibi decretũ eſt,adeo eſt antiquatũ,ut nunc iudaizare crederet, qui abhorreret à gallina ſuffocata,aut fartis ſanguine diſtentis.Nec ledimus interim apoſtolicam maieſtatẽ, tantũ excuſamus hoc ad tempus fuiſſe conſtitutũ,ob placandos Iudæorũ animos.Paulus uetat epiſcopũ fieri qui neophytus ſit, aut percuſſor,aut uinolentus. At hodie Rhomanus Pont. uel heri baptizatũ,uel piratam publicũ admittet ad honorẽ epiſcopalem,ſi uideatur,nihil deterritus Paulina conſtitutione. In Synaxi tranſſubſtantiationẽ, ſero definiuit eccleſia, diu ſatis erat credere, ſiue ſub pane conſecrato, ſiue quocunq; modo adeſſe uerum corpus Chriſti. Vbi rem propius contemplata eſt, ubi exactius expendit, certius præſcripſit. Non erant hæretici qui olim credidiſſent ſpiritum ſanctum à patre duntaxat procedere, & haud ſcio an maxima pars Chriſtianorum primitus ita crediderit. Expenſa re, definijt,quod hodie ſequimur. Idem uidetur accidiſſe in conceptione beatæ uirginis, ſi tamẽ hoc eccleſia ſic definijt,ut hæreticus ſit habendus qui dubitet. Nam mihi nondum ſatis liquet. Nullus opinor eccleſiam Chriſti, quæ conſtat hominum conſortio, ſic omni prorſus errore liberat, ut nihil ignoret. Satis eſt hactenus uacare errore, ut religionis ac fidei ſumma conſtet.Nam fieri poteſt, ut de die paſchæ ſtatuendo labatur in numero eccleſia,cum is error ad pietatis aut fidei negocium proprie non pertineat. Porrò ſi uerum eſt,quod quidam aſſeuerant, Rhomanum pontificem errore iudiciali nõ poſſe unquam errare, quid opus generalibus concilijs, quid opus in concilium accerſere Iureconſultos, ac Theologos eruditos,ſi pronuncians labi non poſſit? Cur datus eſt appellationi locus, uel ad Synodum,uel ad eundem rectius edoctum,poſteaquam ſemel de cauſa pronunciauit pontifex? Quorſum attinet tot Academias in tractandis fidei quæſtionibus diſtorqueri,cum ex uno pontifice, quod uerum eſt,audire liceat? Imo qui fit, ut pontificis huius decreta, cum illius pugnent decretis? Vt enim taceam de Formoſo, nonne papa Ioannes uigeſimuſſecundus,& Nicolaus decretis totis inter ſe pugnant, idq; in his quæ uidentur ad fidei negocium pertinere? Quorum alter pronunciauit iudicialiter,ut illorũ more loquar, Chriſtum & apoſtolos nihil habuiſſe,nec in commune,nec priuatim.Alter contra pronunciat,habuiſſe.Id ex ipſorum extrauagantibus licebit cognoſcere.Sed propius ad id quod hic agimus facit,quod Innocẽtius tertius, ac Celeſtinus de matrimonio dirimendo prorſus pugnantia definierunt.Quorum hic ius facit alteri coniugum iterare

Pontifex an poſſit ſtatuere aliquid aduerſus apoſtolorũ decreta.

Ioannes Andreæ.

Apoſtolorũ decreta mutata ſunt.

Pauli conſtitutio.

Tranſſubſtantiatio.

Conceptiõ beatæ uirginis.

Error citra periculum bonorũ mõrum aut fidei.

An ſummus pontifex errare poſſit error iudiciario.

Cõtrarietas in pontificũ decretis. Ioannes. 22. Nicolaus.

Innocẽtius .3. Celeſtinus.

matrimonium, si alter fuerit in hæresim prolapsus. Innocentius negat, quemadmodum legimus libro decretal. quarto, titulo de diuortijs, cap. quanto. Nec illic dissimulat Innocentius quendam prædecessorem suum secus statuisse, Celestinum indicans, ut aperit glossema, declarans Celestini super hac re constitutionem, olim extitisse in decretalibus libro. 3. titulo de conuersione infideliũ in fine. Id eo magis uerisimile est, quod is titulus

Pelagius. paucissimis constet capitibus, ut intelligas esse decurtatum. Præterea Pelagius, ut extat in decretis distinctione trigesima prima, cap. ante triennium. constituerat ut hypodiaconi Siciliæ ab uxoribus abstinerent, quas ante constitutionem legitime duxerant. Id de-

Gregorius. cretum uelut iniquum, & cum Euangelico pugnans præcepto, retractat & abrogat Gregorius, eius nominis primus qui Pelagio successit, statuens, ut in posterũ nemini ad eum ordinem pateret aditus, nisi uouisset castitatem. Cæterum durum & iniquum esse, ut ad castitatem cogatur, qui non uouerit castitatem, nec ulla culpa commeruerit, ut eò debuerit compelli. At quod hic iniquum uidetur Gregorio, non uisum est iniquum Innocentio tertio, loco, quem modo adduximus, qui ita respondet ijs qui obijciebant, præter æquum uideri, coniugem relictum suo iure priuari sine culpa. præsertim cum contumeliosior sit in Christum qui baptizatus recidit in hæresim, aut paganismum, quam qui natus ethnicus recusat ad Christi professionem conuerti. Ad hæc seculis aliquot hanc sententiam amplexa est ecclesia Mutinensis, ut qui contraxisset cum Barbara uerbis legitimis, & ex animo, sed non intercedente coitu, postea cõtraheret cum Cornelia, & coitum

Innocentius adiungeret, cogeretur priore relicta, posteriori conuiuere. Id palam rescindit Innocentius Rhomanus Pontifex, ex diametro quod aiunt, diuersam pronuncians sententiam, uidelicet priorem esse legitimam uxorem, quod cum posteriore sit actum, adulterium esse non matrimonium, ut proditum est libro decretalium epistolarum quarto, titulo quarto,

Alexãder. 3. cap. tuas dudum. & eiusdem tituli, cap. licet. Alexander tertius indicat suo rescripto fuisse statutum ac definitum aliquando à prædecessoribus suis, id est Rhomanis pontificibus, quod in Mutinensi ecclesia damnat Innocentius. Quanto id periculosius, quam causa diuortij? & tamen hic decreta pontificum mutauit Rhomanus pontifex. ut non commemorem interim, quod in causa fidei schola Parisiensis aliquando publicitus improbarit Rhomani pontificis sententiam, eumq; ad palinodiam compulerit, si qua fides historijs. Sed quid ego de Pelagijs, aut Alexandris loquor, aut Innocentijs, cum non puduerit Pe-

Petrus mutauit sententiam. trum apostolorum principem, melioribus auscultare, posteaquam admonitore Paulo, suum agnouit errorem? si tamen amplectimur hac in parte diui Aurelij Augustini sententiam. Iam ut demus coniugium esse legis diuinæ, certe pleraq; quæ circa matrimoniorum causas tractantur, ad ius positiuum pertinent, ueluti de gradibus, de impedimentis, de rescissionibus. Neq; hæc decreta à Synodis celebribus profecta sunt ad nos, sed à priuatis pontificum responsis, quibus huius aut illius consultationibus pro tempore, quod æquum uideretur, respondebant. nonnunquam & à seipsis dissentientes. Atq; hæc constitutio de qua nunc agimus, primum, opinor, ab uno aut altero episcopo profecta est, deinde paulatim latius serpens inualuit. Homines erant illi, & nemo nescit quantum ualeat semel recepta consuetudo. Nec mirum est ueteres illos tam iniquos fuisse diuortio, quod & apud ethnicos semper fuit odiosum, qui cõiugium etiam egre admiserint, egrius

Loca quæ uidentur prohibere diuortiũ. Matthæi. 5. digamiam. Hæc eo produximus, ne quis statim uelut absurdam reijciat disputationem de mutandis diuortij legibus. Sed iam si placet, excutiamus diuinorum uoluminum locos, unde uidemur ad hanc legem recipiendam fuisse compulsi. Dominus noster Christus apud Matthæum, cap. quinto. tradens cælestem illam suam philosophiam, & absolutum præscribens exemplar, cuiusmodi suos esse uoluerit, loquitur ad hunc modum. Dictum est autem, Quicunq; dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico uobis, quod omnis qui dimiserit uxorẽ suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat. Verum cum eodem in loco complura doceat, quæ pure germaneq; Christianis digna sunt, cur in cæteris omnibus recipimus interpretationẽ, in uno diuortio tam rigidi sumus, ut magis etiam astringamus uerba Christi? Etẽ cum ille reliquerit marito unam causam repudiandæ coniugis, nos eam multis

modis

modis astringimus. Primum ita licebit diuertere, ut postea uiuat castratus & orbus. Deinde si post suspitionem adulterij rem habuerit cum uxore, excidit à iure repudiandi. Ad hæc si ipse quoq; fuerit adulter, cogetur cum adultera cohærere. Postremo particulam exceptionis huc detorquemus, non ut ius faciat marito repudiandi, sed ut si repudiet, nõ facturus sit adulteram, quandoquidem iam adulteram abijcit. Diuortium interim appello, uerum & quale solum illa nouit ætas, à quo licebat à repudio prioris alteram ducere. Nam quod nos interpretamur diuortium, cum dirimitur domestica consuetudo, manente coniugij uinculo, quis unquam ueterum uel Theologorum, uel Iureconsultorum appellauit diuortiũ? sed de hoc mox. Hac igitur una in parte tam mordicus tenemus summum, quod aiunt, ius, in cæteris q̃uis recipiẽtes interpretationẽ. Vetat mihi, ne iuremus omnino, uetatq; multo seuerius quam diuortium, & pluribus uerbis inculcat, & tamẽ ob treis drachmas iuramus passim, sic excusantes, non est iurandum temere. Cur non item, non est diuertendũ ab uxore temere? Vetat ille irasci, mox subijcimus, temere. Vetat ille compellare quenquam contumelioſius, nos etiam colaphos impingimus, denicq; occidimus, & excusamus non ledendi, sed castigandi animo. Vetat ille ne munus offeramus, ni prius reditum sit in gratiam cum fratre. excusamus si petat ille sibi ignosci, & si satisfaciat. Vetat ire ad iudices pro credito, sed rem transigi iubet cum aduersario. Nos ob sex obolos conijcimus proximum in uincula, & iure agere dicimur. imo definimus peccare eum & negligentiæ reum agimus, qui ius suum hac uia non persequatur. Vetat iniuriam iniuria retaliare, etiam iure. Nam antiquitus talionis pœna sine iudicio, ni fallor, non permittebatur. Nos ob paucos nummos subductos, hominem ad suspendium adigentes, excusamus, ius persequor non uindictam. Vetat ille resisti malo, nos excusamus consilij esse, nõ præcepti, licere nihilo secius uim ui repellere. Et ne singula persequar, iubemur diligere inimicos, bene mereri de male merentibus, bene precari male precantibus. Excusamus optabo inimicis mentem meliorem, signa familiaritatis non teneor exhibere. Postremo communis excusatio opponitur omnibus, perfectis hæc præcipiuntur. Neq; quisquam interim agnoscit perfectæ pietatis professionem, ut ista penè frustra dicta sint à Christo. Christus hæc locutus est, non turbis, sed discipulis. idq; in monte, depingens purissimam illam sui corporis partem, quam appellat regnum cælorum, cui nullis sit opus legibus. Quorsum enim opus præcepto, ne occidas, ubi nemo uel lesus irascitur? aut maledicit? ubi placat ultro etiam is qui iniuria affectus est? ubi quisq; mauult de suo iure concedere quam apud iudicem experiri? Quid opus lege quæ uetat adulterium, ubi nemo concupiscit quod alienum est? Quorsum opus iureiurando, ubi nec fallere studet quisquam, neq; diffidit quisquam? Quid opus, ut lex moderetur ultionis æquilibriũ, ubi diliguntur & hostes, ubi malefactum beneficio pensatur, cõuicium benedictis. Ita nihil opus libello repudij, ubi nemo malus est, aut si quid est humani uitij, uel tolerat inuicem uel sanatur. Pone talem populum qualem Christus optat, nec repudio fuerit opus, nec iureiurando. Quod si ob infirmos quos in tanto numero plurimos habet ecclesia, nemo uetatur legibus suum ius persequi, nemo uetatur uim à capite propellere, nemo uetatur iurare, modo ob rem & ne peieret, nemo cogitur bene mereri de male merentibus, cur unum hoc de diuortio promiscue exigimus ab omnibus? Si ob duriciam cordis permissum est Iudæis ob quamlibet causam uxorem abijcere, ne quid grauius admitterent, & uidemus inter Christianos, præter assiduas coniugatorũ rixas, grauiora discrimina, nimirũ cedes, ueneficia, incantamenta. cur cum idem sit morbus, non idem admouetur remedium? Non probat Paulus digamiam, & tamen ob incontinentiam permittit, quod non audet exigere, satius esse iudicãs nubere q̃ uri. Et nos de rigore diuortij nihil oñino laxamus? Iudæi quod Moses scripserat de libello repudij sic interpretabant, quasi maritis ius esset q̃libet leui de causa reijcere coniugem, puta si quid in corpore fœditatis offenderet. Sic enim interrogant Christum cap. 19. an licet quacunq; de causa dimittere uxorẽ? Id Christus astringit ad unam adulterij causam, non quod non sint alia flagitia adulterio scelleratiora, sed quod adulterium tota ratione pugnet cum coniugio. Matrimonium è duobus unum facit, eam copulam dissecat adulteriũ. Ergo suis Christus unam duntaxat causam indulget diuortij, Iudæis non adimit, quod indulsit Moses ob ingenij duriciem, negans ab initio fuisse sic. Si ut conditus erat homo perseuerasset, nullum erat futurũ inter ullos

Diuortium nouum a nõbis inuentũ.

Ius iurandũ

Ne irascaris.

Præcepti & consilij.

Circulus Christo proximꝰ ac pure Christianꝰ.

A causis.

Cur adulterium potissimum excipitur.

diuortium. Christus reuocans suos ad pristinam innocentiam, non uult diuortium, quia nō uult duros corde, & tamen Paulus indulget humanæ fragilitati, relaxans sæpenumero domini præceptum. Cur non idem faciat Rhomanus pontifex? Porrò quod obijcitur ex eodem loco, Quod deus coniunxit, homo ne separet, non magno negocio solui potest. Hoc deus coniungit, quod rite coniungitur, hoc deus dirimit, quod recte dirimit. Apud ethnicos non erat ratum matrimonium, nisi parentum aut tutorum autoritate comprobatum, ne apud Iudæos quidem, & tamen apud utrosq; aliquo modo dirimi poterat matrimonium. Apud Christianos facillime coit coniugium, & semel initum nullo pacto potest diuelli. Furtim inter pueros & puellas, p lenones ac lenas, inter stultos ac temulentos copulatur matrimonium, & tam turpiter initum indissolubile est, & quod magis est nouum, sic initum fit sacramentum. Nam quæ nos de consensu, & uerbis de præsenti, de rato, & non rato differimus, humanæ sunt interpretationes, non oracula dei. Fateor absq; mutuo consensu non coire matrimonium, sed consensum requiro sobrium. Consensum non per insidias, ac temulentiam extortum. Consensum ex amicorū consilio sic adhibitū, ut par est in re, quæ rescindi nunq; possit, & quæ mereatur inter ecclesiæ sacramenta numerari. Cæterū ubi cognitis causis, episcopus, aut alij legitimi iudices dirimūt huiusmodi matrimonium, nō hoc separat homo, quod deus coniunxit, sed quod male cōglutinauit puericia, quod uinum, quod temeritas, quod inscitia, quod male p lenas ac lenones, suos diaconos coniunxerat diabolus, hoc per suos ministros recte dirimit deus. Atqui diuortium, inquiunt, approbat ecclesia, sed hactenus ut uterq; maneat incōiugatus. Obsecro te an de hoc diuortio sensit Christus? A Iudæis interrogatur. Iudæis respondet. At illi nullum aliud nouerant diuortium, nisi quod adimeret ius repetendi dimissam, & daret ius ducendi alteram. Siquidem licuisse Iudæis etiam mulieribus, à repudio alteri nubere, uel illud est argumēto, quod sacerdos prohibetur repudiatam ducere, quæ lex superuacanea fuisset, si nō erat fas repudiatæ cuiq; nubere. Quod si Christus de uero diuortio locutus est, unde nobis hoc nouum diuortij genus, quod nomine uerius, q; re diuortiū est? Sed fingamus de hoc diuortio sensisse Christum, cum is unicam duntaxat repudij causam indulserit, cur Augustinus addit idololatriam & hæresim, nec alio titulo q; quod hæc sit quædam fornicatio. Atqui ad eam rationē uidetur omne facinus capitale, quod animam alienat à deo, fornicatio quædam dici posse. Cur nostræ leges tot casus adiecerūt, penè in numeros in quibus recipitur diuortiū? Hieronymus etiā ob adulterij suspitionē, pronunciat libere reijci uxorē. Vbicūq;, inquit, est fornicatio, & fornicationis suspitio, libere uxor dimittit. Si quid licet immutare in præceptis Christi, cur nō consulit saluti male cohærentium? Si nihil licet, cur ausi sunt ex unica causa tam multas reddere? Pontificiæ leges concedunt iterare coniugium alteri coniugum ad Christum cōuerso, si altera nolit ab impietate blasphemiaq; resipiscere. Christus fornicationem excepit, hunc casum nō excepit. Et tamen hic audemus concedere, quod illic non audemus. A frigido dimisso licet nubere, à sodomita dimisso non licet. Error cōditionis irritat cōtractum & cōsummatū matrimonium, ueluti si qua nubat seruo, quē credebat ingenuū. Error qualitatis nō dirimit. Quasi nō sit tolerabilius seruo iunctum esse, q; uenefico, aut mago, & homicidæ, aut etiam paricidæ. Quod leuius est nō exigitur, q; grauius est exigit. Sed iam si placet causas excutiamus, quibus adducti ueteres nō cōcedunt iteratū coniugiū, ne ob adulterij quidē crimē. Hieronymus hanc adducit causam, ne si duxerit adulteram, uideatur nō offensus prioris uitijs, sed auiditate formosioris mutasse cōiugem. Quin ipsius uerba subscribam. Et quia poterat, inquit, accidere, ut aliquis calumniam faceret innocēti, & ob secundam copulam nuptiarū, ueteri crimen impingeret, sic priorē dimittere iubetur uxorē, ut secundā prima uiuente nō habeat. Quod em̄ dicit tale est, si nō propter libidinem, sed propter iniuriam dimittis uxorem, quare expertus infelices priores nuptias, nouarū te immittis periculo? Nec nō quia poterat euenire, ut iuxta eandē legem uxor quoq; marito daret repudium. eadē cautela præcipit, ne secundum accipiat uirum. Et quia meretrix, & quæ semel fuerit adultera, opprobriū nō timebat, secundo præcipit uiro, q; si talem duxerit, sub adulterij sit crimine. Hactenus Hieronym⁹. At interim sepositā paulisper autoritate scriptoris, rem ipsam mecum expendat lector, num hæ satis graues sint causæ, cur innoxius maritus debeat uel alligari sceleratæ mulieri, uel orbitatis molestiam, & libidinis incendium ferre per

omnem

Quod deus coniunxit.

Idololatria fornicatio.

Quare non admittatur uerum diuortium.

omnẽ uitam,ne uel parũ prudẽs habeatur quibuſdã, quod rẽ quæ nõ ſucceſſerit,denuo ſit aggreſſus,quaſi turpe ſit,qui ſemel tempeſtatẽ expertus ſit,iterare nauigationẽ,aut qui in deligendo amico errauerit,quenq; aliũ in amicitiã admittere,uel intẽperans aut auarus qui formã aut dotem mutare uoluerit,nõ uxorẽ. Sed obſecro te ubi res erit acta per epiſcopos p probatos,& graues iudices,ubi diuortiũ horũ autoritate cõprobatũ erit,q dein de ſuſpicabunt̃,probi an improbi? Nimirũ improbi. Sed æquũ ne cẽſemus,ut ob aliquot improbos male ſuſpicaces,tãta calamitate premat̃ maritus innoxius,aut mulier innocẽs? Conſimiles fermè cauſas adducit Auguſtinus in libris ad Pollentiũ. Ne in contumeliã,inquit,prioris mariti uideatur alterũ prætuliſſe,néue nõ tam uideat̃ mariti uitijs offenſa diuertiſſe,q; recentis auiditate,iocũ etiã admiſcens,ac negans ob malorũ querelas oportere peruerti euãgeliũ. Atqui primũ euangeliũ nõ uetat iterare matrimoniũ,ubi iure dimiſeris uxorẽ. De Pauli uerbis mox loquemur. Deinde cũ nec Chriſtus,nec Paulus continentiã exigat ab ijs,qui continere nõ poſſunt,cur mali dicant̃,qui cõtinere nequeunt,nec ſe continentiæ uoto aſtrinxerũt? Corporis hoc uitiũ eſt,nõ animi. Cur autẽ pœnas dare cogit̃, qui nihil admiſit? imo qui afflictus eſt. Iam uero quod de ſacramẽto afferunt, cuiuſmodi ſit,uideamus,per qd̃ uolunt omne matrimoniũ ſemel contractũ eſſe indiſſolubile. Neq; em̃ hic Auguſtinus,qui tria bona ponit in matrimonio,cũ tertiũ ſacramentũ uocat,ſentit unũ è ſeptẽ ſacramentis,quod ipſum ſubnotare uidetur Petrus Lombardus diſtin.31. imo haud ſcio an hoc ſacramentũ ſeptimũ ueteribus fuerit cognitũ. Primum quod Dionyſius enumerans nominatim ſingula,& ſingulorũ uires,ritus ac ceremonias explicans,de cõiugio nullã facit mentionẽ. Nam quod cauſantur quidã,cõprehendi ſub ſacramẽto ordinis, id tale eſt,ut efficiat ne nihil reſpõdiſſe uidearis,cũ omnino nolueris obmuteſcere. Quaſi uero ijſdẽ ceremonijs cõſecretur ſacerdos,& ſponſus iungat̃ ſponſæ, ſaltẽ duobus uerbis nomen addidiſſet. præſertim cũ de eo tam multa ſcripſerit Paulus. Deinde cũ tot uolumínibus tractatũ ſit de matrimonio,uel à Græcis,uel à Latinis,nullus eſt locus unde liqueat illos coniugiũ inter ſeptẽ ſacramenta cõmemorare,præſertim cũ Auguſtinus cõiugij fautor,bona matrimonij diligenter recenſeat & inculcet. Quin Iouinianus,ſic impenſe fauẽs matrimonio,ut hac de cauſa iudicatus ſit hæreticus,cum utriuſq; teſtamẽti libros omneis excuſſerit,nihil nõ detorquẽs ad laudẽ matrimonij. non hoc tantũ & plauſibile ac palmariũ argumentũ,uel in primis produxiſſet,paſſim ita clamitãs,Matrimoniũ eſt unũ è ſeptẽ eccleſiæ ſacramẽtis. uirginitas nõ eſt. Nec opinor Hieronymũ tã libere ſtomachaturũ fuiſſe in digamos,ſi cõſtitiſſet & illic eſſe unũ è ſeptẽ ſacramentis. Porrò quod Paulũ ſecuti ueteres,matrimoniũ aliquoties uocant ſacramentũ,id ſentiũt opinor in copula uiri & uxoris,quoniã eſt arctiſſima amicitia,repræſentari typũ quendã & imaginẽ Chriſti, ſponſam eccleſiã ſibi copulantis. Et eſt quidẽ omnino res ſancta,ſacrãq; matrimoniũ rite ſeruatũ. & tamẽ typus eſſe poteſt rei ſacræ,quod p ſe ſanctũ nõ ſit. uelut Bethſabeæ erepta Vriæ,& Dauid iuncta,& Oſeæ ꝓphetæ fornicatio,quod palàm teſtatur Hieronymus. Ac rurſus nihil eſt neceſſe,ut typus p omnia reſpondeat. alioqui ſacramentũ nõ erit, ubi quis ſterilẽ habeat uxorẽ,aut ubi uxor fert maritũ ebrioſum aut infamẽ,aut aleatorẽ. Vt demus interim matrimonium hic accipi pro uero ſacramento,ſacramentum nõ erit,ubi uetulus ducit uetulã,ebrius ebriã,& tamẽ eccleſia agnoſcit ſacramẽtũ. Ne in hoc quidẽ cõueniet,qd̃ in noſtro cõnubio uxor alligata ſit uiro,& uir uiciſſim ſit in poteſtate uxoris,cũ Chriſtus nullo pacto ſit nobis obligatus. Alia ſexcenta referri poterant,in quibus imago nõ reſpondeat,matrimonij humani & myſtici. Neq; ꝓtinus iniuria fit ſacramẽto baptiſmi,ſi quidã illotã habent uitã. Neq; cõtinuo nõ eſt ſacramentũ cõiugiũ,ſi quibus uitijs cõtaminentur cõiugati. alioqui noſtro diuortio qd̃ tã facile indulgemus,fiet iniuria ſacramẽto Chriſti. Aliquo modo diſſoluimus,cũ Chriſtus modis omnibus adhæreat ſuæ ſponſæ. Deniq; ne morte quidẽ oportebat dirimi matrimoniũ,ſi poſtulem⁹ ut typus reſpõdeat undiq;. Imo ſi typũ urgeamus,interprete Origene,ſynagogã repudiauit Chriſtus,ut interfectricẽ mariti,cuius illa uox eſt,tolle tolle,crucifige eũ,& hac repudiata ſibi iunxit eccleſiam. Ad hãc imaginẽ licebit abijcere,quæ necẽ machinata ſit uiro,& alterã ſe dignã ducere. Certe mirũ eſt,cũ Græci ueteres cauſas exquirãt,cur ſit indiſſolubile matrimoniũ,nihil huiuſmodi uiſſe illis in mentẽ. Nemo cõtrahit matrimoniũ,niſi hoc animo,ut ſit ꝑpetuũ. Neq; uero quiſq; hic uelit ominari diuortiũ. Quod ſi incidat neceſſario,ut ſunt res humanæ,nõ fit in

Excuſſæ cauſæ quas adduxit Hieronymus.

Auguſtini cauſæ.

Sacramentũ matrimoniũ

Dionyſius nõ meminit de ſacramento matrimonij.

Sacramentũ aliquãdo ꝓ typo ponit.

Repudiauit Chriſtus ſynagogam.

iuria ſacramẽto,ſi paucorũ neceſſitati ſuccurrat. Vt em̃ paucorũ priuilegiũ nõ irritat legẽ generalẽ,ita paucorũ infelicitas non uitiat cõmune ſacramentũ. Poſtremo conſequet̃,aut in uetere teſtamẽto matrimoniũ non fuiſſe ſacramentũ,aut dirimi nullo pacto debuiſſe, præſertim cũ homicidij periculis noſtro diuortio potuerit occurri. nã de rato aut nõ rato, noſtra ſunt uocabula. Chryſoſtomus duplicẽ adducit cauſam,cur apud Iudæos uiro permittatur uxorẽ abijcere,ſed dato libello. Permittit̃,inquit,repudiare, ne inuiſam occidat. Ita ne prodeſſe debet apud Iudæos flagitioſo ſua malicia,& apud nos nõ proderit marito ſua innocẽtia? Iubet̃,inquit,dare libellũ,ne liceat recipere quã repudiauit. alioqui futuram infinitã ac fœdã adulteriorũ cõfuſionẽ. Atqui hæc cauſa nos nõ deterret,quo minus faciamus marito ius recipiendi quã repudiarit. Atq; is eandẽ putat eſſe cauſam,cur liceat adulteram abijcere,ne paſſim miſceant̃ adulteria mutua. Quæ cauſa ſi uera eſt, cur apud nos nemo cogitur adulterã repudiare. imo uetatur,niſi malit caſtrari? Innocẽtius tertius cap. quãto. quod ſuperius à nobis adductũ eſt,hanc reddit cauſam,cur uxor mariti in hæreſim prolapſi,nõ poſſit cũ alio nouare cõiugiũ. Quod inquit in odiũ cõiugũ,uel quãdo ſibi inuicẽ diſplicerẽt,ſi eas poſſent in tali caſu dimittere,ſimularẽt hæreſim,ut ab ipſa nubentibus coniugibus reſilirent. Gloſſema citat in eandẽ ſententiã cap. dixit dominus,cauſa. 32. q. 1. qđ ipſi ex Hieronymo paulo ante citauimus. Atqui ſi hanc cauſam recipimus, nõ licebit nubere, quæ per errorẽ nupſerit Petro,credens eſſe Ioannẽ,aut ſeruo credens eſſe ingenuũ,ne quæ diuortiũ affectet,ſubornet huiuſmodi cauſas. etiamſi capitulũ quod citat gloſſema,mihi non uidet̃ admodũ facere ad Innocentij ſententiã. Sentit em̃ maritũ fingentẽ ſeſe hæreticũ, quo deterreat uxorẽ. mox illa iũcta alteri,fingat ſe reſipuiſſe. Itidẽ poterat ſe ſeruũ fingere,q ſtuderet abigere uxorẽ. Quin eadẽ prætexi poterant aduerſus diuortiũ noſtrũ,ſimulabit uitiũ aliquod cui uxor domi moleſta eſt, quo illã ædibus exigat. ſatis magnũ ſimulationis præmiũ eſſe ducẽs,ſi quã odit,domi nõ uideat. Ac de cauſis quidẽ hactenus. Iam ſi uidet̃,Pauli locos excutiamus,unde uidẽtur hauſiſſe noſtri pontifices hanc in dirimendis cõiugijs difficultatẽ. Paulus epiſtolæ ad Rhomanos cap. 7. An ignoratis,inquit,fratres,ſciẽtibus enim legẽ loquor,quia lex in homine dominatur,quãto tempore uiuit. Nã quæ ſub uiro eſt mulier,uiuẽte uiro alligata eſt legi. ſi aũt mortuus fuerit uir eius,ſoluta eſt à lege uiri. Igit̃ uiuẽte uiro uocabit̃ adultera,ſi fuerit cũ alio uiro. Si autẽ mortuus fuerit uir eius,liberata eſt à lege uiri,ut nõ ſit adultera,ſi fuerit cũ alio uiro. Nõ agit hic Paul⁹ de diuortio,ſed ſimilitudinẽ adducit Iudæis ex ipſorũ lege,qua doceat ac ꝑſuadeat antiquata iam Moſi lege per Euangeliũ,nõ amplius illos teneri legis ceremonijs,cũ Chriſto nouo ſpõſo nupſerint. Nec eſt neceſſe ſimilitudinẽ aut parabolã quadrare ꝑ omnia. alioqui parabolas de nocturno ſuffoſſore dom⁹, de pecunia fœneratori debita, de diſpẽſatore iniquo, de uite & palmitibus, de pueris in foro canẽtibus,& id genus in numeris ad hanc legem ridicule exigemus. Satis eſt ſi hactenus cõgruant,quatenus declarant id cuius gratia adhibentur. Eſt autem Paulo peculiare,nihil nõ torquere ad euangelij negocium,pia Chriſtianáq; uafricie,dum in omnia ſe uertit,ut omnes Chriſto lucri faciat. Cuius diſſimillimi ſunt hodie,qui in omnia ſe uertunt,ut à Chriſto auocent, & ipſi rem ac honorem lucrifaciant. Alioqui ſi quis urgere uelit hunc Pauli ſermonem iuxta id quod uerba ſonant,ne adulterã quidẽ fas erit dimittere. nihil em̃ excipit. Rurſus nõ apte citare uidebitur legem Moſaicam Iudæis Paulus,in hanc ſententiam,cum lex permittat maritis qualibet ex cauſa repudiare,modo det libellum repudij. Liquet igitur Paulũ hic non excluſiſſe diuortium,quod ipſa lex palàm indulget,cuius adducit teſtimonium, ſed ſuum agit negocium,diſſimulans id quod ad præſentem cauſam non faciebat. Rurſum epiſtolæ ad Corinthios prioris cap. 7. in conſimilem fermè modum ſcribit. Igitur qui matrimonio iungit uirginem ſuam,bene facit.& qui non iungit,melius facit. Mulier alligata eſt legi,quãto tempore uir eius uiuit. Quod ſi dormierit uir eius,liberata eſt à lege. cui autem uult nubat,tantum in domino. Beatior autem erit,ſi ſic permanſerit ſecundum meũ conſilium. Ne hic quidem Paulus tractat materiam diuortij,ſed adhortatur pro illorum temporum ſtatu, ut quæ liberæ ſint à coniugio,præſertim uiduæ, nam ad harum cauſam uidetur redire,abſtineant à cõiugio,quo liberiores ſint à negocijs mundi,cum adhuc impij & idololatræ,quæ non poterant nõ commiſceri affinitatibus. Et tamen hoc non exigit,tantum edicit,ut quæ non nupſerint, ſi uelint nubere iungantur Chriſtiano. Alioqui

Cauſæ quas adducit Chryſoſtomus.

Cauſa Innocentij tertij.

Loca apud Paulũ quæ diuortium prohibent.

Parabola nõ eſt neceſſe ut cõgruat per omnia.

Chriſtianam

Christianam iam ethnico iunctam non auellit à marito, nisi maritus ipse discedat. non enim peccare si libera nubat. Porrò nihil esse opus marito, quæ iam maritum habet. Opinor hanc esse præcipuam clauim ad intelligendam mysticam scripturam, dispicere quid agat is qui loquitur, præsertim in Paulo, qui lubricus est in disputando, nunc huc se proripiens, nunc illuc, ut quemadmodum inquit Origenes, uix intelligat lector, unde ingressus, quo educatur. Restat locus omnium difficillimus, qui præcessit in eodem capite, ubi de coniugatis agens, sic loquitur. Dico autem non nuptis & uiduis, bonum est illis si sic permanserint, sicut & ego. Quod si se non continent, nubant. Melius est enim nubere quàm uri. His autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus, uxorem à uiro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. & uir uxorem non dimittat. Hæc dicta uidentur de paribus matrimonijs, hoc est, uiri Christiani, & mulieris item Christianæ. Sequitur enim de impari cõiugio, Nam cæteris dico ego, non dominus. Primum quod Paulus nusquàm addit exceptionem Euangelicam, Ambrosius admonuit ubiq; esse supplendam, ne uideatur Apostolus pugnare cum præceptis sui domini. Præterea Paulus non uidetur hic agere de grauibus flagicijs, quæ crimen adulterij uel æquent, uel superent etiam, sed de leuioribus offensis, ob quas apud Græcos potissimum crebra fiebant diuortia, iuxta id Iuuenalis. *Sic fiunt octo mariti,* quinq; per autumnos. Id colligitur ex eo quod sequitur, aut uiro suo recõciliari. Redeunt enim in gratiam, quos offensa aliqua humana diremit. Et reconciliatur quæ offendit, non quæ offensa est. Quod si iure discessit, cur iubet eam reconciliari, quæ magis erat placanda? Quod si mutuæ fuerunt offensæ, sed mediocres, uetat ne protinus adiungat sese alteri uiro, & reditum ad priorem sibi intercludat, sed maneat innupta, si forte detur utriq; reditus in gratiam. Ad hæc Apostolus hic de muliere duntaxat loquitur, quod huic sexui apud Iudæos non esset ullum ius repudiandi. Virum tantum hortatur, ne ob offensas huiusmodi uxorem abijciat. Non addit autem, quod si abiecerit, maneat cælebs, aut uxori suæ reconcilietur. Id enim annotauit Ambrosius, etiamsi Augustinus uult ubiq; par esse ius tam uxori quàm uiro. quod ut fortiter ac constanter asseuerat, ita non est quo certum doceat. Verum haud scio an Paulus tribuerit hac in parte nonnihil suæ legi, quæ cum uiro permittat ob quamlibet causam mutare uxorem, atque zelotypiæ quoque uirili sæuum remedium indulserit, uxori nihil huiusmodi concedit. Ad hæc Apostolus in omnibus epistolis suis, haud multum autoritatis tribuit uxoribus, quas subijcit potestati mariti, quas non patitur esse retecto capite, quas non sinit ne loqui quidem in ecclesia. Vetuisse igitur uidetur Paulus, ne ob uulgares offensas uxor uirum relinqueret. Quod si factum esset, abstineret à secundo coniugio, ne non liceret ad pristinum redire, reconciliatis animis. Neque enim probat ut diuulsa à uiro maneat innupta, uiro nolente, sed hoc mauult quàm iterato matrimonio nouo, uetus aboleri. Quod si Paulo proposita fuisset huiusmodi causa, stultus cum stulta, puer cum puella contraxit, intercesserunt lenæ, uinum, temeritas, arte in nassam inducti sunt, & huiusmodi matrimoniorum plenus est mundus. infinita mortalium milia, male tenentur illaqueata. nutu coit matrimonium, si modo coitus successerit, imo si non successerit, nihil inter hos conuenit, tanta est morum & ingeniorum dissimilitudo, rixæ iuges, odium immedicabile. timetur uenenum, timetur cædes, nihil non malorum expectatur. neuter cælebs potest uiuere, si cohæret, bis perit uterque, si mutetur coniugium, spes est utrunq; fore incolumem, fortassis pro causæ circumstantijs aliud responderet Apostolus, & nonnihil relaxaret de rigore consilij superioris, suáque scripta ciuilius opinor, nobis interpretaretur, quàm nos interpretamur. Aut si ad Paulum confugisset, nobilis illa Fabiola, Hieronymi monumentis æternæ hominum memoriæ consecrata, quæ tecta cilicio, nudis pedibus publicitus egit pœnitentem, quod priore marito relicto, puella nupsisset alteri. Subindicat autem Hieronymus uirum abusum fuisse uxore, secus quàm decet maritum, cum referat illam ea pati coactam à marito, quæ nulla ancilla pateretur à domino. Siquidem dabatur & mancipijs confugium ad statuam principis, si infami iniuria tentata fuissent à dominis. Non exigis Paule, ut huiusmodi maritum feram, cui non possum obsequi nisi fiam abominabilis.

Locus difficillimus.

Solutiones.

Augustinus par ius facit uxori & uiro

Fabiola.

minabilis. Imo non patieris me ferre talem etiamsi cupiam,& eum corporis habitum in me sentio,ut tutum non sit carere connubio.Nec tu exigis tantum donum ab ijs quibus hoc nondum contigit diuinitus, qui uiduas etiam lasciuiores iubes nubere. Hæc & huiusmodi si narrasset Fabiola,ciuiliorem,ni fallor, experta fuisset apostolum,quàm episcopum illum,quisquis fuit, qui innoxiam puellam adegerit ad publicam pœnam,quasi matrem ueneno necasset.præsertim cum illa,ut indicat Hieronymus, non contemptu constitutionis pontificiæ, sed imprudentia maritũ alterum adsciuisset. Quod si quis urgeat, Paulum hic agere de causa adulterij, cur non excipit quod excepit dominus. imo cur addidit,quod non addidit dominus? Maneat innupta. Cur uiro prohibet ne dimittat, cui permittit Christus,ut dimittat adulteram? Non tamen hæc dicimus, quod uelimus aperiri fenestram crebris diuortijs, uerum ubi nihil non frustra tentatum est, consuli cupiam saluti uel infelicium,uel infirmorum.Neque uero periculum est,ne passim dirimantur connubia,quando & apud ethnicos,suus constabat honos matrimonio, apud quos mutuum erat diuortij ius.at non temere tamen. Vis rara esse diuortia? cura ut non tam facile coeant coniugia. Iudicio coeant, coeant autoritate parentum, aut eorum quorum interest.Saltem hoc apud nos detur infelici innocentiæ, quod apud Iudæos datum est peruersæ maritorum acerbitati.quod Paulus indulget uiduis intemperantibus, ne quid admittant sceleratius.Ei quæ frigido nupsit, succurrit tacita conditio, & dirimitur matrimonium.At qualitas animi sæpe grauior est corporis uitio, cur hic non est tacitæ conditionis remedium? Non probatur, inquiunt, apud Iudæos diuortium, sed conceditur. Conceduntur & apud Christianos lupanaria publica, ne quid admittatur deterius. At mihi non fit uerisimile peccaturum Iudæum qui uxorem egregie sceleratã abiecisset, & alteram duxisset domũ, cum id lex palàm cõcederet,nihil addens hoc donatum duriciæ cordis,præsertim cum ex sensu naturæ non possit sciri quod nos interpretamur. Verum hæc utcunq; habeant,ita conceditur, ut tamẽ impune sit marito duxisse quam uelit. nec uetantur utcunq; repudiatæ nubere.At apud nos idem non modo non toleratur, sed ut atrox flagicium punitur,& aliquanto grauius quàm adulterium, cum Augustinus clare pronunciet sceleratius esse extra connubium libidinari, quàm à diuortio nouo marito iunctam uiuere.Neque simpliciter negat huius esse uxorem, sed magis esse illius quem reliquit,quàm cui nupsit. Verum huius disputationis iam modus esto, cum res uoluminis sit non annotatiunculæ. Hæc tamẽ paucis libuit delibare,quo doctis ac studiosis uberiorem cogitandi materiam præberemus.nec ullo pacto iudicio maiorum ob hæc præire conamur, multo minus ecclesiæ catholicæ. Cæterum quoniam in priore æditione,uotum in hac re nostrum siue prudens, siue imprudens, certe pium, subindicaueramus, ne quis id aliorsum interpretaretur atque à me scriptum fuerat, declarandum putauimus, quibus rationibus adducti, tale quiddam optaremus,si qua fieri possit per ecclesiasticam autoritatem.

Oratio Fabiolæ ad Paulum.

Beatior autem erit.) Græce habet,est,præsentis temporis,non erit. Vel ex hoc appareret cum superius diceret,mulierem non tangere bonum esse,non de uitio,sed uitæ commoditate sensisse.

Secundum meum consilium.) κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην,id est,mea sententia, siue meo iudicio.liberum interim faciens hac in re suum cuiq; iudicium.

EX CAPITE VIII.

Scientia inflat,charitas ædificat.) Hunc locum stultissime torquent quidam in eum sensum,ut dicant esse periculosum bonas literas attingere, cum ipse Paulus paulo ante de se dixerit, Scimus quod omnes scientiam habemus, uidelicet de se suiq; similibus loquens. Proinde non uetat Paulus, ne non amplectamur scientiam,sed ne desit scientiæ charitas.alioqui nihil æque inflat atque insciti a. Tractat hunc locum eleganter Augustinus libro aduersus Faustum decimoquinto,capite octauo.

Si quis autem existimat se scire.) εἴ τίς δοκεῖ εἰδέναι τι,si quis quid uidetur scire, aut si quis sibi

quis sibi uidetur aliquid scire, ut intelligas omnem scientiæ persuasionem oportere abesse.

Nondum cognouit.) οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκεν, id est, nondum quicq; nouit. ut intelligamus hanc esse præcipuam scientiæ partem, nosse rationem sciendi. Iam tametsi græcæ negationis congeminatio sit ex idiomate sermonis, tamen nonnihil facit ad uehementiam. alioqui uertendum erat ad uerbum, nondum nihil nouit. Hic rursus libet istos quosdam anxie religiosos appellare, qui nihil omnino mutandũ putant in diuinis literis, ne iota quidem aut apicem, cur hic ausus est interpres totam negationem omittere? Aut quinam explicabunt hunc locum, qui dialecticorum regulas per omnia sanctas & ἀκινήτους esse contendunt? De escis.) περὶ δὲ τῆς βρώσεως τῶν εἰδωλοθύτων, id est, de esu uero eorum quæ idolis immolantur. Quia nihil est idolum.) ὅτι οὐδέν. Potest legi, quod nullum est, siue nihil esse idolum. nam addidit, in mundo. Melius aũt uertisset, ὅτι quod. Ambrosius pro idolo semper legit simulacrum. nam idolum græca uox, sed à latinis iam usurpata, & θύω sacrifico. inde εἰδωλόθυτα simulacris immolata, pro quo uulgus legit idolotica mendose, cum in Paulino codice scriptum habeatur idolothyta. Diuus Thomas Aquinas adducit nouam differentiam inter idolum & simulacrum, quod simulacrum sit effictum ad similitudinem alicuius rei naturalis. idoli contra, ut inquit, si corpori humano addatur caput equinum. Quæ distinctio uera sit, nec ne, iudicẽt alij. mihi lexico quod Catholicon inscribunt, non indigna uidetur. Certe Ambrosius nullum nouit discrimen inter idolum & simulacrum. nec ego ullum uideo, nisi quod simulacrum est uox latina à simulando dicta. idolon græca ab εἶδος species, quod speciem & imaginem inanem præ se ferat, cum absit ueritas. Vnde quæ spectra uocamus, Græci uocant εἴδωλα.

Thomæ distinctio.

Quia nullus deus.) ἕτερος, id est alius, deest in nostris. Et sicut non est ullus deus præter unum, ita non est idolum, quod deum aliquem repræsentet.

Siquidẽ sunt dij.) ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, id est, quemadmodũ sunt dij multi. Fortasse interpres legit εἴπερ. Siquidem sunt domini multi, & dij multi.) Totum hoc abest apud Ambrosium, adeo, ut nec edisserens indicet se legisse. Non erat autem hinc periculum ne plures deos crederemus, cum satis manifeste testetur illos non esse simpliciter deos aut dominos, sed illis esse deos ac dominos, à quibus colebantur. Quemadmodum & Paulus Rhomanis scribens, dicit deum pseudapostolorum esse uentrẽ. Huic respondet quod sequitur, nobis autem &c. Itidem & de se paulo post, Et si alijs non sum apostolus, sed tamen uobis sum. Rursus non appellat eos simpliciter deos ac dominos, sed ait uocari deos ac dominos. uidelicet nomine, non re, & opinione, non uirtute.

Apud Ambrosium desunt quædã.

Ex quo omnia, & nos in illo.) Græce est, & nos in illum. atq; ita primum scriptum erat in exemplari, quæ uiderim omnium emendatissimo, bibliothecæ Paulinæ, quod tamen ita fuit erasum, ut euidentissimum rasuræ uestigium testetur adhuc germanam scripturam. Neque uero nescio græcam præpositionem esse ancipitem, neque me fugit quid interpretentur Ambrosius ac Thomas. mihi tamen uidetur germanius, in illum, ut respondeat ei quod præcessit, ex quo omnia, tanquàm ab autore summo, & nos in illum ad quem ceu fontem omnia referenda sunt.

In illo, pro in illum.

Esca autem nos non commendat deo.) οὐ παρίστησι τῷ θεῷ, id est, commendatos siue gratos reddit deo. Quod si uere dixit Paulus, unde nũc inter Christianos tot præcepta de ciborum generibus? unde tanta in his obseruandis superstitio, ut penè nulla ex re magis iudicemur? Deficiemus.) ὑστερούμεθα, id est, minus habemus. Ambrosius legit, non deerit nobis. sensus est, nihil habere momenti ad pietatem, quibus uescamur cibis. Porrò Græcis utrunq; uerbum est præsentis temporis, περισσεύομεν & ὑστερούμεθα, plus habemus, & minus habemus. Neque enim temporis rationem declarare uoluit Paulus, sed rei naturam. ueluti si quis dicat, pauperes ubiq; negliguntur.

Ne forte hæc licentia.) ἡ ἐξουσία, id est, potestas siue ius. nec est eum, sed te, ἐὰν γάρ τις ἴδῃ σὲ τὸν ἔχοντα γνῶσιν, id est, nam si quis uiderit te, qui habes scientiam. Porrò secundam personam ex consuetudine sermonis, pro quauis persona posuit.

In idolio.) ἐν εἰδωλείῳ, id est, in idoleo, penultima producta. Est autem idoleum locus simulacrorum, aut mensa in qua carnes sacræ proponebantur. Et cur non accumbentem potius quàm recumbentem? κατακείμενον, nam recumbunt resupinitati.

Nonne

Nõne cõſcientia eius cũ ſit infirma.) ἡ συνείδησις αὐτ ἀσθενοῦς ὄντος. i. cõſcientia eius qui infirmus eſt, ædificabit᷑ &c. Idolotica.) Reliquit aliquoties hãc uocẽ nõ uerſam. idolothyta uero ſcribendũ eſt, id eſt, idolis immolata, παρὰ τὰ εἰδωλομ καὶ θύω, ut modo admonuimus. Non manducabo carnes.) οὐ φάγω, id eſt, non manduco, ſiue non edo, aut ueſcor carnibus. & eſt ἐμφατικώτερομ per tempus præſens, tametſi non negem in his uerbis Græcos aliquoties abuti uerbo præſentis tẽporis uice futuri. Illud obiter annotandum, cum Paulum in idolothytis nihil offendat, præter offenſionem infirmi, quem ferri uult duntaxat in hoc ut proficiat, mirum eſt cur Auguſtinus in epiſtola ad Publicolam 154. pronunciauerit melius reſpui Chriſtiana uirtute cibum in idolio repertum, ei qui ob famem de uita periclitetur, etiamſi nullus adſit hominũ, modo ſciat eum cibum ſimulacris immolatum fuiſſe. Opinor & hunc locum retractaturum fuiſſe, ſi monitus rem propius expendiſſet. Iam uero quod hic Paulus de ſcandalo uitando differit, non opinor ad quoduis ſcandalum uitandum eſſe pertrahendũ. Nam ingens eſt ſcandalum idololatriæ, & illis temporibus ſuſpicio pene inuincibilis. & tamen Paulus infirmũ docet offendi non debere, & firmi fortitudinem magis approbat. tantum concedi uult infirmitati, quæ uinci nõ poſſit. At nos dum quaſuis ineptias uulgo receptas ultro ſequimur, quid aliud quàm alimus infirmitatem populi? Nec enim damus operam, ut illi deſinant eſſe infirmi, ſed ut ipſi cum illis infirmemur. Quod ſi is qui firmior eſt, ſemper obſecundabit infirmitati alienæ, & huiuſmodi obſequijs ſemper in maius gliſcent & augeſcent offendicula, quis tandem offendiculorũ erit finis? aut quando habituri ſumus Chriſtianos in Chriſto fortes & adultos? Diſtinguamus igitur offendiculi cauſas, & ſtultam huiuſmodi quorundam infirmitatem non alamus, ſed corrigamus.

Diuerſa lectio.

Excuſſa Auguſtini opinio.

Quatenus uitãda ſcandala.

EX CAPITE IX.



On ſum apoſtolus.) Apertius erat, an non ſum apoſtolus? nam planè Græci legunt per interrogationem, quæ tamẽ uehementius affirmet, ut ſit impudens contradicere. Nec eſt quod metuamus, ne hæc uideãtur arrogantius dicta à Paulo. Nihil enim magis in illum cõuenit, ꝙ huiuſmodi ſancta quædam oſtentatio, & pia inſolentia, qua alijs quoꝙ locis utitur.

Signaculũ pro cõfirmatione.

Signaculum apoſtolatus mei uos eſtis.) ἡ γὰρ σφραγὶς, id eſt ſigillum, quo certa fides fiat apoſtolatus, quẽadmodum uulgatis etiam prouerbijs, quod uehementer certum & indubitatum intelligi uolumus, id dicimus obſignatis literis teſtatum.

Interrogant, dijudicant.

Qui me interrogant.) τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν, id eſt, ijs qui me dijudicant. quanꝙ & hic ſenſus eſſe poteſt, hoc illis reſpondeo qui me interrogant, hoc eſt, qui rogant, quo argumento doceam me eſſe apoſtolum. Eſt enim uerbum ambiguũ, quod ſignificat tum interrogo, tum excutio & examino. & tamen annotauit hoc quiſquis fuit, cuius extant collectanea in hanc epiſtolam nomine Hieronymi.

Sororẽ uxorem. i. Chriſtianam. Laurentij argutatio.

Nunquid non habeo.) μὴ οὐκ, id eſt, an nõ habeam? Sororẽ mulierculam.) ἀδελφὴν γυναῖκα, id eſt, ſororem mulierẽ. atqꝫ ita ſcriptum in uetuſtiſſimis exemplaribus. Laurentius cauillatur hoc loco, cũ dixiſſet ſororẽ, quid opus erat addere mulierẽ, quaſi ſoror ſit quæ mulier non ſit. unde colligit Apoſtolos uxores ſuas ſecũ circunducere ſolitos, ſed quæ iam eſſent loco ſororum. imo ſororem addidit, ut intelligas Chriſtianã, & hac gratia ſequi apoſtolos. Ambroſius legit mulieres, pro ſororem mulierẽ. Atqꝫ ita citat diuus Hieronymus aduerſus Iouinianũ libro ſecundo, ſiue quod hæc lectio magis faciebat ad cauſam quam illic agit, ſiue quod alteram lectionẽ neſcierit. nam γυναῖκα Græcis & uxorem ſignificat, ut crebro iam admonuimus. Aut ego ſolus & Barnabas.) An, caſtigat ac mutat Faber. uerum recte habebat, aut, cum præceſſerit μὴ, id eſt an, quod hic tacite repetendum eſt. etẽ ſi fuiſſet nouũ interrogationis caput, dixiſſet rurſus, μὴ οὐκ, ut cœperat.

Faber.

Hoc operãdi.) Hoc, additũ eſt. οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι, id eſt, an nõ habemus poteſtatẽ non operandi? ut uerbũ operandi ſit abſolutum. & uidetur eſſe ſenſus, An nobis ſolis nõ licet in ocio uiuere ſuppeditãtibus alijs? Sic & Vulgarius μὴ ἐργάζεσθαι interpretatur, in ocio uitã agere. nimirũ hucreſpiciẽs, quod Paulus & Barnabas opera manuaria ſibi uictum pararent, cum nõ reliqui tantum apoſtoli, ſed ipſe etiam Cephas aleretur aliena benignitate. Annotauit hoc Vulgarius, ſubindicans quo præcellentior eſt epiſcopus, hoc

Duplex ſenſus.

pus,hoc minus debere grauare gregem ſuum. At hodie quantũ eſt onus ferre quoſdam tyrannos uerius q̃ epiſcopos, quorum ut quiſq; maximus eſt, ita populo ferè grauiſſimus.Sed fortaſſe rectius eſt,ut accipiamus in eum ſenſum in quẽ omnes interpretãtur. An non habemus poteſtatem,ut hoc nobis liceat agere quod agunt omnes? nam duabus negationibus unius uice eſt abuſus. Verum id exactius expendat diligens lector.

Stipendijs.) ὀψωνίοις,de quo ſuperius meminimus. An non & lex hæc dicit.) ταῦτα legit Ambroſius,non ταῦτα,& ob id uertit eadem,non hæc. Propter nos utiq;.) πάντως.Rurſum & paulo ſuperius uertit,utiq;. Et qui triturat.) Græce paulo ſecus eſt. καὶ ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν ἐπ' ἐλπίδι, id eſt,& qui triturat,ſpem ſuam participare in ſpe.quanq; nos hyperbaton græci ſermonis mutauimus,Ambroſium & alios ſecuti.Porrò quod in noſtris exemplaribus additum eſt,fructus percipiendi,uidetur explanãdæ rei gratia factũ.illud certũ, non adijci apud Græcos. Cæterũ,ſub ſpe,quod apud nos nõ additur,interpretat etiã nominatim Vulgarius,annotãs in aratione ſemel dunta xat poni ſpem,nec fieri mentionẽ participationis,propterea quod totus prouentus aranti tantũ in uotis ſit.At qui triturat,iam incipit eſſe particeps ſpei,fruituſq; optatis,laborãs interim in aliam ſpem anni ſecuturi.quàmuis haud neſciam, Vulgariũ hanc clauſulam ad Apoſtolos ꝓprie referre,qui nõ cibi tantũ cauſa docerẽt,ſed uberius præmiũ in poſterũ expectabant. Si carnalia ueſtra metamus.) θερίσομεν, id eſt metemus.etiamſi id ad ſenſum nihil refert. Poteſtatis ueſtræ.) ἐξουσίας,ut intelligas nõ quamlibet poteſtatẽ, ſed facultatem metendi,& circũducendi uxores ſiue mulieres,quam illi cæteris apoſtolis permittebant. Quare non magis.) Quare,addidit de ſuo interpres.ſat erat, nonne magis nos? οὐ μᾶλλον ἡμεῖς; Sed omnia ſuſtinemus.) στέγομεν, quod ꝓprie uaſis eſt omnia capientis. Ne quod offendiculũ demus euãgelio.) Nõ eſt græce σκάνδαλον quod hic uertit offendiculum,ſed ἐγκοπὴν quod interciſionem ſiue interruptionẽ ſonat. ne quid exiſtat,quod euangelicæ prædicationi morã ullam adferat. Annotauit hoc ante nos Vulgarius. Qui in ſacrario operantur.) Paulo diuerſius eſt apud Græcos, ὅτι οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν, id eſt,qui ſacra operantur,è ſacro ſiue templo ueſcuntur.nam ἱερὸν & uictimam ſignificat & templum. Qui altario deſeruiũt.) τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες, id eſt,ſacrario aſſiſtẽtes,ſiue aſſidentes. Cuius uocis emphaſim & ante nos annotauit Vulgarius.Non eñ ait ſacerdotes,ſed qui aſſident altario,ut intelligamus aſſiduum cultum ſacrorum.At hodie nulli ferè magis abſunt ab altari,q̃ ij qui maxime participes ſunt altariorum,nec ulli moleſtius exigunt à populo decimas,q̃ ij qui nihil eorum præſtant populo,quorum gratia dandæ fuerant decimæ.Et συμμερίζονται,partem accipiũt cum ſacrario.Diuidebatur eñ hoſtia inter ſacerdotes & leuitas.Stomachat hoc loco Valla,fortaſſe liberius aliquanto,q̃ ut quorundam aures ferre poſſint, uerum non omnino ab re aduerſus Remigium,qui duas has uoces ſacrarium & altarium ita diſtinxerit,ut ſacrarium ad idola pertineat,altare ad deum,cum earum uocum proprietas magis à Græcis fuerit petenda. Deinde longius euectus animi calore, demiratur impudentiam quorundã Theologorũ, qui Paulinas epiſtolas,cum græce ſcriptæ ſint,auſi ſint interpretari,græcarũ literarũ prorſus ignari. Nec hic à diui Thomæ nomine temperat,quod de hoc narrant quidam,confectis in Paulum cõmentarijs,uiſum illi Paulum, & ingenue cõfeſſum,ſuas epiſtolas ante id temporis à nemine fuiſſe intellectas, præterq̃ à Thomaceu fabulam cõmenticiam & impudenter confictam deridet, cum ne fieri quidẽ poſſit, ut exacte quiſq; interpretetur ignarus eius linguæ in qua ſcriptũ fuit quod interpretatur. Ego ſanè ut non poſſum omnino refellere qđ ſcribit Valla,ita talibus uiris,præſertim ſanctimonia quoq; cõmendatis,nõnihil deferendũ arbitror.Habenda ratio temporũ in quibus illi uixerũt.poſtremo meminiſſe oportet homines fuiſſe.Proinde ut & ingenuũ eſt, & ad eruditionẽ conducibile,non diſſimulare,ſicubi lapſi ſunt ueteres,ita probi hominis officium exiſtimo à cõuicijs temperare,& ita mederi malo,ut quoad licet,non lædas hominem. Thomas hoc loco ſacrariũ interpretatur templum Iudæorum uel gentilium. Altarium,altare templi Hieroſolymitani,ſiue ipſum templum,ſenſum opinor exponẽs eius ſermonis magis q̃ uocum proprietatem.Alioqui ut domus nõ magis dicitur Gallorum q̃ Britannorũ,ita ſacrarium & altarium quorũlibet eſt, niſi quod θυσιαστήριον ab immolando dictum

Deeſt in noſtris.

Sacerdotes ocioſi.

Remigius à Laurentio taxatus.

Fabula de Thoma.

θυσιαστήριον

do dictum, locus est ubi uictimæ mactantur. Quàm ut gloriam meam.) τὸ καύχημα, id est gloriationem. sic enim paulo ante, quasi glorians iactauit sese. Et euacuet, est κενώσῃ, id est, irritam siue inanem reddat. Si enim euangelizauero.) ἐυαγγελίζομαι præsentis temporis est, si euangelizo siue euangelizem, ut legit Ambrosius.

Merces mea.) Pro mea, mihi est apud Græcos, τίς οὖν μοί ἐστιν ὁ μισθός; quid igit mihi est mercedis? Apparet interpretem legisse μου pro μοι. Sine sumptu ponam.) ἀδάπανον θήσω, id est, gratuitum faciam. Et iucũde uocat ἀδάπανον, quod nemini sit sumptui. Porrò pono apud Græcos passim pro facio obuium est. & post euangelium, Græci addunt Christi. O gloriam uere apostolicam, sed quam nemo nunc studet æmulari. Nihil nũc gratuitum, ne sepultura quidẽ, cum Augustinus epistola 64. nolit uendi mortualia.

Sine sumptu ἀδάπανον.

Tanq; sine lege essem.) Aduerbiũ græcum ὡς, anceps est, tamen hic magis quadrabat quasi, atq; ita legit diuus Hieronymus in Esaiam. atq; ita Ambrosius in plerisq; locis. Nõ enim ponitur exemplũ, sed falsa rei species, pponitur. Sine lege dei.) Deo est græce, μὴ ὢν ἄνομος θεῷ, cum deo non sim sine lege. quanq; in hoc uariãt Græcorũ exemplaria.

Dei, p deo.

Infirmis infirmus.) ὡς ἀσθενὴς, id est, tanq; uel quasi infirmus. Vt omnes facerẽ saluos.) Græce secus est, ἵνα πάντως τινὰς σώσω, id est, ut omnino aliquos saluos facerem: quanq; hic apparet Græcorũ exemplaria uariasse. Sanè Vulgarius iuxta id quod nos adduximus, & legit, & interpretatur, existimans hoc facere ad exaggerandã Pauli charitatem, quod nihil non faciat, ut aliquot saltem adducat ad salutem. Laurentiũ Vallam nõ nihil offendit tempus uerbi perperam immutatum, ut omnes saluos facerem, σώσω, uelut ad præteritũ referatur, cum uerbum sit futuri temporis. Neq; sensus est eum id olim egisse, nunc desinere, sed nunc item agere, & ita facturum. Porrò quod hic dictum est σώσω, idem accipiendum est de eo quod præcessit κερδήσω, lucrifaciã potius q; lucrifacerem.

Tempus mutatum.

Omnia autem facio.) τοῦτο δὲ ποιῶ, id est, hoc autem facio. Atq; ita legit Vulgarius.

Vnus accipit brauium.) Ambrosius legit palmam pro brauio, itidem & Cyprianus. nam βραβεῖον est græce. Atq; est quidem omnino brabion præmiũ, sed proprie quod datur certantibus ac uincentibus. Existimant enim dictum βραβεῖον quasi ῥαβδεῖον, cõmutatis ac translatis duabus literulis, propterea quod certaminũ iudices data uirga palmea, designarent uictorem. unde & βραβευταὶ dicuntur Græcis, quasi ῥαβδευταὶ, qui uictorem pronunciant. Vt cõprehendatis.) ἵνα καταλάβητε. Aut abusus est ἵνα pro ὥστε, aut sensus est, hoc animo currite, non tantum ut uideamini certasse, sed appetisse uictoriam, quemadmodum palam interpretatur Vulgarius. Quæ sententia si probatur, sic, aduerbiũ non est referendum ad ut quod sequitur. quasi dicas, sic sequere ut assequaris, sed ad similitudinem quæ præcessit. Sic, id est, ad illorum exemplũ & uos in uestro stadio currite. Mirũ unde Cyprianus hic legat, Sic currite ut omneis occupetis. quanq; recte occupat qui assequitur & anteuertit. Qui in agone cõtendit.) πᾶς γὰρ ὁ ἀγωνιζόμενος, id est, omnis enim qui certat. sed pprie in publicis certaminibus, ueluti palæstra, aut Olympiacis, aut Circensibus. nam de cursu ac pugilibus ipse mox meminit

Brabion unde.

Ab omnibus se abstinet.) πάντα ἐγκρατεύεται, id est, omnia sustinet aut tolerat, siue qd magis probo, in omnibus temperãs est, ut subaudias κατὰ. Cyprianus legit, in omnibus continens est. Siquidem athletæ uictus etiam ratione præparantur ad certamina.

Nos autem incorruptam.) φθαρτὸν, ἄφθαρτον, id est, corruptibilem & incorruptibilem. miror cur uariauerit. Sic pugno.) Non est pugno quod græce μάχομαι, sed πυκτεύω, quod est pugilum certamen exerceo, & pugnis certo. Ad pugnos alluisit interpres, nõ ad pugnas. Ambrosius legit, percutio pugnis, pro pugno. Atq; ita locum adducit libro de paradiso cap. 12. Augustinus enarrans psalmum 57. legit, Non sic pugillor quasi aerem cedens. asscribitq; pugillari est pancratium facere. Rursum tractatu de utilitate ieiunij. Thomas tamen uidetur pugnare interpretari bellare. primum cum ait, secundo pugnam suam in uictoria mali. Ac mox, Sic pugno, inquit, contra hostes decertando, contra malum. Condonandus lapsus, nisi quidam nimium urgerent nos fabula, de Paulo commentariorum illius approbatore.

Pugno, pro pugillor.

Thomas lapsus.

Prouerbiũ.

Aerem uerberans.) Prouerbiali schemate dictum est, pro frustra & inaniter laborare, ueluti pugil nihil agit, nisi corpus attingat. Cæterum hæc eò tendit parabola, ut intelligamus non

mus non esse satis quomodocunq; nostro fungi officio, nisi demus operam, ut insigniter ac præter cæteros gessisse nos uideamur. Castigo.) ὑπωπιάζω, id est, coerceo siue cohibeo, subigóq;. nam interpres sensum expressit potius q̃ uocem græcam reddidit. Eam Augustinus propius expressit epistola 58. ad Dardanum. Liuidum, inquit, facio corpus meum, & in seruitutem redigo. Siquidem Græcis ὑπωπιάζειν, est liuore seu sanguinis nota suggillare proprie oculos, quos illi ὤπας uocant. & ὑπώπια notas eiusmodi, autoribus Hesychio & Suida. licet hanc uocem diligenter explicarit etiã Vulgarius. Apparet sumptam metaphoram à certamine pugilum, unde Paulus non illibenter solet similitudines ducere. Siquidem in his supplantabat, qui deiiceret in humũ antagonistam suũ. suggillabat qui notam insignem inflixisset faciei. Castigo, pro suggillo. Supplãtare.

EX CAPITE X.

NOlo enim.) οὐ θέλω δέ, nolo autẽ. Ambrosius legit enim, consentientibus & antiquis exemplaribus, ut hæc cohæreãt cũ superioribus. si quod modo præcepit Corinthijs, idem Iudæorum exemplis corroborat. quod si mauis autem, erit ad alia digrediẽtis. Et omnes in Moyse baptizati sunt.) εἰς τὸν μωσῆν est græce, id est, in Mosen. Augustinus enarrans psalmũ 77. legit, per Mosen. Rectius arbitror accipi, in Mosen, pro in legem Mosaicã. nondum enim in Christum, cuius aduentus procul aberat. In Mosen. Consequente eos.) ἀκολουθούσης, id est, sequẽte siue prosequente. Sequẽte autem dixit tanq; itineris perpetua comite. id enim sonat ἀκολουθεῖν magis q̃ ἕπεσθαι. Origenes homilia in Exodum 5. sequentem petram refert, ad nubem quæ præcessisse legit hebræos. Hieronymus, aut si quis alius is fuit, enarrans psalmũ 41. adducit hunc locum omisso pronomine, eos. quod cum non sit apud Græcos, adiectũ est ab interprete, quo sermo fieret explanatior, & nos item addidimus. Nec addit tamen Ambrosius, cum subinde locum hunc in suis libris adducat. Consequẽte eos petra.

Beneplacita est deo.) εὐδόκησεν ὁ θεός. Quod Ambrosius uertit, bene sensit deus, nos uertimus, approbauit. In figura facta sunt.) Figuræ siue formæ, est Græcis pluralis numeri τύποι, sicut & paulo post, hæc autem omnia in figura conti. ταῦτα δὲ πάντα τύποι, id est, hæc omnia figuræ contingebant. In collectaneis Bedæ priore loco, figuræ legitur, licet nostri deprauatum erat in nostræ. ac priore loco Græcis additur ἡμῶν, ut legant, Hæc autem figuræ nostri fuerunt. Et ad eum modum citat hunc locũ Augustinus, enarrans psalmũ. 113. Rursus aduersus Faustũ in fragmento quarti libri, alijsq; locis cõpluribus. In figura, p figuræ.

Neq; idololatræ efficiamini.) Opinor pro γίνεσθαι mutatũ esse γίνεσθε, id est, neq; efficeremur simulacrorũ cultores, quandoquidem in hoc quoq; additur, sicut quidam eorũ, ut γίνεσθαι respondeat ad εἶναι. Sicut quidam eorum.) καθὼς καί τινες αὐτῶν, id est, quẽadmodum & quidam illum tentauerũt. Interpres legit αὐτῶν, atq; ita scriptum est in nonnullis exemplaribus. Nec ex Ambrosio, nec ex Vulgario satis liquet quid legerint. Si legimus αὐτὸν, id est eum, ex hoc loco declaratur Christi diuinitas quẽ à Iudæis tentatũ dicit priusq; hominẽ assumeret. Nam de eo quod præcessit, Petra autẽ erat Christus, posset aliquis interpretari, petra illa designabat Christũ post nasciturũ. Si legis αὐτῶν, sensus erit, ne nos tentemus Christũ, sicut olim Iudæi tentauerunt deũ. Duplex lectio. Ad correptionẽ nostrã.) πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, id est, ad admonitionẽ nostrã siue nostri, quod tamẽ nõnunq; pro correptione usurpatur. Tentatio uos nõ apprehendat.) ἐπείλαφεν, id est, apprehẽdit, præteriti temporis, siue cœpit. Subindicat eũ Corinthios iam incidisse in tentationẽ, sed humanã, hoc est, tolerabilẽ ac sanabilẽ. Et in hanc sanè lectionẽ consentiunt exemplaria Græcorũ quæ uiderim omnia. tametsi apparet Ambrosiũ legisse, apprehendat, ex his uerbis quæ subijcit, Vt aũt humana tentatio illos apprehẽdat hortatur. quanq; quid simile inter καταλαμβανέτω & ἐπείλαφεν. nisi forte Ambrosius legit ἐπειλαφέτω. At mihi sensus græcæ lectionis uidetur magis germanus esse Paulo, atq; eam palàm est Vulgario placuisse. Ante terruerat eos horrendis exemplis, mox ne desperent reficit eos, extenuans quod hactenus peccassent, leue quiddã esse. Apprehẽdit, alij apprehẽdat. Prouentũ.) τὴν ἔκβασιν, id est, exitum siue euentũ, id est, is qui sinit uos incidere in tentationẽ, idem faciet ut tentatio bene eueniat. Hieronymus in cõmentarijs Ionæ legit ad hunc modũ, Sed faciet cũ tentatione & exitum. Atq; item Augustinus explicans psalmũ 61. Nã prouentus proprie dicũtur sementis, & è terra nascentium. Prouentũ, pro euentũ.

naſcentiũ. At ne quis putaret ſic eſſe dictum, ſed faciet cum tentatione prouentum, quaſi deus paciſceretur cum tentatione de euẽtu. nos uertimus, ſed faciet unà cum tentatione euentum, ut ſit ſenſus, qui paſſus eſt incidere tentationem, idem dabit & exitum bonũ.

Vt poſſitis ſuſtinere.) Græce magnificẽtius quiddam dicitur ὑπενεγκεῖν, quod eſt ita ferre, ut oneri ſuperſis ac ſuperes.

Panis quem frangimus.

Et panis quem frangimus.) τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, id eſt, panem quem frangimus. Cur nõ offendũtur hoc loco, quos illud offendit, quod Græci in uerbis quibus Latini conſecrant corpus Chriſti, dicunt, hoc eſt corpus meum quod frangitur pro uobis, ſecuti, ut apparet, Paulum autorem, qui proximo capite ad hũc modum recenſet uerba Chriſti? Quod ſi quis cauilletur eum locũ eſſe deprauatum in exemplaribus, certe hoc loco conſentiunt noſtri codices cum Græcorum lectione, & tamẽ hic, ni fallor, de pane loquitur conſecrato.

Nõne participatio corporis.) κοινωνία, modo cõmunionem uerterat, nunc uertit participationem.

Vnus panis & unũ corpus.) Abeſt Græcis copula &, εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα, id eſt, unus panis, unũ corpus. ita legit Vulgarius. atq; ita ſcriptum comperi in exemplari Paulino.

Omnes qui.) οἱ γὰρ πάντες,

Omnes eñ, pro oẽs qui.

id eſt, omnes enim, abſq; qui. Omnes enim de uno pane participamus. ita legit & Ambroſius. In uetuſtiſſimo codice ſcriptum reperi, omneſq;, ut ueriſimile ſit, q; mutatum in qui. tametſi hæc lectionis uarietas ſenſum nõ admodum uariat.

Videte Iſrael ſecundum carnem.) Ad differentiam adiecit ſecundũ carnem, ut oſtenderet eſſe alium ſecundum ſpiritum. licet Græcis non repetitur articulus, τὸν κατὰ σάρκα.

Sermo imperfectus.

Quid ergo dico.) Ex Græcis exemplaribus locus hic ita debet diſtingui. Quid igitur dico? idolum eſſe aliquid, aut idolis immolatũ eſſe aliquid? quaſi diceret, nequaq; hoc loquor. Et ueluti iam negaſſet ſe id ſentire, quod per ſe dictu ſit abſurdum, ſubiĩcit quid ſentiat. ſed quæ immolant &c. alioqui dure cohæreret quod ſequitur. ſed quæ gentes immolant &c. Proinde nos nõ ueriti ſumus additis aliquot uerbis orationem reddere lucidiorem. Ad hunc modum diſtinguunt & Latinorum uetuſta exemplaria.

Sed quæ immolant gentes.) ἀλλ' ὅτι ἃ θύει, id eſt, ſed quod ea quæ immolant. ut intelligas, ſed hoc dico, quæ gentes immolant, ea immolari dæmonibus, non deo.

Nolo autem uos ſocios fieri.) κοινωνοὺς, id eſt, participes ſiue cõmunicatores, aut conſortes.

An æmulamur dominũ?) παραζηλοῦμεν, id eſt, prouocamus & irritamus. quod ſuperius uertit, ad æmulandum prouoco?

Aemulari, p prouocare.

Et ad eum modum interpretantur Græcorum ſcholia, nominatim Vulgarius. πειράζομεν ἢ παρακνύζομεν, id eſt, tentamus & irritamus. nam ζηλοῦμεν & in bonam partem, nõ παραζηλοῦμεν niſi in malam.

Sed quæ alterius.) ἀλλὰ τὸ τοῦ ἑτέρου ἕκαστος, id eſt, ſed quiſq; quod alterius.

Venit, pro uenditur.

Omne quod in macello uenit.) Venit, hoc loco ſignificat uenũdatur, πωλούμενον. & in macello legendum, non in macellum. Indicat hoc & diuus Auguſtinus aduerſus Adamantium. Interrogare, inquit, uetat, cum quid de macello emitur. Atq; huiuſmodi amphibologiam tollere poterat accentus circũflexus notàtus ſupra uerbum uênit.

Nihil interrogantes.) μηδὲν ἀνακρίνοντες, id eſt, nihil diĩudicãtes, quod idem uerbum eſt paulo inferius. Ambroſius legit, nihil diſquirentes. Eſt autem participium eius quod ſuperius uertit, interrogant.

Plenitudo eius, ſ. terræ.

Et plenitudo eius.) Eius, ad terram refertur, non ad dominũ. αὐτῆς, hoc eſt, quicquid dies gignit terra, id omne domini eſt.

Hoc immolatum eſt idolis.) Vetuſti codices habent, hoc immolaticiũ eſt idolis. atq; ita legimus apud Ambroſium. Eſt autem Græcis eadem dictio, quã interpres toties reliquit, εἰδωλόθυτον.

Qui iudicauit.) τὸν μηνύσαντα, id eſt indicauit, per n, non per u. id tametſi minutulum eſt, tamen quoniam facillimus in huiuſmodi lapſus eſt, admonẽdum duxi. Nam μηνύειν Græcis eſt prodere rem prius occultã. licet apud Ambroſium hæc particula non addatur, propter eum qui indicauit, haud ſcio an librariorum incuria.

Conſcientiã dico nõ &c.) Ante hunc locũ repetitur in græcis codicibus, domini enim eſt terra & plenitudo eius. quod paulo ſuperius poſitum eſt. ſed utrobiq; probe quadrat. Illic non refert quibus ueſcamur, omnia enim ſunt domini. Et hic non eſt cur fratrẽ offendas, ueſcens idolis immolato, cum tantã ciborum copiã dies mundus ſuppeditet. Cæterum hoc poſteriore loco uidetur inferri ſub alterius perſona, uelut obiĩciẽtis Paulo, quod ipſe mox dixerat. Quã mihi narras conſcientiã, cum ut ipſe fateris, domini ſit terra & plenitudo eius? Iccirco ſubiĩcit ac diſtinguit conſcientiã. Conſciẽtia, inquit, tua dicit, domini

Perſona alia.

eſt terra

est terra & plenitudo eius.at nō idem dicit alterius cōsciētia,quæ putat aliquid simulacris esse propriū,neqꝫ cōmune deo.Neqꝫ magnopere facit ad rem quod hic argutatur de ἑαυτῷ,déqꝫ illū & conscientiā Laurentius. Cum em̄ ait,& propter conscientiā, exponit quid ante dixerat illum.alioqui qui audierat sibi dictum ne ederet propter illum qui indicauit, rogare poterat,quid hoc ad illum? Respondet Paulus, ob cōscientiā quā tuo facto uulneras,etiamsi tua firma sanáqꝫ est.Deinde quod dicit tuā,suo more personā fingit.quando quidē nōnunqꝫ in se recipit personā alterius,quo rem magis exponat oculis. Ab alie na cōscientia.) ὑπ᾽ἄλλης συνειδήσεως,id est,ab alia cōscientia.Atqꝫ ita legit Ambrosius.itaqꝫ scriptū uisitur in uetustissimis exēplarib⁹. quanqꝫ id quidē ad sensum haud magni refert. Aliena,prō alia.

Cum gratia participo.) Ambrosius legit,gratiæ particeps sum.uerū non reperio μετέχω datiuo iunctū,nisi referatur ad sociū cōmunionis,nō ad rem cuius particeps es. Vnde magis probo cū gratia,id est,cum gratiarū actione.Potest & hunc in modū accipi,ut χάριτι sonet hic beneficentiā,sitqꝫ datiuus instrumenti.Si ego particeps sum escarū,idqꝫ non per idolum,sed beneficio munificentiáqꝫ dei, quid est cur male audiam? In hunc sensum interpretari uidetur Vulgarius. Pro eo qd̄ gratias ago.) ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ,id est, pro eo pro quo ego gratias ago.Opponit autē hæc inter se ueluti cōtraria, βλασφημεῖν & εὐχαριστεῖν. Vel aliud quid.) εἴτέ τι,id est,siue quid.Aliud,additū est explicandæ rei gratia.Atqꝫ ita legit Ambrosius,siue aliquid facitis.quēadmodum habetur apud Græcos. Duplex sensus.

Sine offensione sitis.) Græce iucūdius est, ἀπρόσκοποι.i.tales,ut nemo p uos offendat. Iudæis & gentibus.) Pro gētibus est Ἕλλησι.i. Græcis.Iteratur aūt ad singula cōiunctiō ἡμῶν,proinde nos uertimus per neqꝫ. Nō quærēs quod mihi utile est.) Simplicius & uerius erat,nō quærēs meā ipsius utilitatē,sed multorū. μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτῷ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν.

EX CAPITE XI.



Mitatores mei estote sicut &c.) De hoc loco superius admonuimus huius epistolæ cap.4. Vox est aūt digna ijs,qui locū apostolorū sibi uindicant.Se Paulus proponit exēplar,sibi cōscius,se nihil habere quod nō sit imitandū. & tamen hoc exemplar nō uult imitabile uideri cuiqꝫ,nisi respondeat ad archetypū Christi.Nunc quidā suo arbitratu uiuentes,nihil em̄ dicam aliud, satis esse putant,si minis denuncient quicquid ab alijs fieri collibuerit, siue rectū id fuerit, siue secus.Sunt alij superstitiosi magis qꝫ religiosi,qui ad suū quisqꝫ institutū uocant homines. Franciscani dicūt,imitatores nostri estote.E diuerso Prædicatores clamāt,imitatores nostri estote.Totidē uerbis,hinc clamant Carmelitæ, hinc Benedictini,hinc alij atqꝫ alij. Et recte clamant,modo uere possint addere cum Paulo, sicut & nos sumus Iesu Christi. Nunc ipsi,de multis loquor,hominū æmulatores,tamē clamant,imitatores nostri estote. Christus exemplar archetypum.

Per omnia mei memores estis.) ὅτι πάντα μου μέμνησθε.i. quod omnia mea memini/stis.Et in hūc sensum accipit Ambrosius.legit em̄,quod omia mea memoria retinetis. Et cōsentiūt græcanica scholia,nominatim Vulgarius. Præparat em̄ illos laude ad sequentē admonitionē.quasi diceret,Sicut in cæteris tenetis mea præcepta,ita in hoc quoqꝫ sequamini. Et sicut tradidi uobis præcepta mea.) Hic apparet uariā fuisse in græcis codicibus lectionē.Nā Ambrosius legit ad hunc modū, Et quomodo ubiqꝫ trado traditiones meas tenetis.id quod ex interpretatione quoqꝫ licet colligere.Interpretatur em̄ ubiqꝫ.i.in omnib⁹ ecclesijs.Atqui πανταχοῦ qd̄ apparet legisse Ambrosiū,nō reperimus in Græcorū codicibus,nec usqꝫ illius meminerūt interpretes,quos ego sanè uiderim. Mollior erat futurus sermo,si priore loco posuisset μὲν, posteriore δέ. Laudo quidē uos qd̄ in cæteris omnia mea tenetis.cæterū illud estis admonēdi,qd̄ parū uidemini meminisse.Sed prius illud δέ,tantū notat digressionē à cepto sermone de idolothytis.posterius uim habet adUersatiuā,quasi præcessisset μέν. Velato capite.) Græce est,κατὰ κεφαλῆς ἔχων.i.in capite habens.ut intelligas non solū de pileo,uerūetiā de coma,quæ & ipsa caput tegit.atqꝫ id annotāt græcanica scholia,nominatim Vulgarius. Deturpat caput suū.) καταισχύνει.i.dedecorat,siue pudefacit,aut dehonestat. Vnū est em̄.) ἓν γάρ ἐστι κἀ τὸ αὐτό.i.unū est & idē,hoc est,nihil omnino refert.Aliquāto diuersius legit Ambrosius.uerū hoc nihil habet momēti ad sensum. Ac si decalueē.) τῇ ἐξυρημμένῃ.i. cū derasa siue rasa,hoc est, perinde est ac si rasa sit.Ambrosius legit, Vnū est em̄ atqꝫ idipsum ut decaluata. Fortassis interpres affectauit hoc uerbū decaluare uelut odiosius,& scōmatis obnoxiū caluicium. Omnia mea

Tondeatur.) μὴ κειράσθω. i. etiã tondeatur. In exẽplari Paulino ſcriptũ erat, Si nõ uelãt mulier & tondeãt. Nec emm̃ eſt ocioſa cõiunctio, quæ perinde ualet ac ſi dicas, eadem opera tondeatur, quandoquidẽ retegit caput. Aut decaluari.) ἢ ξυρᾶσθαι, id eſt, radi. de quo modo meminimus. Velet caput ſuũ.) καταικαλυπτέσθω, id eſt, ueletur. nec aliud quicq; addit̃ apud Græcos. Ambroſius legit, uelet caput. Velamẽ habere.) ἐξουσίαν ἔχειν, id eſt, poteſtatẽ habere. Porrò Ambroſius & græca ſcholia indicant poteſtatẽ hoc loco accipi pro uelamine, quod uelamen impoſitũ cogat illã demittere oculos, ſignificetq; illam eſſe ſub alterius imperio. Laurẽtius indicat in nõnullis etiã latinis codicibus ſcriptũ fuiſſe poteſtatẽ, pro uelamine. Id quod admonuit & Thomas Aquinas. & nos in Paulino exẽplari ita ſcriptũ cõperimus.

Poteſtas, p uelamine.

Voſipſi iudicate.) ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε. i. inter uoſipſos, uel in uobis ipſis iudicate, hoc eſt, in ſuo quiſq; animo. Nec ipſa natura docet.) ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς; i. an ne ipſa quidẽ natura docet uos? quanq; Latinis nec, aliquoties p ne quidẽ, uſurpat̃. Interpres nõ uidet̃ legiſſe ἢ, quod hodie uidemus additũ in græcis codicib⁹. Comã nutriat.) κομᾶ. i. comatus eſt. Coma, capilliciũ, ſed p miſſius, & curatũ. Capilli.) ἡ κόμη. i. coma. Cur qđ modo uertit comã, nũc mutauit in capillos? Nec eccleſia dei.) Eccleſiæ, multitudinis numero αἱ ἐκκλησίαι, ſuffragãte codice latino quẽ modo citauim⁹. Sũt & mũdi cõuenticula, plena litiũ ac iurgiorũ. Porrò cœtus Chriſtiano rũ ab huiuſmodi uitijs debet abeſſe. Hoc aũt præcipio nõ laudans.) τοῦτο δὲ παραγγέλλω οὐκ ἐπαινῶ. i. hoc autẽ præcipiens ſiue denũcians nõ laudo. Laudarat ante, qđ omnia tenerent, nũc nõ laudat in hoc, qđ cogit̃ præcipere de cõcordia. quaſi dicat, hoc nõ laudo, qđ præcipio. Abutunt̃ emm̃ Græci participijs p uerbis infinitis. Interpres & Ambroſius legiſſe uidẽtur, τοῦτο δὲ παραγγέλλω οὐκ ἐπαινῶν. Sciſſuras.) σχίσματα, qđ alibi relinquere ſolet. hic magis quadrabat ſectiones ſiue diſſidia. Ex parte.) μέρος τι. i. ex parte aliqua, ſiue partẽ aliquã. Et αἱρέσεις reliquit, cũ ſectas cõmode potuerit dicere. Ad manducandũ.) ἐν τῷ φαγεῖν, id eſt, in edendo. atq; ita legit diuus Ambroſius. Nec eſt ocioſa uerbi cõiunctio πρὸ in προλαμβάνει, qđ nos uertimus occupat. Præueniebant emm̃ alios, & illis nõ expectatis, ſuã quiſq; cœnã edebat. & ob id mox ſubijcit, inuicẽ expectate. Nũquid domos nõ habetis.) Num domos nõ habetis? uel an nõ habetis domos. Et cõfunditis.) καταισχύνετε. i. pudefacitis. quanq; Hieronymus in epiſtola ad Epheſios, putat nihil intereſſe inter αἰσχύνην & σύγχυσιν, licet apud idoneos autores ſecus eſſe cõperiatur. Turbatur quidẽ & qui uehementer pudeſcit, hoc eſt, animo cõfunditur. at nõ quiſquis cõfunditur, pudefit. Laudo uos &c.) ἐπαινέσω ὑμᾶς ἐν τούτῳ; οὐκ ἐπαινῶ. i. laudabo uos in hoc? nõ laudo. Ad hunc modũ diſtinguũt græcanici codices. Poterat emm̃ ſimpliciter dicere, in iſto uos nõ laudo. ſed interrogatio præmiſſa facit ardẽtiorẽ orationẽ. quanq; uideo Vulgariũ ſic interpretari, ut hæc particula laudo uos, nõ percõtatiue, ſed pronũciatiue ſonet̃. Ne nimiũ irritaret diuites, in cæteris quidẽ collaudat illorũ officium, in hoc negat ſe poſſe laudare. Sed & altera diſtinctio belle habet, laudabo uos? in hoc non laudo, ut ad interrogationẽ ſubaudiat̃, laudo in cæteris. Et gratias agẽs.) μὴ εὐχαριστήσας. i. actis gratijs, uel cum egiſſet gratias. Accipite & manducate.) λάβετε, φάγετε. i. ſumite, edite, citra conjunctionẽ interpoſitã. Cæterũ quod hæc duo uerba, ſumite, edite, nõ addũtur apud Ambroſium in æditione poſteriore, ſuſpicor librariorũ errore cõmiſſum. Hoc eſt corpus meũ.) τοῦτο μου σῶμα. i. hoc meũ corpus, abſq; uerbo ſubſtãtiuo eſt. quanq; in quibuſdã additũ reperio. Fatetur Thomas fuiſſe, qui dicerent Chriſtũ alijs uerbis cõſecraſſe panẽ, prius q̃ porrigẽs diſcipulis diceret, hoc eſt corpus meũ. Et eam opinionẽ licet refellat, nõ tamẽ uocat hæreticã, cum hæreticã dicat eorũ, qui contendebant corpus Chriſti nõ eſſe uere in ſacramento ſynaxeos, ſed uelut in ſigno. In omnibus accedendũ eſt iudicio eccleſiæ, licet hic ſermo uideat̃ iam panẽ conſecratũ porrigẽtis. Mihi in totũ uidetur cõſultius de rebus huiuſmodi, quæ certis ſcripturæ ſacræ teſtimonijs doceri nõ poſſunt, ſed ab humanis pendent cõiecturis, nõ adeo fortiter aſſeuerare, ut noſtrã opinionẽ oraculi uice haberi poſtulem⁹. Ac fortaſſe tuti⁹ ſit, eccleſiaſticos p ceres nõ p nũciare de quibuſlibet, quæ docere nõ poſſint, cũ & ipſi ſint homines, & labi queãt. Q đ pro uobis tradet̃.) τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον. i. quod p uobis frangit̃. Atq; in hoc tãtus eſt Græcorũ codicũ cõſenſus, ut appareat apud nos deprauationẽ ortã, aut certe data opa mutatã ſcripturã, qđ abſurdũ uideret̃ frãgi corpus, nõ qđ uere frangat̃, ſed qđ, ut ait diu⁹ Auguſtinus, p partes ſumat̃,

Confundi, pudefieri.

Diſtinctio.

Frangit̃, pro tradatur.

Quib⁹ uerbis conſecrarit Chriſtus.

quod

qđ olim eodē pane ſacro in multas parteis diſſecto, diſtribueret omnibus Chriſti corpus. Queadmodū autē Chriſtus comeſus à ſingulis uiuit, nec dentibus diſcerpit, ita hoc quo dixi modo fractus, nō lacerat in partes. Certe diuus Ambroſius legit, frangit, græcis con ſentiēs, nihil offenſus ea lectione. Porrò ſi quid offendit, qđ prius dictus ſit fregiſſe panē, & mox adieciſſe, qđ frangit, opinor, aut primū cœpiſſe frangere panem fortaſſis in duas aut tres partes, deinde ut cuiq; impartiebat, à maioribus fragmētis minora defregiſſe. aut frangit ſine certa ratione tēporis eſſe poſitū, ueluti fieri dicit, qđ quoties ſolet, aut opus eſt fieri, fit, etiāſi iam nō fiat. & ſolui qđ ſolui debet, etiāſi ſæpe nō ſoluat. Cæterū hic fran gi nihil aliud eſſe, q; diſpartiri, ſubindicat & interpres Vulgarius, Corpus inquiēs ſuū, qđ omnibus æque diſpartiēs morti deſtinaſſet. Ipſe uero in cibo ſumēdo tēpore anticipato, neq; cōmunē hunc & cibariū panē in mediū exponis, neq; eundē frangis, ut multis deat, ſed tibi ipſi reſeruas. In meā cōmemorationē.) εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. i. in mei memo riam, mei cōmemorationē, ut legit Ambroſius, quanq; græca uox parum cōmode reddi pōt, niſi circūloquaris, ad renouandā mei memoriā. Similiter & calicē.) Ambroſius poculū legit, ꝓpius græcā exprimēs uocē, ποτήριον, à potando dictā, quēadmodū poculū apud nos. Nā calix poculi genus eſt. Poculū eſt unde bibit, ſiue cyathus ſit, ſiue calix, ſiue urceus. Annūciabitis.) καταγγέλλετε. i. annūciate. tametſi in hiſce uerbis uideo apoſto los abuti tēpore, ut in his quæ mox præceſſerūt, Quoties bibetis, πίνητε. Ambroſius legit annūciantes, aliquot uerbis in medio relictis, incuria ſicut arbitror librariorū. Sic em̄ apud illū legimus, Hoc facite quotieſcūq; bibetis in mei cōmemorationē, mortē dn̄i annuncian tes donec ueniat. Panē &c.) τὸν ἄρτον τοῦτον. i. panē hunc. Hic palā corpus cōſecratū panē uocat, nō qđ adhuc ſit panis eo modo quo fuit, ſed qđ ſit panis uiuus & uitā confe rens uerā. De pane illo edat.) Illo, hoc loco nō addit apud Græcos, ſed interpres ex plicuit uim articuli, quod & aliàs ſæpenumero facit. Ambroſius legit, de pane edat.

Quō frangi dicat corpus Chriſti.

Panis dicit & poſt con ſecrationē.

Indigne.) ἀναξίως τοῦ κυρίου, id eſt, indigne dn̄o. Ad eum modū legit & Chryſoſtomus, utroq; loco addēs dn̄i nomē. Ambroſius repetit dn̄i nomē. Itaq; quicūq; ederit panē hūc aut biberit calicē dn̄i indigne dn̄o. licet ꝓximo loco nō apponat dn̄o. Qui em̄ manducat & bibit indigne, iudiciū ſibi ipſi manducat. Quanq; in nōnullis græcorū codicibus legit, τοῦ κυρίου ἀναξίως, ut κυρίου utrolibet poſſit referri, Panem domini, aut panē indigne dn̄o.

Q đ ſi.) εἰ γάρ. i. ſi em̄, nō εἰ δέ. Vt nō cū hoc mūdo.) Cū mūdo ſat erat, σὺν τῷ κόσμῳ. Nec hic potuit ſeruari nō ingrata uocū alluſio, κρινόμενοι & κατακριθῶμεν. Vt nō in iu dicium conueniatis.) εἰς κρῖμα. clarius erat ad cōdemnationē, ne quis accipiat eos iudices adire.

EX CAPITE XII.

Spiritualia quæ uoce ſo nantur.

De ſpiritualib⁹ aūt.) περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν. Incertū an ſentiat de donis ſpiri tus, ut interptant diuus Chryſoſtom⁹, Vulgarius, & Ambroſius, an de pſal lendo ſpiritu, de quo uideat nata fuiſſe quæſtio. Cū gētes eſſetis.) Græci paulo diuerſius habēt, ὅτι ἔθνη ἦτε πρὸς τὰ εἰδώλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε ἀπαγό μενοι, qđ gētes fuiſtis, ad ſimulacra utcūq; ducebamini, abeuntes ſiue abducti, aut, qđ ma lim, ſequētes. Nam ſi ὅτε legas, ſermo pēderet, niſi placet participiū uerbi loco poſitū eſſe. ἀπαγόμενοι, pro ἀπήγεσθε. Neq; em̄ participiū ἀπαγόμενοι ſimpliciter adhæret nomini ἔθνη. Porrò periphraſin interpretis nō improbo. Ambroſius legit, cū gētes eratis, ſimulacrorū forma euntes, ꝓ ut ducebamini. Quanq; hic puto ſupeſſe, cū, id qđ ꝓpemodū liquet ex illius interptatiōe. Cuius uerba ſubſcribā, ſi quis forte requiret. Spiritualia illis traditurus, exēplū prioris cōuerſatiōis memorat, ut ſicut ſimulacrorū fuerūt forma colentes idola, & ducebant duce uoluntate dæmoniorū, ita & colentes deū, ſint forma legis dn̄icæ. Hacte nus ille. Reuocat em̄ illis in memoriā, qđ aliqn̄ fuerint gētes, id cū iam eſſe deſierint, ad monet aliis moribus eſſe uiuendū. Dicit anathema Ieſu.) λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν. i. dicit anathema Ieſum, accuſandi caſu, id eſt, dicit Ieſum eſſe anathema, hoc eſt, maledicit & ex ecratur Ieſum. Probabile eſt autē ita legiſſe & Ambroſium, uel hoc argumēto, qđ ꝓxima pars adhuc caſu manſit incorrupto. Et nemo poteſt dicere dominus.) Hieronymus in Iohelem legit dominū Ieſum. Atq; item Hilarius libro de trinitate ſecundo. Rurſum Ambroſius libro de uocatione gentium ſecundo, cap. 2. Rurſum in commentarijs hunc ipſum enarrans locum ſic adducit. Item libro de ſpiritu ſancto, primo, cap. 10. Itidem Ori genes in Geneſim homilia decimaſeptima, quemadmodum hodie legitur in omnibus

Sermo ob ſcurior.

Dicere Ieſum anathe ma aut dn̄m

Græcorũ codicibus, δ῾ώ̃ται ὑπὲρ κύριον ἰησοῦν, ut opponat̃ ei qđ̃ supra dixit, dicit anathema Iesum, hoc est, uocat illum anathema. neq; rursus quisq; eum dominũ uocat, nisi &c. Sic enim ueteres loquebantur, Anathema sit, quoties uitandum hominem significarent.

Dotes ueteris ecclesiæ.

Ex hoc capite & ꝓximo licet cõijcere, quæ fuerint dotes illius ueteris ecclesiæ Christianæ priusq; tot ceremonijs, opibus, imperijs, copijs, bellis, alijsq; id genus esset onerata. Nunc ferè tot præclara munia, ad unam potestatẽ redacta sunt, hoc est, Christi titulo palliatã tyrannidẽ. Quid em̃ est aliud potestas, nisi adsit animus apostolicus?

Gratiæ, ꝓ donis

Diuisiones gratiarum.) χαρισμάτων, id est, donorũ. sic uertit Hieronymus in epistolis, & alijs item locis. Augustinus in libello de præscietia dei ad Dardanũ, legit diuisiones donationũ. Sed χάρισμα est donatio gratuita. nam à gratia nomẽ habet.

Operatio ἐνέργεια.

Diuisiones operationũ.) ἐνεργημάτων, qđ̃ nõ significat simpliciter operationẽ, sed uim quandam & efficaciã, qua deus agit in nobis. Sequit̃ em̃ mox, ἐνεργῶν τὰ πάντα, & paulo post, ἐνεργεῖ, quod uertit, operat̃. quanq; ut dixi, aliud quiddã sonat græcis, & agit magis q; operat̃. Ad utilitatẽ.) πρὸς τὸ συμφέρον, id est, ad id qđ̃ expedit. ita uertit Hieronymus in quæstionibus ad Hebidiã, ac rursum in secundo libro aduersus Iouinianũ. Magis autẽ sonat ad uerbũ, ad id qđ̃ confert. etiamsi recte uertit interpres. Gratia sanitatũ.) χαρισματα ἰαμάτων, id est, dona sanationũ. In uno spiritu.) ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι, id est, in eodẽ spiritu, seu potius per eundẽ spiritũ. Operatio uirtutũ.) ἐνεργήματα, id est, operationes, & magis ut dictũ est, efficaciæ.

ἐνέργημα

Discretio spirituũ.) διακρίσεις, discretiones. interpres legit διάκρισις, tamẽtsi ad sensum nihil refert. Alij interpretatio sermonũ.) γλωσσῶν, quã uocem modo uerterat linguas, nunc uertit sermones. Nã Græci repetũt utrobiq; uocẽ eam γλωσσῶν. Alij genera linguarũ, alij interpretatio linguarũ. Sic certe legisse Vulgariũ, ex ipsius liquet interpretatione cũ ait, Nã doctrinæ gratia longe est excellentior, & simplex uarijs linguis loquendi donũ, plurimũ antecedit linguarũ interpretatio. Quanq; aliquanto post, repetẽs ordine dotes spiritus, extremo loco recẽset genera linguarũ & interpretationes sermonũ. Licet hæc posterior particula tantũ apud Latinos illic addat̃. Omnia autẽ hæc operatur.) ἐνεργεῖ, magis efficit q; operat̃. Vnus & idẽ.) τὸ ἓν μὴ τὸ αὐτὸ. Articulus additus facit, ut de certo spiritu intelligamus. Proinde nos uertimus, unus ille atq; idem spiritus.

Diuidẽs singulis.) διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, id est, diuidẽs priuatim siue peculiariter unicuiq;, quod Hieronymus in dialogo primo aduersus Pelagiũ uertit, proprie siue propria.

Amphibologia.

Diuidens singulis ꝓ ut uult.) Sermo græcus habet amphibologiã διαιροῦν ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται, diuidens cuiq; ut uult. Nam uerbũ uult, referri potest ad spiritũ diuidentẽ, & ad hominẽ cui diuidit̃, ut si latine dicas, impartiẽs cuiq; ꝓ ut uult. Anceps em̃ est, utrũ sit, ut uult ipse, an ut uult quisq;. Atq; in hunc posteriorẽ sensum alicubi torquet locũ hunc Origenes enarrans epistolã ad Rhomanos, innuens in nobis situm, ut q; plurimũ gratiæ nobis impertiat deus. Quin & apud Græcos addit̃ uox ἰδίᾳ, quã interpres nõ reddidit. Eam si uis aduerbij uim habere, uertendum erat diuidens peculiariter, siue priuatim. Sin malis nomẽ esse, transferẽdũ erat, diuidẽs ꝓpria cuiq;, siue sua cuiq;. Atq; ita quidẽ adducit Augustinus libro de trinitate & unitate dei, cap. 8. Diuidens propria unicuiq; pro ut uult.

Vox omissa apud nos.

In unum spiritum.

In uno spiritu potati sumus.) Græce est, in unũ spiritũ potati sumus. sicut superius uertit in unũ corpus, εἰς ἓν σῶμα. Ad eum modum legit Ambrosius, græca secutus exẽplaria. Cæterũ aliquãto superius miscuit diuersas præpositiones εἰς & ἐν. ἡμεῖς γὰρ ἐν ἑνὶ πνεύματι ἡμεῖς πάντες, εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, id est, etem̃ in uno spiritu, siue ꝓ unum spiritũ, nos oms̃ in unũ corpus baptizati sumus. Qđ̃ si cõplexim legas, sensus erit. Nos oms̃ baptismo facti sumus unũ corpus, idq; ꝓ spiritũ omnibus cõmuniter impertientẽ se. Sin diuisim, subaudiendum erit uerbũ substantiuũ, sumus. Etem̃ in uno spiritu sumus nos omnes. At prior lectio mihi magis arridet.

Potati spiritu, ꝓ hausimus spiritũ.

Siue gentiles.) εἴτε ἕλληνες, id est, Græci, ut legit Ambrosius, de quo iam frequẽter admonuimus. Potati sumus &c.) Est quidẽ græce ἐποτίσθημεν, hoc est, poti siue potati sumus. sed ut potatus intelligat̃ is, cui potus est datus. Sensum eleganter expressit Ambrosius, legens. & omnes unũ spiritũ potauimus. Siquidẽ ποτίζεσθαι Græcis dicit̃, qđ̃ irrigat̃. combibitur autẽ quicquid est liquidũ. Proinde nos quo dilucidiores essemus uertimus, eundẽ spiritũ hausimus. Non estis mihi necessarij.) χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω. Q đ̃ mõ uerterat, opa uestra nõ indigeo. Necessariora sunt.) ἀναγκαῖα. i. necessaria ꝓ positiuũ, nõ cõparatiuũ. nã cõparatio reddit̃ ꝓ magis. Certe iuxta Græcorum

corum codices citat Augustinus sermone.53.Et quæ inhonesta sunt nostra, magis necessaria sunt.Itidem Ambrosius libri quem inscripsit de Noe & arca,cap.8.Quanꝯ μᾶλλον, pro potius accipi potest,ut corrigat uerius ꝯ comparet,sitꝙ sensus,ea membra quæ putantur inhonesta necessitate commendari & usu.Nec enim apparet hoc sentire Paulum, membra pudenda quæ uocantur,esse magis necessaria cæteris,sed satis esse, qđ necessaria sint corpori,ad hoc ne putentur negligenda. Et quæ putamus ignobiliora.)Non reddidit interpres festiuã uocum allusionẽ ἀτιμότερα & τιμὴν,id est,inhonoratiora,& honorem. Et quæ inhonesta sunt nostri.) ἀσχήμονα & εὐσχημοσύνην,id est,immodesta siue indecora,& modestiam siue decus.Ambrosius legit,& quæ inferiora sunt nobis,reuerentiam abundantiorem habent.Verum haud scio an locus mendo uacet.

Nullius egent.) οὐ χρεῖαν ἔχει,id est,non habent opus,ut subaudias,eo honore addito.

Temperauit.) συνεκέρασε,id est,cõtemperauit,hoc est,simul moderatus est, & miscuit membra tẽperatura quadam,ut sibi mutuo sint auxilio. Ei cui deerat.) τῷ ὑστεροῦντι, quod uertere solet deficit.sed hic sanè bene reddidit. Vt non sit schisma in corpore.) Græcam uocem reliquit schisma,uertere poterat dissidium. Sed in idipsum.) ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη,sed idem mutuo curent membra. ut τὸ αὐτὸ parem indicet omniũ membrorũ sollicitudinẽ. Siue gloriatur.) δοξάζεται ; id est,glorificat, hoc est,honore afficitur.Interpres uidetur,gloriatur dixisse,pro gloria afficitur. Thomas Aquinas interpretatur gloriatur,uigoratur, ut sentire possis eum nõnihil offensum fuisse hoc loco.Certe glorificatur legit Ambrosius, cum græcis consentiens . Et in eum sensum interpretatur Vulgarius . Ad eundem modum legit Augustinus tractatu in epistolam Ioannis tertio,nec legit solum,uerumetiã de glorificatione interpretat . Rursus aduersus Faustum lib.21.cap.8. Membra de membro.) μέλη ἐκ μέρους , id est, mẽbra ex parte. Hoc dicit,qđ Corinthij non essent omnia membra corporis,sed aliqua pars membrorũ. Quanꝯ Ambrosius legisse uidetur ἐκ μέλους.Est autẽ facilis in hisce literis lapsus ob affinitatem uocum μέλους & μέρους.Ad eundẽ modum legit diuus Thomas,trifariam hunc enarrans locum.Cæterũ ille sensus minus est coactus , ut intelligamus membra de membro,hoc est,aliud membrũ ab alio pendere,mutua cõnexione . At superiorẽ lectionẽ sequitur Vulgarius,quẽ uersum latine,falsissimo Athanasij titulo quidam ædiderant . Origenes homilia in Leuiticum.7. adducit hunc locum iuxta id quod in Græcorum legitur codicibus. Et quosdã quidẽ.) ἤ μὲν οὓς μὲν. Articulum postpositiuũ Paulus aliquoties usurpat pro præpositiuo in distribuendo.Verũ hic nõ habet quod respõdeat,cuiusmodi multa sunt apud hunc apostolum. Nam quod Faber Stapulensis mutat quosdã,in suos, ut οὓς positũ sit ꝓ ἑοὺς,non est probabile,præsertim in oratione soluta,maxime cũ nullum nomẽ adhæreat ꝓnomini,alioqui dixisset τοὺς ἀυτοῦ.Vitari poterat incõmodũ anapodoti,si primã particulã huius diuisionis cõiunctim legas,ad hunc modũ,ἤ οὓς μὲν ἔθετο ὁ θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ , πρῶτον ἀποστόλους,ut totũ hoc unũ efficiat ordinẽ,deinde succedat,δεύτερον προφήτας.ut qđ cœperat dicere per οὓς , postea mutata uoce dicat per δεύτερον & ἔπειτα. Qđ ita explanatius efferri poterat.Et alios quidẽ cõstituit primo loco,nempe apostolos. alios secundo,nempe prophetas.alios tertio,nempe uirtutes,atq; item de cæteris.

Gloriat, pro glorificatur, deprauatũ.

Opitulationes.) ἀντιλήψεις ,id est,subuẽtiones,siue subsidia,quod alibi uertit,suscipere. Est autẽ ἀντιλάβεσθαι conantẽ porrecta manu adiutare. Interpretationes sermonũ.) Non legitur apud Græcos hoc loco totum hoc.idem eñ uidetur cum illo, γένη γλωσσῶν , id est,genera linguarũ,qđ modo recensuit. Opinor interpretationes sermonũ adiectum ab interprete quopiam,aut,ut isti loquunt,postillatore,quod postea traductum sit in contextum sermonis. præsertim cum ne mentio quidẽ huius particulæ apud ullum græcum interpretẽ reperiatur.ut interim dissimulem,quod toties iam ἰάματα uertit sanitates, pro sanationes . nam ἴαμα apud Græcos nõ est nisi sanatio.Quanꝯ ne quid dissimulem,Ambrosius legit quemadmodum nos uulgo legimus,nec legit solum , uerumetiã interpretatur.Deinde paulo post repetens hos gradus,hoc loco duos reddit,nõ unum . Nunquid omnes linguis loquuntur,nunquid omnes interpretantur . nisi forte hæc duo uelut inter se cognata unius loco posuit. Aemulamini autem charismata.) ζηλοῦτε τὰ κρείττονα χαρίσματα, id est , æmulamini potiora dona , id est , ad ea nitamini dona spiritus quæ sunt eximia.

Additum apud nos.

Sanitas,pro sanatione. ἴαμα Ambrosij lectio.

Faber Stapulensis.

eximia. Non dixit μείζονα, id est, maiora, sed κρείττονα, id est, potiora, quæq; magis conducunt ad publicam utilitatẽ. Hic charismata reliquit uocem græcam. Diuus Hieronymus aduersus Iouinianũ libro secundo uertit dona, malens latine loqui ꝙ̃ græce. Nec est ociosa cõiunctio δέ, separat enim charitatẽ à turba cæterorũ donorũ. Alia contingant alijs. cæterum uos ea sectemini quæ sunt potiora. Excellentiorẽ uiam.) καθ' ὑπερβολὴν ὁδόν, id est, excellentem uiam, siue eximiam & egregiam uiam. Ambrosius legisse uidetur ἔτι μᾶλλον, uertit enim, magis excellentiorẽ. Porrò ut noster interpres uerterit per comparatiuum ἔτι, id est, insuper, fuit in causa, quod aliquoties uim habeat comparatiui.

Charismata græce dixit interpres oscitans.

EX CAPITE XIII.

Sonitus uocum inanis.

FActus sum uelut æs sonans.) Velut, redundat. γέγονα χαλκὸς ἠχῶν, id est, factus sum æs resonans, siue tinniens aut crepitans. Nec, uelut, aduerbium additur apud Græcos, uerum alius quispiam adiecit de suo. Aut cymbalum tinniens.) ἀλαλάζον, quod aliàs uertunt iubilare. Est autẽ ἀλαλάζειν, ꝓprie perpetuo sonitu strepere ac tinnire, ut exponunt etymologici græci, sono sonum excipiente, quemadmodum fit in lebetibus dodonæis. Qua de re copiosius dictum est in Chiliadibus nostris. Non opinor hic refellendos mihi qui putant prædicatorem conferri cum ære sonante, quod is suo tinnitu prosit quidem alijs, cæterũ seipsum consumat. Siquidem hic prophetas appellat prædicatores, cæterũ qui lingua duntaxat loquuntur uelut inutiles per se, cymbalis tinnientibus cõparat. Et si nouerim mysteria omnia.) μυστήρια. Augustinus in libello de actis cum Emerito, legit sacramẽta, ꝓ mysteria.

Distribuero in cibos pauperũ.) Græcis una uox est, ψωμίσω. & omneis facultates meas est τὰ πάντα μου, id est, omnia mea. In nõnullis tamẽ legimus τὰ πάντα ὑπάρχοντά μου.

Ita ut ardeam.) Ita, redundat. ἵνα καυθήσωμαι, id est, ut comburar, siue ad cõburendũ.

Charitas patiens est.) μακροθυμεῖ, id est, longanimis est. Et ita legit Ambrosius, quanꝙ̃ in uulgatis codicibus pro longanima mutauerunt magnanima. Etiamsi apud Cyprianũ aliquoties magnanima uocetur charitas ex hoc Pauli loco, quod μακρὸν ut longum ita & magnũ sit. Mihi nec longanimis nec magnanimus satis exprimere uidetur græcæ dictionis uim. Neq; enim Latini sic dicimus longum animũ, ut dicimus magnũ animũ. quin ꝓ longo lenem uocamus, hoc est, nõ præcipitẽ ad iram, aut uindictam. Benigna est.) χρηστεύεται, pro quo Ambrosius legit, iucunda est. significat autẽ comitatẽ, ac suauitatẽ morum, quæ opponitur asperitati ac difficultati seu morositati. Vera pietas nescit supercilium, simulata sanctitas asperitate morũ grauis est. Benignitas latinis plerunq; ad beneficentiã pertinet. Sic eñ à bono dicitur benignus, ut à malo malignus. Thomas Aquinas nouam adducit etymologiam. Benignitas inquiens, dicitur quasi bona igneitas, quod quẽadmodum ignis facit effluere, ita & charitas. atq; id docet testimonio Solomonis prouerbiorum, cap. 5. Deriuentur fontes tui foras. Vir indignus qui ex tam indoctis autoribus huiusmodi nænias sacris cõmentarijs admisceret. Nam satis apparet huic si quid ad uocũ enarrationem aut sacrorũ uoluminũ testimonia pertinet, ferè nõ ex ipsis fontibus, sed ex alienis collectaneis & indicibus petitũ esse. Non agit perperã.) περπερεύεται. Repetit hoc loco apud Græcos charitas. Ac græca quidẽ scholia hanc uocẽ uarijs modis interpretantur, quidã περπερεύεσθαι putant idem quod est adulari, alij quod extolli, & ostentare sese, à nomine πέρπερος, quod dictum uolunt quasi περίπερος. Id sensisse uidetur & Hesychius. Alij interpretantur garrire, à πέρπερος, quod dictum uolunt quasi περίφερος, ὥσπερ τοῖς λόγοις περιφερόμενος, qd' locutulei sermonum ambagibus molesti sint. Sunt qui interpretentur πέρπερον præcipitẽ ac temerariũ, & περπερεύεσθαι præcipitẽ esse. Vulgarius interpretatur inconstantẽ ac leuem. Mihi uidetur uox à Perperis fratribus esse cõficta, qui & Cercopes dicti sunt, quorũ procacitas & improbitas etiã fabulis est nobilitata. De quibus plura retulimus in Prouerbio, Ne in Melampygum incidas, si cui libebit cognoscere. Nos uertimus, non est procax, quã interpretationẽ & Vulgarius recenset. Alioqui latine perperã agit, qui data opera secus agit ꝙ̃ oportet. Atq; ita quidem interpretat Aquinas, perperã. i. peruerse. Nõ est ambitiosa.) οὐκ ἀσχημονεῖ. i. nõ agit inhoneste, siue indecore. Miror unde uox ambitiosa huc irrepserit, cũ nihil habeant affinitatis ἀσχημονεῖν & φιλοτιμεῖσθαι, nisi forte quia ꝓcessit nõ inflat, qd' uidet ambitionis esse. Quanꝙ̃ græca scholia sic interpretantur,

Excussa Thomæ opinio.

Agere perperam. περπερεύεσθαι

Ne in Melampygum.

interpretantur, ἀχημονῆ, id est, nihil sibi indecorũ putat, quamlibet humile officium, modo prosit. Et Vulgarius ad eundem exponit modum, non dissimulata tamẽ altera quoq; interpretatione. Ex Ambrosio nihil quitum est colligi, quod is contentus explicuisse summam hoc loco, singula negligat persequi. Non cogitat malum.) οὐ λογίζεται, hoc est, non imputat cuiquam malum, nec male cogitat de quoquam, annotante Valla. siue quia omneis ex suo metitur animo. siue quia non molitur uindictam.

Omnia suffert.) στέγει, hoc est, nihil grauatur. Translatum à tignis sustinentibus onus impositum, aut à uasis recipientibus quod infunditur. Cyprianus de simplicitate prælatorum tractatu tertio, pro omnia suffert, legit, omnia diligit. Vnde conijcere licet illius codicem habuisse, πάντα στέργει, addita literula uerbo στέγει. Et uterq; sensus est tolerabilis. tametsi is, quem nostra habet æditio, mihi magis probatur, quod hæc omnia simul congesta, uidentur eodem pertinere. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Siquidem in se recipit, quod traditur is qui credit, & qui credit sperat, & qui sperat sustinet, hoc est, durat in tempus ut promissa appareant. Id enim proprie sonat ὑπομένειν, diuersum ab eo quod præcessit στέγειν. Charitas nunquam excidit.) ἐκπίπτει, hoc est, nunquam cessat, ubiq; prodest, ubiq; est usui, imo crescit indies. etiamsi ἐκπίπτειν græce est exulatum abire, & ejci. Ita sensus erit, nunquam non esse locum charitati.

Cyprianilectio diuersa.

Siue prophetiæ cessabunt.) Græci addunt δέ. Atq; ita legit diuus Ambrosius, siue autẽ prophetiæ euacuabuntur. Deinde quod sequitur, Ex parte enim cognoscimus.) ἐκ μέρους δέ. nonnulli Græci codices habebant autem, pro enim, δέ, pro γάρ.

Cum essem paruulus.) νήπιος, quod & puerum, aut infantem significat, & parum prudentem, quod ea ætas ob inscitiam rerum parum sapiat, ut crebro iam admonuimus.

Sed maior horum.) μείζων δὲ τούτων, id est, maxima ex his charitas. Quanq; & Latini ad exemplum Græcorum aliquoties comparatiuum usurpant pro superlatiuo. Vt illud Catulli, Hespere qui cælo luces iucundior ignis. Et Græci nonnunq; comparatiuis superlatiuorum uice abutuntur. Atq; ita sanè enarrat Vulgarius, Charitatem inter ea quæ manent, summũ tenere locum.

EX CAPITE XIIII.

SEctamini charitatem, æmulamini spiritualia.) Pleriq; Græcorum & hic addunt δὲ coniunctionem in secunda particula, διώκετε τὴν ἀγάπην, ζηλοῦτε δὲ τὰ πνευματικά. Alioqui uideretur adhortari ad utrunq; ex æquo. Nunc omni conatu uult nos eniti ad benemerendum, id enim uocat charitatẽ. Deinde ne quis offendatur, subijcit, reliqua tamen haud aspernanda, quæ spiritualia uocat, quod afflatu spiritus dentur aliquoties & malis, inter quæ tamen primum locum tribuit prophetiæ. Hoc loco Paulus prophetiam uocat non prædictionem futurorũ, sed interpretationẽ diuinæ scripturæ. Quemadmodum & Plato discernit uates à prophetis. Vates arrepti numine, nec ipsi quid loquantur intelligunt, ea prudentes interpretantur cæteris. Porrò uehementius est uerbum διώκετε q̃ ζηλοῦτε. ζηλοῦμεν enim ea quoq; quæ probamus ac miramur tantũ. διώκειν est magno studio adniti ut assequaris. Optandum est, ut & illa nobis cõtingant. Verũ hæc quæ sunt charitatis, toto conatu sunt affectanda, nõ optanda tantum.

Charitas studium benemerendi.

Prophetia quid apud Paulum.

Spiritus autẽ loquitur.) πνεύματι δὲ λαλεῖ, id est, spiritu autẽ loquitur, siue spiritui loquitur, ut respondeat illi quod sequitur, hominibus loquit. hoc est, suo loquitur animo. Ambrosius legit spiritu auferẽdi casu. cum adscribit, Spiritu autẽ loquit nõ sensu, quia ignorat quod dicit. Atq; ita scriptum etiamnũ uisitur in uetustissimo, iuxta atq; emẽdatissimo codice Paulino. Atq; adeo si quis attẽtius obseruet, cõperiet ita legisse & diuum Augustinũ libro de Genesi ad literam. etiamsi in pleriscq; codicibus mutatũ est spiritu, in spiritus. Siquidẽ cum adduxisset hunc locum, subijcit alterũ huic similem, Si benedixeris spiritu, quis supplet locũ idiotæ, quasi sic dictũ sit, hic bn̄dicere spiritu, sicut illic loqui spiritu. Thomas planè testatẽ se legisse spiritus, enarrãs deũ esse qui loquatẽ per eos. Atqui uidendũ est, quomõ id cõgruat ad extenuandã hanc dotem. Nam id agit Paulus, ut loqui linguis sit multo inferius ꝓphetia. Græcis, ut dixi, sermo est anceps, qđ datiuus πνεύματι possit esse instrumẽtalis, cuius uice Latini ponũt ablatiuũ casum, & idem possit esse acquisitiuus, siue relatiuus, perinde ut si dicas, loquit̃ lingua, & loquit̃ tibi. Vulgarius sic ediserit hunc locũ, ut constet eum legisse spiritu nõ spiritus. cum ait, Hoc est nequaq; cognitu

Varia lectio.

Thomæ opinio excussa.

cognitu facilia narrant hominibus & aperta, sed in spiritu sancto loquuntur mysteria.

Nam qui prophetat.) ὁ δὲ προφητεύων, id est, qui prophetat autem.

Hominibus loquit̃ ad ædificationẽ.) Ad, præpositio apud Græcos abest, λαλεῖ οἰκοδομὴν, id est, loquitur ædificationẽ. Quemadmodum & latine loqui solemus, uoluptatẽ mihi narras, pro eo quod est, narras quæ mihi sunt uoluptati. Suspicor ex interpretatione eodem modo legisse Ambrosium. Tamen quæ sine anima sunt.) ὅμως τὰ ἄψυχα.

Faber. Faber mutat tamen in similiter aut perinde, ac si codices haberent ὁμῶς, siue ὁμοίως. Et omnino prima fronte magis quadrare uidetur ad sensum. atq; in his facile labuntur scriptores. Mihi tamen non probatur hæc opinio, primum refragantibus tum latinis, tum græcis exemplaribus. deinde quod ad argutiam Paulinæ sententiæ nõ uideatur attingere, præsertim cum hanc sermonis formam aliàs reperiamus apud Paulum, uelut in epistolæ ad Galatas cap. 3. Tamẽ hominis testamentũ &c. ὅμως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην, de quo suo dicetur loco. Sentit autẽ Paulus adeo non esse probandum inanem uocum strepitum in hominibus Christianis, ut ea quoq; quæ carent anima, nec ad aliud parata sunt, nisi ut sonent ac tinniant, ulli sint usui, nisi distinctum ac significantem sonum dederint. Proinde uerti poterat, etiam inanima, siue inanima licet. aut, quin &. Et in hunc sensum enarrat Vulgarius. Præterea pro, quæ sine anima sunt, dicere poterat, inanima, siue inanimata. Sonituum.) τοῖς φθόγγοις, id est, sonis. Et ita probabile est legisse Ambrosium, apud quem adhuc legitur, sonus non sonituum. Et δῶ potest esse dederint, ut referatur ad inanima, μὴ δῶ. quod nomen sit neutri generis.

Quæ canitur Quod canitur.) τὸ αὐλούμενον ἢ τὸ κιθαριζόμενον, id est, tibia, citharáue canitur. Proinde Ambrosius legit, quod per tibiam canitur. Quis parabit se.) τὶς παρασκευάσεται, id est, quis præparabitur? Quod data opera & aliàs facit interpres, nec id sanè non recte.

Manifestum sermonem.) ἔυσημον, id est, significantem. Et sic legit diuus Ambrosius in commentarijs. quanquam utraq; lectio bene habet.

Vtputa.) ἐι τύχοι, id est, uerbi gratia, nimirũ cum exemplum fingimus, aut ponimus.

Genera linguarum.) φωνῶν, id est, uocum. Loquitur enim de omnibus uocum generibus, non tantum de linguis. Quanquam Ambrosius legit, linguarum, pro uocum, hoc est, γλωσσῶν. Itidem, ni fallor, Vulgarius. Et fieri potest, ut linguæ uocabulo sit abusus Apostolus, ut abusus est uocabulo uocis. In hoc mundo.) Rursus ἐν κόσμῳ, id est, in mundo, citra pronomen. Et nihil sine uoce.) καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον, id est, & nullum horum subaudi genus. & aphonum, id est, uoce carens, siue mutum.

Ero ei cui loquar.) ἔσομαι τῷ λαλοῦντι, id est, ero loquenti barbarus, nec intelligam, nec intelligar. Nam prisci peregrinum hoc nomine uocabant.

Forte additum. Nisi forte interpretetur.) Forte de suo addidit interpres. nec est apud Græcos, nec apud Ambrosium, nec uideo quid faciat ad sententiam.

Et qui loquitur mihi.) ἐν ἐμοί, id est, in me, græce est, pro mihi, ueluti meo iudicio, meoq; animo. tametsi in se facundus est qui loquitur, tamen in meo animo barbarus est.

Barbari qui, Porrò ueteres barbarum uocabant, quicquid erat peregrinum, deinde uox deflexa est, ad uocis ac sermonis absurditatem. Offendit enim sermo peregrinus imperitos, etiamsi concinnior sic nostrate lingua. Postremo cœpit accõmodari & ad mores feros atq; asperos. Olim Græci illi primi hellenes dicti, cæteros omnes barbaros appellabant. Homerus Caras ob peregrinum & absurdum linguæ sonum βαρβαροφώνους appellat. Et Ouidius apud getas agens, Barbarus, inquit, hic ego sum, quia non intelligor ulli. Et Plautus ait se uertisse Barbare græcam fabulam, quam in latinum sermonem transtulerat. Celebratur & Anacharsidis Scythæ philosophi dictum. Scythas barbaros esse apud Athenienses, sed Athenienses uicissim apud Scythas. Porrò quod hoc loco legitur de Barbaris

Aquinatis annotatio. pluſquam barbarice scriptum in commentarijs Aquinatis, mihi suspicio est ab alio quodam adiectum, qui studuerit illius libris flosculorum nonnihil aspergere. Alioqui quis credat talem uirum de re quam prorsus non intellexerit, tam arroganter pronunciare uoluisse. Sed operæprecium fuerit ipsa uerba subscribere, non ut rideat lector, sed ne posthac fidat huiusmodi magnificis interpretationibus, & in cæteris habeat suspectos, posteaquam deprehenderit tanta autoritate pronunciantes, de ijs quæ nesciunt.

Nota

Nota ſinquit,quod Barbari ſecundum quoſdam dicuntur illi, quorum idioma diſcordat omnino a latino. Alij uero dicunt quod quilibet extraneus eſt Barbarus omni alij extraneo,quando ſcilicet non intelligitur ab eo.Sed hoc non eſt uerum, quia ſecundum Iſidorum Barbaria eſt ſpecialis natio. Col. tertio. In Chriſto Ieſu,non eſt Barbarus & Scytha, ſed ſecundum quod uerius dicitur,Barbari dicuntur proprie illi,qui in uirtute corporis uigent,in uirtute rationis deficiunt, & ſunt quaſi extra leges, & ſine regimine iuris. Et huic uidet cõſonare Ariſtoteles in Politicis ſuis. Hactenus illius bellũ annotamentũ. Sed hæc utcunque rideri poterant, ni talium nugarum autores orbi Chriſtiano leges præſcripſiſſent,atq; etiam præſcriberent,nec deeſſent qui horum autoritatem penè parem eſſe uelint Euangelijs.

Spiritus meus orat,mens aũt.) Spiritũ uocem linguæ uocat, mentem affectum animi, ſiue ſenſũ animi, πνεῦμα & νοῦς. Nec aliud eſt ſpiritus meus orat, q̃ lingua mea ſonat pia uerba. ut intelligas id nec alijs prodeſſe, nec ei magnopere qui ſonat. Citat Vulgarius huius autorem ſententiæ Baſilium. Spiritus p uoce.

Si benedixeris.) ἐυλογήσῃς, unica dictio eſt,hoc eſt,ſi laudes & celebres deum,& uerba bene ominata dixeris.

Benedixeris ſpiritu.) Spiritu aberat in pleriſq; Græcorum exemplaribus, adiecimus tamen ex alijs,ſiue quod ad ſenſum faceret,ſiue quod Ambroſius & Auguſtinus, cunque his Vulgarius ita legerint. Quis ſupplet locũ idiotæ.) ὁ ἀναπληρῶν, id eſt, qui ſupplet locum idiotæ,& fungitur uice idiotæ. Atq; ita & hodie ſcriptum uidere eſt in uetuſtiſſimo codice Paulinæ bibliothecæ. Idiota uero Græca uox eſt, quæ ſignificat & priuatum, id eſt,non fungentem aliquo magiſtratu & illiteratum. Hoc loco uertere poterat plebei, aut indocti. Mos hic,ut promiſcua plebes reſponderet in eccleſia, durabat adhuc Hieronymi temporibus,ut teſtatur præloquẽs in ſecundũ librũ commentariorum in epiſtolam ad Galatas, Vbi,inquiẽs,ſic ad ſimilitudinem cæleſtis tonitrui amen reboat. Quis pro qui mẽdoſe.

Super tuam benedictionem.) ἐπὶ τῇ σῇ ἐυχαριστίᾳ, id eſt, ſuper tuam gratiarum actionem,ſiue ad tuã. Quãq; ex hoc loco colligimus minimũ intereſſe inter ἐυλογεῖν, & ἐυχαριστεῖν. utrũq; eñ ad laudẽ dei pertinet. Omniũ ueſtrũ linguis loquor.) Græca diuerſum habẽt ſenſum, ἐυχαριστῶ τῷ θεῷ μου, πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶν. Gratias ago deo meo,oñib⁹ uobis magis linguis loquẽs,id eſt,q̃ magis loquor linguis q̃ uos oẽs. Hieronymus comparatiuum,magis,refert ad cæteros apoſtolos,ut intelligas Paulũ omniũ linguis fuiſſe locutũ magis, q̃ reliquos apoſtolos. Vide nonæ quæſtionis expoſitionem ad Ebidiã, ubi non ſemel citat hunc locũ ſecus q̃ habeat noſtra æditio. licet uideam Ambroſio placere lectionem, quam uulgata habet æditio. Variat Græcorũ lectio.

Quinq; uerba.) πέντε λόγους, id eſt,quinq; ſermones, aut dicta. nec enim uerba annumerat. Et quinq; poſitum eſt pro pauciſſimis, ſicut decem milia pro plurimis. Nam quis nõ protinus uideat frigidũ eſſe quod hic adducit Aquinas,haud ſcio unde hauſtũ. ideo dictum eſſe quinq;,quod oratio perfecta debeat habere quinq;, ſubiectũ, prædicatum,copulam uerbalẽ,determinationem ſubiecti,& determinationem prædicati. Quod ſi hæc parũ arriſerit opinio,alteram addit huic ſimilẽ. Doctor,inquit,debet docere quinq;, credenda,agenda,uitanda, ſperanda, timenda. Minus frigidum erat futurum,ſi dixiſſet quinque libros pentateuchi. Thomas.

In ſenſu meo.) διὰ τοῦ νοός μου, id eſt, per mentem meam.

Vt & alios inſtruam.) κατηχήσω,id eſt,erudiam,quo uerbo libenter utitur Paulus, & item Lucas.id proprie eſt,uiua uoce inſtituere ac docere,unde dicti & catechumeni,quibus fidei noſtræ myſteria non ſcripto,ſed uocis miniſterio credebantur. κατηχέω.

Quam decem milia.) Addendũ erat potius,ut locus huic cõiunctioni q̃, eſſet. Apud Græcos ſæpenumero ſubauditur,id apud latinos eſt inuſitatius. Hac in re mirum q̃ mutata ſit eccleſiæ conſuetudo. Paulus mauult quinq; uerba in ſenſu, q̃ decem milia in ſpiritu. At nũc in nonnullis regionibus totos dies pſallitur ſpiritu, nec modus nec finis cantionũ, cũ uix intra ſex menſes audiatur concio ſalubris adhortãs ad ueram pietatẽ,id enim Paulus uocat in ſenſu loqui, ut omittã interim huiuſmodi muſices genus inductũ eſſe in cultũ diuinũ,ut ne liceat quidẽ ullã uocẽ liquido percipere. Nec ijs qui canunt ociũ eſt atten Cultus ſuperſtitioſus.

cognitu facilia narrant hominibus & aperta, ſed in ſpiritu ſancto loquuntur myſteria.

Nam qui prophetat.) ὁ δὲ προφητεύων, id eſt, qui prophetat autem.

Hominibus loquit ad ædificationē.) Ad, præpoſitio apud Græcos abeſt, λαλεῖ ὀικοδομὴν, id eſt, loquitur ædificationē. Quemadmodum & latine loqui ſolemus, uoluptatē mihi narras, pro eo quod eſt, narras quæ mihi ſunt uoluptati. Suſpicor ex interpretatione eodem modo legiſſe Ambroſium. Tamen quæ ſine anima ſunt.) ὅμως τὰ ἄψυχα.

Faber. Faber mutat tamen in ſimiliter aut perinde, ac ſi codices haberent ὁμῶς, ſiue ὁμοίως. Et omnino prima fronte magis quadrare uidetur ad ſenſum. atq; in his facile labuntur ſcriptores. Mihi tamen non probatur hæc opinio, primum refragantibus tum latinis, tum græcis exemplaribus. deinde quod ad argutiam Paulinæ ſententiæ nō uideatur attingere, præſertim cum hanc ſermonis formam aliàs reperiamus apud Paulum, uelut in epiſtolæ ad Galatas cap. 3. Tamē hominis teſtamentū &c. ὅμως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην, de quo ſuo dicetur loco. Sentit autē Paulus adeo non eſſe probandum inanem uocum ſtrepitum in hominibus Chriſtianis, ut ea quoq; quæ carent anima, nec ad aliud parata ſunt, niſi ut ſonent ac tinniant, ulli ſint uſui, niſi diſtinctum ac ſignificantem ſonum dederint. Proinde uerti poterat, etiam inanima, ſiue inanima licet. aut, quin &. Et in hunc ſenſum enarrat Vulgarius. Præterea pro, quæ ſine anima ſunt, dicere poterat, inanima, ſiue inanimata. Sonituum.) τοῖς φθόγγοις, id eſt, ſonis. Et ita probabile eſt legiſſe Ambroſium, apud quem adhuc legitur, ſonus non ſonituum. Et διῶ poteſt eſſe dederint, ut referatur ad inanima, μὴ διῶ. quod nomen ſit neutri generis.

Quod canitur Quod canitur.) τὸ αὐλούμενον ἢ τὸ κιθαριζόμενον, id eſt, tibia, citharáue canitur. Proinde Ambroſius legit, quod per tibiam canitur. Quis parabit ſe.) τὶς παρασκευάσεται, id eſt, quis præparabitur? Quod data opera & aliàs facit interpres, nec id ſanè non recte.

Manifeſtum ſermonem.) ἔυσημον, id eſt, ſignificantem. Et ſic legit diuus Ambroſius in commentarijs. quanquam utraq; lectio bene habet.

Vtputa.) ἐι τύχοι, id eſt, uerbi gratia, nimirū cum exemplum fingimus, aut ponimus.

Genera linguarum.) φωνῶν, id eſt, uocum. Loquitur enim de omnibus uocum generibus, non tantum de linguis. Quanquam Ambroſius legit, linguarum, pro uocum, hoc eſt, γλωσσῶν. Itidem, ni fallor, Vulgarius. Et fieri poteſt, ut linguæ uocabulo ſit abuſus Apoſtolus, ut abuſus eſt uocabulo uocis. In hoc mundo.) Rurſus ἐν κόσμῳ, id eſt, in mundo, citra pronomen. Et nihil ſine uoce.) καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον, id eſt, & nullum horum ſubaudi genus. & aphonum, id eſt, uoce carens, ſiue mutum.

Ero ei cui loquar.) ἔσομαι τῷ λαλοῦντι, id eſt, ero loquenti barbarus, nec intelligam, nec intelligar. Nam priſci peregrinum hoc nomine uocabant.

Forte addidum. Niſi forte interpretetur.) Forte de ſuo addidit interpres. nec eſt apud Græcos, nec apud Ambroſium, nec uideo quid faciat ad ſententiam.

Et qui loquitur mihi.) ἐν ἐμοί, id eſt, in me, græce eſt, pro mihi, ueluti meo iudicio, meoq; animo. tametſi in ſe facundus eſt qui loquitur, tamen in meo animo barbarus eſt.

Barbari qui. Porrò ueteres barbarum uocabant, quicquid erat peregrinum, deinde uox deflexa eſt, ad uocis ac ſermonis abſurditatem. Offendit enim ſermo peregrinus imperitos, etiamſi concinnior ſic noſtrate lingua. Poſtremo cœpit accōmodari & ad mores feros atq; aſperos. Olim Græci illi primi hellenes dicti, cæteros omnes barbaros appellabant. Homerus Caras ob peregrinum & abſurdum linguæ ſonum βαρβαροφώνους appellat. Et Ouidius apud getas agens, Barbarus, inquit, hic ego ſum, quia non intelligor ulli. Et Plautus ait ſe uertiſſe Barbare græcam fabulam, quam in latinum ſermonem tranſtulerat. Celebratur & Anacharſidis Scythæ philoſophi dictum. Scythas barbaros eſſe apud Athenienſes, ſed Athenienſes uiciſſim apud Scythas. Porrò quod hoc loco legitur de Barbaris

Aquinatis annotatio. pluſquam barbarice ſcriptum in commentarijs Aquinatis, mihi ſuſpicio eſt ab alio quodam adiectum, qui ſtuduerit illius libris floſculorum nonnihil aſpergere. Alioqui quis credat talem uirum de re quam prorſus non intellexerit, tam arroganter pronunciare uoluiſſe. Sed operæprecium fuerit ipſa uerba ſubſcribere, non ut rideat lector, ſed ne poſthac fidat huiuſmodi magnificis interpretationibus, & in cæteris habeat ſuſpectos, poſteaquam deprehenderit tanta autoritate pronunciantes, de ijs quæ neſciunt.

Nota

Nota inquit,quod Barbari ſecundum quoſdam dicuntur illi, quorum idioma diſcordat omnino a latino. Alij uero dicunt quod quilibet extraneus eſt Barbarus omni alij extraneo,quando ſcilicet non intelligitur ab eo.Sed hoc non eſt uerum, quia ſecundum Iſidorum Barbaria eſt ſpecialis natio. Col. tertio. In Chriſto Ieſu,non eſt Barbarus & Scytha, ſed ſecundum quod uerius dicitur,Barbari dicuntur proprie illi,qui in uirtute corporis uigent,in uirtute rationis deficiunt, & ſunt quaſi extra leges, & ſine regimine iuris. Et huic uidet cõſonare Ariſtoteles in Politicis ſuis. Hactenus illius bellũ annotamentũ. Sed hæc utcunque rideri poterant, ni talium nugarum autores orbi Chriſtiano leges præſcripſiſſent,atq; etiam præſcriberent,nec deeſſent qui horum autoritatem penè parem eſſe uelint Euangelijs.

Spiritus meus orat,mens aũt.) Spiritũ uocem linguæ uocat, mentem affectum animi, ſiue ſenſũ animi, πνεῦμα & νοῦς. Nec aliud eſt ſpiritus meus orat, q̃ lingua mea ſonat pia uerba. ut intelligas id nec alijs prodeſſe, nec ei magnopere qui ſonat. Citat Vulgarius huius autorem ſententiæ Baſilium. Spiritus p uoce.

Si benedixeris.) ἐυλογήσῃς, unica dictio eſt,hoc eſt,ſi laudes & celebres deum,& uerba bene ominata dixeris.

Benedixeris ſpiritu.) Spiritu aberat in pleriſq; Græcorum exemplaribus, adiecimus tamen ex alijs,ſiue quod ad ſenſum faceret,ſiue quod Ambroſius & Auguſtinus, cunque his Vulgarius ita legerint. Quis ſupplet locũ idiotæ.) ὁ ἀναπληρῶν, id eſt, qui ſupplet locum idiotæ,& fungitur uice idiotæ. Atq; ita & hodie ſcriptum uidere eſt in uetuſtiſſimo codice Paulinæ bibliothecæ. Idiota uero Græca uox eſt, quæ ſignificat & priuatum, id eſt,non fungentem aliquo magiſtratu & illiteratum. Hoc loco uertere poterat plebei, aut indocti. Mos hic,ut promiſcua plebes reſponderet in eccleſia, durabat adhuc Hieronymi temporibus,ut teſtatur præloquẽs in ſecundũ librũ commentariorum in epiſtolam ad Galatas, Vbi,inquiẽs,ſic ad ſimilitudinem cæleſtis tonitrui amen reboat. Quis pro qui mẽdoſe.

Super tuam benedictionem.) ἐπὶ τῇ σῇ ἐυχαριστίᾳ, id eſt, ſuper tuam gratiarum actionem,ſiue ad tuã. Quãq; ex hoc loco colligimus minimũ intereſſe inter ἐυλογεῖν, & ἐυχαριστεῖν. utrũq; eñ ad laudẽ dei pertinet. Omniũ ueſtrũ linguis loquor.) Græca diuerſum habẽt ſenſum, ἐυχαριστῶ τῷ θεῷ μου, πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶν. Gratias ago deo meo,oñib⁹ uobis magis linguis loquẽs,id eſt,q̃ magis loquor linguis q̃ uos oẽs. Hieronymus comparatiuum,magis,refert ad cæteros apoſtolos,ut intelligas Paulũ omniũ linguis fuiſſe locutũ magis, q̃ reliquos apoſtolos. Vide nonæ quæſtionis expoſitionem ad Ebidiã, ubi non ſemel citat hunc locũ ſecus q̃ habeat noſtra æditio. licet uideam Ambroſio placere lectionem, quam uulgata habet æditio. Variat Græcorũ lectio.

Quinq; uerba.) πέντε λόγους, id eſt,quinq; ſermones, aut dicta. nec enim uerba annumerat. Et quinq; poſitum eſt pro pauciſſimis, ſicut decem milia pro plurimis. Nam quis nõ protinus uideat frigidũ eſſe quod hic adducit Aquinas,haud ſcio unde hauſtũ. ideo dictum eſſe quinq;,quod oratio perfecta debeat habere quinq;, ſubiectũ, prædicatum,copulam uerbalẽ,determinationem ſubiecti,& determinationem prædicati. Quod ſi hæc parũ arriſerit opinio,alteram addit huic ſimilẽ. Doctor,inquit,debet docere quinq;, credenda,agenda,uitanda, ſperanda, timenda. Minus frigidum erat futurum,ſi dixiſſet quinque libros pentateuchi. Thomas.

In ſenſu meo.) διὰ τοῦ νοός μου, id eſt, per mentem meam.

Vt & alios inſtruam.) κατηχήσω,id eſt,erudiam,quo uerbo libenter utitur Paulus, & item Lucas.id proprie eſt,uiua uoce inſtituere ac docere,unde dicti & catechumeni,quibus fidei noſtræ myſteria non ſcripto,ſed uocis miniſterio credebantur. κατηχεῖν.

Quam decem milia.) Addendũ erat potius,ut locus huic cõiunctioni q̃, eſſet. Apud Græcos ſæpenumero ſubauditur,id apud latinos eſt inuſitatius. Hac in re mirum q̃ muta ta ſit eccleſiæ conſuetudo. Paulus mauult quinq; uerba in ſenſu,q̃ decem milia in ſpiritu. At nũc in nonnullis regionibus totos dies pſallitur ſpiritu, nec modus nec finis cantionũ, cũ uix intra ſex menſes audiatur concio ſalubris adhortãs ad ueram pietatẽ,id enim Paulus uocat in ſenſu loqui, ut omittã interim huiuſmodi muſices genus inductũ eſſe in cultũ diuinũ,ut ne liceat quidẽ ullã uocẽ liquido percipere. Nec ijs qui canunt ociũ eſt attenCultus ſuperſtitioſus.

dendi quid canant. Tantũ uocũ tinnitus aures ferit,& mox peritura delectatiuncula mul/cet. Ferendum & hoc,niſi uulgus ſacerdotum ac monachorum in huiuſmodi rebus ſum mam conſtitueret pietatem, multum diſſentiens a Paulo. Cur dubitat eccleſia tantum au torem ſequi? imo cur audet ab eo diſſentire? Quid aliud auditur in monaſteriȝs, in colle/giȝs, in templis fermè omnibus, & uocum ſtrepitus? Atqui ætate Pauli nõ cantus erat, ſed pronũciatio dũtaxat. Vix a poſterioribus receptus eſt cantus, ſed talis ut nihil aliud eſſet, & diſtincta modulataq; pronunciatio. cuiuſmodi ſupereſt etiamnum apud nos, qua ſona/mus in Canone ſacro precationem dominicam, & linguam qua hæc canebantur, uulgus adhuc promiſcuum intelligebat, reſpondens amen. Nunc uulgus quid aliud audit & uo/ces nihil ſignificantes? & talis eſt ferè pronuntiacio, ut nec uoces exaudiantur, ſonitus tan/tum aures feriat. Atq; hæc primum ſpecie pietatis recepta, paulatim eò proceſſerunt, ut pſalmorum, cantionum, ſacrorum, mortualiorũ neq; modus ſit ullus, neq; finis. quod ſen/tiamus hinc accreſcere prouentibus noſtris. Quodq; grauius eſt, ad hæc præſtanda, ſacer/dotes aſtringuntur arctioribus penè uinculis, & ad ea quæ præcipit Chriſtus. Habeant ſanè templa ſolennes cantus, ſed moderatos. Ad eadem cogimur priuatim occupati. & pu/blicum chorum, in naui, in uehiculis, in pandochiȝs nobiſcum circumferimus. Ex his obſer/uatis aut neglectis, piȝ aut impiȝ iudicamur. Eſt quiſpiã Craſſo auarior, Zoilo maledicen/tior, uir tamen pius habetur, quod clara uoce ſonet eas preculas, etiãſi nihil intelligat. Ob/ſecro quid ſentiunt de Chriſto, qui credunt illum huiuſmodi uocum ſtrepitu delectari? Nec his contenti, operoſam quandam ac theatricam muſicam, in ſacras ædes induximus, tumultuoſum diuerſarum uocum garritum, qualem non opinor in Græcorum aut Rho/manorum theatris unq; auditum fuiſſe. Omnia tubis, lituis, fiſtulis, ac ſambucis perſtre/punt. cũq; his certant hominũ uoces. Audiuntur amatoriæ fœdæq; cantilenæ, ad quas ſcorta mimiq; ſaltitant. In ſacram ædem uelut in theatrum concurritur, ad deliniendas au/res. Et in hunc uſum, magnis ſalariȝs aluntur, organorum opifices, puerorum greges, quo/rum omnis ætas in perdiſcendis huiuſmodi gannitibus cõſumitur, nihil interim bonæ rei diſcentiũ. Alitur ſordidorum ut pleriq; ſunt hominum, colluies, ac tantis ſumptibus one/ratur eccleſia ob rem peſtiferam etiam. Quæſo te ut rationem ineas, quot pauperes de uita periclitantes, poterant ali cantorum ſalariȝs? Hæc adeo placent, ut monachi nihil aliud agant, præſertim apud Britannos. & quorũ cantus debuit eſſe luctus, hi laſciuis hin/nitibus, & mobili gutture deum placari credunt. Atq; his rebus occupati, nec attingunt bonas literas, nec audiunt quibus in rebus ſita ſit uera religio. Cur hæc nobis ſola placent, quæ Paulus ceu paruulorum infantiam parciſſime uult adhiberi, imo quæ nullo pacto la/turus fuerat? Siquidem de ſacra lectione loquitur ille, nõ de theatricis cantiunculis. Pſalla/mus ſpiritu, ſed pſallamus Chriſtiane, pſallamus parce, magis autem pſallamus mente. Lo/quamur linguis ſed parcius, prophetemus ſtudioſius. Sed ſatius opinor, quod inſtitutum eſt perſequi.

Cantus pri/ſcus.

Nolite pueri effici ſenſibus.) μὴ γίνεσθε, quod magis ſonat, ne ſitis. Ac mox ſenſibus, φρεσί, quod Auguſtinus legit mentibus, ac meo iudicio rectius.

Puerile eſt ſo/nare linguis

Sed malitia paruuli eſtote.) νηπιάζετε, unica dictiõe quaſi dicas pueremini, & pueros aga/tis. Quanquam ut ſæpe iam admonui, νήπιοι dicuntur pueri, id ætatis quo nondum ſa/pere poſſunt. Vnde pro paruuli, Auguſtinus ediſſerens pſalmum centeſimum trigeſi/mum legit infantes.

In aliȝs linguis.) ἐν ἑτερογλώσσοις, id eſt, in iȝs qui ſunt diuerſarũ linguarum, ac ſi dicas cõ/poſita uoce, in diuerſilinguis. id ita poteſt accipi, ut intelligamus linguarum uarietatem, qua ſunt uſi apoſtoli, aut nouam linguam a ſuperiore illa diuerſam, hoc eſt, linguam inter ſe diuerſam, aut ab aliȝs diuerſam. Locus quem adducit eſt apud Eſaiam capite uigeſimo/octauo, In loquela enim labij, & in lingua altera loquetur ad populum iſtum. ſic enim Hieronymus reddidit Hebraica. Nam iuxta Septuaginta ad hunc legimus modum, Pro/pter irriſionem labiorum, propter linguam alteram, qua loquentur populo huic dicentes eis. Paulus iuxta Hebraicam ueritatem adduxit teſtimonium. cum Septuaginta cæteriq; interpretes longe diuerſa legerint hoc loco. ſed ita rurſus, ut ſenſum magis expreſſerit & uerba, id quod admonet & diuus Hieronymus hunc enarrans locum. Iam illa, Et nec ſic exaudient

Paulus a Se/ptuaginta diſſentiẽs.

exaudient me dicit dominus, de suo Paulus adiecit, ut impleret prophetiæ formam. Nisi forte aliunde sumptum est hoc testimonium. Siquidem Hieronymus non audet affirmare, sed ait ita sibi uideri, ex eo sumptum loco.

Fidelibus.) πιστεύουσιμ, id est, credentibus.

Quid insanitis.) ὅτι μαίνεσθε, id est, quod insanitis. non enim rogaret cur insaniant, sed affirmaret eos insanire. quod insanitis, scriptum extat in exemplari Paulino. neq; secus legit Ambrosius, apud quem est, quia insanitis, quo magis sit euidens quod, mutatum fuisse in quid. Idem libro de spiritu sancto tertio, cap. decimonono legit, Nõne dicent, quod insanitis? Proinde ne quid supereſſet scrupuli, nos uertimus. nonne dicent uos insanire? quẽadmodum planissime interpretatur Vulgarius. Mendũ manifestum.

Occulta enim.) καὶ οὕτως τὰ κρυπτὰ, id est, & sic occulta cordis, ut paulo post, Et ita cadens, καὶ οὕτως πεσὼμ. Ambrosius non addit enim, ut nec Græci. Nec tamen addit ita, nisi quod in secunda particula, pro ita, ponit tunc, Et tunc cadens in faciem. &c.

Apocalypsin habet.) Cum ante uerterit reuelationem, nunc uocem Græcam reliquit, ἀποκάλυψιμ. nec uideo cur id maluerit. Ambrosius hic quoq; legit reuelationem. Et paulo ante, psalmum latine dicere poterat canticum.

Secundum duos, aut ut multum tres.) κατὰ δύο, ἢ τὸ πλεῖσομ τρεῖς, subaudiendum est fiat. præcessit enim, omnia fiant ad ædificationem. siue quis loquitur lingua, fiat ad ædificationem, sed ita ut in singulis conuentibus bini duntaxat loquantur, aut ad summum terni, sed ita ut non simul loquantur omnes, sed uicissim sileãt ac loquantur. Porrò qui tandem sermonis color est, quo usus est interpres, secũdum duos? aut secũdum tres? Aut quorsum attinet, quod hic adducit Aquinas, In ore duorum aut trium testium? Nã ideo Paulus non uult plures in eodem cœtu prophetare, ne fiat confusio. Secundum duos, p bini Aquinatis citatio.

Vt multum.) τὸ πλεῖσομ, id est, ut plurimum, siue ad summum.

Per partes.) καὶ ἀνὰ μέρος, id est, uicissim.

Per singulos.) καθ' ἕνα, id est, singulatim.

Spiritus prophetarũ.) πνεύματα, Græcis pluratiui numeri est. & subijciuntur, ὑποτάσσεται, uerbum præsentis temporis, ne sentiamus hoc dictum de ipso spiritu sancto, sed dono spiritus, quod ita datum esset singulis quibus contigit, ut in ipsorum esset arbitrio uti, aut non uti. quod afflatis & lymphatis non item licet.

Non em̃ est dissensionis deus.) ἀκαταστασίας, id quod magis sonat confusionem, sedi tionem, & turbatum rerum ordinem. Ambrosius legit dissensionis res, non dissensionis deus. atq; ita edisserit. Quia ergo pacis res est, dicente saluatore, Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis, nemo alterum non sinat dicere. Dissensio, p seditio.

Sicut in omnibus eccles. sanct.) Hoc loco uerbum doceo, a nostris additum uidetur. Nam apud Græcos non est. subaudiendum autem nonnihil, sicut in omnibus ecclesijs pax est & concordia. Nam omnium exemplo adhortatur Corinthios, ut similiter faciant. licet Ambrosius uideatur addidisse, cum asscripserit, Hoc dicto hortatur illos, ut quæ præcipit faciant, quia similiter se ecclesijs sanctorum prædicare testatur. Atq; Vulgarius hoc Pauli dictum detorquet ad omnes ecclesias, etiam Iudæorum & gentilium. Cum in nullis ecclesijs decora sit dissensio, in uestra pudeat istorũ tumultuum. Porrò ecclesias appellat cœtus, & conuẽtus hominum. Siquidem & apud ethnicos indecorum habebatur in conuiuio, aut in concilio tumultuari. Varia lectio.

Permittitur.) ἐπιτέτραπται, id est, permissum est. Interpres & Ambrosius legisse uidentur ἐπιτρέπεται. Quanq; Græca uox anceps est, ut quæ declaret interim permittere, interim mandare ac committere. cum hoc aptius quadraret quod sequitur, sed ut subditæ sint uiris suis. Cæterum in ecclesia, latine dixisset clarius, in congregatione, siue in cœtu.

Ignorat ignorabitur.) ἀγνοῶ, ἀγνοείτω, id est, ignorat, ignoret, id est, si quis nolit hæc scire, nesciat suo periculo. Quanquam Ambrosius exponit ignorabitur, adducens illud ex euangelio, Amen dico uobis, nescio uos. Opinor eum legisse ἀγνοείσεται. Verum secus accipiunt Græcanica scholia, nominatim Vulgarius, ignorat, ignoret. qua figura dictum est illud, Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Varia lectio.

Fiant in uobis.) In uobis apud Græcos non est,

EX CAPITE DECIMOQVINTO.

SI tenetis.) Hic locus uidetur fuisse uarius in Græcis exemplaribus. Ambrosius legit, tenere debetis. nisi forte est pro εἰ, legendum ἦ, id est, certe tenetis. aut ἦ κατέχετε, sicut tenetis, pro καθὼς κατέχετε. nam id quoque Græcis sonare ἦ, docent grammatici. Quod si non placet, erit nonnihil subaudiendum, si tenetis, & utiq; tenetis, nisi frustra credidistis. huiusmodi quædam in Paulinis scriptis & aliàs demonstrauimus.

Et post hæc undecim.) Græci codices habent, ἔιτα τοῖς δώδεκα, id est, & deinde duodecim illis. Sed Græca scholia hic laborãt, dubitantque num lapsu scriptoris habeatur duodecim pro undecim, an ut intelligamus Matthiæ quoque Christũ apparuisse, nondũ quidem cooptato in ordinem apostolicum, sed tamen à deo iam destinato. Ita fermè & Vulgarius. Quo sanè loco miror oscitantiam interpretis latini, qui cum uideat quæstionem moueri de duodecim, in contextu tamen uerterit, undecim, iuxta uulgatam æditionem. Cuiusmodi incogitantiam frequenter in hoc licet deprehendere, nisi forte malumus id scribis imputare. Ambrosius legit undecim, sed articulum quoq; reddidit τοῖς ἕνδεκα, id est, illis (inquit) undecim. De articulo apposito diligenter annotat & Augustinus quæstionũ in uetus instrumentũ libro primo, τοῖς δώδεκα, id est, illis duodecim, ut non possit accipi de quibuslibet numero duodecim, sed de illis duntaxat, quos dominus Iesus designarat. Cæterũ nodũ ita explicat, ut dicat in maiore numero reddendo, non haberi rationem alicuius minutæ particulæ. Et ad hanc formam trahit locos aliquot consimiles, quos κατὰ συνεκδοχὴν dictos esse contendit.

Augustinus per synecdochen explicat nodum.

Quingentis fratribus simul.) ἐφάπαξ, id est, semel. quanquam sensus fermè idem est.

Simul, pro semel.

Ex quibus multi.) πλείους, id est, plures, siue complures. tametsi id quidẽ leuiculũ est.

Dormierunt.) Si quis uelit cauillari de ratione sermonis. dormierunt, qui experrecti sunt. Proinde aut uertendum erat, dormiunt, aut obdormierunt, ut ab obdormiscendo sit, quando obdormio nescio an reperiatur.

Non sum dignus.) ἱκανός, id est, idoneus qui uocer. Et cur non potius inanis quam uacua? Demiror autem quid legerit Ambrosius, ut pro uacua uerterit pauper, cum Græce sit κενή. nisi forte iuxta proprietatem Hebræi sermonis, pauperes dicuntur inanes, ut illic. Et diuites dimisit inanes. Inanes enim opposuit diuitibus.

Vacuº, pauper.

Non ego autem, sed gratia dei mecum.) ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ θεοῦ, ἡ σὺν ἐμοί, sed gratia dei quæ mecum est. Corrigit enim Paulus quod modo dixerat se plus omnibus laborasse. Imo (inquit) non ego sum is qui hoc feci, sed gratia potius dei, quæ mihi affuit. ut intelligamus totum hoc deo ferri acceptum. Laurentius hoc loco reiicit eos qui ex hisce uerbis gratiam astruunt, quam uocant cooperantem, quorum est Aquinas.

Duplex lectio.

Gratia dei mecum.) ἡ σὺν ἐμοί, id est, quæ est mecum, seu potius quæ mihi auxilio est. aut ut quidam habent codices, ἡ εἰς ἐμέ, id est, quæ est in me, siue erga me.

Sic prædicauimus.) οὕτως κηρύσσομεν, id est, ita prædicamus, prælenti tempore. ita legit & Ambrosius, suffragante uetustissimo codice Paulino.

Adhuc enim estis.) Enim, redundat. referuntur enim hæc ad superiorem argumentationem. Si Christus nõ resurrexit, ergo adhuc estis in peccatis uestris. Illud annotandum apud Ambrosiũ posteriore loco nõ repeti, uana est fides uestra, sic emẽ legit, Quod si Christus nõ resurrexit, adhuc estis in peccatis uestris, & qui dormierũt in Christo perierũt. Ad eũdem modum legit & interpretatur Vulgarius. Et in superiore parte rectius quadrabat, Inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides uestra, hoc est. utrisque frustra laboratũ est.

Si in hac uita tantum in Christo sperantes sumus.) εἰ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν χριστῷ μόνον. Significationem præteriti temporis participij sic poterat reddere, si ij sumus qui spem coniecimus in Christum in hac duntaxat uita, hoc est, si nostra spes quam habemus in Christo, non porrigitur ultra terminum huius uitæ. Nam in hunc sensum interpretatur Vulgarius, ut tm referatur ad hanc uitã, nõ ad Christum. nec abhorret Ambrosius.

Ordo.

Miserabiliores sumus omnibus.) ἐλεεινότεροι πάντων. Apparet Græcis cõparatiuũ positũ loco superlatiui. omniũ maxime miserabiles. q̃q̃ ad hũc modũ locutus est & Gellius. Alioqui uitari poterat scrupulus, si quis uertisset, miserabiliores sumus quibusuis hominibus, quando

bus,quando in hoc certe ſermone, omnis & quiuis in eundem ſenſum recidunt.

Primitiæ dormientium.) In Græcis exemplaribus cõſtanter addit uerbũ ἐγήγετο, id eſt, factus eſt,ſiue fuit,ꝙꝫ duriuſcule cohærens cũ ſuperioribus. unde uidetur a librarijs additũ.Ambroſius ἀπαρχὴν uertit initiũ,quod fuerit omniũ primus. Qñdoquidẽ per hominẽ mors) In Græcis codicibus quos ego ſanè uiderim,ita habet, ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἡ ἀνάστασις νεκρῶν.i.nam poſtꝙ per hominẽ mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Siquidem coniunctio καὶ, tacitã uim habet inferendi. Mortẽ ortã per unũ hominem cõſtabat,conſequens erat, ut per hominẽ oriretur reſurrectio mortuorum.In hanc ſententiã enarrat Vulgarius. Tacita uis ratiocinãdi in καὶ.

Cum euacuauerit omnem principatum.) Hunc locum ita legit Ambroſius, Cũ tradiderit regnum deo & patri, cum deſtituerit omnem principatũ, & omnem poteſtatẽ, & omnem uirtutẽ,& omnem dominationem.Siquidem Græcam uocem καταργήσῃ uertit,deſtituerit,cũ & aboleuerit,uerti poſſet, aut antiquauerit.

Sicut in Adam omnes.) ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ ἀδὰμ, id eſt,ſicut emꝫ in Adam,ſiue per Adam,ut mox,per Chriſtũ.Enim,aberat in noſtris codicibus.& ſupererat coiũctio.Ac more Græcorũ legit Ambroſius, connectit emꝫ Paulus probationẽ cũ eo quod aſſumpſerat. Qm̃ per unũ hominẽ mors irrepſerat, cõuenit ut per unũ hominẽ uita detur omnibus. Naim ſicut per Adam.&c. In Chriſto omnes uiuificabunt.) Cyprianus exponẽs ſymbolũ fidei legit uiuificantur, ut reſpondeat ſuperiori uerbo, moriuntur.Atꝙ hæc lectio mihi quidem longe magis probaretur,niſi refragarentur exemplaria.Alioqui ſi nos offendit uiuificantur,quod olim futura ſit reſurrectio, debuit eadem opera offendere uerbum moriuntur, quod olim multi ſint in Adam mortui.Paulus nõ hic habuit rationẽ tẽporis, ſed perinde ſenſit, ac ſi dixiſſet, Sicut per Adã eſt mors, ita per Chriſtum eſt reſurrectio.

Qui in aduentum eius crediderũt.) οἱ τοῦ χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ,id eſt,qui ſunt Chriſti in aduentu ipſius.Et ſic legit diuus Ambroſius,ut intelligamus eos quos Chriſtus ſuos deprehendet adueniens. Nouiſſime autem inimica.)Nouiſſima,nomen eſt,non aduerbium nouiſſime. ac ſi dicas,mors omniũ nouiſſima deſtruetur.& eſt καταργεῖται, id eſt,deſtruitur,ſiuꝫ aboletur,præſentis temporis.Diuus Hieronymus in cõmentarijs Eſaiæ non ſemel citat hoc modo, Nouiſſimus inimicus deſtruet mors.quaſi dicas,hoſtis omnium poſtremus deſtruetur,nempe mors.Nam ut eleganter hoc loco docuit Valla, poteſt inimicus eſſe qui non ſit hoſtis.Porrò Græcis mors maſculini generis eſt. Auguſtinus itẽ enarrans pſalmũ.51.legit nouiſſima nomen,non aduerbium. Idem cũ aliàs tũ ſermone de uerbis apoſtoli tertio. Rurſum ſæpicule in libris quos ſcripſit aduerſus Fauſtũ Manichæum. Atꝙ ita ſcriptum uiſitur etiamnum in exemplari Paulino. Nouiſſimus hoſtis mors.

Sine dubio præter eum.)δηλονότι, id erat plenius reddendũ.nam nunc oratio eſt inabſoluta.Atqui cũ dicat omnia ſubiecta,palam eſt, quod excipitur is,qui ſubiecit illi omnia.

Propter ueſtram gloriam.) Non eſt hic δόξα, gloria,ſiue honor,ſed καύχησις gloriatio, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, id eſt, per noſtram gloriationem.Eſt autem hoc loco per, præpoſitio adiurantis.Et quoniam multa iam gloriatus eſt ſancta quadam iactantia,de profectu euangelij ſui,per eam gloriam qua gloriatur in Chriſto,nunc iurat, tanꝫ per rem ſacram,ſibiꝙ chariſſimam.Citat hunc locũ & Auguſtinus epiſtola. 89. Rurſum copioſius ſermone de uerbis apoſtoli. 28. oſtendens hoc loco iuraſſe Paulum, idꝙ liquere ex Græcis exemplaribus.Nec eſt quod tergiuerſemur,& negemus apoſtolum iuraſſe, cum alibi non paucis locis palam iuret. Verũ in negocijs huius mundi, pro prædijs, pro nummis iurare fortaſſe non ſit ingenue Chriſtiani. Cæterum cum agitur negocium Chriſti, tum non ſit nefas interponere iuſiurandum.Neꝙ enim Chriſtus ſimpliciter uetuit iurare, ſed uoluit nos eſſe tales,ut non ſit opus iureiurando,nolens ita iurare ut uulgus tum iurabat. noluit nos eſſe diuites,ut diuitum uulgus tum erat,& nunc ferè eſt. noluit nos uocari rabbi,ut tum uocabantur.noluit nos appellare patres,ut uulgus hominum,omnem gloriam, omne ſubſidium collocans in parentibus, prorſus ab illis pendet. Quanꝫ Græca ſcholia nonnihil hic laborant,dubitantque num ita legendum ſit, διὰ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, id eſt,propter ueſtram gloriationem, id eſt, ut gloriemini uos eſſe Ieſu Chriſti. Atꝙ ita legit Ambroſius & Auguſtinus,quod ad pronomen attinet, niſi quod Ambroſius accipit

Aug: in ſolut: q̃ſtion Hebrei q. 4 par. xi.

Quatenus iurandum.

ueſtram gloriam quã Paulus habeat de illis. Diuus Hieronymus in epiſtola cuius initiũ, Sæpe & multũ, legit propter ueſtrã ſalutẽ, haud ſcio memoriæ ne lapſu, an qđ potius à librarijs corruptus ſit is locus. Vulgarius legiſſe uidetur, propter ueſtrã gloriam, ut gloria Corinthiorum redundet in gloriam Pauli.

θηριομαχεῖν

Ad beſtias pugnaui.) ἐθηριομάχησα, dictio compoſita Græcis. ſolebant eñ olim damnati beſtijs obijci. Mirum eſt hac de re nullam in Actis fieri mentionem. Nam mihi quidẽ non admodum ſatisfacit quod Græci interpretes, quorum eſt Vulgarius, detorquent hoc ad tumultum ab aurifice Demetrio concitatum, ob Epheſiam Dianam.

Edamus & bibamus, cras enim moriemur.) Vox eſt diffidentium, ac deſperantium de promiſſis dei.

Cras enim moriemur.) ἀποθνήσκομεν, id eſt, morimur. Laurentius admonet prouerbium fuiſſe Laconicum. Extat autem apud Eſaiam capite uigeſimoſecundo, totidem uerbis quot citauit Paulus. quãq; Hebræis uerbum eſt futuri temporis מָמוּת. Verum hoc ad ſenſum haud multum refert. & haud ſcio an Paulus ſcripſerit ἀποθνήξομαι, præſertim cum hic Septuaginta non diſſonent ab Hebræis.

Menandri ſenarius.

Corrumpunt mores.) φθείρουσιν ἤθη χρησὰ ὁμιλίαι κακαί. Senarius eſt Menandri, quẽadmodũ indicat diuus Hieronymus, & conſtat ſuis pedibus ſi ſeruetur apoſtrophus, φθείρουσιν ἤθ' χρησθ' ὁμιλίαι κακαί. Nos carmen carmini reddidimus. Mores bonos colloquia corrumpunt mala.

Iuſti ꝓ iuſte mendoſe.

Euigilate iuſti.) ἐκνήψατε δικαίως, id eſt, ſobrij eſtote iuſte, ſiue expergiſcimini iuſte, ut iuſte, ſit aduerbium, id eſt, ſicut oportet & recte. Nam uigilant quidam etiam ad iniuſticiam, id quod annotauit & Vulgarius. Alioqui quorſum attinebat iuſtis præcipere, ut uigilarent, & nõ peccarent, quod ſi faciant iuſti non ſint? Deinde qui conuenit, ut eos iuſtos uocet, quos arguit, & de quibus mox ſubijcit, Ignorantiã dei habent quidam? Quin & Ambroſius, ut ex interpretatione conijcere licet, ita legit, quẽadmodũ habetur apud Græcos, iuſtos (inquit) eſſe præcepit. quaſi euigilate iuſte, perinde ualeat, ac ſi dixiſſet, expergiſcimini ad iuſticiam. Atqui qui iuſtos appellat, non præcipit ut ſint iuſti. etiã ſi in uulgatis exemplaribus ſcriptum habetur, Euigilate, iuſti eſtote.

Ad reuerentiam uobis.) πρὸς ἐντροπὴν, id eſt, ad erubeſcentiam, & ad pudorem.

Inſipiens.) ἄφρον, id eſt, ſtulte, amens, ſiue inſipiens. uox a mente dicta, addita particula priuatiua. Inſipiens tu.) Poſt inſipiens, ponenda erat diſtinctio, ἄφρον, σὺ ὃ σπείρεις, id eſt, ſtulte, tu quod ſeminas. Diſtinguit enim pronomine perſonã hominis a perſona dei. Si quod tu ſeminas, prouenit longe prædarius. multo id uberius efficiet deus in reſurrectiõe, cuius ille proprie eſt autor. Niſi prius moriatur.) Quorſum attinebat addere prius, cum Græce ſit, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ, id eſt, niſi fuerit emortuũ. Auguſtinus hunc adducens locum libro ad catechumenos tertio, ca. 10. non addit aduerbiũ prius.

Vtputa.) εἰ τύχοι, ita uertit & paulo ſuperius, ut ſit exemplũ ponentis. Auguſtinus in epiſtola. 147. pro εἰ τύχοι. uertit ferè. Sicut uult.) καθὼς ἠθέλησεν, id eſt, ſicut uoluerit, ut ſubiũctiui ſit modi. Atq; ita ſanè adducit Auguſtin⁹, in eo quẽ modo adduximus loco.

Non omnis caro.) οὐ πᾶσα σὰρξ, id eſt, non quæuis caro.

Corpora cœleſtia & terreſtria.) ἐπουράνια & ἐπίγεια, quod ita ſonat, quaſi dicas, quæ in cœlo uerſantur, & quæ in terra uerſantur. ne de ipſis cœlis, aut de materia intelligamus.

Claritas δόξα.

Alia claritas.) δόξα. Eandem uocem, quam modo gloriam uerterat, nunc uertit claritatem. Fortaſſe quod abſurdum putaret dicere gloriam ſolis, aut lunæ, aut ſtellarum. imo maius quiddam ſignificare uidetur gloria, dignitas, maieſtas, & claritas. Et aliàs interpres δόξαν maieſtatem uertit. Deniq; cum Paulus eadem uſus ſit uoce, quorſum attinebat interpretem Latinis diuerſas uoces obijcere, cum ad id non cogat ſenſus?

διαφέρειν excellere.

Stella enim differt a ſtella.) ἄστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει, id eſt, ſtella enim ſtellam antecellit. nam id quoq; Græcis ſignificat διαφέρειν.

Seminatur in ignobilitate.) Ambroſius legit ignominia, & rectius ἐν ἀτιμίᾳ.

Si eſt corpus animale.) Si, redũdat, ἔστι σῶμα. i. eſt corpus.

Stapulenſis.

Factus eſt primus homo Adam.) Faber Stapulenſis admonet homo ſupereſſe, quanq; in pleriſq; Græcis etiã codicibus, quos mihi uidere contigit aſſcriptum reperi, ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἀδὰμ. i. primus homo Adã, tametſi ex interpretatione Ambroſiana ſubodorari licet, illum Adã legiſſe, omiſſo homi-

so hominis uocabulo,cum ait ab apostolo duos constitui Adã. Deinde in secunda particula Adam solus repetitur absq; hominis mentione,nouissimus Adam in animã uiuificãtẽ. Cõsentaneum autẽ est ab interprete quopiã additum,qui uoluerit explicare quid sonaret Adam apud Hebræos,nimirum hominem. Proinde in Genesi, quoties hominis uocabulũ repetitur ,אדם Adã ponitur . Et aliquãto post,omisso Adã, hominẽ duntaxat repetit,primus homo de terra &c. Cyprianus in sermone de zelo & liuore,haud male addidit pronomẽ ille, Qualis ille de limo,tales & qui de limo,uelut exprimẽs articuli uim. quod & aliàs ab interprete factum optarim,primus ille homo de terra terrenus ὁ πρῶτος. Adã homo.

In animã uiuentẽ.) Iã puto lector agnoscis elocutionis idioma toties admonitus, sic dictũ,factus est in animã uiuẽtẽ,pro eo quod erat,factus est anima uiuẽs.quẽadmodũ illud dicitur,Esto mihi in deum protectorem. Præfert nostra lectio.

Secundus homo de cœlo cœlestis.) Græci diuerse legunt atq; nos. idq; constanter,ad eundem modum interpretantibus Chrysostomo & Vulgario, ὁ δὲ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ, id est, secundus autem homo ipse dominus è cœlo. quanq; ut ingenue dicam,mihi magis probatur,quod in nostris codicibus scriptũ est,præsertim cum ita legant Hieronymus & Ambrosius, & magis respondet ad id quod præcessit,de terra terrenus. Proinde arbitror ὁ κύριος asscriptũ à studioso quopiã qui uoluerit orationẽ reddere explanatiorẽ.tãetsi nos reddidim⁹,ne nõ respõderẽt latina Græcis. Portemus & imaginẽ cœlestis.)Portabimus futuri tẽporis est Græcis,φορέσομεν. quanq; nõnulli codices habẽt φορέσωμεν.i.portemus.nec magni refert ad sentẽtiã,nisi quod futurũ tẽpus aptius erat huic loco, in quo Paulus agit de resurrectione futura. gestauimus imaginẽ terreni Adæ,peccãdo & moriẽdo,gestabimus imaginẽ posterioris,innocẽter uiuẽdo,& immortalitate.eius qm̃ hic initiũ ac meditatio quædã est,tolerari poterat & uerbũ hortãdi portemus. Vtranq; lectionẽ indicat Vulgarius, portabimus,ut sit prædicẽtis futurã immortalitatẽ, & portemus ut sit adhortantis ad uitæ puritatẽ.cui satis congruit quod sequit, Caro & sanguis regnũ dei nõ possidebũt.Ambrosius legit portemus nõ portabimus. Neq; uero periculũ est si legamus portabimus,ne uideamur cũ Arrianis sentire,qui negabãt nos à resurrectione carnẽ habituros.habebimus carnẽ,& eãdẽ,sed nõ talẽ. Attingit & hũc sensũ diuus Ambrosius. Additũ aliquid apud Græcos.

Possidere nõ possũt.) κληρονομῆσαι .i.hæreditate accipere.& paulo post possidebit,κληρονομεῖ .i. hæreditate accipit,uerbo præsentis tẽporis, licet reclamantibus latinorũ exẽplaribus. Vulgarius admonet Basiliũ hæc ita fuisse interpretatũ,ut diceret Paulum hisce uerbis Corinthios ad innocentiã uitæ uoluisse cohortari.quæ sententia si placet, mollius erat uerbum præsentis temporis,sed quo rem notet,non temporis discrimen.

Omnes quidem resurgemus.) Græca sic habent, πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα , πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα .i. omnes quidẽ nõ dormiemus,sed omnes immutabimur. At diuus Hieronymus ad Mineriũ,ostendit hũc locũ bifariã legi apud Græcos,& hoc modo,quẽ hic indicaui,& eo modo quo uulgata habet æditio . atq; hoc sanè loco mirũ q̃ sudant Græcanica scholia. Vulgarius & Chrysostomus sic legunt, interpretanturq; quẽadmodũ nos in Græcorum exemplaribus legimus ac uertimus,ut sit sensus,nõ omnes morituros,omnes tamẽ immutandos esse. In hanc sententiã citat locũ hunc & Origenes aduersus Celsũ libro secũdo. Sed præstiterit opinor,ob eos qui diffidũt,ipsius uerba asscribere. Tuba,inquit,signũ dabit,& mortui resurgẽt incorrupti. De uiuis aũt immutandis,& à mortuis surgẽtibus segregatis sic scribit,& nos immutabimur,qd̃ utiq; dixit,ubi prius dixisset,mortui resurgẽt. Quin etiã & in prima ad Thessalonicẽses epistola,alijs uerbis eãdẽ differẽtiã præferẽs, cũ alios quidẽ dormiẽtes,alios uiuẽtes affirmet,sic inquit,Si eñ credimus quod Iesus mortuus & resurrexit &c. Ex his satis perspicuũ est quid senserit Origenes,nimirũ immutandos oñes,& qui resurgent,& qui uiui deprehẽdent,nõ morituri quidẽ illi,sed tamẽ cũ ijs qui mortui fuerãt immutãdi.Et ob id initio dixerat omnes immutãdos, licet nõ oñes, resurrecturos.Se uero ponit Paulus inter eos quos aduẽtus dñi uiuos deprehẽderet, propterea quod Christus eũ diẽ omnibus occultũ esse uoluit,& ex alijs locis apparet,Paulũ semper eum diẽ expectasse.licet nõ nescià ita posse intelligi, ut Paulus sub prima persona,quoslibet designarit,quos aduẽtus dñi sit reperturus,Nos qui uiuimus &c.Si nunc incidat aduẽtus domini, quod in nobis accideret,idẽ accidet in illis quicũq; erũt.Diuus Ambrosius sequitẽ eam lectionem Duplex lectio. Origenes. Non omnes morientur.

eā lectionem quā uulgo audimus, ut ſentiamus nō omnes immutandos ad gloriā, quanq̄ reſurrecturi ſint omnes ad uitā. Quāq̄ & is alterā ſubdit interpretationem, in qua ſignificat fore, qui nō moriantur, atq̄ ob id nō reſurgant. Idē aliquanto inferius, explicans eū locū, in nouiſſima tuba, canet em̄ tuba &c. partim meminit huius ſentētiæ. Mortui aūt, inquit, uel peccatores intelligendi ſunt, qui etiā uiuētes mortui eſſe dicuntur. uel certe ſimpliciter omnes mortuos reſurgere dicit, & ſolos ſanctos, qui uiui iuſti inuēti fuerint, in gloriā immutari. Certe cū eo quod Græci legunt magis cōſentiunt ea quæ Paulus ſcribit Theſſalonicēſibus, Si em̄ credimus, quod Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ita & deus eos qui dormierūt per Ieſum adducet cū eo. Hoc em̄ uobis dicimus in uerbo dñi, quod nos qui uiuimus, qui reſidui ſumus in aduētu dñi, nō præueniemus eos qui dormierunt, qm̄ ipſe dñs in iuſſu, & in uoce archāgeli deſcēdet de cœlo, & qui in Chriſto ſunt reſurgēt primi. deinde nos q uiuim⁹, q relinquimur, ſimul rapiemur, cū illis in nubibus obuiā Chriſto in aera, & ſic ſemp cū dño erimus. Ex his liquet, nō oēs dormituros, ſed aliquos fore reſiduos in aduētu Chriſti. Sunt q dicāt in momēto & illos ſubito morituros ac reuicturos, q reſidui fuerint. Cæterū ſi perpēdamus & malos immutari, ſi nō ad gloriā, certe ad immortalitatē, nihil erit q̄d offendat in lectiōe græcorū. Porrò ſi quis diffidet citationi noſtræ, ſciat Chryſoſtomū & Vulgariū, quos modo allegauimus haberi Baſileæ in bibliotheca prædicatorū, unde mihi uoluminū eorum facta eſt copia. Qui græce nouit, is poterit excuſſo loco, me uel cōprobare uel refellere. Auguſtinus libro de ciuitate dei 20. declarat & latina uariaſſe exēplaria. in nōnullis ſcriptū fuiſſe, Omnes quidē reſurgemus, in alijs, oēs quidē dormiemus. Cæterū ex utraq̄ lectione cōſequi, ut moriant omnes, propterea q̄d nemo reſurgat niſi mortuus. Quin & is q cōmētariolos collegit in omneis Paulinas epiſtolas, quos quidā Hieronymi putāt, ſed falſò, q̄d uel ipſa ſatis teſtat præfatio. Quāq̄ hāc puto alterius eſſe, q̄ ſit ipſa collectio, quā apparet eſſe ſtudioſi cuiuſpiā nec indocti, è diuerſis ueterū cōmentarijs cōpēdiū cōtrahētis. Quiſq̄ em̄ is fuit q præfatiunculā adiecit, cū ſit infans ac balbus, tamē impudenter affectauit haberi Hieronymus. Verū ut dicere cœperā, quiſq̄s fuit eius operis rhapſod⁹, indicat triplicē huius loci lectionē. Oēs quidē reſurgem⁹, ſed nō oēs immutabimur, ut immutari ſit propriū trāſeuntis ad uitā beatā. cuius lectiōis & hūc ſenſū facit, oēs reſurgemus q mortui reperiemur, nō oēs immutabimur, q in corpore uiui reperiemur, q̄d ſoli pij ſint immutādi, multi aūt impij deprehēdēdi uiui. Alterā, Oēs q̄dē dormiemus, ſed nō omnes immutabimur, ut accipiamus neminē nō moriturū, nō omnes itē immutādos ad gloriā. Tertiā, Oēs quidē nō dormiemus, ſed oēs immutabimur, ut intelligas nō oēs morituros, oēs tamē trāſformādos ad eandē gloriā. ſiquidē totus hic ſermo nō ad omneis homines cōmuniter, ſed ad iuſtos proprie pertinet. atq̄ hanc poſtremā lectionē maxime probat, ut apoſtolico ſenſui maxime cōgruētē. Nec Aquinas tacuit hanc triplicē lectionē, nullā improbans, licet præferat autoritate uidelicet ſua uulgatā hāc, ſed ita ut diuerſā neget pugnare cū fide. Porrò q̄d quoſdā offendit, parū uideri uerū q̄d ſcriptū eſt, Statutū eſt oīibus ſemel mori, ſi dicamus quoſdā nō morituros, facile ſoluit, quādo paucorū prærogatiua, nō officit legi cōmuni, quēadmodū aliquoties admonet Origenes. Neq̄ em̄ ideo uerū nō eſt, quod ſcripſit Paulus, Oēs in Adā moriūt, & oēs in Adā peccauerūt, ſi Maria fuit ab omni peccato immunis. neq̄ cōtinuo falſū eſt q̄d ſcripſit propheta non eſſe q uacet peccato ne infantē quidē unius diei, ſi dicamus Hieremiā, ac Ioannē Baptiſtā abſq̄ ullo peccato & natos fuiſſe & uixiſſe. Porrò q̄d Auguſtinus libro de ciuitate dei 20. cap. 20. torquet illud Pauli ad Corinthios, Tu q̄d ſeminas nō uiuificat, niſi moriat, nō hoc agit illic Paulus, ut doceret neminē nō eſſe moriturū, ſed ne qs deſperaret ſe à morte reſurrecturū, cū ſemē etiā putrefactū in ſcrobe, ſurgat in herbā. Proinde quæ maxime ſit amplectēda, uiderit eruditus lector, nō ſuſcepi de huiuſmodi pnunciādi negociū, niſi quod, ut dixi, græcoq̄ lectio magis cōgruit cū altero loco q eſt ad Theſſalonicēſes. Et quoties ueteres fatent lectionē eſſe diuerſā, ſemper mihi ſuſpectior eſſe ſolet ea quæ prima ſpecie uidet absurdior, ut conſentaneū ſit, lectorē uel parū eruditū, uel parū attetum offenſum abſurditatis imagine, mutaſſe ſcripturā. licet ſciam in libello ad Alexandrum & Minerium, cōmemorata & expoſita utraq̄ lectione, præferri hanc, qua nunc uulgo utimur. In momēto.) ἐν ἀτόμῳ, i. puncto temporis indiuiſibili, à τέμνω ſeco, & α particula

Auguſtini opinio.

Cōmentarij in epiſtolas Pauli falſo inſcripti Hieronymo.

Lectio triplex.

Aquinas.

Quod prima frōte abſurd⁹, id maxime depraua-tur.

ticula priuatiua, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, id est, in ictu oculi. Hieronymus ad Minerium, indicat utrunq; inueniri, & ῥιπὴ .i. ictus, & ῥοπὴ .i. motus. prius translatum est ab ictu telí seu fulminis. secūdum à motu lancis, seu libræ. & alterum à ῥίπτω dictum. alterum à ῥέπω. Laurētius suspicatur interpretē scripsisse non ictu, sed nictu, hoc est, motu oculi. ῥιπὴν. ῥοπὴν.

Canet em̄ tuba.) σαλπίσει γάρ .i. canet em̄, & subauditur tuba, quæ præcessit. nisi mauis dicere, buccinabit em̄, aut sicuti uertit quidā in homilia Origenis in Matthæū 30. tubabit, explanate potius q̄ latine. nisi placet angelum subaudire, de quo tamē hoc loco nulla mē tio. In Ambrosianis cōmētarijs hæc nō addūtur, canet em̄ tuba. quod satis apparet librariorum uicio prætermissum. etiāsi nec in interpretatione significat se legisse.

Cum autē mortale hoc induerit.) Repetitur græcis utraq; pars, cū autem corruptibile hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit imortalitatē, ὅταν δὲ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, licet refragantibus exemplaribus latinis. Augustinus tamē iuxta Græcos citat hūc locū sermone 43. in Ioannē. Rursum sermōe de uerbis Apostoli secūdo, atq; itē tertio. In uictoria.) Ambrosius legit cōtētione, νεῖκος em̄ si cum diphthongo scribatur contentionē sonat, sin secus, uictoriā significat. atq; ita Hieronymus legit alicubi in epistola aduersus Ioannē episcopū Hierosolymitanū. Rursus in cōmētario Oseæ legit cōtentione. & pro stimulo legit aculeū. Nā illud est minutius, quod græci sermonis ordinē immutauit uel interpres, uel librarius, ποῦ σου θάνατε τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη τὸ νῖκος; i. ubi tuus mors aculeus, ubi tua inferne uictoria? Cæterū testimonium qd' adducit, sumptū est ex Oseæ cap. 13. idq; magis iuxta septuaginta, q̄ iuxta Hebraicā ueritatē, quæ sic habet, interprete Hieronymo. Ero mors tua o mors, ero morsus tuus inferne. Iuxta septuaginta ad hūc legimus modū, Vbi est causa tua mors, ubi est acule⁹ tuus inferne? Porrō quod septuaginta transtulerunt, ποῦ ἡ δίκη σου, hoc est, ubi causa tua, Hieronymus uertit ero mors tua. Symmachus interpretat⁹ est, ero plaga tua. Quinta æditio & Aquila, ubi sunt sermones tui? Hebræis est uerbū דבר quod si scribat̄ per duo cametz דָּבָר, sonat uerbū, sin per sex puncta דֶּבֶר sonat mortē siue pestē, iuxta illud quod in Esaia legimus, Mortē misit dñs in Iacob, & uenit in Israel. Hieronymus uertit, uerbū misit in Iacob, & uenit in Israel. Præterea, p aculeo, quē Hieronymus maluit uertere morsum, Symmachus ἀπάντημα trāstulit, hoc est, occursum. Theodotion & quinta æditio plagā interpretati sunt. Deo autē gratias.) Τῷ δὲ θεῷ χάρις .i. deo autē gratia, ut subaudias est, aut sit, quomodo loquuntur & latini. Stabiles sitis & immutabiles.) ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι. Et, copula redundat. Dicuntur autem ἑδραῖοι, qui firmam ac certam tenēt fidem, ἀμετακίνητοι, qui aliunde aliò moueri & abduci non possunt.

EX CAPITE XVI.

DE collectis.) Περὶ δὲ τῆς λογίας .i. de collecta siue collectione, nouū apud Paulū uerbū, à colligēdo siue à legendo dictū. Apparet metaphorā ductā à fœtibus arborū aut terræ, quæ legi dicūt. unde & leguminibus uocabulū. Collationē poterat uertere, nisi uerbū hoc collectæ, tū ut arbitror solenniter receptū uulgo magis placuisset. Per unā sabbati.) σαββάτων .i. sabbatorū. Vulgarius admonet unā dictā esse, pro primā. Vna pro prima.

Recondens.) θησαυρίζων .i. thesaurizans, qd' tandē uertit latine, solitus ante hac græcā uocē relinquere. Quod ei bene placuerit.) ὅτι ἂν εὐοδῶται. Laurētius ita uertendū existimat, quod facile aut leue sit, siue quod bene cedat. Mihi rectius uertendū uidet, quicquid cōmodū fuerit, & quicquid deo prospero contigerit. Hoc autē addidit, ne forte puderet muneris parū magnifici. Interpres legisse uidet, εὐόδωνται pro εὐοδῶται. Certe Vulgarius nobiscū facit. Ex Ambrosio nō liquet quid legerit.

Perferre gratiā uestrā.) πλὴν χάριν ὑμῶν. Hic planè gratiā pro beneficio posuit, sed gratis collato. Quod si dignū fuerit.) ἐὰν δὲ ᾖ ἄξιον. Græcis hæc uox aliquāto secus usurpat̄ nōnunq; atq; apud nos, pro tāti est. unde nos uertimus. quod si fuerit operæpreciū, hoc est, si res fuerit tāti. Nā Macedoniā pertransibo.) Nihil refert ad sentētiā, tametsi διέρχομαι ambiguū est ad utrūq; tempus. unde nō perperā uertit pertrāsibo. Vel etiā hyemabo.) Quanq; hyemandi uerbum apud Suetonium in Cæsare Augusto, sic uidetur usurpari, quasi sonet affligi incommodo hyemis. & apud Salustium notāte Seneca noue dictum est hyemare mare, cum tempestate molestum est, tamen subinde reperitur, idē uerbum

in cōmentarijs

in commentarijs Cæsaris pro hybernare, hoc est, hyemem transigere.

In transitu uidere.) ἐν παρόδῳ, id est, obiter, ac uelut alió properans.

Pentecoste, quinquagesimꝰ dies.

Vsq; ad pentecosten.) ἕως τῆς πεντηκοστῆς, & usq; ad quinquagesimum, ut subaudias, diem, neq; em̄ de festo loquitur. & haud scio an pentecostes festū id temporis notū fuerit gētium auribus, præsertim cū Paulus in epistola ad Rhomanos, quā constat post hāc esse scriptā, tollat omne discrimen dierū, & infirmos uocet, qui diē cū die conferunt. Certe nullus ueterū interpretum, quantū equidē memini, facit ullā festi mentionē. Thomas satis frigide se hinc explicat, asscribens, forte hæc epistola missa fuit in hyeme, seu in uere, & tunc post pentecosten debebat ire in Macedoniā, & morari ibi usq; ad hyemē, & tunc ire Corinthum & hyemare. Vulgarius citra controuersiā interpretatur, usq; ad quinquagesimū diē, asscribens hoc esse argumētum insigniter amantis, quod temporis etiā modū præscripsisset. Itē Ambrosius interpretatur, ideo diutius manendū Ephesi, quod illic multos haberet aduersarios & fructus esset ingens. Neuter de festo uerbum facit.

Thomæ sententia.

Et aduersarij multi.) Cōsentiunt quidā Græci codices cū nostra uulgata æditione, quanq; aptius alioqui uidebatur quod adducit Hieronymus in cōmētarijs quibus explicat Iohelem, Ostium mihi apertum est magnū & euidēs, sed aduersarij multi. ut intelligas spem fructus esse uberem, sed non sine negocio, ob eos qui conarentur impedire.

Magnū & euidens.) μεγάλη καὶ ἐνεργὴς .i. magnū & efficax, scribitur em̄ per ε nō per α. Interpres legisse uidetur, ἐναργὴς per α, idq; Græcis sonat euidēs, atq; ita legit Ambrosius. secus Chrysostomus & Vulgarius.

Additum aliquid.

De Apollo autē fratre.) Fratre, & notum uobis facio, hæc uerba in græcis codicibus nō inuenio, fratre inuenio in quibusdā. Verū hæc eclipsis familiaris est epistolis, ut subaudiat̄, respōdeo, aut scito, aut aliud huic simile. Veluti, de libris quos putabas perijsse, sunt in tuto apud generum. itaq; ob simplicē lectorē, interpres adiecisse uidetur, notū uobis facio. Et utiq;.) πάντως, more suo uertit utiq; pro omnino.

Nō erat ei uolūtas.) οὐκ ἦν θέλημα. i. nō erat uolūtas, Ei addidit interpres explicādi causa.

Cum ei uacuum fuerit.) ὅταν εὐκαιρήσῃ .i. cum erit opportunum. quanq; uacat idem efficit, & ita uertit in actis apostolorum, Athenienses ad nihil aliud uacabant, ἠυκαίρουν.

Enim redundat.

Omnia em̄ uestra.) Enim, hoc loco prorsus ociosum est, nec est usq; apud Græcos. sed πάντα ὑμῶν, nec additur apud Ambrosiū, ac ne in Paulino quidē exemplari. exponit em̄ quid dixerit cōfortari, superstitio reddit infirmos, charitas fortes.

Nostis domū Stephanæ & Fortunati & Achaici.) Fortunatū & Achaicū hoc loco græci codices nō habēt, sed tantū Stephanā, licet hi tres paulo post cōiungātur. Et hoc loco domus familiā significat, quā primitias Achaiæ uocat, qđ prima susceperit Christū. Porrò quod οἴδατε uertit, nostis, potest intelligi & noueritis, ut iubeat agnosci benemeritos, maxime quia paulo post de ijsdem loquēs, Cognoscite ergo, inquit, huiusmodi. Ambrosius interpretatur cognoscere, honorē habere, assentiente & Vulgario.

Cognoscere p honorem habere

Quod uobis deerat.) τὸ ὑμῶν ὑστέρημα .i. uestrū defectū. nempe quoniā pro omnibus uenerāt ad populū, ita quod deerat, id est quod Paulus desyderabat in Corinthijs, nimirū præsentiā illorū, id isti suo aduentu supplerūt. Faber legit, ὅτι ὑστέρημά μου .i. quoniā defectum meū. uerū id ad sensum perparui refert. Et paulo superius ἐν παρουσίᾳ, uertere poterat in aduētu. Ambrosius anceps hoc loco, utrunq; sensū attingit, ita edisserēs. quia præsentes sunt apud uos, & in illis magnū potestis habere profectū, siue quia mihi uenerunt pro uobis ministrare officiū charitatis.

Ipsi suppleuerūt.) οὗτοι .i. hi.

Prisca.) Græce prisilla, quēadmodū & superius.

Cū domestica sua ecclesia.) Recte quidē uertit, sed nō ad uerbū, ut Ambrosius, cū ea quæ in domo eorū est ecclesia, σὺν τῇ κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίᾳ. uerū hic maluissem congregationē q̄ ecclesiā, cum significet familiā Christianā.

Apud quos & hospitor.) Hoc non reperio additū in Græcis codicibus. quanq; ita legit Ambrosius.

Mea manu Pauli.) Mea casus est ablatiui.

Anathema Maran atha.

Anathema sit.) Hac uoce Paulꝰ solet extremū exitiū significare, qđ Hebræi uocāt חֵרֶם Cæterq; maran atha, Ambrosius putat uocē Syrā esse potius q̄ Hebraicā, licet inter has linguas nonnulla fuerit affinitas. sonare aūt apud illos, dns noster uenit. Verū haud scio an tutū sit hac in re fidere Ambrosio, graui alioqn autori, sed q̄ fuerit Hebræi sermōis ignarꝰ uel illud indicio est, qđ osanna interpretat̄, redēptionē domus Dauid, quēadmodū & Hilarius. Quāq; inter Hebraica uocabula, quæ Hieronymi titulo ferunt̄, reperio maran atha

exposítum

expoſitũ,in aduentu dñi noſtri,ut cohæreat cũ ſuperiori, Sit anathema in aduẽtu domini noſtri,ueluti referat finẽ Malachiæ,Ne forte ueniã & percutiã terrã anathemate. Vulgarius ad Ambroſij ſententiã interpretat dominus uenit,uultq; uideri ceu iuſiurandũ,quo cõ firmet dominũ aduenturũ. Eadẽ fermè diuus Hieroymus in epiſtola quadã ad Marcellã, cuius ſuper hac re uerba nõ grauabor aſſcribere. Maran atha magis Syrũ eſt q̃ Hebræũ. tametſi ex confinio utrarumque linguarum aliquid & Hebræum ſonat. & interpretatur מָרָאן אֲתָא dominus noſter uenit,ut ſit ſenſus, Si quis non amat dominum Ieſum, anathema ſit,& illo completo deinceps inferatur,dominus noſter uenit.quod ſuperfluum ſit odijs pertinacibus aduerſus eũ uelle contẽdere, quẽ ueniſſe iam conſtet. Hactenus Hieronymus. Nec his diſſimilia ſcripſit Auguſtinus. Illud admonẽdum erat,in dominus noſter uenit,uenit eſſe præteriti temporis, eſt enim ἦλθε, id declarantibus Græcis interpretibus, ſi parum ex interpretatione Hieronymi liqueret.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM AD CORINTHIOS PRIOREM FINIS PER ERASMVM ROTERODAMVM.

IN EPISTOLAM PAVLI AD CORINTHIOS SECVNDAM ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.

IN uniuerſa Achaia.) ἐν ὅλῃ .i.in tota,nimirum reliqua.nam ipſa Corinthus eſt in Achaia cuius & metropolis eſt.

A deo patre & domino.) Leuiculum eſt quod admonet Laurẽtius de Amphibologia,quaſi legi poſſit, à deo patre noſtro & domini Ieſu Chriſti.ſiquidẽ id Paulo eſt peculiare,patrẽ uocare deum, Chriſtum dominũ. Admonuimus & aliàs ſermonẽ Græcis eſſe ancipitẽ. nam poteſt accipi ut gratia proficiſcatur à patre & à filio,aut ut proficiſcat̃ à patre cõmuni Chriſto & nobis. Et totius cõſolationis.) Magis hic quadrabat omnis conſolationis. atq; ad eum modũ refert Hieronymus in commentarijs Eſaiæ.

Per exhortationem.) διὰ τῆς παρακλήσεως .i. per conſolationem. eſt eadem uox quam modo conſolationem uerterat. Et exhortamur.) παρακαλούμεθα .i.conſolamur.q̃ intempeſtiua copiæ affectatio. Qua conſolamur & ipſi.) Interpres legit, ἡμεῖς αὐτοὶ .i. & ipſi, nec mihi diſplicet. Sicut nos conſolante deo fortes ſumus in rebus aſperis,ita cõuenit noſtra fortitudine,uiciſſim confirmari animos aliorum,uel exemplo,uel exhortatione. Et cõſolamur hoc loco paſſiuũ eſt,unde Ambroſius legit exhortationẽ cõſequimur. Cũ ſint autem duæ partes orationis, ſiue & ſiue,quarum utraq; reſpondet uni clauſulæ.nempe huic, & ſpes noſtra firma eſt pro uobis, quæ apud nos adijcitur poſteriori, Græcis in medio ponitur.à quibus tamen hic diſſentimus. Cæterũ miror quod ſecutus exemplar Aquinas ex duabus partibus tres facit,ſiue tribulamur pro ueſtra exhortatione, ſiue cõſolamur pro ueſtra cõſolatione,ſiue exhortamur pro ueſtra exhortatione. ſed reclamantibus Græcorũ pariter ac latinorũ exemplaribus,etiã uetuſtis. Neq; uideo quis locus hic eſſe poſſit tertiæ parti,cũ conſolari & exhortari Græcis idẽ ſit uerbũ. & tamẽ ad eũ modũ ille interpretatur etiã,nõ ſolũ legit. Nã apud Ambroſiũ opinor eandẽ ſentẽtiã alijs uerbis repetitã,cũ ita legit, Siue aũt anguſtiã patimur,p ueſtra exhortatiõe & ſalute.ac mox interiecto cõmẽtariolo,ſiue

Thomæ lectio excuſſa.

riolo,ſiue autẽ preſſuram patimur pro ueſtra exhortatione & ſalute,ſiue exhortationẽ cõ ſequimur pro ueſtra exhortatione,quæ operatur &c. Item in Vulgario uerſo,de ſuo addi dit interpres,bis explicans Græca.quanꝯ alioqui poteſt & hic accipi ſenſus,ut ſingulis par ticulis proxima reſpondeat. Siue tribulamur, id fit ad exhortandos uos & ad ſalutem ue ſtram,ut noſtro exemplo roboremini,ſi quid afflictionis inciderit. Siue refocillamur con- ſolatione,id fit ad conſolationem ueſtri ut eadem paſſi,ſperetis eadem. Atꝯ ita particula quæ ſequitur,& ſpes noſtra,peculiariter pertinebit ad partẽ poſteriorẽ. Hoc adieci quod uideã Paulum & aliàs huiuſmodi ſermonis forma uſum,uelut illic, Neꝯ enim qui in ma nifeſto Iudæus eſt,aut in carne circumciſio.

Pro ueſtra exhortatione.) Rurſum eſt παρακλήσεως,id eſt,conſolatione.quãꝯ & apud Ambroſium hæc uideo confundi, quaſi nihil admodum interſit inter exhortationem & conſolationem.quod quiſquis conſolatur,hortatur ut forti ſis animo.

Quæ operatur tolerantiam.) τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπο- μονῇ πολλῇ .i. quæ operatur in tolerantia multa.operatur autem eſt,uim ſuam explicat & aperit. Earundem paſſionum.) τῶν αὐτῶν παθημάτων, id eſt,eorundem malorum,ſi- ue dolorum,aut earundem afflictionum.Et paulo poſt, κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων .i. par ticipes eſtis malorum,aut afflictionum.nam paſſio uox eſt dura latinis auribus.

Sic & conſolationis eritis.) Eritis additum eſt.uidetur autem ſubaudiendum eſtis po- tius ꝯ eritis.nam apud Græcos non additur, ſentit enim hic quoꝯ utrunꝯ eſſe commu- ne,afflictionem malorum,& conſolationem dei. & in hanc ſententiam interpretatur Vul garius. ſiquidẽ Ambroſius legit, Ita ut deſperaremus nos etiã uiuere. & interpretatur affli ctiones proceſſiſſe uſꝯ ad mortẽ illatam. Quæ facta eſt in Aſia.) Græci addũt nobis τῆς γενομένης ἡμῖν ἐν τῇ ἀσίᾳ, id eſt, quæ contigit nobis in Aſia.

Tæderet pro deſperare- mus. Pericula pro mortibus.

Ita ut tæderet nos etiam uiuere.) ὥς τε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν. poteſt accipi,ut de- ſperaremus etiam de uita.Atꝯ in hunc ſenſum accipit diuus Ambroſius,& huic conſenti- ens Vulgarius. Et tantis periculis.) ἐκ τηλικούτου θανάτου, id eſt,tanta morte. Eſt enim τηλικοῦτος, quod quantitatem ſignificat potius ꝯ qualitatem.Ambroſius propius accedẽs ad græcam ueritatẽ legit, de tantis mortibus. Noſter interpres ſat habuit reddidiſſe ſentẽ tiam.ſentit eñ mortes,afflictiones morti proximas.Si nihil licet mutare,cur hoc auſus eſt interpres? Eripuit & eruit.) ἐῤῥύσατο καὶ ῥύεται, id eſt,eripuit & eripit,idem uerbum apud Græcos,niſi quod poſterius eſt præſentis temporis.Alioqui ſi legamus hic eruet,qui congruit quod mox ſequitur,in quem ſperamus,quod & adhuc eripiet.In Ambroſio uer bum præſentis temporis quod eſt in medio non additur,ſed omiſſum ut arbitror ſcripto ris incuria. In quem ſperamus.) εἰς ὃν ἠλπίκαμεν, id eſt,in quem ſperauimus.tametſi in huiuſmodi uerbis ſæpius utuntur præterito pro præſenti,ut οἶδα, γέγραφα.nam illud ſpe rauimus ſonat, quaſi dicas,ſpem fiximus.

Ex multorũ perſonis faci erum, locus obſcure redi ditus.

Vt ex multarum perſonis facierum.) Græce ſic habet, ἵνα ἐκ πολλῶν πρόσωπων, τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα, διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν, id eſt,ut ex multis perſonis, de dono in me collato,multis modis gratiæ agantur pro nobis.Pro ἐκ πολλῶν πρόσωπων, Ambroſius uertit in multorum facie,ut intelligamus gratias publicitus agendas.nam πρόσωπον apud Græcos non ſolum perſonam,ſed & aſpectum ac faciem ſonat, & ſic διὰ πολλῶν erit per multos,ut ſubaudias ἀνθρώπων.Poteſt & ſic accipi, ἐκ πολλῶν προσώπων, id eſt,multis mo dis,quãdoquidem ſpeciem rei faciem uocamus.Nec ſatis queo diuinare,quid noſter lege- rit interpres, cum eadem uox Græcis & faciem ſignificet & perſonam. niſi fortaſſe quiſpiã Græce peritulus adiecit facierum,uolens interpretari quid Græcis eſſet προσώπων. Lauren tius diuerſam ſententiam commentus eſt, uidelicet hãc,ut de gratia in me ex multis per- ſonis, ſiue reſpectu multorũ collata,p multos gratiæ agãtur propter uos. Neꝯ mihi diſpli cet hoc inuentum,niſi quod nonnihil reclamat articulus parum commode poſitus ad hãc ſententiam,Cõmodius enim fuerat, ἵνα τὸ ἐκ πολλῶν πρόσωπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα. quod in nobis eſt,ſiue ut uertit Ambroſius,donũ in nos collatum. Et ὑπὲρ ἡμῶν, ut habet Vul garius & Ambroſius pro nobis,primæ perſonæ,quibuſdam Græcis eſt ὑπὲρ ὑμῶν, pro uo bis. atꝯ ita legiſſe uidetur Valla. utrunꝯ tolerabile. agantur gratiæ pro uobis, quorum precibus & quorum bono ſeruatus ſum,& pro nobis qui ſumus ſeruati. Cæterũ εὐχαριστηθῇ

paſſiue

passiue posuit,sicut & latini dicunt gratulari reditum incolumem,pro gratulari de reditu incolumi.Ambrosius circumlocutus est,in gratiarum actione celebretur.

Nam gloria nostra.) καύχησις,id est,gloriatio.tametsi glorias pro gloriatione legimus, sed in malam partem.unde & glorioſi dicuntur iactabundi.

In simplicitate cordis.) Cordis abest in græcis codicibus, nec additur apud Ambrosiũ nec apud Vulgarium Græcum , etiamsi de suo addidit interpres.

Abundantius autẽ ad uos.) πρὸς ὑμᾶς, id est,apud uos,siue erga uos secũdæ personæ.

Legistis & cognouistis.) Vtrunq; uerbum Græcis præsentis temporis est ἀναγινώσκετε, ἐπιγϊνώσκετε. Atq; ita legisse Ambrosium uel ex ipsius enarratiõe licet colligere. Ea, inquit, se dicit scribere,quæ non solum literis cernerent, sed & operibus eius manifesta haberent. Sed offensus lector quispiã eruditulus,quod prima specie sermo uideretur absurdus.non alia scribimus uobis q̃ quæ legitis,mutauit scripturã.quod nihil uideatur legi nisi quod scriptũ est.Atqui Paulus suo more expressit hanc sententiã.nõ alia scribimus uobis,q̃ ea quæ nõ solum legitis à nobis scripta,uerumetiam agnoscitis à nobis expressa re factisq;. Græci addunt ἢ καὶ ἐπιγϊνώσκετε,aut etiam agnoscitis.sed suspicor articulum ἃ mutatum in ἢ. Legitis cognoscitis.

In die domini nostri Iesu Christi.) Græcus habet,In die domini Iesu, ἐν ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἰησοῦ, nec addit Christi.Porrò diem suo more uocat iudicium.quamuis uulgi iudicio non est mihi causa gloriandi de uobis,aut uobis de me,tamẽ apud Christum est quod glorie/mur utriq; de alteris. Vt secundam gratiam.) δευτέραν χάριν, quod uerti poterat iteratum beneficium , siue geminum beneficium .nempe prius per epistolam , postea per præsentiam ipsius.Græcanica scholia admonent χάριν positum pro χαρὰν, id est , gratiam pro gaudio. nam apud latinos quoq; gratiam habere dicuntur quæ delectant. Dies pro iudicio. Gratia pro gaudio.

Cum autem hoc uoluissem.) βουλευόμενος, id est,cum hoc deliberarem siue statuerem. idem uerbum mox sequitur,ἃ βουλεύομαι,quod interpres uertit quæ cogito . adeo sibi permittit interpres mutare quocunq; modo quod libuerit. Ambrosius legit cogitans. Vulgarius interpres satis indicat de cõsilio siue decreto sentiẽdum esse.Nec est hoc loco autem, sed οὖν . i. igitur.& ergo legit Ambrosius, Etiamsi mihi non displicet δέ,quod sit aduersatiua. uidetur enim diluere quod illi tacite forent obiecturi,si statueras uenire , cur mutasti consilium? Leuitate sum usus.) ἐλαφρίᾳ, à ceruo dicta uox , ob celeritatem mutandi consilij . Et hic leuitate sum usus, Græce dixit magis quam latine , pro eo quod est leuiter, siue inconstanter me gessi. Secundum carnem cogito?) Hic subaudienda est responsio,non cogito,siue nequaq̃,ut apte cohæreat quod sequitur,ut sit apud me &c. Interpres dormitans.

Fidelis autem deus.) Recte usus est fidelis pro fido , cum aliàs usurpemus hoc nominis pro fidenti.Ne uideretur enim hoc arrogare sibi quod dixit,adiecit, fidelis autem deus,quo autore & adiutore præsto quod præsto.Potest & ita distingui hic sermo.Aut em̃ quæ cogito,secundum carnem cogito,ut sit apud me,quod est etiam,etiã,& quod est nõ, non? ut hæc sit interrogatio. Deinde quasi responderit,nequaq̃ hæc secundum carnalem affectum loquor , ut mihi arrogem si quid præstiti , subiicit, Imo deus fidelis , qui per me præstat,quicquid uoluit.& ad hunc modum distinguit Ambrosius. Atq; ita δὲ cõiunctio aduersatiua uim habet corrigendi,cuius uice poni poterat,quin potius,aut imò. δὲ corrigit.

Vt sit apud me est.) Hic locus apud nos cõfusus,apud Græcos sic habet , ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ , ναὶ . καὶ τὸ οὒ , οὔ,id est,ut sit apud nos,quod est etiam, etiam,& quod nõ,non. Certe Ambrosius legit est,est,non non, & exemplar Paulinum uetustissimum manifesta rasuræ uestigia præ se ferebat.Porro illud etiam,apud Græcos uox est affirmantis ναὶ, & οὒ negantis . Ergo qui non faciunt quod negant se facturos , ijs non est non , & qui faciunt quod affirmant se facturos,ijs etiam est etiam.Cæterum quod Laurentius non uult in illo & in ipso,referri ad Christum,non uideo quid hominem mouerit. nam uehementer ridiculum est quod Valla uult in ipso subaudiri, etiam, non Christum.imo Paulus felicem exitum promissorum deo fert acceptum,& Christo per quem hoc sit impetratum,ne uideretur suis uiribus arrogare quicq̃, id quod testatur & huius sermonis clausula , deo ad gloriam,per nos. Deus autor est, Christus impetrator,nos duntaxat horum ministri. Locus obscurus. Taxatus palam Valla.

Per me & Syluanum.) Hieronymus admonet Sylam esse legendum,non Syluanum, cuius crebra mentio fit in Actis apostolorũ, sed reclamãt quæ uiderim Græcorum exemplaria

plaria. Non fuit in illo est.) οὐκ ἐγένετο ναὶ, ἀλλὰ οὔ, id est, non fuit etiam, & non. Porrò hæc uerba, sed est in illo, in Græcis codicibus non leguntur hoc loco, licet mox in proximo sermone adiiciãtur, suffragante uetustissimo exemplari Paulino in quo scriptum uisitur, Fidelis autem deus, quia sermo noster qui fuit ad uos, non est in illo est & non, dei enim filius &c.

Est & non p instabilis & uanus.

Non fuit in illo.) οὐκ ἐγένετο ναὶ ἀλλὰ οὔ, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεμ, id est, non fuit etiam & non, sed etiam in ipso fuit. Per etiam, semper intellige confirmationem. & in pro per usurpatur.

Quotquot enim.) ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ναί, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμήν, id est, quotquot enim promissiones dei in ipso etiam, & in ipso amen. nam apud Hebræos amẽ confirmantis est, ut apud Græcos ναί.

Ideo per ipsum.) Ideo, abiiciendum, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμήν, id est, & in eodem amen deo. Et rursum, hic amen habet suum articulum τὸ, sicut ναὶ & οὔ superius, ut intelligas certitudinem quam significare uoluit per amen, & in illo amen deo, significat omnia certa, &

Signare, confirmare fidẽ.

rata quæ deus pollicitus est. Et signauit nos.) καὶ σφραγισάμενος, quo uerbo significare solet rei certitudinem, uelut cum obsignamus instrumentum aut uas. atq; id mox explicat, indicans datam arram, quo certius esset promissum. Hoc admonẽdum ratus sum,

Gratia cooperans.

quod uideam recentiores interpretes hic multa philosophari de gratia cooperante, quæ ad rem non admodum pertinent. Pignus spiritus.) τὸν ἀρραβῶνα, id est, arrabonem siue arram quæ fidem faciat totius promissi præstandi.

Non ultra ueni Corinthum.) Magis quadrabat nondum q̃ ultra. est enim οὐκ ἔτι ἦλθον, id est, non adhuc. sentit enim se distulisse reditum, nisi mauis ἔτι pro denuo accipere. Cæterum Ambrosius de dilato reditu interpretatur, atq; item Vulgarius.

Domina/ mur fidei.

Dominamur fidei uestræ.) Vide num hic sensus accipi possit, dominamur uobis propter fidem, uel fidei gratia, ut more Græcorum subaudias ἕνεκα. Græca sic habent, οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως. atq; ut ita sentiam, facit articulus post ὑμῶν positus, alioqui magis conueniebat, τῆ ὑμῶν πίστει. Hæc autem dicit quod ante dixerat parcens, uelut alioqui sæuiturus. Nõ est autẽ dominium, nisi cum peccatum est alicubi. sed in fide nondum peccarant, qua firmi stabant. libidine, contentione, dissidiisq; peccarant. Id igitur uerbi mitigat hac oratione. Vulgarius in cæteris mecum faciens, de transposito articulo, nullum mouet scrupulum. quanquam & alter sensus probe habeat. Fides libera est, dominium necessitatis est, ut interpretatur Ambrosius. Hæc animaduertenda nobis, qui fidei ac religionis titulo ad tyrãnidem abutimur, nec alio fortassis studio cupimus orbem redigi ad

Qui subi/ gunt Turcas ne spectent dominiũ aut prædam.

professionem Christi, quam ut ipsi latius regnemus.

Fide statis.) ἑστήκαμεν, id est, stamus siue constitimus. tametsi uariant hic Græca exemplaria, & magis quadrat statis, ne uideantur usquequaq; obiurgandi.

EX CAPITE SECVNDO.

Nisi qui cõtristat ex me.) ὁ λυπῶν με εἰ μὴ ἐξ ἐμοῦ. Contristari suo more ponit pro dolore affici, cum aliud quiddam sonet latinis. Sentit autem hoc ipsum sibi uoluptati esse, quod admoniti indolescant, quod id argumentum sit animi resipiscentis, ita uicissim gaudium è dolore nascitur.

Tristitiam super tristitiam.) Super tristitiam, superest, μὴ ἐλύπην λύπην ἔχω, uerum id aliunde huc translatum est, uidelicet ex epistolæ ad Philippenses, capite secundo. Certe apud Ambrosium non additur, & congruit cum huius lectione ipsius interpretatio. Consentit cum Ambrosio & Vulgarius. licet interpres in contextu addiderit

Additum apud nos.

de suo, uulgatam secutus æditionem.

Angustia cordis.) συνοχῆς, coartatione siue anxietate. Nam angustia cordis est pusillanimitas, & in uitium sonat. Vt sciatis quam charitatem.) Græce est, ut charitatem sciatis, quam habeo abundantius in uobis, ut legit & Ambrosius. & in uos rectius quam in uobis. est enim εἰς ὑμᾶς, siue erga uos.

Si quis autem contristauit me.) Me non est apud Græcos, εἰ δέ τις λελύπηκεν, id est, si quis dolore affecit, ut subaudias id quod commodum fuerit, aliquem aut uos, aut me. Diuus Ambrosius non addit pronomen, uerum iuxta Græcos legit. Si quis autem contristauit, non me contristauit. Grauat enim peccantem, qui contristauerit omnes, neq; Paulum tantum

tantum, uerum omnes bonos apud Corinthum. Nam quod ait, non me contriſtauit, perinde ualet ac ſi dicat, non me proprie ac ſolum contriſtauit, uerum ex parte duntaxat, ut cui dolor hic ſit cum omnibus uobis communis. Ita ut econtrario magis donetis.) ὥσπε τοιωυτίομ μᾶλλομ ὑμᾶς χαρίσαθαι, καὶ παρακαλέσαι, Adeo ut è diuerſo potius condonare & conſolari debeatis. Videtur enim in his orationibus ſubeſſe ſynecdoche. aut ſi mauis eclipſis ut ſubaudiatur δεῖ, aut aliud ſimile. Synecdoche

Vt confirmetis in illum.) κυρῶσαι, quod propemodum ualet, ac ſi dicas, facite ut pondus & autoritatem habeat charitas erga illum. Loquitur enim uelut ad iudices & concionẽ, quorum ſuffragijs uelit abſolui eum, qui traditus fuerat ſatanæ. Nam κυρία concionem ſignificat, in qua creantur magiſtratus, quæ Latini uocant comitia. & diem alicuius rei caula præſtitutum, & ius aliquod agendi. unde ductum uidetur κυρόω, uelut ſuffragijs comprobo, & ratum facio. κυρία, cõcio

Quod donaui.) καὶ γαρ ἐγω εἴ τι κεχάρισμαι ᾧ κεχάρισμαι, id eſt, etenim ego ſi quid donaui, cui donaui, ſiue ſi cuius rei gratiam feci. Nam donare uocat condonare culpam. Deinde cui donaui, ſubaudiendum eſt denuo uerbum donaui, ut quater repetatur donaui. alioqui erit imperfectus ſermo. Animaduertendum autem quam paucos Paulus tradiderit ſatanæ, & quanto affectu hunc ſuis cõmendet, cum nos ob treis drachmas effulminemus paſſim. Nec tamẽ hunc tradidit ſatanæ priuata ſua autoritate, ſed publico omniũ iudicio, qui apud nos recta in ignem conijceretur. Et in ipſa condemnatione miſcet indicium charitatis, in interitum carnis, ut ſe. ſ. f. &c. Proprietas hebraiſmi. Lenitas Pauli.

In perſona.) ἐμ προσώπῳ, quod eſt, uel in perſona, uel in facie ſiue conſpectu. Nam græce uox ambigua eſt, & ſcholia uarie exponunt. Ambroſius interpretatur in perſona Chriſti, pro uice Chriſti. Vt non circumueniamur à ſatana.) ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν, id eſt, ne occupemur & uſurpemur, uelut ab iniuſto poſſeſſore ſatana. Ambroſius legit, ut non poſſideamur, & propius expreſſit uocem græcam. Nam πλεονεκτέω, eſt occupare quod tuum non eſt, ut faciunt auidi & alienorum uſurpatores.

Non habeo requiem ſpiritui meo.) Nimium bona fide reddidit datiuum græcum, qui uertendus erat in auferendi caſum. Siquidem illi inſtrumentum & modum actionis, dandi caſu efferunt, nos auferendi. Ambroſius propius accedit ad græca, legit enim, Non habui requiem in ſpiritu meo. οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου, hoc eſt, nõ cõquieui animo. Hic eſt ille Titus quẽ Paulus à nõnullis ideo putatur deſyderaſſe, quod is eſſet eius linguæ peritior. Horum de numero eſt Vulgarius. Meminit & Thomas huius interpretationis, ſed reijcit, ne ſpoliaret apoſtolos dono linguarum. At uel hinc colligitur illum adiutum fuiſſe commentarijs è græco uerſis, cum nihil huiuſmodi attingat Ambroſius. Thomas græcis commentarijs adiutus.

Sed ualefaciens.) ἀποταξάμενος, id eſt, dimiſſis fratribus, aut renunciato uale. Ambroſius legit, ſed uale illis dixi & profectus ſum &c.

Deo autem gratias.) Gratia eſt græce χάρις. Atq; ita, ni fallor, uertit interpres.

Qui ſemper triumphat nos.) τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς. Diuus Hieronymus ad Algaſiam exponit, triumphat nos, id eſt, de nobis, uel triumphum ſuum agit per nos. Ambroſius item triumphat nos, facit nos uictores uincente perfidiam fide.

Bonus odor ſumus deo.) εὐωδία, id eſt, fragrantia, ſiue beneolentia, ut ad uerbum efferam. Nam Græcis dictio eſt compoſita. Et deum rurſum appellat patrem, ſuo more. quoties enim abſolute hoc utitur uerbo, ferè deum patrem intelligit.

Alijs quidem.) Elegantius uertiſſet, his & illis. Tam idoneus.) Tam, Græcis nõ legitur, nec apud Ambroſium, nec apud Auguſtinum, qui citat hunc locum ediſſerens pſalmum ſeptimum, legitq;, Et ad hæc, quis idoneus? Itidem adducit Origenes homilia in Geneſim. 13. Fortaſſis interpres de ſuo addiderat, quis nam. id uerſum eſt in quis tam. Subauditur autem reſponſio, perpauci, aut ſimile quippiam. Intelligit enim rem eſſe uehementer arduam, & quæ non queat à quibuſuis præſtari. niſi mauis per hyperbatum referre ad id quod aliquanto poſt ſequitur, Ad hæc quis idoneus? Et dilata reſponſione, auxit facti magnitudinem. deinde reſpondit, Fiduciam autem talem habemus &c. Tam, ſupeſt. Ordo.

Sicut plurimi.) ὡς οἱ λοιποὶ, id eſt, ſicut cæteri. Alij habẽt, ὡς οἱ πολλοὶ, id eſt, ſicut multi, aut plericq;. Cum autem conuerſi fuerint ad dominum.) Cum græce ſit ἐπιστρέψῃ, non poteſt aliud intelligi, quam aut conuerſus fueris, ſecunda perſona, quemadmodum

ſubinde locum hunc adducit Auguſtinus,nominatim in libris quos ſcripſit aduerſus Fauſtum, Cum tranſieris ad dominũ, auferetur uelamen. Aut cõuerſus fuerit, tertia perſona, ut ſubaudias,Iſrael. Atq; ita legit diuus Ambroſius, Cum autem conuerſus fuerit ad dominum,auferetur uelamen. Neq; quicquam tamen officit ſententiæ, quod noſter interpres mutauit numerum. Neq; enim refert utrum dicas, equa geſtat fœtum decem menſibus, an equæ geſtant decem menſibus. Origenes hunc adducens locum in Exodum homilia duodecima legit, Vbi conuerſus quis fuerit,auferetur uelamen. Rurſus in Leuiticum homilia ſecunda. Adulterantes.) καπηλεύοντες, id eſt, cauponantes. Hieronymus ad Algaſiam uertit,uenundantes & uenditantes. Eſt em καπηλεύειν ad queſtum abuti re quapiam. quod Petrus accommodauit ad ipſos etiam homines, cauponantes uos. Quo quidem uerbo uſus eſt Ennius in officijs Ciceronis,Non cauponantes bellum, ſed belligerantes. Interpres adulterantes uertit,pro corrumpentes. idq; ſecutus eſt Ambroſius,nec inerudite. Siquidem ueteres,quicquid eſſet inſyncerum,ac dolo fraudeq; uitiatum,id κάπηλον appellabant,uelut Aeſchylus,citante,quiſquis is fuit, etymologiarum græcanicarum coaceruatore, κάπηλα προφέρων τεχνήματα, id eſt,cauponias proferens artes.propterea quod hoc hominũ genus plerunq; inſyncerum eſt, utpote queſtu metiens omnia. Græca uox proprie quadrat in eos qui uenditant eſculenta aut poculenta. Quorum præcipuum eſt ſtudium uiciata pro ſynceris uendere.

Cauponari. adulterari.

Sed ex ſynceritate.) ἀλλ' ὡς, ſed tanquam ex ſynceritate, ſed tanquam ex deo, additis aduerbijs. Et tamẽ niſi ſubaudias aliquid,erit imperfectus ſermo,Non adulterantes, ſed uelut ex ſynceritate prædicantes.

EX CAPITE III.

INcipimus iterum noſmetipſos commendare.) συνιστάνω, quod non ſimpliciter ſonat laudare,id quod uulgus exiſtimat,ſed inſinuare in alterius bene uolentiam. Ad uos,aut ex uobis.)Græci repetunt commendaticijs, licet reclamantibus exemplarijs latinis quæ uiderim omnibus,neq; temere tamẽ. Commendaticijs ad uos,hoc eſt, quæ ab alijs profectæ commẽdent nos uobis,aut à uobis profectæ commendent nos alijs.

Epiſtola noſtra.) Suam uocat,nõ quam ſcripſerit, ſed qua commendetur. Studium curandæ ſalutis illorũ,argumentum erat & epiſtolæ uice. Noſtris autem dixit uel modeſtiæ cauſa,pro meis, uel quod pari ſtudio eſſent & alij quidam Pauli collegæ.

Adnominatio.

Quæ ſcitur & legitur.) Interpres non reddidit uenuſtatem græcanici ſchematis, γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη, id eſt,quæ intelligitur & legitur.

Manifeſtati quoniam epiſtola eſtis.) φανερούμενοι,uerbum eſt medium,unde cõmode uerti poterat,Dum manifeſtatis uos eſſe epiſtolam &c. Aut, dum manifeſtamini quod eſtis epiſtola &c. Et ſcripta non atramento.) Græcis non additur,&,nec apud Ambroſium. Nec eſt ſcripta,ſed inſcripta ἐγγεγραμμένη. In tabulis cordis carnalibus.) σαρκίναις, id eſt,carneis,ut materiam intelligas,non qualitatem,quam notant cum dicunt σαρκικὸς. Nam quod alibi carnalibus legimus,σαρκικὸν eſt græce. καρδίαις habent quidam codices,hoc eſt,cordibus,ſed mendoſe opinor.

σάρκινον σαρκικόν.

Sed omnis ſufficientia noſtra.) ἡ ἱκανότης, idoneitas,ut ita loquar.

Qui & idoneos nos fecit miniſtros.) ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους, id eſt,qui idoneos nos fecit,ut eſſemus miniſtri noui teſtamenti, quaſi dicas,idoneauit. Eſt autem uerbum ab eo nomine,quod mox uertit,ſufficientes & ſufficientia.

Litera, pro literæ.

Non litera,ſed ſpiritu.) Græcis genitiuus eſt,literæ ſed ſpiritus,ut referas ad miniſtros, & intelligas nouum teſtamentum ſpiritum,uetus literam. At apoſtoli delecti ſunt,ut ſpiritum adminiſtrarent,non ceremonias legis,quas ſuo more literam uocat. Ex Ambroſiana interpretatione nõ poteſt certum deprehendi quid legerit. & ad ſenſum haud magni ſanè refert. Nam quod offendit Vallam, ita uitari poterat. Qui fecit ut eſſemus idonei noui teſtamenti miniſtri, quod ſpirituale eſt, non literale ſicut uetus, ut literæ & ſpiritus referatur ad teſtamentum. aut miniſtros noui teſtamẽti, hoc eſt,non literæ, ſed ſpiritus.

Literis deformata.) Quidam deformata interpretatur,turpiter formata.id quo magis

credamus

credamus, Carrensis adijcit, sicut mulier dicitur deformis. O columen Theologiæ, quasi uero sola mulier dicatur deformis. Deinde post aliquot id genus nugas, addit aliud commentum, si cui hoc parum probatur. Deformata, id est, ualde bene formata. quasi uero hoc agat Paulus ut intelligant eam legem ualde bene formatam, quā præ Euangelio contemni uult. Verū quorsum attinet hæc insectari, cum in summa totum hoc sit impudentissimum, nouum testamentum græce scriptum ab apostolis, interpretari uelle, si græce prorsus nescias. Paulus scripsit ἐνπετυπομλύκ, id est, informata, ut ad uerbum reddam, hoc est, insculpta. Quanquam eleganter interpres dixit deformata, pro formata. Nec enim hic auget de, non magis quam in deambulare, ac deosculari. Et Quintilianus, Marmora prima deformata manu. Ambrosius formata legit, non deformata. Hugo Carrensis.

Damnationis in gloria est.) In, supereſt, δόξα, id est, gloria. Atq; ita legit Ambrosius, quanquam id non admodum uariat sensum. Variantq; Græcorum codices. Et mox, per gloriam est, διὰ δόξης, dixit pro in gloria. Nam nec glorificatum est quod claruit.) In, supereſt.

καὶ γὰρ οὐδὲ δεδόξασαι τὸ δεδοξασμλύον, id est, etenim ne glorificatum quidem est quod glorificatum est, id est, quod tum glorificabatur, accedente gloria Euangelij perdidit gloriam. Et ideo addidit, in hac parte, id est in cōparatione. Sic eā exponunt græca scholia.

Multa fiducia.) πολλῇ παῤῥησίᾳ, quæ uox apud Græcos significat loquendi libertatem, cum palam quis eloquitur quod sentit. Hoc ad Moysen refert, qui palam & aperte non est ausus loqui, sed uelata facie. Et χρώμεθα utimur, idem potest esse, utamur. Atq; ita sanè legit Ambrosius, ut sit adhortantis ad libertatem mere Christianam.

In faciem.) εἰς τὸ τέλος, id est, in finem. Id quod haud dubie librariorū accidit errore. Certe Ambrosius legit, usq; ad finem eius quod euacuatur, & ad eum modum interpretatur. Volebat Mosi faciem esse obtectam nec aspici, donec id quod erat abolendum, coruscante Euangelio, euanesceret, & sic licebat intueri faciem Mosi. Porrò ut hic sermo sit absolutus, subaudiendum est aliquid, Et non facimus sicut Moses qui ponebat &c. Et tamen in nonnullis Græcorum codicibus comperimus scriptum εἰς τὸ πρόσωπον, quemadmodum nos legimus. Atq; ita legit & interpretatur Vulgarius. Quod hic uertit intenderent, græce est ἀτενίσαι, id est, defigere oculos, & immotis oculis intueri, quemadmodum solent amantes, & qui attente audiunt loquentem. Aspicere poterant, sed fixis oculis & diu inhærentibus non poterant. Vnde re cognita, Moyses quoties loqueretur populo, faciem uelo obtexit. In finem uidelicet.) Ne illic conquiescerēt. Et quod euacuatur, sonat quasi dicas, eius qui euacuatur uel aboletur, ut referas ad Moysen moriturum. Moses mortalis erat, Christus immortalis. Mosi lex ad tempus erat instituta, Christi lex finem nescit. Aut absolute in finem, eius rei quæ euacuatur. Et euacuatur hic est, καταργούμενον, id est, quod aboletur & irritum redditur. Id annotauit & Vulgarius interpres. Varia lectio. In finem.

Obtusi sunt.) ἐπωρώθη, id est, excæcati sunt. Et cogitationes potius q̄ sensus, νοήματα, quod paulo ante uertit, cogitationes. Dominus autem spiritus est.) Non simpliciter ait dominum esse spiritum & corpus esse negat, sed addidit articulum τὸ πνεῦμα, hoc est, ille spiritus, nempe legis. quasi Moses fuerit caro, utpote mortalis & imbecillis & crassus. Christus spiritus, ut efficax & immortalis.

Speculantes.) κατοπτριζόμενοι, id est, speculantes. hoc loco à speculo ductum est, non à specula, ut intelligas dei gloriam à purgatis animis ceu speculo excipi, ac reddi. Ad hunc enim sensum exponunt græca scholia, ut κατοπτριζόμενοι, sit ueluti speculo exprimentes ac referētes. Et quod additur, in eandem imaginē, præpositio Græcis abest, τὴν αὐτὴν εἰκόνα, id est, iuxta eandem imaginem, ut subaudias κατὰ. Ac paulo post, manet non reuelatum. Maluissem nec tollitur, quo sensus sit apertior. Speculantes a speculo nō a specula.

A claritate in claritatem.) A gloria in gloriam, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν. sic enim aliquoties uertit hanc uocem. Verum hæc uarietas interpretandi, nonnunquam ansam errandi latinis expositoribus præbet, dum aliud quiddam à Paulo dici putant, claritatem & gloriam, cum apud illum eadem sit uox. A domini spiritu.) Trifariam hic locus accipi potest apud Græcos, A domini spiritu, siue, à domino spiritus, siue, à domino spiritu, ut accipiamus ipsum dominum esse spiritum. Cæterum media lectio mihi magis probatur, ἀπὸ κυρίου πνεύματος. Primam secutus uidetur Vulgarius, atq; item Ambrosius. Mirum quid Triplex lectio.

secutus Augustinus libro de ciuitate dei.22.cap.29. legit tanquam ad domini spiritum, si modo scriptura mendo uacat.

EX CAPITE IIII.

IVxta quod misericordiam consecuti sumus.) καθὼς ἠλεήθημεν. Ambrosius uertit, pro ut misericordiam consecuti sumus. Interpres pro καθὼς legisse uidetur καθ'ὃ. Cæterum misericordiam consecuti sumus, suo more modestiæ causa dixit, pro eo quod est, delecti sumus ad officium apostolicum.

Non deficiemus.) οὐκ ἐκκακοῦμεν, id est, nō deficimus, siue segnescimus, aut degeneramus. Nam Græcis κακὸς aliquando inertem significat ac instrennuum, ut & aliàs indicatum est. Ambrosius legit, non deficiamus & renunciemus, ut utrunq; sit hortantis, quasi legerit μὴ ἐκκακῶμεν & ἀπειπώμεν. Mihi magis probatur, ut indicandi modo legantur, & ad Pauli personam pertineant, qui cōtemptis Moysi ceremonijs, Christi philosophiam libere prædicabat. Sed abdicamus.) ἀπειπάμεθα, id est, abdicauimus, siue abnegauimus, reiecimus. Ambrosius legit, renunciemus, ut uerba sint inuitantis.

Occulta dedecoris.) τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης. Aptius est probri, siue dedecoris q̄ pudoris. Non enim dixit αἰδοῦς, sed αἰσχύνης. Atq; ita legit Ambrosius. Probrum enim opponit gloriæ quam tribuit Euangelio. Porrò occulta dixit pro occultamētis. nam turpitudo amat latebras.

Occulta, pro occultamentis.

Nec adulterantes.) δολοῦντες, id est, dolo utentes, siue tractantes. Neq; est hic καπηλεύοντες, quod antea uertit, adulterantes, sed δολοῦντες quasi dicas, falsificantes. Nec est in manifestatione, sed manifestatione, ut referatur ad commendantes.

Opertum est.) κεκαλυμμένόν, quod hactenus uelatum uertit, nunc mutat opertum, cum Græcis eadem sit uox. Deus seculi huius.) ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, id est, deus æui huius. Vulgarius ac scholia græca putant legi posse per hyperbaton ad hunc modum. In quibus excæcauit cogitationes incredulorū huius seculi. ut intelligamus deum uerum ultorem scelerum, excæcare mentes infidelium huius seculi. Atq; hic quidem sensus accipi poterit, si deus subiecta hypostigme separetur ab his quæ sequunt̄, hoc pacto. In quibus deus, seculi huius excæcauit mentes infidelium. eamq; lectionem pleriſq; placuisse nostrorū, testis est Augustinus, libro aduersus Faustum.21. cap.2. quod Manichæi duos deos facerent, alterum uerum, alterum unde scaterent mala, quem hylen uocabant. At idem aliquanto post, negat absurdum uideri debere, si diabolus dicatur deus huius seculi, quemadmodum & illud dictum est Paulo, Quorum deus uenter est. Item illud in psalmo, Dij gentium dæmonia. In hanc sententiam enarrat Ambrosius. Proinde quod priore loco diximus ex græcis scholijs, id uidetur affectatum ac uiolentum. simplicius est ac uerius, ut intelligamus deum huius seculi satanam, quemadmodum sentit Cyrillus, citantibus scholijs græcanicis. Nec moueat quod illi tribuat̄ uocabulum dei. Non est enim simpliciter deus diabolus, sed illis est deus, qui illum anteponunt Christo. Veluti auaris pecunia deus est, nepotibus gula deus est, & homo homini deus est, iuxta prouerbium. Certe Ambrosius non ueretur interpretari diabolum huius seculi deum malorū.

Diabolus dictus deus.

Illuminatio euangelij gloriæ Christi.) Congeries genitiuorū reddit orationem ancipitem. potest enim sic accipi, ne illucesceret illis illustratio Euangelij, hoc est, prædicationis gloriæ Christi. aut ne illucesceret illis lumen gloriæ Euangelij Christi. aut ne illucesceret illis lux Euangelij quæ est gloria Christi. Demiror autem quid legerit Ambrosius græce, cum ita uertat hunc locum. In quibus deus seculi huius, obcæcauit sensus infidelium, ut non peruideant lumen Euangelij gloriæ Christi. ni forte pro αὐτοῖς legit αὐτοὺς ad hunc modum, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοὺς τὸν φωτισμὸν. Nam autore Hesychio, αὐγάζω & αὐγάζομαι græcis est ὁρῶ καὶ βλέπω, uideo siue intueor. Deinde φωτισμὸν proprie sonat illuminationem, siue illustrationem, quod Ambrosius uertit lumen. sed lumen cum profertur, φωτισμὸς est. Non abhorret ab hac interpretatione Vulgarius.

Ambrosius diuerse legit.

Sed Iesum Christum dominum nostrum.) Nostrum, redundat, & plenius est, ut intelligamus omnium esse dominum. Præterea discernit suam personam à persona Christi, cum ipse sit minister, alienū agens negocium. Ille dominus, ad cuius gloriam omnia referenda sunt quæ facit seruus Nos autem seruos uestros per Iesum.) Propter Iesum legendum est, διὰ τὸν ἰησοῦν. Atq; ita legit diuus Ambrosius.

Qui dixit.

Qui dixit.) ὁ εἰπών. Commodius erat, qui iussit. & addendum erat uerbum substanti uum. Deus est qui iussit lumen illucescere &c. Deinde, Ipse illuxit.) Pro ipse, græce est ὃς, id est, qui. Nam ipse qui iussit, illuxit. Cæterũ græca uerba sunt λάμψαι & ἔλαμψε, pro quibus Augustinus in opere aduersus calumniatorẽ legis Mosaicæ, legit claresc ere & claruit. rursus contra Faustũ disputans libro 22. cap. 8. Scientiæ claritatis.) τῆς γνώσεως, τῆς δόξης, id est, cognitionis gloriæ. Interpretatur enim quid dixerit φωτισμόν. nempe cognitionem gloriæ Iesu. Item pro dei, Ambrosius legit, suæ, ad illuminationem gloriæ suæ. propterea quod præcessit deus. In faciẽ Iesu Christi.) ἐν προσώπῳ ἰησοῦ χριστοῦ, id est, in facie Iesu Christi. Faber hoc loco mauult legere persona, pro facie, Laurentium opinor secutus. At mihi multo magis quadrare uidetur ad Pauli sententiã, si legamus, in uultu, siue in facie. Alludit enim ad Mosi faciem uelamine opertam, cum in Christi facie clare refulserit gloria dei patris, uelut in imagine absolutissima. In uasis fictilibus.) ὀστρακίνοις, id est, testaceis. licet idẽ sit sensus. Vt sublimitas.) ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ θεοῦ, id est, ut sublimitas uirtutis, sit dei, & non ex nobis. quanq; hic quoq; uirtutis sic accipitur, non ut opponatur uitio, sed infirmitati. Proinde Hieronymus in dialogis aduersus Pelagium, citat hunc locum his uerbis. Vt abundantia fortitudinis nostræ sit ex deo. Cæterum ea uox uirtutis, ad nos refertur, nõ ad deum. ut sit sensus, Vt nostra uirtus tam eximia non tribuatur nobis, sed deo. Neq; rursum est sublimitas, sed ἡ ὑπερβολή, id est, excessus siue excellentia. Augustinus aliquoties legit, eminẽtia, aptissimo uocabulo, & eminentia coniungit cum uirtute, ut eminentia uirtutis sit dei, cum aliàs frequenter, tum enarrans psalmos. Item epistola 143. rursus sermone de uerbis apostoli decimoquinto. Faber. Ordo.

In omnibus tribulationem patimur.) Interpres neq; sensum Pauli dilucide reddidit, neq; schematis iucunditatẽ, ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι, id est, ubiq; pressi siue afflicti, sed non coartati, siue non anxij redditi. Alioqui consequitur, ut qui premantur, is adigatur in angustum. Ambrosius propius reddidit græca ad hunc modum, In omnibus pressuram passi, sed non coangustati.

Aporiamur, sed non destituimur.) Est apud Græcos iucunda uocũ allusio, ἀπορούμενοι ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι. quorũ alterum significat hærentẽ, & consilij inopem ac perplexũ. Alterum significat planè desperantem ac tædio uictum. quanq; ἀπορεῖν significat & egere, quod secutus est interpres. Ambrosius uertit, inopiam passi, pro egentes. Et quod hic uertit destituti, participium est eius uerbi quod paulo ante uertit tædere, ἐξαπορεῖσθαι, ita ut nos tæderet uiuere. Græci sic interpretantur, ut ἀπορεῖσθαι sit redigi ad summam angustiam, sed ἐξαπορεῖσθαι uinci & opprimi malis. Aporiari ἀπορεῖσθαι.

Sed nõ derelinquimur.) διωκόμενοι ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι, quorũ posterius sonat, in periculo deseri ac destitui, ob præpositionem additam ἐν.

Humiliamur, sed non confundimur.) Hæc nec habentur in Græcis codicibus, nec in lectione Ambrosiana, unde miror unde irrepserint. & tamen ad Pauli sensum non inepte accederent, quod humiliationi proxima sit confusio. Quod autem hic interpres uertit per uerba, Græci dicunt per participia. Atq; ita legit Ambrosius, In omnibus pressuram passi, sed non coangustati, inopiam passi, sed non destituti. Verum quoniam tempus participij non conueniebat, interpres maluit per uerba reddere. Supereſt in noſtris.

Semper mortificationem Iesu Christi.) Græce est, domini Iesu, νέκρωσιν τοῦ κυρίου ἰησοῦ. Sed obstrepet aliquis, quid ista faciunt ad sensum? An sit domini Iesu, an Iesu Christi? Primum arbitror esse nefas in diuinis literis, si uel unum apicem sciens ac uolens mutes. Quod si quis propius introspexerit, uidebit nec hanc in Paulo uarietatem ociosam esse, in quo nihil omnino est ociosum. Ambrosius pro νέκρωσιν legit, non mortificationem, sed mortem. nec id absurde mea sententia.

Vita Iesu in corporibus nostris.) ἐν τῷ σώματι ἡμῶν, id est, in corpore nostro. Atq; ita legit Ambrosius cum Græcis consentiens, ut non respicias tuum aut meum corpus, uerum id quod opponitur spiritui.

Ergo mors in nobis operatur.) ὥστε ὁ μὲν θάνατος ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖται, id est, itaq; mors quidẽ in nobis operatur. quanq; est agit potius q; operatur. de quo toties iam dictũ est. Faber.

Sicut scriptum est.) καθὰ τὸ γεγραμμένον. Faber putat posse legi, à quo scriptum est. ue

rum id græci ſermonis ratio nullo pacto patitur. unde miror ſi diuerſum habuit exemplar, aut certe tam erudito uiro quid in mentem uenerit.

Credidi propter quod locutus.) Locus eſt in pſalmo 115. Scientes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum.) Græci legunt, dominum Ieſum. ὁ ἐγείρας τὸν κύριον ἰησοῦν. Porrò quod uertit ὅτι nunc quia, nunc quoniã, frequentius occurrit quàm ut uacet caſtigare. Nam poterat latine dicere, Sciẽtes qui Ieſum ſuſcitauit, eum nos quoq; per ieſum ſuſcitaturũ eſſe. Aut, ſcientes quod qui Ieſum ſuſcitauit, is & nos per Ieſum ſuſcitaturus eſt.

Et conſtituet uobiſcum.) καὶ παραστήσει σὺν ὑμῖν, & exhibebit ſiue adiunget ſibi unà nobiſcum, hoc eſt, non ſolum nos Iudæos, uerumetiam uos gentes.

Rurſum illud cum Ieſu.) Græce eſt, per Ieſum, διὰ ἰησοῦ. Neq; enim cum Ieſu, qui iam olim reſurrexit, ſed per illum, cuius mẽbra facti ſumus, & per quẽ donauit nobis omnia. Etiamſi Ambroſius legit cum Ieſu, non ad tempus reſpiciens, ſed ad cõmunẽ reſurrectionem capitis & membrorum.

Græca lucidiora noſtris.

Vt gratia abundans per multos in gratiarumactione abundet in gloriam dei.) ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα, διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν περισσεύσῃ εἰς τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ, id eſt, ut gratia exuberãs ſiue redundans, ſiue quæ redundauit propter multorum gratiarũactionem abundet in gloriam dei. Eſt enim propter, nõ per. niſi διὰ referas ad πλειόνων. at tum non habes quo referas εὐχαριστίαν. Et Ambroſius ita propemodum legit, per multorum gratiarũactionem, hoc eſt, ſi plures agant gratias, id cedet in gloriam dei. Poteſt & uerbum περισσεύσῃ accipi tranſitiue, adhærente huic accuſatiuo εὐχαριστίαν, id eſt, efficiat ut abundet gratiarumactio. In hanc fermè ſententiam Vulgarius.

Non deficimus.) οὐκ ἐκκακοῦμεν, quemadmodum uertit & ſupra, pro eo quod eſt, nõ ſegneſcimus, non defatigamur. Quod in præſenti eſt momentaneũ & leue.) τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν, id eſt, quod enim in momento eſt leue. nam in præſenti nõ eſt in græcis. niſi quod interpres uoluit reddere aduerbium τὸ παραυτίκα. Poterat autem uertere ad hunc modum, τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν καθ' ὑπερβολὴν, εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν, id eſt, momentanea leuitas afflictionis noſtræ inſigniter, ſupra modum æternum pondus gloriæ operatur, ſiue efficit nobis. ut τὸ ἐλαφρὸν, id eſt, leue, ponatur pro nomine ſubſtantiuo, & τὸ παραυτίκα fungatur uice adiectiui, quod Græcis eſt familiariſſimũ. Oppoſuit autem Paulus, τὸ ἐλαφρὸν, τῷ βάρος, quod utiq; ſubſtantiuum eſt. Iam illud καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν, quod conſtanter habetur in omnibus græcis exemplaribus, & repetitur in ſcholijs, nihil aliud ſibi uult quàm inſignẽ & ineffabilem præcellentiam, quaſi dicas, egregie egregius eſt. Ita bis dixit ſupra modum. nihil em̃ aliud ſignificat καθ' ὑπερβολὴν, quàm εἰς ὑπερβολὴν. Et aliàs admonuimus Hebræos huiuſmodi

Conduplicatio Hebraica

cõduplicatione epitaſin exprimere. Nec eſt, in nobis, apud Græcos, ſed nobis, abſq; præpoſitione. Iam quod paulo ſuperius dixit, de die in diẽ, græce nõ eſt καθ' ἡμέραν, ſed noue, ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ, ut incrementũ etiã intelligas renouationis, quẽadmodum corpus indies magis ac magis deficit, præſertim in ,puectioribus. Temporalia.) πρόσκαιρα. i. tẽporaria & ad tẽpus durantia. quo uocabulo uſus eſt Euãgeliſta, de ſemine mox exareſcente.

EX CAPITE V.



Cimus enim quoniam ſi.) Græci legunt ad hunc modum, οἴδαμεν γὰρ ὅτι ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, id eſt, nouimus enim quod ſi terrena noſtra domus tabernaculi diſſoluta fuerit. nec additur huius, niſi quod τοῦ certũ indicat tabernaculũ. Addidit autẽ tabernaculi, ut oſtenderet domiciliũ hoc non eſſe perpetuũ, ſed ad paucos paratum dies, cuiuſmodi ſunt tabernacula. Nõ manufactã.) Iucũdius eſt græce dictione cõpoſita, ἀχειροποίητον, hoc eſt, diſſimile his, quæ opera manuaria conſtruũtur ac deſtruũtur. Nã etiã in hoc ingemiſcimus.) καὶ ἐν τούτῳ στενάζομεν, etem̃ in hoc gemimus. Incertũ autẽ an ,pnomen hoc, demõſtret tabernaculũ corporis, an abſolute ponat̃ pro ob id gemimus, quod

Superindui.

cupiamus ſuperueſtiri, aut qđ mauult Valla, ſuperindui, ἐπενδύσασθαι. Vnde ependytes dicta ueſtis exterior, ueluti toga aut palliũ. Ad id facit qđ ſequit̃, Si tamẽ induti & nõ nudi reperiamur. Neq; em̃ ſuperueſtiri poteſt, q prius nõ ſit ueſtitus. Habitationẽ noſtram.) τὸ δικτήριον ἡμῶν. i. domiciliũ noſtrum. Refertur autem ad uerbũ ſuperindui, corpus enim domiciliũ eſt animi. & Ambroſius legit domicilio. Porrò qđ addit, quod è cœlo eſt,

lo est,sentit ut opinor,Christi corpus,cui nostra conformantur societate immortalitatis.

In hoc tabernaculo.) ἐν τῷ σκήνει, id est,in tabernaculo. Si tantum uestiti,& non nudi inueniamur.) Ambrosius indicat in nonnullis codicibus diuersam esse lectionem. Si quidem expoliati,non nudi inueniamur,hoc est,si expoliati hoc corpore,nō deprehendamur nudi,sed induti Christo. Idem annotant græcanica scholia. in nōnullis esse, ἐκδυσάμενοι,in alijs rursus, ἐνδυσάμενοι. Est autem participium actiuū, cum exuerimus nos, aut cum induerimus.sic enim de corpore loquitur,quasi de ueste. Vt absorbeatur quod mortale est à uita.) τὸ θνητὸν. Cur nō potius mortalitas quàm mortale,quo magis respondeat uitæ.Et ad eum modum Græci abutuntur adiectiuis neutri generis. Qui autem effecit nos in hoc ipsum.) ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς, εἰς αὐτὸ τοῦτο θεός, id est, porrò qui nos fecit,siue parauit in hoc ipsum,deus,ut subaudias est;quod in participijs passim fit apud Græcos. Deus renouabit nos in resurrectione,qui in hoc ipsum nos cōdidit. Ambrosius legit perfecit,pro effecit. Nam affecit,quod addidit Faber,nō uideo quomodo respondeat græcæ uoci. Pignus.) ἀρραβῶνα. Nec est qui dedit,sed qui etiā dedit. ὁ καὶ δούς,ut referatur ad eum qui parauit nos in hoc,& postea pignus quoq; dederit sui spiritus,quo certius speremus. Audentes igitur.) θαρροῦντες,id est,cōfidentes siue fidentes.Hoc loco uidetur Paulus participio p uerbo abusus,quod frequentius fit apud Græcos quàm apud Latinos.Nisi malis ad hūc modum ordinare sermonem. ut illa, Per fidem enim ambulamus,per parenthesim sint interiecta.deinde ueluti recepto gradu,redeat ad interruptam orationem,θαρροῦμεν δὲ καὶ εὐδοκοῦμεν. cœperat enim ab huius uerbi participio θαρρῶντες,ut hic sit sensus,Fidentes igitur semper,& scientes quod cum uersamur in corpore,absumus à domino. nam per fidem ambulamus,nō per speciem,& tamen fidentes inquam sumus:& non solum fidentes,uerumetiam sic animati,ut malimus abesse à corpore,quo liceat adesse deo.

Et bonam uoluntatem habemus.) εὐδοκοῦμεν,quod Ambrosius, consentimus,nos maluimus probamus.probatur enim quod placet.

Dum sumus in hoc cor.) ἐνδημοῦντες, ἐκδημοῦμεν. Opposuit uerba contraria,quæ latinus interpres non potuit cōmode reddere,nisi dicas,dum adsumus absumus.Siquidem in græcis uerbis conduplicata ἐναντίωσις,geminam habet gratiam,quod & in uocibus sita sit,& in rebus. ἐκδημῆσαι est foris agere,hoc est,domi non esse. ἐνδημεῖν est domi agere.Interpres uarie reddidit,idq; suo more. ἐκδημεῖν. ἐνδημεῖν.

Audemus autem.) Rursus θαρροῦμεν,id est confidimus. Et ideo contendimus.) φιλοτιμούμεθα,id est,certamus & ambimus.Ambrosius legit conamur.quanq; contendimus bene quadrat,modo bene intelligatur à nobis.Est em̄ φιλοτιμεῖσθαι ambitiose quippiam contendere,sic ut te non patiaris ab alio uinci.

Propria corporis.) Græce est τὰ διὰ τοῦ σώματος,id est,quæ per corpus fiunt. Interpres legisse uidetur τὰ ἴδια σώματος. Atq; ita legit Ambrosius. Vulgarius legit & interpretatur τὰ διὰ τὸ σῶμα. Pro ut gessit.) πρὸς ἃ ἔπραξε, id est, ad ea quæ gessit, hoc est,pro ratione & portione eorum quæ fecit in corpore. Quidam codex habebat, πρὸς ὃ ἔπραξε,id est,ad id quod gessit. Deo uero manifesti sumus.) Græcis non est manifesti nomen,sed manifestati sumus.uerbum φανερώμεθα. Et item mox,nos in conscientijs uestris manifestos esse φανερῶσθαι.Id siue à librarijs fuit immutatum,siue ab interprete positum,non magni refert ad sensum Pauli. Lectio uaria

Occasionem damus.) Græce διδόντες est,id est dantes. Sed recte interpres participiū commutauit in uerbum. Vt habeatis ad eos.) πρὸς τοὺς,id est,aduersus eos. Et habeatis posuit pro possitis gloriari. Excedimus.) ἐξέστημεν. quasi dicas,rapti sumus extra nos, quem uocant mentis excessum siue raptum. Fortasse scriptum erat, excidimus mente,non excedimus,hoc est,siue insanimus,siue sani sumus, siue sapimus, siue desipimus.Id magis explicat id quod mox consequitur. Excedimus; p excidim⁹;

Siue sobrij sumus.) εἴτε σωφρονοῦμεν,id est, siue sobrij sumus. Ambrosius legit, siue sanū sapimus,ut referatur ad illud,excedimus mente.nam id quoq; significat aliquoties σωφρονεῖν.Et græcanica scholia admonēt,insanorū esse ingētia loqui,uelut oblitos sui.Quod idem indicauit Ambrosius.Augustinus cū alijs cōpluribus locis,tum enarrans psalmū 30.

ad ecstasin

ad ecſtaſim refert exceſſum.& exceſſimus legit,nõ excedimus,obſeruato tempore uerbi græci.quanꝯ in huiuſmodi quæ ad animi pertinent affectiones,ſolet præteritum tempus pro præſenti uſurpari.Illud annotandum,niſi repetas utrunq; uerbum, ſermonem inabſolutum uideri. Siue enim mẽte excidimus,deo excidimus.ſiue ſanæ mentis ſumus, uobis ſani ſumus.Nam ſi quid gloriatur Paulus,id non ad ipſius,ſed ad dei gloriam pertinet.Si mediocria loquitur,id tribuit infirmioribus,quorũ affectibus & capacitati ſemet accommodat.Adſimili figura dictum eſt illud ad Rhomanos, Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, nec quæ in manifeſto in carne eſt circũciſio &c.ut illic indicauimus.

Sermo imperfectus.

Vrget nos.) συνέχει,id eſt,cõſtringit ſiue compellit.quanꝯ urget belle habet. Ac mox non eſt æſtimantes,ſed κρίναντας,id eſt iudicãtes,ſiue qui iudicauimus ac ſtatuimus illud.

Quoniam ſi unus pro omnibus.) Si,non eſt apud Græcos in quibuſdam codicibus. Certe apud Vulgarium non additur.nec apud Ambroſium,quantũ ex illius liquet interpretatione.ſeparat hoc ab ijs quæ ſequũtur interiecto cõmentario. Ergo omnes mortui ſunt &c. Aſſumit Paulus id quod indubitatum eſt, Chriſtum pro omnibus mortuum. ac mox infert quod hinc conſequitur.uerum id ad ſenſum perpuſillum refert.

Ex hoc.) ἀπὸ τοῦ νῦν,id eſt,poſt hac, quod hic uertere ſolet amodo. Ambroſius legit,

De cætero.

ex hoc tempore.Apud Quintum Curtium legimus,de cætero.

Si qua ergo in Chriſto noua creatura.) Ambroſius interpretatur, Si quis eſt in Chriſto,noua creatura eſt,ut bis ſubaudiatur uerbum ſubſtantiuũ. etiamſi in Ambroſianis codicibus uerba contextus deprauata ſunt.At idem adducens hunc Pauli locum lib.epiſt. 2.epiſt.8.palam indicat quid legerit,ita ſcribens.Et ideo addidit,Si quis in Chriſto,noua creatura,id eſt,qui perfectus in Chriſto,noua creatura eſt.Conſentit per omnia cũ Ambroſio Vulgarius interpres,etiamſi apud huius quoq; interpretẽ uerba contextus depra

Lectio diuerſa.

uata habebantur in æditione Rhomana,quæ falſo titulo,quod erat Vulgarij,ſiue ut nonnulli malunt, Theophylacti,Athanaſio inſcripſit.Quid quod in eundem ſenſum adducit hunc locum Origenes homilia in Leuiticum duodecima.Omnis ergo,inquit,ſecundum Apoſtolum,qui in Chriſto eſt,noua creatura eſt.Origenes eñ,ſi quis,exponit,quiſquis.

Siue abſentes ſiue præſentes.) Participia ſunt eorum uerborum,quæ ante uertit peregrinari.Verti poterat,ſiue foris agentes,ſiue domi. Sentit enim de domicilio corporis,in quo cũ domi ſumus,tum foris ſumus ſeiuncti à domino. Ambroſius,ſiue præſentes ſiue peregrinantes. Quandoquidem deus erat in Chriſto.) ὡς ὅτι, propemodum,ſic, quia,ut modum oſtendat quomodo deus reconciliauerit ſibi nos.Ita uidẽtur ſignificare græca ſcholia,& clarius etiam Vulgarius. Non reputans.) μὴ λογιζόμενος. melius, nõ imputans. Legatione fungimur:) πρεσβεύομεν,q d' & oramus ſignificat.quanꝯ & oratores dicti,qui alterius nomine poſtulant aliquid. Eum qui non nouit peccatum fecit peccatum.) Prius peccatũ eſt admiſſum,poſterius eſt hoſtia deſtinata expian-

Faber.

do peccato.Mirum cur Faber tam ſollicitus ſit, ne quis intelligat Chriſtum peccaſſe,cum ex his uerbis is ſenſus nullo pacto poſſit accipi.Eum qui nõ nouerat peccatum,pro nobis peccatum fecit. Non enim dixit,peccatorem fecit,ſed peccatum,hoc eſt, uoluit pati ſupplicium,perinde quaſi peccaſſet omnia, cum ſolus nihil peccaſſet. ut peccatum accipias hoſtiam quæ pro expiando peccato ſolet immolari . ſicuti legimus,Peccata populi comedent.ita fermè ſcholia græcanica.Deniq; ſic hoc loco Chriſtum uocauit peccatum,ut nos paulo ſuperius iuſticiam dei dixit,& alibi Chriſtum appellauit maledictum. Nec abhorret Auguſtinus ab hoc ſermone libro aduerſus Fauſtum decimoquarto,à capite tertio aliquot deinceps capitulis.

EX CAPITE VI.

Thomas fruſtra ſe torquens.

SEd adiuuantes etiam exhortamur.) Diuus Thomas hoc loco torquet ſeſe, primum bifariam interpretans. Adiuuãtes uos, ut referatur ad Corinthios, deinde adiuuantes deum. Cæterum quoniam hoc iam abſurdum uidetur, deum adiuuari ab homine,diſtinctiunculam adhibet, qua tamen nihil erat opus, ſi græca conſuluiſſet, in quibus eſt συνεργοῦντες, id eſt, cooperantes. Item quod alibi eſt, dei adiutores ſumus, Græcis eſt συνεργοί. Deinde quod ſequitur exhortamur,

exhortamur,Græce eſt παρακαλοῦμεν, quod ut crebro dictum eſt,ſonat & obſecramus & conſolamur.ut paulo ſuperius,tanꝯ deo exhortante per nos. Vtroq; loco non male quadrabat obſecrandi uerbum.præſertim cum ſequatur δέομαι rogo, quod interpres uertit obſecro. Illud annotandum quo ſe demittat tantus apoſtolus,etiam apud illos qui peccauerant,cum nunc longe diſſimiles huic,miro ſupercilio,nil niſi mandata,minas, excomunicationes,& anathemata crepent.Bis autem rogat,primum nomine Chriſti, cuius uice fungitur. deinde ſuo, tanꝯ illius cooperarius, quaſi hoc nonnihil etiam ad ſe pertineret. Deinde gratiam dei,uocat beneficium dei. Supercilium epiſcoporum.

Tempore accepto exaudiui te.) Cũ dicit, ait,ſubaudiendum eſt dominus, ſiue ſcriptura. quæ ſermonis forma non eſt infrequens apud Paulum. Locus quẽ adducit eſt apud Eſaiã capite quadrageſimonono. Hebraica diuus Hieronymus ita reddidit, In tempore placito exaudiui te,& in die ſalutis auxiliatus ſum tui.Neq; diſſident ab his Septuaginta, Tempore oportuno exaudiui te,& in die ſalutis auxiliatus ſum tui. Illud interim miror, qui factum ſit,ut pro tibi,legamus tui,cum Græce ſit datiuus, ἐβοήθησά σοι, quod tamen magis eſt ſuccurri tibi,quam quod hic uertit,adiuui.

Nemini dantes ullam offenſionem.) Interpres legiſſe uidetur, μηδὲ μίαμ μηδενὶ διδόντες. cum in his quos mihi uidere contigit Græcis codicibus ſcriptum haberetur μηδὲ μίαμ ἵν μηδενὶ, id eſt,ne quam uſꝯ, ſiue ulla in re.

Miniſterium noſtrum.) Noſtrum,apud Græcos non eſt additum. & præſtat nõ addi quo plenior ſit ſenſus. Salus eſt munus dei, ea per nos adminiſtratur. Sic igitur ſe gerat qui adminiſtrat,ne munus ipſum contemnatur uitio miniſtrantis.

Exhibeamus.) συνιστῶντες ἑαυτούς, id eſt,commendantes noſipſos. atq; ita legit diuus Ambroſius, cunq; hoc conſentiens Auguſtinus li. de do ct. Chriſt. 4.ca. uigeſimo.Incertum autem an ſit exhibeamus, an exhibemus. nam mox ingreditur laudes ſuas. Hanc enim uocat commendationem,quæ factis ipſis conciliat fauorem & autoritatẽ. Nec eſt, ſicut dei miniſtros, ſed, ſicut dei miniſtri,ut ſubaudias ſumus. quemadmodũ & illic,Nemini dantes.&c.niſi magis placeat referre ad illud ſuperius, παρακαλοῦμεν, id eſt,exhortamur. deinde poſt multa interiecta reſpondeat, Nemini dantes. Ita omnia hæc pertinebunt ad perſonam Pauli,atq; ita conſentaneum eſt.Deniq; Ambroſius legit, ut dei miniſtri, non miniſtros. Ordo ſermonis.

In ſuauitate.) ἐν χρηστότητι, id eſt, in benignitate,ſeu bonitate,& comitate, quæ opponitur ſupercilio,& aſperitati morum.

In patientia multa.) In harum enumeratione rerum, nonnihil uariant exemplaria, id quod ferè ſolet uſu uenire,quoties recenſentur huiuſmodi compluſcula, fallente ſcriptorem opinor ſua memoria. Tũ præpoſitio in,toties repetita propemodũ per abuſum uſurpari uidetur pro per. In charitate non ficta.) Iucundior eſt apud Græcos uox compoſita, ἀνυποκρίτῳ, id eſt,quæ expers ſit ſimulationis. Ambroſius legit, non ſimulata.

In uirtute dei.) ἐν δυνάμει θεοῦ, ut de ſignis ac miraculis intelligas.quemadmodum interpretatur & Ambroſius.

A dextris & a ſiniſtris.) Faber Stapulenſis hoc loco mutat pro dextris ac ſiniſtris,ſecundorum & aduerſorum. Quod,quid ſibi uelit, prorſus non intelligo. Nam primum longe aliud eſt ſiniſtrum ac dextrum, ꝯ aduerſum,& ſecundum.quãꝯ nec illud uideo,quomodo arma quæ a tergo gerimus ſecunda, quæ a pectore,aduerſa dici poſſint. Verum ut demus hæc ita habere,non erat tamen dicendum, ſecundorum & aduerſorum, ſed ſecunda & aduerſa. referuntur enim hæc epitheta ad arma, ni fallor.Sed Faber,opinor,uoluit interpretari,dextra & ſiniſtra,quaſi per dextera ſignificentur res ſecundæ,per ſiniſtra,res aduerſæ. Atqui iſtud eſt officium commentarium ſcribentis,non interpretis. Nec eſt abſurdum quod uocat arma dextra,quæ ad dextram nos muniũt aduerſus indulgentiam fortunæ. & ſiniſtra, quibus a ſiniſtra tegimur aduerſus incurſum malorum & afflictionum. Quanꝯ mihi ſimplicius uidetur, ut accipiamus a dextris & ſiniſtris, quaſi dicas, undiq; armati aduerſus omnia.id enim figura prouerbialis efficit. Certe diuus Aurelius Auguſtinus cum alibi, tum in commẽtarijs pſalmi.92.legit per arma iuſticiæ dextra & ſiniſtra. Stapulenſis.

Per gloriam & ignobilitatem.) διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, id eſt, per gloriam & ignominiã, ſiue con/

siue contemptum. Per infamiam & bonam famam.) διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας, quasi dicas maledicentiam, & benedicentiam.

Sermo Pauli figuratus.

Vt seductores.) ὡς πλάνοι, id est, ut impostores, uel potius quasi, sicut mox uertit. quanquam oportuit ita perpetuo uertere, cū sit ubiq; ὡς. Sed interpres mire sibi placuit sua copia, nunc uertens ut, nunc quasi, nunc sicut, nunc tanq;, perinde quasi nihil intersit apud Latinos inter has omnes uoces. Iam ut demus nihil intereſſe, certe uocis eiusdem iteratio, non solum ad decus orationis facit, uerum etiam ad uehementiam. Sic enim totus hic sermo per contraria, per membra, per similiter desinentia, per ἀναδιπλώσεις, aliáque id genus schemata uariatur, uoluitur, ac rotatur, ut nihil esse possit, nec uenustius nec ardentius. Sicut qui ignoti & cogniti.) ὡς ἀγνοούμενοι καὶ ἐπιγινωσκόμενοι. Augustinus libro de doctrina Christiana quarto, capite uigesimo, seruata temporis ratione legit, ut qui ignoramur, & cognoscimur. Quo quidem in locō, totius huius orationis ardorem & harmoniam annotauit, si quis cupiet cognoscere.

Vt castigati non mortificati.) ὡς παιδευόμενοι. quod Augustinus cum aliàs tum libro de ciuitate dei undecimo, legit ut coerciti, & non mortificati. Græcū participium præsentis est temporis, quod sic efferri possit, ut qui corripiamur non occidamur. significat em̄ pios corripi à deo, sed ueluti filios à patre, qui castigat & emēdat flagello, nō interimit.

Quasi tristes.) ὡς λυπούμενοι, id est, dolentes, potius.

Vt nihil habentes & omnia possidentes.) Fortassis hoc loco uenia danda interpreti, quod Græci schematis gratiam nō reddidit, ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες, quasi dicas, ut nihil tenentes, & omnia continentes. Dilucidius autem erat, quasi nihil habentes, cum omnia possideamus.

Non angustiamini.

Non angustiamini in nobis.) οὐ στενοχωρεῖσθε. Primum admonendus est lector, hic angustiamini non esse dictum imperandi modo, sed indicandi. neq; enim Græce dixit μὴ, sed οὐ. Et interpres hoc orationis genus reddere solitus est, ad hanc formam, Nolite angustiari. ut paulo post, Nolite iugum ducere cum infidelibus. Deinde στενοχωρεῖσθαι, dicunt, qui loci angustia premuntur. Sentit igitur sibi esse amplissimum animum in Christo. cæterum illos angustos esse, non in Paulo, sed suis ipsorum affectibus, quos uiscera uocat. Ac mox hortatur ut & ipsi desinant esse angusti. Siquidem angustiam uocat hoc loco, nō afflictionem aut molestiam animi, sed trepidam obseruationem ceremoniarum legis Mosaicæ, aut humanarum traditionum. superius enim disputauit de idolothytis. Nisi mauis ad mœrorem referre, quem conceperant ex eo, quem Paulus iusserat tradi satanæ.

Habentes, supereſt.

Eandem autem retributionem habentes.) Habentes, non habetur in Græcis exemplaribus, unde uidetur subaudienda præpositio κατὰ, id est, iuxta eandem retributionem dilatamini & uos. atq; ita sensisse uidet Vulgarius. quāq; Ambrosius legit, mercedis retributionem, ut exprimeret Græcam uocem, ἀντιμισθίαν. Nisi malit aliquis accusatiuum remunerationem, referre ad, dico, quasi id sentiat, Promitto eandem retributionem uobis tanq; filijs. in eum sensum nos uertimus. Ambrosius ita distinguit, ut participium habentes, pertineat ad angustiamini, Angustiam patimini non per me, qui sum amplissimo, & animo, & ore erga uos, sed in uestris ipsorum animis, cum habeatis eandem pensationem mercedis, quam cæteri atque ego. Deinde subijcit, ut filijs loquor, Dilatemini uos quoq;, uidelicet ut parenti respondeatis.

Nolite iugum ducere.) Sensum probe reddidit interpres, quanq; Græcus sermo significantior est, μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες, hoc est, ne iungamini eodem iugo cum infidelibus. Nam si Christianus ducat uxorem gētilem, aut Christianus in gerendo magistratu, collega sit gentili, dicet ἑτεροζυγοῦμ. Huiusmodi matrimonia Hieronymus imparia uocat.

Conuentio.) συμφώνησις, id est, consensus, aut concordia.

Belial.

Christi ad Belial.) Græci legunt Beliar, βελίαρ, ob id, ni fallor, quod Græcis nullum nomen desinit in l. Græca scholia indicant Belial Hebræis significare desertorem, hoc est, luciferum. At eximius ille Ioānes Reuchlinus, uir undequaq; doctissimus, & alterum post Rodolphum Agricolam, decus & ornamentum nostræ Germaniæ, in suo Lexico docet, Belial apud Hebræos significare malū & iniquū, aut etiā noxiū dæmonē, quod satis quadrat. Nā Christus omnia fecit, ut prosit. contra Belial, etiā cū iuuat, in hoc iuuat ut noceat.

Sicut dixit

Sicut dixit deus.) Hoc teſtimoniũ diuus Thomas Aquinas, ſumptum putat ex Leuitici capite uiceſimoſexto, ubi legimus ad hunc modum. Ponam tabernaculum meum in medio ueſtri, & non abijciet uos anima mea. Ambulabo inter uos, & ero ueſter deus, uoſq; eritis mihi populus meus. At Carrenſis, autore Didymo, quem equidem demiror ubi uiderit, ſi tamen uidit, refert ad Ezechielis caput triceſimumſeptimũ, ubi legimus ad hunc modum. Et erit tabernaculum meum in eis, & ero eis deus, & ipſi erunt mihi populus. Et ſcient gentes, quia ego ſanctificator Iſrael, cũ fuerit ſanctificatio mea in medio eorum in perpetuum. Atqui cum neutro horum locorũ per omnia reſpondet citatio Pauli na. proinde ſciat lector hoc teſtimoniũ non ex uno prolatum loco, ſed è pluribus conflatum, id quod & aliàs factum oſtendimus. Siquidem prima pars è Leuitico deprompta uidetur. Deinde quæ ſequũtur, Quapropter exite de medio illorum &c. ex Eſaia decerpta ſunt, apud quem legis cap. 52. Recedite recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius. mundamini qui fertis uaſa domini. Demum quod adiecit, Et ero uobis in patrem &c. ſumptum uideri poteſt ex Hieremiæ cap. 31. Quia factus ſum Iſrael pater. & Ephraim primogenitus meus. Et inambulabo inter eos.) Inter eos, nõ eſt Græcis, ſed tamẽ conatus eſt exprimere uerbum ἐμπεριπατήσω, quod ſignificat in aliquo ambulare. Nã inambulare Latinis nihil aliud eſt aliquoties, quàm ambulare. tametſi melius erat in eis, quàm inter eos. niſi putamus utrobiq; præpoſitionem in, poſitã pro inter.

Carrenſis.

Teſtimoniũ idem ex pluribus locis conflatum.

EX CAPITE VII.

Capite nos.) χωρήσατε ἡμᾶς, quia dixit, ante anguſtiamini. Nec hic eſt capite pro intelligite, ſed ſicuti uas aut locus aliquid capit. Ambroſius propemodum explicuit, qui legit, capaces eſtote noſtri. Circũuenimus.) ἐπλεονεκτήσαμεν, quod & alibi uertit ad eundem modum. eſt aũt fraudauimus. Ambroſius ita legit hoc loco, Nemini nocuimus, nẽminẽ grauauimus, neminem circũuenimus. atq; ita exponit. Nocẽt pſeudapoſtoli, cum ſenſus ſuorum corrumpunt, & grauant ſacculos circũuentione ſerpentinæ aſtutiæ. Græca ſic habent, οὐδένα ἠδικήσαμεν, οὐδένα ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν, id eſt, neminem iniuria affecimus, neminem corrupimus, neminem fraudauimus, hoc eſt, nullius rem præter ius occupauimus, & in noſtrũ uertimus cõmodum. O gloriam uere ſacerdotalem, & utinam omnibus epiſcopis ad eundem modum uere liceret gloriari. Prædiximus enim.) προείρηκα γάρ, id eſt, prædixi enim. atq; ita legit Ambroſius. Ad cõmoriendum & conuiuendũ.) εἰς τὸ ἀποθανεῖν ἢ ὲν ζῆν. Id erat apud ueteres amicitiæ genus, ut amico forte extincto, amicus ultro ſibi mortem cõſciſceret. quod amicitiæ genus ſignificat Horatius ſibi fuiſſe cum Mecœnate. Vnde dicti συναποθνήσκοντες. Non quod Paulus huiuſmodi quippiã ſentiat, quale legimus olim fuiſſe apud ethnicos, uerum hoc modo arctiſſimã amicitiam uoluit indicare. Gloriatio ꝓ uobis.) ὑπὲρ ὑμῶν. melius hic, de uobis, hoc eſt, nomine ueſtro.

Capite, capaces eſtote.

Cõmoriẽtes

Superabundo gaudio.) ὑπερπερίσσευομαι, quod eſt ſupra modũ, aut uehementer abundo, ſeu potius, ſuperfluo. Nec idem apud Latinos facit ſuper, additũ, quod apud Græcos ὑπὲρ ſiue περὶ in cõpoſitiõe. Proinde diuerſa ratione cõueniebat epitaſin explicare latinis.

Superabundo ὑπὲρ.

Sed omnẽ tribulationem paſſ.ſ.) ἀλλὰ ἐν παντὶ θλιβόμενοι, id eſt, ſed in omnibus tribulati, ut ſubaudias, eramus. Nam Hebræis familiare eſt ſubaudire uerbum ſubſtantiuũ.

Qua conſolatus eſt in uobis.) Conſolatus eſt, hic paſſiue accipiendũ eſt, ἢ παρεκλήθη.

Et ſi pœniteret.) εἰ καὶ μετεμελόμην .i. etiam ſi pœnituiſſet, aut etſi pœnitebat, ut accipias Paulũ ante doluiſſe, quod eos affeciſſet mœrore, nũc autẽ gaudere, quod ex Tito cognouiſſet rem bene ceſſiſſe. & referẽ ad ſuperiora, nõ ad ſequentia. Nã ſequitur apud Græcos βλέπω δέ .i. uideo emẽ. Quàmuis me nõ fugiat ſecus diſtingui ab Ambroſio, q ſic ordinat, Etſi pœniteret, uideo &c. nec addit emẽ. In hoc certe cõgruit cũ Græcis, quod legit βλέπω non βλέπωμι. Verũ ſiue legamus uideo, ſiue uidẽs, fateri cogimur unã ſermonis particulã inabſolutã eſſe, niſi accipiamus iuxta primã lectionẽ quã indicauimus. Id incõmodũ hac ratione tolli poterat. Quàmuis ea epiſtola uos ad tẽpus contriſtauit, nũc tamen gaudeo, nõ quod cõtriſtauerim uos, ſed qđ uideã contriſtatos ad pœnitentiã. Secundũ deũ cõtriſtati.) κατὰ θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς. i. quod ſecundũ deũ contriſtati fuiſtis. Stabilẽ.) ἀμεταμέλητον. i. non pœnitendã. Refertur autẽ ad pœnitentiã, non ad ſalutem, μετάνοιαν

ἀμεταμέλητον, elegantiſſime coniunctis contrarijs, quaſi dicas, impœnitendã pœnitentiã. quanꝯ Ambroſius uidetur adiectiuũ ad ſalutem referre, non ad pœnitentiã. Annotauit

Pœnitentia quid græcis. Laurentius, eidẽ uocí latinæ pœnitentía, duas reſpondere græcas, μετάνοια & μεταμέλεια, quarum prior dicta eſt à ſenſu retractando, poſterior à cura in melius mutãda. Et quemadmodum Cicero cõuiuium aptius uocabulum iudicat latinum, quàm ſit Græcorũ συμπόσιον, ita Lactantius putat hic græcas uoces elegantiores, quàm latina ſit. quod pœnitentia ſignificet triſtitiam cõmiſſi, illæ mentis emẽdationem. Siquidem pœnitere, pigere eſt

Triplex pœnitentia. tædereꝯ. Proinde nihil agere, qui ex hoc loco triplicem inducant pœnitentiã. unam, quæ ſit contritio. alteram, quæ ſit confeſſio. tertiam, quæ ſit ſatiſfactio. In hanc ferè ſententiam

Valla. Valla noſter. Seculi autem triſtitia mortem operatur.) Alibi αἰῶνα uertit ſeculum, hic κόσμον, id eſt, mundum. Ambroſius legit, huius mundi. Sed defenſionem, ſed indignationem.) Ambroſius ita legit, Sed excuſationem, ſed timorem, ſed deſyderiũ, ſed æmulationem, ſed uindictam. Græca ſic habẽt, ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ ζῆλον, id eſt, ſed excuſationem ſiue purgationem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſyderiũ, ſed æmulationem. Græca ſcholia monent ἀλλὰ, id eſt, ſed, hoc loco poni pro καὶ, id eſt, &, cum potius uſurpetur pro imò, ſiue inſuper, mea quidem ſententia. Auget enim ac ueluti corrigit, quod dixerat σπουδὴν ſollicitudinẽ, imò plus aliquid, uſqꝯ ad uindictam turpis admiſſi. In omnibus exhibuiſtis uos.) συνεστήσατε, id eſt, cõmendaſtis. quanꝯ hic non male quadrabat præſtitiſtis. Et ἐν παντὶ, quod etiã ſuperius uertit, in omnibus, melius reddetur per ubiꝯ. Rurſum illud in negocio.) Articulus græcus additus, τῷ πράγματι, ſignificat eum loqui non de quauis re, ſed de certo quodam negocio, nimirum eo de quo ſcripſerat in priori epiſtola, quendã habuiſſe rem cum uxore patris. In eo negocio oſtenderũt ſe puros eſſe, eiecto & punito huiuſmodi homine, cum ibi Paulus etiam nõnihil illis imputaret. Et uos, inquiens, inflati eſtis.

Hebraicum idioma. Igitur etſi ſcripſi.) Scripſi, bis intelligẽdum eſt, Et ſi ſcripſi, ſcripſi. quanꝯ apud Græcos non niſi ſemel ponitur. Etſi ſcripſi uobis, non propter eũ ſcripſi &c. Velut ibi, Etſi quid donaui, propter uos.

Ambroſiana lectio. Non propter eum qui iniuriam fecit.) Ambroſius ita legit, Non propter eum qui inique uerſatus eſt, ſed neꝯ propter eum qui inique tractatus eſt.

Ad manifeſtandam ſollicitudinem noſtram quam habemus pro uobis.) In eundẽ ſenſum legit Ambroſius, Sed ut manifeſtaretur ſollicitudo noſtra quã pro uobis habemus coram deo. uidelicet inuerſis his pronominibus ὑμῶν & ἡμῶν, id quod facile cõmittitur

Locus obſcurior. uel ſcriptoris obliuione. At Græci ſic legũt, ἕνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ὑμῶν, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, quibus ex uerbis apparet hoc ſenſiſſe Paulum, ſe gaudere, quod ex ea triſtitia conſecutũ ſit, ut palàm fieret, quo ſtudio eſſent Corinthij erga ſe. Et particula πρὸς ὑμᾶς poteſt accipi apud uos, ut referatur ad uerbum manifeſtetur quod præceſſit. ut ſit ſenſus, Paulum hoc egiſſe, ut qui apud Corinthios fauerent pſeudapoſtolis, intelligerent quo affectu tota Corinthiorum eccleſia eſſet erga ſe. Porrò quod adijcit,

Coram deo, iurantis. apud uos coram deo, ueluti iurantis eſſe poteſt, & illos & deum cõſcium teſtantis. Nam & paulo ſuperius meminit de ſtudio Corinthiorum, quod ex Tito cognouerat.

Abundantius autem magis.) Aut duo comparatiua cõiunxit, ad exprimendam maiorem emphaſim, aut pro magis uertendũ erat potius. μᾶλλον emꝑ apud Græcos, ut & apud nos potius, corrigit nõnunꝯ, ut intelligas illũ multũ accepiſſe ſolatij ex correctis Corinthijs, ſed uerius ex gaudio Titi. Ambroſius pro abundantius ac magis, legit magis magiſqꝯ. Verum illud haud diſſimulandũ, hunc locum longe ſecus apud Græcos diſtingui,

Diſtinctio diuerſa. qꝯ apud Latinos. Nam uulgata æditio & Ambroſius ſic habet. Ideóqꝯ conſolati ſumus. In conſolatione autẽ noſtra, abundantius magis gauiſi ſumus. Græca ſic habent, διὰ τοῦτο παρακεκλήμεθα ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν, περισσοτέρως δὲ μᾶλλον, id eſt, propterea cõſolationem accepimus in conſolatione ueſtra, abundantius autẽ magis &c. Sed Ambroſius noſtram ſequitur diſtinctionem, interſecans cõmentariolo interiecto, quæ Græci coniungunt.

Refectus eſt ſpiritus eius.) ἀναπέπαυται, id eſt, refocillatus fuit, quod eſt proprium eius qui laborauit ac fatigatus eſt, & poſtea requie refocillatur. Ambroſius hũc locum diuerſe legit, diuerſum opinor exẽplar nactus. Quia, inquit, requieuit ſpiritus eius in omnibus uobis. Non ſum confuſus.) οὐ κατῃσχύνθην, id eſt, non ſum pudefactus.

Abundantius

Abundãtius in uobis.) εἰς ὑμᾶς, id est, in uos, siue erga uos. Reminiscentis.) ἀναμιμνησκομένου, id est, recordantis siue cõmemorantis, seu in memoriam reuocantis.

Quod in omnibus confido in uobis.) In, nõ est in græcis exẽplaribus. θαῤῥῶ ὑμῖν, id est, confidimus uobis. Nonnulli tamen habebant θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν, & in his syllabis lapsus facillimus est librariorum, interposito μ.

EX CAPITE VIII.

ET quod in multo.) Et, redundat, nec est in græcis codicibus, nec additur ab Ambrosio, ne in nostris quidẽ emendationibus. In multo experimẽto.) ἐν πολλῇ δοκιμῇ, id est, in multa probatione. Atq; ita legit diuus Ambrosius. Abundantia gaudij.) ἡ περισσεία. Sed Ambrosius recte mutauit nomen in uerbum, legens, abundat gaudium. Altissima paupertas.) ἡ κατὰ βαθους πτωχεία. Ambrosius legit, profunda paupertas. Sumptum apparet à uase seu scrinio iam ad imum exhausto. Ad quod pertinet quod Hesiodus scripsit, seram in fundo esse parsimoniam. Proinde nõ omnino pessime uertit interpres. Opposuit autem Paulus inter se contraria, profunda paupertas, hoc est exhaustissima, & exuberauit. non exuberat, quod est inane, & paupertas cũ diuitijs pugnat. In diuitias simplicitatis.) εἰς τὸν πλοῦτον ἁπλότητος, id est, in opulentiam simplicitatis. Simplicior est qui libenter erogat, & hoc magis ditescit candoris ac benignitatis bono, quo pauperior redditur pecunia.

Alta pauper tas.

Quia secundum uirtutem.) ὅτι κατὰ δύναμιν, id est, quia pro uirili, siue pro uiribus. Et sic legit diuus Ambrosius, ne quis hic uirtutem accipiat oppositam uitio.

Secundum uirtutem, ꝑ uiribus.

Supra uirtutem.) καὶ ὑπὲρ δυνάμιν, id est, ultra uires. Et sic legit Ambrosius, quẽadmodum & supra pro uiribus. quanq; dilucidius erat, etiã supra uires. Ex Ambrosio ꝑpemodum subolet uerbum μαρτυρῶ, quod ille uertit, testimonio illis sum, per parenthesim interseri. Siquidem pro uiribus (me teste) imo supra uires ultro dare uolebant.

Voluntarij.) αὐθαίρετοι, id est, spontanei, ut subaudias fuerunt, hoc est, nõ rogati nõ pro uocati. Cum multa exhortatione obsecrantes nos.) Græci secus legunt, μετὰ πολλῆς παρακλήσεως, δεόμενοι ἡμῶν, τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας, τῆς εἰς τοὺς ἁγίους δέξασθαι ἡμᾶς, id est, multa cum obtestatione rogantes nos, ut gratiam & cõmunionem ministerij, quod est in sanctis susciperemus.

Et non sicut sperauimus.) καὶ οὐ καθὼς ἠλπίσαμεν, id est, multo amplius quàm sperare audebamus, ne putemus id accidisse Paulo præter spem. proinde nos uertimus, quatenus. Hoc loco ridiculum quiddam incidit in exemplari Corsendoncensi, codice alioqui perquàm eleganti, sed pulchro uerius quàm emendato. Scriptor, ut facile licet conijcere, cum repperisset à studioso quopiam annotatum quiddam in spacio marginali, credens à scriba prætermissum, transtulit in mediũ uersum ad hunc modum, δέξασθαι ἡμᾶς, ὡς πολλοῖς τὴν ἀντιγράφων, οὕτως εὕρηται, καὶ οὐ καθὼς ἠλπίσαμεν. Siquidem is indicans ἡμᾶς in plerisq; non addi, in alijs rursus addi, asscripserat hæc. In plerisq; exemplaribus sic inuenitur. Ea uerba scriptor indoctus medio Pauli sermoni admiscuit. Simile quiddam accidit in epistola Paulini ad Augustinum, quæ numero fertur 58. in medio epistolæ contextu, quoniam præcesserat mentio apostolorum & prophetarum, longum somnium intermiscet indoctus scriba de etymologia, uocũ apostoli & prophetæ, quod male feriatus quispiam, ex Catholico fortassis asscripserat in margine. Vt enim inquit, ad uim termini proficiscar, apostolus græcum, dicitur ab apos, quod notat augmentũ uel præeminentiam, & stolon quod est missio, quasi præeminẽter missus, ad augmẽtationem scilicet fidei catholicæ. Ac mox, propheta autem, inquit, à pro, id est, procul, & for faris, quasi quæ sunt, erũt uel fuerũt locuturus. Aliáq; id genus multa deblaterat in media uiri eloquentis iuxta ac docti epistola, supposititius ille Paulinus. Atq; hæc cum ab eruditis multa deprehendantur in libris, qui cum autoritate leguntur. quid futurum arbitramur, si quicquid quocunq; modo libris illitum fuerit, citra iudicium, citráq; censuram uelimus recipere? Atq; hac occasione comperimus innumeros locos esse deprauatos.

Ridiculũ de loco depra uato.

Ita ut rogaremus Titum.) εἰς τὸ παρακαλέσαι ἡμᾶς τίτον, id est, in hoc adhortaremur Titum. Ita & perficiat in uobis.) εἰς ὑμᾶς, id est, in uos, uel erga uos.

Et conſummaret in uobis etiam gratiam iſtam.) Rurſum χάριν gratiam uertit, rectius uerſurus, beneficium, ſiue ut nos uertimus, beneficentiam. quo nomine frequenter uſus eſt Cicero, cum aliàs, tum primo libro officiorum, ne quis calumnietur. Deinde cur non potius erga uos, quàm in uobis, cum græce ſit εἰς ὑμᾶς, præſertim cum ita legat Ambroſius, Vt quemadmodum cœpit, ita cõſummet, etiam in uos gratiam iſtam. Interpretatur autem, ut quemadmodum hortatu Titi cœpiſtis imitari munificentiam aliorum, ita eodem hortatore perficiatis. Eſt autem Græcis gemina cõiunctio καὶ, quoniam prior refertur ad priorem partẽ incipiendi. poſterior, ad cæteras dotes, quibus ualebant Corinthij.

Laus in exhortando.

Qui cœpit, idem perficiat, ut quemadmodum probamini cæteris uirtutibus, ita in hac quoq; laudem promereamini. Vt autem egregius artifex laudem admiſcuit exhortationi, iuxta rhetorum præcepta. Inſuper & charitate.) καὶ τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάτῃ, id eſt, & charitate quæ in nobis eſt ex uobis. Nec eſt inſuper, apud Græcos, ne in Paulino quidem uetuſtiſſimo exemplari, licet ſit apud Ambroſium. Videtur autem dictum in nobis, pro in nos. Vulgarius & græca ſcholia interpretantur, charitatem Corinthiorum erga Paulum. Ambroſius uidetur inuertere pronomina, Illa quæ ex nobis in uobis eſt charitate, hoc eſt, abundatis ea charitate, quã ex nobis didiciſtis. Etiamſi in libris uulgatis habebatur & uobis, pro in uobis. opinor emendandum, ex uobis in nobis.

Et in hac gratia abundetis.) Gratia hoc loco pro beneficio ſeu eleemoſyna accipitur, ut & paulo ſuperius. Loquitur enim de adiuuãdis liberalitate ſanctis. ſubaudiendum eſt autem uerbum hortor, aut date operam, alioqui ſermo non erit abſolutus.

Non quaſi imperans.) οὐ κατ' ἐπιταγήν, id eſt, non iuxta imperium, hoc eſt, non tanq; imperans. Ambroſius legit, Non ſecundum imperium.

Sed propter aliorũ ſollicitu.) Græce διὰ eſt, hoc eſt, per, non propter. Eſt enim ſenſus, ut ueſtra charitas probatior fiat, ex aliorum erga nos officio, non quod aliquid exigam à uobis. tametſi ſermo græcus ancipitẽ habet ſenſum. Poteſt emꝫ ſic accipi, ut ueſtra quoq; charitas ſicut cæterorum Achaicorum reddatur probatior ac ſpectatior, ſi ueſtra ſollicitudine ſubleuetur paupertas ſanctorum. Poteſt & hic accipi, ut & ueſtra charitas magis à me probari poſſit ac prædicari, ſi uos aliorum exemplo prouocati, non ceſſeritis cæteris in hoc beneficentiæ genere, cum in cæteris non ſitis inferiores.

Senſus duplex.

Veſtræ charitatis ingenium bonum.) Græce ſecus habet, καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον, id eſt, & charitatis ueſtræ ingenuitatem, ſiue ſyncéritatem. Ingenuum autem pro ingenuitate dictum eſt. γνήσιον autem uocant, quod eſt uerum, germanum, ingenuũ, minimé; fucatum & adulterinũ. Ambroſius legit bonum, omiſſo ingenio. Et ſanè ſuſpicor in noſtris codicibus olim ſcriptum fuiſſe ingenuum, non ingenium, idq; parũ intellectũ à ſciolo quopiã deprauatum. Iam uero quorſum attinet cõmemorare quid hic ſomnient recentes quidam theologi? nimirum hoc impudentiores, quo indoctiores, cum diuus Thomas plurimis uerbis philoſophetur in hoc uerbo ingenium. ſic enim legit & ille, ſuũ ſecutus exemplar. quid emꝫ aliud faceret, ignarus græcanicæ literaturæ? Atq; hic quo ſtudioſius laborat, hoc magis erret neceſſe eſt, non ſecus quàm ſi quis ſemel aberrarit à uia, is quo uehemẽtius currat, hoc magis erret oportet. Verum illi ſanè ueniam tribuendam arbitror, cui nihil omnino defuiſſe uideo præter cognitionem linguarum. Verum præſtabat aliquanto minus Ariſtotelicum eſſe, quàm hoc carere adminiculo.

Ingenium, pro ingenuo.

Thomas.

Quoniam propter uos egenus factus eſt.) Quoniam, uel quia rectius uertiſſet per quod. Hoc loco Faber mutat uos ſecundam perſonam in nos primam, idq; ita inueniri in archetypis. At reclamant conſtanter exemplaria græca, quæ quidem ego uiderim, & inſuper latina, & magis quadrat uos, quia præceſſit, ſcitis, & ſequitur, diuites eſſetis. Atq; hoc ſermone Corinthiorũ liberalitatẽ ſtudet elicere, tametſi non multũ habet momenti ad ſenſum, utrum legas ἡμᾶς an ὑμᾶς. Verũ illud, egenus factus eſt, eſt græce ἐπτώχευσε, id eſt, pauper fuit, ſiue potius mendicauit, ut hinc poſſint argumẽtum ſumere, qui gaudent mendicitatem ſuam ad Chriſtum autorem referre. Nec retulit interpres uocum alluſionem, ἐπτώχευσε, πτωχείᾳ, id eſt, pauper fuit, & paupertate. Quàm mirũ cur ceu data opera confuderit, cum nullo incommodo licuerit reddere.

Stapulenſis.

Et conſiliũ in hoc do.) Γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι. Hic uidet planè γνώμην accipere pro conſilio.

consilio. Porrò in hoc, id est, in hac re. ne quis hic erret, putans hoc esse accusatiuũ casum.

Sed etiam uelle.) Sensus ambiguus est, an cœperint simul & uelle, & facere ante annum, ut hoc beneficium non nuper cœptum intelligas. an cœperint nõ solum facere, sed etiam ultro facere, & suapte sponte, nam id plus est quàm facere. Est autem gemina laus Corinthiorum, qui non solum cœperint largiri pauperibus, suapte uoluntate, nõ prouocati alienis exemplis, sed hoc ipsum etiam animi propositum ultro, nec prouocati sumpserint. Atq; hunc quidem posteriorem sensum sequuntur interpretes. Sensus duplex.

Ab anno priore.) ἀπὸ πέρυσι, id est, ab anno superiori.

Animus uoluntatis.) καθάπερ ἡ προθυμία τοῦ θέλειν, id est, quemadmodum promptus est animus ut uelit, siue ad uolendum.

Sic & perficiendi ex eo quod habetis.) οὕτως καὶ τὸ ἐπιτελέσαι, ἐκ τοῦ ἔχειν, id est, sic & perficere sit, siue perficite ex habendo, id est, ex hoc quia habetis, hoc est, quia potestis. Siquidem habere uidetur abusus pro posse. Velle est animi prompti. præstare quod uelis, est facultatis. Si enim uoluntas prompta est.) εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, id est, si enim prius adsit animi promptitudo, aut si præcesserit animi promptitudo.

Secundum id quod habet.) καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις. Hic habet, accipio more Græcorum pro potest. Id innuit diuus Ambrosius qui legit, secundum facultatem. Et potius est iuxta id quicquid illud est quod possit, ut subaudias dare. quanquàm hoc ad sententiam Pauli non admodum refert. Habere, pro posse.

Vt alijs sit remissio.) ἄνεσις, id est, remissio & relaxatio laborum. Proinde Ambrosius uertit refrigerium.

Vobis autem tribulatio.) θλῖψις hoc loco melius redditur ab Ambrosio angustia, nam angustiam rei familiaris dicimus. Relaxatur ijs quibus minus angusta fit res familiaris. atq; hic subaudiendũ est aliquid, quo sermo reddatur absolutus. Non enim sic dandum est ut alijs &c. Vestra abundantia.) Hic suppleat, additum est, cum græce sic habeatur, τὸ ὑμῶν περίσσευμα, εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα, ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, ut γένηται referatur ad utranq; partem. Poterat autem reddi ad hunc modum, Vt uestra abundantia illorũ inopiæ, & illorum abundãtia, uestræ succurrat inopiæ. Additum aliquid.

Qui multum.) ὁ πολύ. Etiam Græcis subauditur participiũ ἔχων, id est, qui habebat.

Non minorauit.) οὐκ ἠλαττόνησεν, id est, non fuit inferior, aut non minus habuit. Cæterum testimonium quod adducit, est Exodi capite decimosexto. iuxta Hebraicam ueritatem, Diuus Hieronymus uertit ad hunc modũ. Nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat reperit minus. Dictum est autem de colligendo manna, quod Paulus deflexit ad suum negocium.

Gratias autem ago deo.) χάρις δὲ τῷ θεῷ, id est, gratia autem deo, ut subaudias est, aut sit. Eandem sollicitudinem.) Quod iam sæpius uertit sollicitudinem, Græcis est σπουδήν, id est, studiũ siue cura. Et interpres atq; Ambrosius legerunt, τὴν αὐτὴν eandẽ, siue ut uertit Ambrosius, hanc ipsam. Atq; ita legitur in nonnullis Græcorum exemplaribus, cum in aliquot pro τὴν αὐτὴν, sit τοιαύτην, id est, talem.

Quoniam exhortationem quidem.) Ambrosius legit consolationem, sed melius adhortationem. significat enim suo rogatu uenisse, sed tamen suapte sponte ad id propensum. Sed cum sollicitior esset.) σπουδαιότερος, id est, studiosior ac diligentior, & alacrior. Atq; hoc sanè loco coniunctio δὲ uim habet corrigendi, ut non absurde uerti potuerit per imò. Siquidem quod modo dixerat Titum adductum suis precibus suscepisse negocium, id mutat, imò inquiens, non meo impulsu hoc fecit, uerum cum sua sponte ad id esset promptus, me rogante factus est alacrior ac diligentior, ueluti cum ultro currentem incitamus.

Sua uoluntate.) αὐθαίρετος, id est, spontaneus siue ultroneus. Ambrosius legit uoluntarius. Cum illo fratrem nostrum.) Nostrum, non est græce, sed tantum τὸν ἀδελφόν. sic enim uocat Christianum. Cæterum articulus additus, facit ut certum aliquem designatum intelligamus, cuius nomen data opera suppresserit, malens eum elogio quàm uocabulo describere. Proinde uertendum erat, Misimus autẽ unà cum illo fratrem eum, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. At paulo inferius additur nostrum. Misimus autem unà cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis.

Lucas. Cuius laus est in euãgelio.) Sermo uidetur anceps.nam apparet accipi posse,laudem illius esse scriptam in euangelio.uerum illud dicit, illum quisquis est de quo dicit (nam id incertum est) ita uersatum esse in prædicatione Christi, quam hic euangelium uocat, ut omnium testimonio ecclesiarum laudetur.Nec ea res tamen uetat,quo minus accipiatur de Luca,quod sensisse uidetur Hieronymus, cum alij Barnabam opinentur designari,rursus alij Apollo. Verum illud admonere uolui, hic magis de prædicatione fieri uerba,quàm de scripto euangelio, propter id quod sequitur, per omnes ecclesias. Iam illud non solum autem,uertendum erat,nec id solum, ut intelligamus eum non solum spectatum prædicatione euangelij,uerumetiam sibi comitem fuisse delectum.

Sed & ordinatus est.) χειροτονηθείς, id est,electus,siue suffragijs creatus, id quod proσυνέκδημος. prie significat græca uox.Et συνέκδημος comes peregrinationis meæ, recte, nisi quod comes minus est quàm συνέκδημος, id est, collega siue socius, ut æqualem intelligas, non sequentem. In hanc gratiã.) Græci habent σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ,id est,cum gratia hac. quanquàm gratia hoc loco beneficium sonat. Ad domini gloriam.) πρὸς τὴν ἀυτοῦ τοῦ κυρίου δόξαν,id est,ad eiusdem domini gloriam. Destinatam uoluntatem.) καὶ προθυμίαν, id est, animi promptitudinem. Ambrosius legit sollicitudinem, opinor uitium esse librariorum, qui pro promptitudine mutarint sollicitudinem. Diuus Thomæ lapsus. mas Aquinas,destinatam uoluntatem interpretatur,à deo prædestinatam,qui prædestinarit ab æterno,uos talem uoluntatem habere. Non libet insectari conuicijs uirum tam eruditum,tamq; pium. Malim quicquid est imputare seculo, modo lector intelligat, ne doctissimos quidem interpretari posse diuinas literas citra linguarum peritiam,sentiatq; id quod Thomas huc adduxit, δῖς διὰ πασῶν abesse à sensu Paulino. Sentit enim hoc beneficium à se administrari,ad domini gloriam, simulq; ad prouehendam ac declarandam animi promptitudinẽ eorum qui largiebantur ultro.Ambrosius,ut pro προθυμίαν le-Diuersa lectio. gít sollicitudinẽ,ita pro ὑμῶν secundæ personæ legit ἡμῶν primæ,sed secus interpretantibus Græcorum scholijs,ac Vulgario.

Quæ ministratur à nobis ad domini gloriam.) Non repetitur hoc loco apud Græcos ad domini gloriam. Deuitantes hoc.) στελλόμενοι τοῦτο,id est,cauentes illud. Sumptum est à nautis,qui flexo cursu declinant scopulum aut periculum.

In hac plenitudine.) ἐν τῇ ἁδρότητι,id est,abundantia siue exuberantia. Solet enim magna pecuniarum uis obnoxia esse suspicioni fraudis.

Prouidemus enim.) προνοούμενοι,id est,prouidentes,absq; enim.pendet enim à superioribus,mísimus. quanq; id quidem ad sensum nihil refert. Et καλὰ magis sonat honesta quàm bona. In multis sæpenumero.) Interpres ne potuit quidem reddere iu-Schema non redditum. cunditatem græcanici schematis ἐν πολλοῖς πολλάκις, quasi dicas, in multis multifariam, aut in multis multoties,si sic liceat loqui.

Sollicitum esse.) σπουδαῖον ὄντα,id est,díligentem aut promptum,aut etiam probum. Nam hoc quoq; significat σπουδαῖος.

Confidentia multa in uos.) πεποιθήσει πολλῇ τῇ εἰς ὑμᾶς, id est, ob fiduciam multam quam habent erga uos.Græca sunt ambigua.Nam fiducia referri potest ad Paulum, qui confidat illum nunc fore diligentiorem,quod speret illos bene tractaturos hominẽ.Non solum autem confidit de hoc,uerumetiam de Tito. Quamobrem? quod socius suus sit, & in iuuandis Corinthijs adiutor. Item de cæteris,quod Pauli sint fratres,& missi ab ecclesijs,sicut ante dixit.Et idcirco maluimus hic apostolos uertere legatos.

Et in uobis adiutor.) καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργός,id est,& erga uos cooperator siue collega.Præterea hi nominatiui dure subijciuntur, simplicius erat, Pro Tito socio meo,& in uos cooperatore siue adiutore. Gloriæ Christi.) δόξα χριστοῦ, ut intelligas ipsos apostolos Locus apud nos depraua tus. esse gloriã Christi.quanquàm totus hic locus uarie legitur.Ambrosius ita legit, Siue per Titum qui est socius meus & adiutor in uobis, siue per fratres nostros apostolos ecclesiarum gloriæ Christi.Græca sic habẽt,εἴτε ὑπὲρ τίτου, κοινωνὸς ἐμὸς, καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργός, εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν, ἀπόσολοι ἐκκλησιῶν, δόξα χριστοῦ.Scholia explicant ad hũc modum.Siue de Tito,ut subaudias aliquid dicendũ est,hoc possum dicere,quod est socius meus &c. Siue de cæteris dicendum est aliquid,hoc dico,quod sunt apostoli ecclesiarũ,& ob id gloria Christi,

ria Christi, quorum prædicatione & uita illustrius fit Euangelium Christi. Hæc autem omnia eo pertinent, ut commendet Corinthijs eos quos illò mittit. Nec me fugit, quid Faber Stapulensis hoc loco scripserit. uerum illius sententiæ, hac quidem in parte non subscribo, præsertim refragantibus græcis scholijs, & nominatim Vulgario, atq; ipso deniq; Ambrosio. Cæterum quæ Thomas & hoc recentiores, in hunc adducunt locum, nō libet referre. Quanquam sensit nonnihil Aquinas, cum gloriæ legens, tamen interpretatur ad gloriam, quasi gloriæ, sit datiuus casus, cum apud Græcos sit rectus. Faber. Thomas.

Ostensionem ergo quæ est charitatis uestræ.) Græce est simpliciter, ostensionem charitatis uestræ. Neq; secus legit Ambrosius. Et nostræ gloriæ rursus est καυχήσεως, quod Ambrosius hoc loco uertit exultationem.

In facie ecclesiarum dei.) εἰς πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν. Dei, non additur in græcis, nec in Ambrosio. Porrò illud, in faciem, magis quadrabat in personam ecclesiarum. Redundat enim in personam ecclesiarum honor habitus ijs, quos miserant ecclesiæ. Quanquam & alterum probo sensum. nimirum hunc, ut cæteræ quoq; ecclesiæ uideant charitatem uestram, de qua soleo apud illas gloriari, ut in facie sonet, in conspectu. Duplex sensus.

EX CAPITE IX.

EX abundanti est.) περισσόν μοι, id est, superuacaneum est. Et ita legit Ambrosius, superuacuum est. Quæso quorsum opus erat huc accersere periphrasin? nisi quod sic libuit interpreti ludere scilicet, hoc est, ineptire.

Promptum animum uestrum.) τὴν προθυμίαν ὑμῶν, id est, animi uestri promptitudinē, siue (ut Ambrosius legit) promptam uoluntatem uestram. Eadem uox Græcis, quam modo uertit destinatam uoluntatem, in qua sic philosophabatur Thomas. Pro quo de uobis.) ἣν ὑπὲρ ὑμῶν καυχῶμαι μακεδόσιν, id est, quam de uobis iacto Macedonibus, siue apud Macedones. Sic enim dixit, quam glorior, quemadmodum nos dicimus, gratulor tibi reditum in patriam. Thomas.

Quoniam & Achaia.) Et, coniunctio redundat, nec additur apud Ambrosium.

Ab anno præterito.) ἀπὸ πέρυσι, id est, ab anno superiori. Ambrosius legit, ab anno priore. Et uestra æmulatio.) καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος, id est, ex uobis orta æmulatio, hoc est, uestrum exemplum. Prouocauit plurimos.) Sic interpres dixit plurimos, pro multis, ut uulgo sacerdotes in preculis horarijs, pro de pluribus martyribus legunt, de plurimis. græce est πλείονας, id est, plures siue complures. Abutuntur enim & Græci comparatiuo hoc, uice positiui nominis. Ambrosius legit plures, non plurimos. Quanquam id uideri potest scriptoris accidisse culpa. Plurimos, p complures.

Misimus autem.) ἔπεμψα δέ, id est, misi uero. Sed hoc loco fratres accusandi casu legendum est, non nominandi, τοὺς ἀδελφούς. Excusat autem Paulus, quod tam multa uerba fecerit de administranda eleemosyna in sanctos, sed tamē mittendos fratres omnino putauit, ne offenderentur imparati, hoc est, non dubitat, quin libenter sint subuenturi pauperibus, sed præmonendos duxit, ut in tempore conferant, quod uelint conferre, ne uideantur minus libenter dare, quam cæteræ ecclesiæ.

Vt non dicamus uos in hac substantia.) ἵνα μὴ λέγωμεν ὑμᾶς ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως, id est, ut non dicamus uos in hac substantia gloriationis. Ambrosius legit, ut non dicam omnes in hac parte. Verum exemplaria consentiunt. & pulchre habet, ut intelligamus ad hunc modum, Ne erubescamus tunc nos qui uidebimur uani, si non præstetis, quod præstaturos diximus. deinde per occupationem, ut ne dicam uos, significans pudorem eum ad illos maxime attinere, qui desciuerint à pio decreto animi. uerum id maluit intelligi quam explicare, ne quid offenderet animos Corinthiorum. Postea quod sequitur in hac substantia gloriationis, referendum est ad illud superius, erubescamus nos. nimirum pudefacti in hoc argumento gloriationis meæ, qua gloriatus sum de uobis. Aut, nō in omnibus, in quibus merito gloriatus sum, sed in hac quoq; parte, quo nihil sit in quo non iure uidear de uobis gloriatus. ὑπόσασιν autem dixit argumentum, & cui innititur sermonis fides. ὑπόστασις, argumentū.

Rogare fratres.) Rursum fratres accusandi casu legendum est,non uocandi.

Vt præueniant.) ἵνα προέλθωσιν, id est,ut prius ueniant,siue præcedant,ut legit Ambrosius. Repromissam benedictionem.) προκατηγγελμένην, id est, ante promissam.

Benedictio εὐλογία. Porrò benedictionē hoc loco uult intelligi beneficentiā,non manum motam.Nam ante λογίας, id est,collectiones,eleemosynas uocauit.hic easdem εὐλογίας uocat,non à λόγος, sed à λέγω colligo.Ad hanc sententiam facit,quod mox adducit, Qui parce seminat,parce & metet,& qui seminat in benedictionibus,in benedictionibus & metet. Nam benedictionem oppositit parsimoniæ, uelut à bona benignáq; collectione dictam. Proinde non absurde uidetur εὐλογία uerti potuisse,munificentia siue largitas, qui parce seminat, parce & metet,qui largiter seminarit,largiter item metet.Nisi mauis huc torquere,quod beneficium alacriter & benignis uerbis dandum est. & ob id benedictionem uocarit.Etenim inter auaros hoc agitur, ut q̄minimum detur, & si quid forte coguntur dare, dant uerbis male ominatis. At beneficium hoc animo & uultu dandum est, quasi dando lucrum facias. In hunc sensum explanant græcanica scholia. Et addendū est uestram,quod abest in nostris codicibus, cum addatur apud Ambrosium.

Paratam esse.) Maluissem uertere per nominandi casum, τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν ταύτην, ἑτοίμην εἶναι, id est,ut ante promissa uestra ista benedictio prompta sit, hoc est,ut alacriter detis quod daturos uos ante polliciti estis.

πλεονεξία. Quasi benedictionē.) οὕτως ὡς εὐλογίαν, καὶ μὴ ὥσπερ πλεονεξίαν, sic ueluti sit benedictio,& non uelut sit auaricia.Nam beneficentia debet alacris esse, cum auarus det tristis. Nihil uetat quo minus πλεονεξίαν interpretemur usurpationem, occupationem, fraudationem,siue extorsionem.Nam hæc dantur ab inuitis, & tali ominatione quali utitur pastor ille Vergilianus,Hos illi (quod nec bene uertat) mittimus hædos. Ambrosius pro πλεονεξίαν legit circumuentionem.

Hoc autem dico.) Dico non exprimitur in græcis codicibus,sed tantum est, hoc autē τοῦτο δέ. cætera subaudiuntur, & à Latinis additum est uerbum explicandæ rei gratia.

De benedictionibus.) In benedictionibus. Nam utrobiq; est ἐπ' εὐλογίαις. Interpres mutauit suo arbitratu,cum apud Ambrosium utrobiq; sit,in.

Vt destinauit.) προαιρεῖται, id est, proponit, præsentis temporis. Et Ambrosius legit, secundum propositum cordis.nec additur suo,aut sui,ut sit sensus absolutior. Nec enim agit de huius aut illius animo. Tantum indicat,libenter & ex animo dandum esse quod datur. Ex necessitate.) ἐξ ἀνάγκης. Laurentius putat hoc loco necessitatem accipiendam pro indigentia,non pro coactione. cui non assentior hoc sanè loco. Nam hanc

Valla taxat⁹ particulam,ex necessitate,opposuit illi,quæ præcessit ὡς προαιρεῖται, hoc est, ut sponte sua statuit.& qui coactus dat,tristis dat,ob quod citauit illud,Hilarem datorem diligit deus. Mecum faciunt interpretes omnes. Abundare facere in uobis.) εἰς ὑμᾶς, id est, in uos,& περισσεῦσαι accepit transitiue, quod alibi solet neutraliter. uelut apud nos suppeditare, nonnunquam est suppetere, nonnunquam subministrare. Atq; hic quoq; gratiam appellat beneficentiam. Sentit enim libenter dandum,quod deus potens sit, ut efficiat, quicquid in sanctos illius contulerint,id multo cum fœnore ad ipsos redire, ne uel ea res illos à largiendo deterreat,quod benignitas exhaurire uideatur rem familiarem.

Vt in omnibus semper.) ἵνα ἐν παντὶ πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες, id est, ut in omnibus

αὐτάρκεια. omnem sufficientiam habentes.Est autē αὐτάρκεια,ubi quis suis est contentus,suáq; sorte, nec aliunde desyderat quicq̄. Interpres & Ambrosius, si modo codices mendo uacant, legisse uident ad hunc modum,ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε πᾶσαν, ut in omnibus semper omnē.

In seculum seculi.) Græce tantum est εἰς τὸν αἰῶνα, id est,in æuum.

Qui autē subministrat.) ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν. Hic locus apud Græcos paulo diuersius habetur, ὁ δὲ ὠνιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγήσαι, καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξῆσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν, id est,qui autē suppeditat semen seminanti,& panem in cibum ministret,& multiplicet semen uestrū, & augeat prouentus iustitiæ uestræ,ut χορηγήσαι, πληθύναι, αὐξῆσαι infinita,uideant uertenda potius per imperatiuum modum,suppeditet,impleat,augeat.Nisi forte subaudiat uerbum μέλλει,qd addítum infinitiuis,futurum tempus efficit.Nam in tam multis uerbis,nō est consentaneum,

tempus

tempus casu fuisse commutatum, ut legas χορηγήσει πληθυνεῖ αὐξήσει. tametsi in hunc sensum legit Ambrosius. Certe Græcorũ scholia χορηγῆσαι interpretantur χορηγήσειν, id est, suppeditet. Augebit incremẽta frugum.) γεννήματα τῆς δικαιοσύνης, id est, prouentum iustitiæ. Quod hic uertit incrementa frugum, Ambrosius uertit fructum. Varia lectio.

In omnibus locupletemini.) Paulus aliquoties suo more participijs abutitur. unde recte uertit πλουτιζόμενοι in uerbum. Laurentius referendum putat ad particulam, quæ præcessit, abundetis in omne opus bonum.

Quæ operatur per uos.) Ambrosius pro ὅ,τις legisse uidetur εἴ τις. uertit enim si quis, εἴτις, pro ὅ,τις & consentiunt cum hac lectione scholia illius.

Ministerium huius officij.) διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης, id est, administratio huius ministerij. sic enim uocat officium submistrandæ pecuniæ. Sed λειτουργία nõnunquam Græcis significat sacrificium, suo ritu peractum. ut accipias hanc pecuniam quasi uictimã offerri deo, cuius minister sit Paulus, ut sacerdos sacrum peragens.

Per multas gratiarum actiones in domino.) διὰ πολλῶν εὐχαριστῶν τοῦ θεοῦ, id est, per hoc quod multi gratias agunt deo. Etiamsi in nonnullis exemplaribus scriptum comperi, διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν. quomodo legisse uidetur interpres. Atqui si sequamur id quod prius apud Græcos comperi, participium περισσεύουσα transitiue capiatur oportet, ut hinc pendeat infinitum, εὐχαριστῶν, sitq; hic sensus, Verum etiam efficit, ut copiosæ agantur gratiæ deo per multos. In eum sensum interpretantur Græcorum scholia.

Et in obedientia confessionis.) Faber uult esse hypallagen, ut intelligamus in confessione obedientiæ uestræ. Verum nihil uideo causæ cur reclamantibus exemplaribus, & interpretationibus ad hypallagen huiusmodi confugiamus. Nam obedientia confessionis potest accipi, quod obedientes Euangelio in eleemosynis largiendis, declararent se uere & ex animo confiteri Euangelium. Quod si mauis ὁμολογία pro assensu, laudat illorum obedientiam, quod sibi id suadenti ac monenti non sint refragati. Ambrosius pro obedientia legit, subiectione, magis exprimens græcam uocem ὑποταγῇ. quanquam ὁμολογία non solum confessionem significat, uerum etiam consensum, ut accipias futurum, ut multi gratias agant deo, cum uiderint Corinthios tanto consensu obedire Paulo. Atq; ita tacite monet, ut omnes conferant pro sua quisq; uoluntate & facultate. Porrò quod addit in Euangelium Christi, sentit hoc pertinere ad negocium Euangelij, si Christiani omnes inter se consentiant in benefactis. Et Euangelium admonet dandam eleemosynam, pollicens omnia fore munda. Stapulensis.

Desyderantium uos.) ἐπιποθούντων ὑμᾶς. Ambrosius addidit, desyderantium uidere uos, siue quod aliud habuerit exemplar, siue quod uoluerit explicare sensum, in quem & græcanica scholia interpretant. Quanquam hoc loco gratiam uerti poterat beneficium, ut intelligas illos esse cupidos uidendi Corinthios, in quibus deus tantam beneficẽtiam sibi cõtulisset. Gratias ago deo.) Rursum est χάρις δὲ τῷ θεῷ, id est, gratia autẽ deo.

EX CAPITE X.

IPse Paulus.) αὐτὸς δὲ ἐγὼ παῦλος. Mire Paulus tribus uocibus αὐτὸς δὲ & ἐγὼ separauit suam personam à cæteris apostolis, quod antehac egerit negocium aliorum, nunc è suo loquatur affectu.

Et modestiam.) καὶ τὴν ἐπιείκειαν, quod comitatem magis & facilitatem aut humanitatem sonat, quam modestiam, quæ opponitur arrogantiæ.

In facie.) κατὰ πρόσωπον, id est, iuxta faciem.

Rogo autem uos.) Cum ante dixerit se obsecrare, non adiecit quid obsecraret. Vnde capitis huius initium utroq; referri potest. ad superiora, ut sit sensus, Rogo ut meo quoq; nomine libenter conferatis hanc pecuniam. Aut ad sequentia, quemadmodum modo diximus. atq; ita δέομαι repetit quod dictum erat παρακαλῶ, ut sit redeuntis ad id quod cœperat, quasi dixisset, Rogo inquam. Id subindicat Ambrosius cum ait, Idem sensus est, quem ut dilucidet, repetit. Ordo.

Absens autem confido in uobis.) θαῤῥῶ εἰς ὑμᾶς. Græca quidem sunt ambigua, uerum magis

magis congruit,ut intelligamus,audax ſiue confidens ſum erga uos, ſicut alibi dicit,Epiſtolæ fortes, præſentia infirma. quanꝯ ſcholia græcorum non eodem exponunt modo: Vulgarius putat per ironiam accipi poſſe,quaſi Paulus referat hæc ſub aliorum perſona. præſens abiecte ſe egerit, abſens,ſcribit minaces ac ſæueras epiſtolas.

Qui arbitrantur nos tanquam.) τοὺς λογιζομένους,id eſt,qui cogitant aut æſtimant,uel qui ſic habent nos, ut ſecundum carnem ambulantes.

Non carnalia.) οὐ σαρκικὰ.diuerſum ab illo σάρκινα, quod tamen eadem uoce latina reddidit,ut ſuperius admonuimus.

Et potentia deo.) Græcis eſt δυνατὰ τῷ θεῷ. Ambroſius legit,fortia deo. Laurentius mauult,ualida deo. Cæterum illud deo,Græcis datiuus eſt inſtrumenti, polletꝯ perinde ac ſi dicas,fortia per deum,& opera diuina. Vtinam liceret omnibus epiſcopis,maximéꝯ ijs qui in Pauli locum ſucceſſerunt,tam uere ſuoꝯ iure hanc uſurpare uocem, quam ipſe Paulus uſurpauit, Arma militiæ noſtræ non carnalia, ſed fortia deo,non ad demolitionē oppidorum,arcium,ſed impiarum cogitationum. Hæc ſunt arma, hæc bella, hæ pugnæ, hæc uictoria,hi triumphi digni ſucceſſoribus apoſtolorum.

Bella pontificum.

Conſilia deſtruentes.) λογισμοὺς, id eſt,cogitationes. Et rurſum participium addidit, quod nuſquam referatur καθαιροῦντες deſtruentes, hoc eſt, quibus armis deſtruimus. Porrò cum de armis meminerit,mire ſubiecit metaphoras munimentorum,quarum alia artificio,alia ſublimitate ſunt inexpugnabilia. Nos quo magis perſpicuus eſſet ſenſus,uertimus hoc pacto. Sed potentia per deum ad demolitionem munitionum, quibus cogitationes demolimur,& omnem celſitudinem,quæ extollitur aduerſus ſcientiam.

Soloeciſmus in Paulo.

Extollentem ſe.) ἐπαιρόμενον, id eſt,inſurgentē,ſiue qui attollitur. Erat enim huiuſmodi machinarum genus, quod repente ſublatum in altum,muris inueheret hoſtem.

Omnem intellectum.) πᾶν νόημα, id eſt,omnem cogitationem.

In obſequium Chriſti.) εἰς ὑπακοήν, id eſt, in obedientiam,ut ſemper antehac uertit, ſed apertius erat,ad obediendum Chriſto. Captiui ſub iugum eunt. At felices qui ſic capti ducuntur ut ſubmittant ſe Chriſto. Quæ ſecundum faciem ſunt uidete.) Græci codices ex ſententia Theodoreti legunt hoc per interrogationem, ut ſit,uidetis, non uidete,quaſi fingat id fieri,quod uelit obiurgare. Num ea cernitis,quæ ſunt iuxta faciem? hoc eſt,quæ foris uidentur,& oſtentationem habent potius quam efficaciam? Meminit enim quod dixerit ſe humilem fuiſſe apud illos iuxta faciem,hoc eſt, cōtempto ſimilem, cum alij quidam magno faſtu agerent apoſtolos. Ambroſius legit,ſecundum faciem,pro eo quod eſt,quæ in conſpicuo ſunt & aperta, ut pertineat ad ſequentia, Si quis confidit ſe eſſe ſeruum Chriſti. quaſi uelit ea clariſſima uideri facillimaꝯ iudicatu quæ dicturus ſit. Alij ſecundum faciem,interpretantᵉ de ſignis euidentibus quibus deprehendi poſſint pſeudapoſtoli,ueluti ſi quis diues ſit,ſi quis elatus,ſi quis iactabundus, ſi quis falſa uirtutis imagine perſonatus. Vulgarius uult eſſe obiurgantis,quod ex opibus, è cultu faſtúue æſtimarent hominem,ac non potius ex animi bonis. cui magis aſſentior. Vulgario ſuffragatur Gennadius,citantibus Græcorum ſcholijs.

Vari⁹ ſenſus

Cogitet iterum apud ſe.) ἀφ' ἑαυτοῦ, id eſt,ex ſeipſo, nimirum non expectans noſtram increpationem. Ita & nos.) Græcus addidit Chriſti, ὅτι καθὼς ἀυτὸς χριστοῦ, οὕτως καὶ ἡμεῖς χριστοῦ, id eſt,quod quemadmodum illi Chriſti,ſic & nos Chriſti. Quod tamen apud Græcos additum uideri poteſt explicandæ rei gratia. Porrò Chriſti genitiuus eſt, non rectus caſus. Nam in hanc ſententiam interpretatur & Ambroſius,uelut hactenus ſe parem faciat illis,quod & ipſe non ſit à Chriſto alienus,ſi illi ſe putant ſeruos Chriſti,quo maiore fide poſt declaret quanto illos antecellat cæteris.

Pontifex nihil poteſt, niſi ut proſit

Non ad deſtructionem.) οὐκ εἰς καθαίρεσιν ὑμῶν, ad perdendos uos. Porrò ædificare more ſuo uocat, poſſe. deſtruere,ledere. Hic locus annotandus eſt qui ſummi pontificis autoritatē in immenſum attollunt,aſſeuerantes uni homini uniuerſum eccleſiæ Chriſtianæ corpus debere cedere,adeo ut ſi animas omnes deduceret ad inferos,non fore ius illi reſiſtendi. Paulus ab ipſo Chriſto acceperat autoritatem apoſtolicam,non à Petro. Cum quo poſtea contulit, ſed ita ut diceret ab illo ſibi nihil acceſſiſſe, & tamen ingenue fatetur hoc quicquid eſt poteſtatis in hoc datum ut proſit,nō ut ledat. At qui nunc tribuunt pontifici

pontificí tantam poteſtatem, utinam poſſint & cæteras dotes pontificias tribuere, ſapientiam, puritatem, charitatem, contemptum rerum omnium. Græci interpretantur deſtructionem hanc de uindicandis pſeudapoſtolis.

Inquiunt.) φησὶ, id eſt, inquit, ut ſubaudias, aliquis, aut certum hominem qui hoc dixerit. Nam & præceſſit, & mox ſequitur, τοῦτο λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος, id eſt, hoc perpendat iſtiuſmodi. Fingit enim perſonã obtrectatoris, cui reſpondeat. Sermo contemptibilis.) ἐξουθενημένος, id eſt, contẽptus potius. Inſerere aut cõparare.) ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι. Interpres nõ potuit reddere uocum affinitatem græcarũ, quaſi dicas, inferre & conferre, aut inſerere & cõſerere. Porrò τολμῶμεν quod interpretatur audemus, id ſignificat & ſuſtinemus, quo uerbo utimur quoties res eſt eiuſmodi, ut non poſſimus imperare animo noſtro, ſiue inducere animum. ſic frequenter uſus eſt Suetonius. Alioqui cur non audeat Paulus ſe conferre pſeudapoſtolis, qui ſe non dubitat & anteferre probis apoſtolis? Quin potius non libet conferri cum talibus. niſi legamus dictum per ironiam, ut uideo græcis quibuſdam placere. Sed ipſi in nobis.) Græce ſecus eſt, ἀλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς, οὐ συνιοῦσιν, id eſt, ſed ipſi in ſeipſis ſeipſos metientes, & comparantes ſeipſos ſibiipſis, non intelligunt &c. Atq; ita græca exponunt ſcholia, ut intelligamus arrogantes illos, ex ſuo ipſius animo metiri ſeſe, & ſibi magnos eſſe, & alios ab aliis laudari mutua quadam talione. Atq; hunc ſenſum ſecutus eſt & diuus Auguſtinus in opere de doctrina Chriſtiana cum ait, Et fit illis quod ait Apoſtolus, Comparantes enim ſemetipſos ſibimetipſis, non intelligunt. Rurſum explanans pſalmum. 34. Et comparantes, ait Apoſtolus, ſemetipſos in ſemetipſis, non intelligunt, neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Iterum in pſalmum. 118. Rurſus in pſalmũ. 141. Impij metientes ſemetipſos ex ſemetipſis. Item aduerſus Fauſtum libro. 22. cap. 27. interpretans etiam iuxta Græcorũ ſententiam. Ad eum modum interpretatur & Vulgarius, Paulinarum epiſtolarum non indiligens interpres. Quanq; Ambroſius diuerſum exemplar ſecutus uidetur, & ſermonem facit perpetuum hoc pacto. Sed ipſi in nobis noſmetipſos menſurantes, & cõparantes noſmetipſos nobis, nõ in immenſum gloriabimur &c. Porrò quod addidit, non intelligunt, græci interpretes putant imperfectum eſſe ſermonem, ut ſubaudias, quam ſint aliis deridiculi. At mihi uidetur hoc loco participium eſſe poſitum loco uerbi infinitiui, id quod apud Græcos non raro fieri ſolet. Actum quidem hic erit ſenſus. At ipſi non intelligunt, quod ſeipſos inter ſeſe metiuntur & conferunt, & non potius cum iis, qui meliores ſunt illis, neq; iuxta regulam Chriſti. Atq; hic ſenſus magis quadrat cum his quæ ſequuntur. Nam quod Vulgarius uult ſubaudiri, non intelligunt, quam ſint aliis ridiculi, mihi uidetur coactius. Etiamſi ſcholia quædam græcanica uidentur hunc ſermonẽ ſic diuidere, ut prior pars pertineat ad Paulum, Sed ipſi in nobiſmetipſis noſmetipſos menſurantes & comparantes, ut intelligamus Paulum non metiri ſe ex opinione aut laude aliorum, ſed ſuis ipſius uirtutibus, ac poteſtate à Chriſto tradita. Mox quod ſequitur, ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς οὐ συνιοῦσιν, id eſt, ſeipſos ſibiipſis, ſubaudi, comparantes nõ intelligunt, hoc eſt, dum pſeudapoſtolus pſeudapoſtolo comparatur, & mali mutuo ſe laudant, non intelligunt ſeſe ridiculos uideri. Cæterum regulam hic uocat, menſuram. ſumpta metaphora à regulis fabrorũ, ne quis tale quippiam ſomniet, quale eſt cum dicimus regulam Franciſci, aut Benedicti.

Inquit, pro inquiunt.

Audemus, p ſuſtinemus.

Lectio diuerſa:

Qua menſus eſt.) ὃν ἐμέρισεν, id eſt, qua partitus eſt nobis deus menſura, quaſi dicas, ea quoq; menſura, quatenus ad uos uſq; gloriemur. Nec eſt ſimpliciter ad uos, ſed etiam ad uos ἄχρι καὶ ὑμῶν, ut intelligamus non eſſe mediocre pertingere ad modum Corinthiorum. Reſpondet autem ei quod mox ſequitur, ἄχρι γὰρ καὶ ὑμᾶς ἐφθάσαμεν, id eſt, nam uſq; ad uos quoq; peruenimus. Quemadmodum autem gloriari ſolent inſaniſſimi principes, ſi longiſſime prorogarint imperium, ita Paulus Chriſti ductor, gloriatur quod eò uſq; propagauerit ditionem principis ſui, ſperans fore, ut longius etiam proferat imperium. Interpres legiſſe uidetur ἐμέτρησεν pro ἐμέρισεν

ἐμέτρησεν, p ἐμέρισεν.

Creſcentis fidei.) αὐξανομένης πίστεως, id eſt, augeſcente fide ueſtra, ſiue ſuboleſcente.

Magnificari ſecundum regulam.) Rectius hæc infinita uertiſſet in alium modum, Spem habentes, fore ut augeſcente fide ueſtra in uobis amplier, iuxta regulam noſtrã in

abundantiam

abundantiam ad euangelizandum ea quæ ultra uos ſunt. non ut in aliena regula in his quæ parata ſunt gloriemur. Significat ſe ſperare futurum, ut indies creſcente fide Corinthiorum, creſcat & ipſe, ac maior maiorq; fiat, adeo ut iam prædicatio ſua longius porrigatur, etiam ad eos qui ultra Corinthios ſunt. idq; iuxta ſuam regulam, non alienam, hoc eſt, ſuo Marte. ne uideatur gloriari de iſs, quæ iam parata ſunt, & ab aliis laborata, quemadmodum faciebant pſeudapoſtoli. Etiam in illa quæ ultra uos ſunt euangelizare.)

Stapulenſis. εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν. Faber hoc loco legit, εἰς τὰ ὑπὲρ ἐκεῖνα ὑμῶν, id eſt, in illa quæ ſupra illa ueſtra. Sed fallitur, meo quidem iudicio, nam ὑπερέκεινα aduerbium eſt, cui additur articulus ut fiat epitheton, id eſt, ulteriora uobis, id eſt, quæ ultra uos, hoc eſt, longius & in alios etiam populos. Et in hanc ſententiam, interpretantur nõ ſolum Vulgarius cæteriq; Græci, uerum etiam diuus Ambroſius. Proinde nonnihil demiror Stapulenſem, mutata etiam ſcriptura à tot autoribus uoluiſſe diſſentire, præſertim cum hic nihil ſit quod offendat, aut alio ſuadeat confugere. Verum quandoq; bonus dormitat Homerus. Neq; uero nos grauatim aliis ignoſcimus, eandem uiciſſim ab aliis ueniam flagitantes.

EX CAPITE XI.

Valla lapſus



Tinam ſuſtineretis modicum.) ὄφελον ἀνείχεσθε μου μικρόν τῇ ἀφροσύνῃ, id eſt, utinam ſufferatis me pauliſper in inſipientia. & eſt ſuſtinuiſſetis magis quam ſuſtineretis. Cæterum quid Laurentio Vallæ uenerit in mentem, ut pro ſuſtineretis, mutandum putarit ſuſciperetis, ut ingenue dicam, prorſus non intelligo. Niſi forte ſomniauit ἀναδέχεσθε, pro ἀνείχεσθε. nam ἀνέχεσθε magis ad uerbum reddi ne poſſit quidem, quam ſi dicas ſuſtinere. Illud recte admonet in modicum quid, quid, abeſſe in ſermone græco, & modicum interpres ſuo more poſuit pro puſillo. Nos uertimus pauliſper, ut ad tempus pertineat.

Supportare me.) ἀνέχεσθε, græca uox anceps eſt. At magis quadrat, ut ſit indicatiui modi ſuſtinetis. Corrigit enim quod dixerat, utinam ſuſtinuiſſetis, imo inquit, ſuſtinetis, & quod opto factum, facitis. In hunc ſenſum exponunt græcanica ſcholia.

ζηλοῦμ, zelotypum eſſe.

Aemulor enim uos.) ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς. Ambroſius uſus eſt græca uoce, opinor non inueniens quo uim uerbi explicaret. Nam hic zelum appellat ingentem, & ut ita dixerim, immodicum quendam amorẽ, uelut ambiat, ut apud illos primus eſſet, nec ferat alios apoſtolos, in partem amoris admitti. Siquidem agit hic de quibuſdam apoſtolis, qui pluris haberi uolebant apud Corinthios, quam Paulus eſſet. Addit autem zelo dei, ne quis arbitraretur illum ſua gloria, ſuóue compendio cõmoueri. Nos uertimus, zelotypi ſumus erga uos. Quid autem uereamur ſic intelligere de Paulo, cum ad eundem modum interpretetur Origenes, Theologorum ſine controuerſia princeps, de deo, quod zelotes dictus ſit, quaſi zelotypus noſtri amator, qui nullum in amore ferat riualem.

Deſpondi enim.) ἥρμοσάμην, id eſt, adaptaui ſiue adiunxi. Ambroſius legit paraui, quem pro ἥρμοσάμην legiſſe ſuſpicor ἤρτυσάμην. Hieronymus in Amos legit ſtatui, ſed lapſus opinor memoria. Auguſtinus aduerſus Manichæos pro Geneſi libro ſecundo, legit aptaui uos uni uiro, Nam ἁρμόζω Græcis proprie eſt, apte & concinne applico, uelut ea quæ glutino aut ferrumine committuntur. Aſtutia ſua.) Græcus addit in, in aſtutia ſua, idq; iuxta proprietatem ſermonis hebraici, pro eo quod eſt, per aſtutiam ſuam.

Corrumpantur ſenſus.) φθαρῇ accommodato uſus eſt uerbo, cum de uirgine meminiſſet. Et ſenſus græcis non eſt αἰσθήσεις, ut de uiſu, auditu, aut aliis ſimilibus queat accipi, ſed νοήματα, quod proprie ad mentẽ animumq; pertinet. Certe mentes, pro ſenſus legit Auguſtinus, loco quem mox adducemus. Accommodat enim allegoriam. Euæ decepti ſunt oculi, Corinthiis timendum erat menti. Cæterum illud uerbum excidant, nec eſt apud

Additum. Græcos, nec apud Ambroſium. Proinde uidetur adiectum ab interprete, quod alioqui durius uideretur dicere corrumpantur à ſimplicitate. Neq; enim ſimplicitas corrumpit animũ, ſed animꝰ corruptus degenerat à ſimplicitate. Perinde ut Vergilius dixit, Quantum mutatus ab illo, nõ quod ille mutaſſet, ſed quod illi diſſimilis eſſet factus. Et appoſite uirgini tribuit ſimplicitatem memor allegoriæ ſuæ. tametſi Ambroſius legiſſe uidetur ἁγνότητι, cum pro ſimplicitate, legat caſtitate. Neq; ſecus adducit Auguſtinus cum aliis

aliquot

aliquot locis,tum libro aduersus Faustum.16.cap.9.Nisi quod hic utrunq; coniungit, ne corrumpantur mentes uestræ à simplicitate & castitate, quæ est in Christo Iesu. Deniq; non est simpliciter ne, sed μήπως, id est,ne quo pacto.nos uertimus, ne qua. uehementius enim est addita coniunctione expletiua. Quin & illud annotandum, ut obiurgaturus Corinthios arte subleuat illos,omnem inuidiam deriuans in corruptorem. Ciuilitas Pauli.

Quæ est in Christo Iesu.) τῆς εἰς τὸν χριστὸν, id est,quæ est erga Christum,siue in Christum, quia pure ac simpliciter illi obtemperamus.

Alium Christum.) ἄλλον ἰησοῦν, id est,alium siue alterum Iesum. Ita consentiunt græci codices,quos ego quidem uiderim. Atq; ita legit & interpretatur Vulgarius,consentientibus scholijs. Ambrosius nobiscum legit Christum. Illud obiter annotandum,quod Paulus admonet Corinthios,id nobis quoq; magnopere cauendum,ne nobis alterum Iesum accersamus,ac fingamus potius,onustum opibus,onustum imperio, ditione, uoluptatibus,& quicquid hic mundus habet præstigiarum. ad hæc ceremonijs plusquam iudaicis obsitum,cum uerus ille ab omnibus hisce rebus fuerit purissimus. Alius Iesus

Recte pateremini.) Cur non & hic sustinuissetis ἠνείχεσθε, uidelicet illos pseudapostolos,si quid docerẽt,quod nos non docuimus. Nunc cum nihil adferant de Christo quod nos non docuerimus,cur illos ostentantes sese toleraſtis?

Nihil me minus fecisse.) μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων, id est, nihilo inferiorem fuisse excellentibus apostolis. Et in hunc sensum legit Ambrosius, Aestimo enim me in nullo inferiorem fuisse,ab ijs qui ualde sunt apostoli. Sentit enim de Petro, Iacobo, & Ioanne, qui summates habebantur,ut indicant græcanica scholia, cunq; his consentiens Vulgarius. Sed mirũ quomodo quæ præcedunt & sequuntur, in illos cõpetant. Recentiores excusant non de his dictum,sed de ijs qui se fingebant à Petro ac cæteris missos. Paulus nulla re inferior Petro.

Nam & si.) εἰ δὲ καὶ. Hic interpres frequenter pro δὲ uertit,nam. Porrò cuius imperitus. aduersatur enim superiori parti,qua iactat se nihilo inferiorem summis apostolis.

Sed non scientia.) Cur non potius & latinius & simplicius,non autem scientia,siue cognitione. Laurentius merito ridet nonnullos,qui ex hoc loco Paulum colligunt balbum quempiam & impeditæ fuisse linguæ,quasi nihil interſit inter impeditum & imperitum, homines inquit uere impedito sermone, atq; adeo scientia, cum græce sit ἰδιώτης, id est, idiota,quæ uox illis tum priuatũ, tum indoctum significat. Hieronymus hac in re uarius est, compluribus locis clamans Paulum græci sermonis ignarum fuisse, quod aliquoties suis quibusdam utatur uocibus, Ciliciæ uernaculis,nonnunquam coniunctioni μὲν, non reddat eam quæ respondet δὲ. Ad hæc quod hyperbatorum anfractibus molestus sit alicubi,quod interdum anapodoton relinquat orationem. Rursus aliàs in diuersum declamat,procul submouens eos,qui putent Paulum hoc ex animo dixisse, cum omneis sermonis proprietates pulchre tenuerit, omneis argumentationum strophas ad unguem calluerit. Quin & diuus Augustinus in opere de doctrina Christiana, pleraq; rhetorum schemata,ex Paulinis adducit epistolis. Idem alicubi monet,etsi, hoc loco non esse fatentis,sed concedentis ac donantis,ueluti si dicas,fac me esse imperitum sermone, certe non sum imperitus scientia. Porrò quod ad sensus attinet,nihil potest esse Paulo diuinius. sermo uero,licet his uacet soloecismis,quos plerosq; illi addidit interpres, tamen politus dici non potest, iuxta morem humanum. cum græci interpretes passim torqueantur incommoditatibus orationis. Hieronymus sibi non constans.

In omnibus autem manifestus sum uobis.) Græca secus habent ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς, quæ quidem ad uerbum ita sonant. Sed in omni manifestati in omnibus in uos. Sensus autem hic est, Non sicut pseudapostoli sumus, qui fucati & personati, simulatione sanctimoniæ uobis imponunt, sed in omni re, & inter omnes declarati sumus, & apparet quales simus erga uos. & illud παντὶ referri potest ad rem. & ἐν πᾶσιν, ad personam. nisi mauis cõduplicationẽ facere ad uehementiam.

Aut nunquid peccatum feci.) Græca sic habent ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα, an peccatum feci, siue,an peccaui. Græci non distinguunt inter an & aut. Apud Latinos plurimum interest, & quorsum attinebat addere,quid.cum id græcus sermo non habeat?

Alias ecclesias expoliaui.) ἐσύλησα, id est,depredatus sum. Nam bellicis metaphoris libenter abutitur Paulus,ut mox, Accepto stipendio.

In ministerium uestrum.) εἰς, siue ut est in quibusdam πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν, in hoc ut uobis ministrarem, hoc est, uobis inseruiui sine uestro sumptu, stipendio interim ab alijs accepto. Et egerem.) καὶ ὑστερηθείς, id est, destitutus, uel cum deesset. Neq; uero simplex, ut opinor, est emphasis coniunctionis καὶ, sed epitasin habet hoc loco, ut sit sensus, adeo non grauaui uos, ut nec egens id uoluerim facere. Onerosus fui.) κατενάρκησα, quod uerbum dictum est ab ocio & torpore. Nam hi premunt & imminẽt alijs, unde petunt assidue. dictione composita à ναρκεῖν, quod est torpere. unde & νάρκη torpedo piscis, & præpositione κατά, quæ frequenter in malam significat partem, uelut in κατασκηνιάω & καταφρονῶ, præsertim cum hic quoq; paterno iungatur casui κατενάρκησα οὐδενός. At si Paulus noluit cuiquam esse onerosus, qui tantum laborauit, qua fronte quidam expilant plebem, cum nulli sint usui? In omnibus sine onere.) ἀβαρῆ, id est, minime grauem, dictione composita. Est ueritas Christi in me.) Hoc ueluti iusiurandum adiecit, quo confirmat quod dixit. Id subindicat Ambrosius cum ait, sub testimonio Christi. Non infringetur.) οὐ φραγήσεται. Id scholia græca exponunt, non interrumpetur, neq; deficiet, hoc aiunt, significans se nec in posterũ aliquid ab illis acceptu-rum, ut non præcludatur sibi hæc occasio gloriandi, quod gratis docuerit euangelium. Interrumpitur eñ quod non est perpetuum. At ille iurat eam gloriam sibi fore perpetuam, ne cui grauis esset. Verbum dictum est ab intersepiendo, nam sepe obiecta excludimur. Nec enim est in me, auferendi casu, sed accusandi εἰς ἐμέ. quasi dicas, aduersum me.

Iurat Paulus

Quia non diligo uos.) Apertius erat, an quod non diligam uos, mutato uerbi modo. Nam Græci negligunt differentiam huiusmodi.

Quod autem facio & faciam.) Non sensisse uidetur interpres elegantiam huius coniunctionis καὶ, quam hoc loco & similibus habet apud Græcos, ὃ δὲ ποιῶ, καὶ ποιήσω, id est, quod facio, hoc etiam sum facturus in posterum. siue quod facio, idem & in posterũ sum facturus. Deinde licet Græcis unica sit coniunctio δὲ, quæ pluribus Latinis respondeat, autem, sed, uero, porrò, cæterum, rursum, contra, & his similibus, nonnihil tamẽ apud nos interest, quam quo loco colloces. Hic magis congruebat, sed, quam autem. An quod non diligam uos? deus nouit. Sed quod facio &c.

Vis, καὶ.

Vt in quo gloriantur.) ἵνα ἐν ᾧ καυχῶνται. Ambrosius propius accessit ad græca, ut in eo quod gloriantur reperiantur, ut & nos, hoc est, si & illi gloriantur se gratis euangelizare, nec in hoc erunt nobis præstantiores. cum ipse gratis doceam & egens.

Eiusmodi pseudo apostoli.) Pseudapostoli dicendum cõposita dictione, quemadmodum est apud Græcos, nec potest in duas diuidi. latine sonat, falso titulo apostolos.

Si ministri eius.) εἰ καὶ οἱ διάκονοι, id est, si & ministri. & ita legit Ambrosius. Et transfigurat se, græce est transfiguratur. & transfigurantur μεταχηματιζόμενοι, μεταχηματίζεται.

Alioqui uelut insipientẽ.) εἰ δὲ μήγε, id est, sin aliter, id est, Si minus persuadeo me non esse insipientem, qui non ob inanem gloriam, sed necessitate compulsus hæc de me prædicem, tolerate me tamen gloriantem tanquam insipientem.

Velut insipientẽ accipite me.) κἂν ὡς ἄφρονα, id est, etiam ut insipientem. Fortassis interpres καὶ uertit in uel, uel ut insipientem. eas coniunctiones nos male coniunximus.

Vel ut, pro uelut.

Modicum quid.) μικρόντι, id est, paululum siue paulisper, aut aliquantisper.

Secundum deum.) κατὰ κύριον, id est, secundum dominum, quemadmodum & in superiori epistola scripsit. ego non dominus, & dominus non ego. Humanum quiddam, parumq; sæuerum significat, quod negat esse secundum dominum.

In hac substantia gloriæ.) ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως, id est, in hac parte siue materia gloriationis. & sic legit diuus Ambrosius, substantia gloriationis.

Si quis accipit.) εἴ τις λαμβάνει. Quod præcessit κατεσθίει uidetur ad cibum pertinere, quem illi sumebant apud discipulos. hoc ad munera. Vulgarius putat idem bis dictum, deuorat & accipit, ut intelligamus insatiabilem auferendi auiditatem in pseudapostolis, cum summa coniunctam arrogantia.

Secundum ignobilitatem dico.) κατὰ ἀτιμίαν. Magis quadrabat iuxta contumeliam. Exponit enim illa atrocia, si quis uos deuorat, si quis in faciem cædit &c. Non inquit qđ' ista uos patiamini à pseudapostolis, sed quod quantum ad contumeliæ rationem attinet,

non leuiora

non leuiora patiamini ab iſtis, quam ſi iſta pateremini. Quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte.) In hac parte, non reperio in græcis codicibus, quos ego ſanè uiderim. Supereſt in noſtris.

In quo quis audet.) ἐν ᾧ δ' ἄν τις, id eſt, in quocunq; uero aliquis audet. Corrigit enim quod modo dixerat, quaſi nos minus ualuerimus in hac parte, hoc eſt, in argumento gloriandi. Tantum abeſt, ut illis hic quoq; par ſim in omnibus, in nonnullis etiam ſuperior. Proinde nos uertimus per imò, quo foret euidentior correctio.

In inſipientia dico.) Hoc per parentheſin interiecit, memor eius quod ante dixerat, Non loquor ſecundum dominum, ſed uelut in inſipientia. Ordo:

Miniſtri Chriſti ſunt.) Poſt hanc partem Græcis non repetitur, & ego. imò id additum ſubuertit totam ſententiam. ſic enim legendum. Miniſtri Chriſti ſunt, plus ego. deinde illud παραφρονῶν λαλῶ, id eſt, deſipiens dico, per parentheſin interiectum eſt. Conſentit cum Græcorum exemplaribus Ambroſius, ad hunc legens modum. Miniſtri Chriſti ſunt, uelut inſipiens dico, magis ego. Nam in cæteris quidem æquabat ſeſe cæteris apoſtolis. at in eo, quod apoſtolorum eſt proprium, ſemet illis anteponit, non ſolum æquat. Verum quoniam id arrogantius dictum uideri poterat, præmunit ſtulticiæ prætextu, quemadmodum & initio fecit. Quod ſi maxime ſic legeretur, miniſtri Chriſti ſunt & ego, ut minus ſapiens dico plus ego. nihil erat neceſſe ſenſum eum inducere, quem ex Aquinatis ſententia induxit Nicolaus cognomento de Lyra, qui ab hoc loco, ut minus ſapiens dico, plus ego, nouum facit orationis caput, & ad hunc ediſſerit modũ. Si uideor, inquit, uobis inſipiens me pſeudapoſtolis adæquando, adhuc uidebor uobis minus ſapiens me eis præferendo. Poterat enim illud, plus ego, per correctionem ſubijci, præmiſſa mitigatione inſolentiæ. nempe hoc modo, Miniſtri Chriſti ſunt, ſum & ego. Quid autem dixi & ego? Imò, ut ſtultorum more loquar glorioſius, plus ego. Quanquam non eſt huius inſtituti diſcutere, quid huiuſmodi ſcriptores ſenſerint, quos conſtat, ueterum ignaros literarum, tumultuario ſtudio hinc atq; hinc conſarcinatis gloſſematis, ſacras tractaſſe literas. Cum antiquis potius nobis res eſt. Cæterum de orationis ornamẽtis & ſchematibus quibus totus hic ſermo picturatus eſt, qui plenius uelit cognoſcere, legat quarti de doctrina Chriſtiana libri caput quartũ. Thomas & Lyranus. Conſarcinatores.

In laboribus plurimis.) περισσοτέρως, id eſt, in laboribus abundantius. fortaſſis interpres uertit pluribus, id quod erat tolerabile. Quanquam apud Græcos alius eſt ordo, ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, id eſt, in laboribus abundantius, in plagis ſupra modum, in carceribus abundantius. Nam quod interpres bifariam reddidit, Græcis unicum eſt aduerbium περισσοτέρως, etiam ſi comparatiuum poſitum eſt uice ſuperlatiui.

Supra modum.) ὑπερβαλλόντως, id eſt, eximie, & ut ita dicam, exceſſiue, & ſupra quam credi poſſit, ut nihil agant qui interpretantur ſupra modum humanæ uirtutis.

Quadragenas.) τεσσαράκοντα, id eſt, quadraginta, quanquam recte uertit, ſignificans illum quinquies uapulaſſe, & unoquoq; tempore quadraginta plagis ceſum fuiſſe. ſi modo id uerum eſt. quod certe ueriſimillimum eſt, præſertim cum apud Iudæos uapularit. Sic enim ſentit diuus Ambroſius, addens id præceptum in libro Deuteronomij, ut plagis trigintanouem emendarentur, qui commeruiſſent. Legimus autem ad hunc modum Deuteronomij, cap. 25. Pro menſura peccati erit & plagarum modus. ita duntaxat, ut quadragenarium numerũ non excedant, ne fœde laceratus ante oculos tuos obeat frater tuus. Proinde probabile eſt ob humanitatem, unam plagam remitti ſolitam, ut citra numerum præſcriptum conſiſterent. Valla mauult quinquies undequadraginta accipi. ſubaudiendum autem haud dubie plagas. Quadragenas. Ter naufragium feci.) τρὶς ἐναυάγησα. Latine ſanè uertit, naufragium feci, pro naufragium paſſus ſum. Quemadmodũ Terentius dixit, Is nauem fregit apud Andrum, de eo cui nauis eſſet fracta tempeſtate.

Nocte & die.) νυχθήμερον ἐν τῷ βύθῳ πεποίηκα, id eſt, noctem & diem in profundo egi. nec additur maris, etiamſi de mari interpretatur Ambroſius. poteſt tamẽ βύθος & alterius rei profundum dici, ueluti carceris. Periculis ex genere.) Non ſentit proprie de cognatis, ſed Iudæorum gentem, genus ſuum uocat, cui mox opponit gentes.

In falſis fratribus.) Græcis unica dictio eſt ψευδαδέλφοις, hoc eſt, falſo Chriſtianis, qui ſe fingerent eſſe diſcipulos Chriſti, cum non eſſent. Nam ut ſæpius iam admonui, fratres

Fratres. absolute dicebantur omnes Christiani. Quod quidem cognominis, nunc à paucis occupatum est, uelut ad illos solos reciderit Christianismus, ac uulgo penè inuisum habetur, cum non sit aliud charitatis nomen plausibilius.

In labore & erumna.) κόπῳ καὶ μόχθῳ, propemodum bis idem dixit. Nam μόχθος quoq; labor est, sed qui difficultatem habeat adiunctam. Vnde Ambrosius, molestiam legit pro erumna. Vigilijs multis.) Pro multis, græce est πολλάκις, id est, sæpe. itidem est, in ieiunijs sæpe, πολλάκις, non πολλαῖς.

Præter illa quæ extrinsecus sunt.) χωρὶς τῶν παρεκτὸς, hoc est, præter ea quæ foris & extrinsecus accidunt. Ad eum quidem modum plerique edisserunt. Cæterum Vulgarius

Sensus duplex. παρεκτὸς accipit pro præter, quasi dicas, præter ea quæ prætermitto, ut sit sensus Pauli, nec in hoc suorum malorũ catalogo recensuisse omnia. consentiunt & græcanica scholia. Verum utra sententia magis approbanda, prudenti lectori perpendendum relinquo.

Instantia mea cotidiana.) Hoc separatum est à superioribus ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν. quanquam hæc particula καθ' ἡμέραν potest utroq; referri, ad instantiam & ad sollici-

Sensus duplex: tudinem cotidianam. Græcanica scholia interpretantur ἐπισύστασιν non curam ac diligentiam, sed conspirationẽ in Paulum, ut intelligas præter eas persecutiones quæ foris erant, hoc est, ab ethnicis, cotidie ferendas insidias suorum, clanculum insidiantium Paulo. Cæterum Ambrosius interpretatur, urgentes curas omnium ecclesiarum, quæ Paulo imminebant. Atq; in hanc sanè sententiam adducit locũ hunc Augustinus, edisserens psalmũ nonagesimum octauum. Incursus in me cotidianus, sollicitudo omnium ecclesiarum, ut per appositionem copules ἐπισύστασις & μέριμνα. Et in hunc sensum commode uerti poterat, incumbens mihi cotidiana sollicitudo pro ecclesijs.

Et pater domini nostri Iesu Christi.) Nostri, in nonnullis Græcorũ exemplaribus non apponitur. & est absolutius simpliciter uocari dominum, qui dominus sit omnium, nisi quid aliud suaserit addi. Damasci præpositus.) Genitiuus Damasci, hic est aduerbialis, nam præpositus ad sequẽtia refertur ἐθνάρχης Ἀρέτα, id est, gentis præfectus. Aretæ regis. Aretas rex, is erat socer Herodis. Eum igitur significat quem Aretas rex Damasco præfecerat. Et me comprehenderet πιάσαι με θέλων, id est, comprehendere me uolens.

Et sic effugi manus eius.) Eius, non est apud Græcos, sed tantum est καὶ ἐξέφυγον, id est, & effugi.

EX CAPITE XII.



I gloriari oportet.) Græce sic habet καυχᾶσθαι δῆ, οὐ συμφέρει μοι. Quanq; Laurentius in plerisq; codicibus δὴ legit, non δῆ, ut sit sensus, gloriari certe non expedit mihi. Quod si cui placet δῆ, id est, oportet. ita legendum est, ut gloriari oportet, legatur per interrogationem. deinde ipse sibi respondeat, non expedit. In hunc sensum legit Ambrosius. Verum superiorem lectio-

Lectio diuersa. nem sequitur Vulgarius. Ac mihi sanè multo magis probatur, quod appareat hunc locum ex superiore mutatum, ubi dixerat, Si gloriari oportet, in his quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. minus enim illic periculi. Cæterum ubi uentum est ad reuelationes, contrahit sese, negans esse gloriandum, etiam si uera sint quæ dicturus est, quod hæc magis obnoxia sint suspicioni iactantiæ, quam illa. Iam quemadmodum erratum est à librarijs in δῆ & δὴ, siue δὲ. (nam postremum lego apud Vulgarium) ob affinitatem & elementorum & uocum, ita consentaneum est erratum fuisse in μοὶ, & μοι. Neq; enim Græci legunt, non expedit quidem, sed non expedit mihi οὐ συμφέρει μοι. Idq; accommodatius est ad Pauli sententiam, ut sit sensus. Vobis expedit, ut cognoscatis, qualem habeatis apostolum, longe alium, quam sint isti supercilioſi. Verum mihi non expedit narrare, ut cui tutum non sit, siue propter discrimen inanis gloriæ, siue propter suspitionẽ hominum, quibus uidebor hæc iactantiæ gratia comminisci, quemadmodum plerique solent. Et mihi, legit Ambrosius, non quidem, nec addit, si gloriari oportet, sed nõ expedit mihi. Iam quod sequitur, multo cohæret aptius cum superioribus. Veniam enim ad uisiones, ueluti causam reddens, cur dixisset non expedire sibi super hisce rebus gloriari. Neq; enim apud Græcos est hoc loco autem δὲ, sed γὰρ enim, mire consentientibus exemplaribus.

Articulus omissus. Noui hominem.) Annotandum hoc loco non apponi græcum articulum, ne certum aliquem hominem designare uideretur, sed in genere dixit hominem, οἶδα ἄνθρωπον.

Siue in

Siue in corpore.) Post hanc particulam additur οὐκ οἶδα, id est, non noui, quæ post alteram item repetitur, siue in corpore non noui, siue extra corpus non noui. Et pro siue, latinius uertisset, an. Arcana uerba.) ἄρρητα ῥήματα, id est, non dicenda siue ineffabilia uerba. Super huiusmodi gloriabor.) ὑπὲρ τοῦ τοιούτου, & uidetur magis pertinere ad hominem quam ad rem. Narrat enim Paulus hanc rem, ueluti de alio quopiam, quem tamen nouerit. Ergo de me, inquit, non gloriabor. uerum de huiusmodi homine quem noui gloriabor, ueluti dissimulans se esse illum de quo loquitur.

Pro me autem nihil.) ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι, id est, de meipso autem non gloriabor. Ne quis me existimet.) μήτις εἰς ἐμὲ λογίσηται, ὑπέρ ὃ βλέπει με, ἢ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ, id est, ne quis existimet in me, supra id quod uidet me, aut audit aliquid ex me. Illud autem in me, perinde est, ac si dicas, cogitet de me aut tribuat mihi.

Et ne magnitudo.) Græce sic habet, καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος σατᾶν, id est, ne excellentia reuelationum extollar, datus est mihi stimulus carni, siue in carne angelus satan. Atq; ita fermè legit Ambrosius. Augustinus in quæstionibus super librum Iudicum, legit, & in magnitudine reuelationum ne extollar, quasi legisset, ἐν τῇ ὑπερβολῇ. Cæterum non est hic κέντρον, ut in actibus, sed σκόλοψ, quod palum præacutum sonat. Nonnulli stimulum hunc interpretantur, motus & affectus libidinis, quod demiror ulli docto Theologo placere. Diuus Hieronymus in cõmẽtarijs, quos ædidit in epistolam ad Galatas, refert quosdam sensisse stimulum hunc, fuisse corporis aduersam ualetudinem, quod Paulus crebro capitis dolore solitus sit afflictari. Thomas Aquinas, haud scio quem secutus, ait eum iliaco morbo fuisse obnoxium. At mihi uero proximum uidetur, quod ait Ambrosius, infectationem malorum hominum, quæ illi negociũ facessebat assidue, uocari stimulum. Sic enim inquit, Hoc ergo remedium datum est Apostolo, ut iniurijs pressus, animo non posset extolli. Stimulus carnis quid.

Qui me colaphizet.) ἵνα με, id est, ut me. Et sic legit Ambrosius. quanquam qui pro ut poni solet interdum. Qui me colaphizet.) Post hæc uerba rursum inuenio repetitum, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, id est, ut ne extollar. Atq; ita legit Ambrosius. Quanquam plus sonat græca uox, quam extollar. imò supra modum efferar, quasi dicas, superefferar.

Propter quod.) ὑπὲρ τούτου, id est, de hoc, uel pro hoc, & refertur ad superiora, non ad sequentia. Nam uirtus.) Græce est uirtus mea ἡ δύναμίς μου, Sunt enim uerba domini Paulo respondentis. Nec est uirtus ἀρετή, ut opponatur uicio, sed δύναμις ut opponatur infirmitati. Sentit enim uirtutem ac potentiam diuinam longe diuersa ratione declarari, quam potentiam mundi. Siquidem illa uiribus & ui innotescit, hæc contra tolerando. Potest & hic accipi sensus. Virtus diuina maxime illustratur, cum is per quem fit, infirmitatis suæ cõscius, nihil inde sibi uindicat, sed uniuersam laudem uni deo tribuit. Ambrosius uidetur diuersam sententiam sequi, quæ mihi tamen non admodum probatur. Asscribit enim, ut deuotio dum infirmitate pressuræ accedentis non frangitur, probata uideatur, ut respondeat illi quod mox sequitur, Cum enim infirmor, tunc potens sum. Porrò festiuiter retulit inter se duo pugnantia, δύναμιν & ἀδένειαν. Virtus per infirmitatẽ.

Libenter.) ἥδιστα, id est, libentissime. Et non simpliciter est gloriabor, sed μᾶλλον καυχήσομαι, id est, magis siue potius gloriabor. Neq; pugnat hic comparatiuum cum superlatiuo, cum potius, non pertineat ad modum gloriandi, sed ad argumentum & materiam gloriandi. Vtrunq; autem coniunxit Ambrosius. Sed ego potius hoc loco malim quam magis. Propter quod placebo.) διὸ εὐδοκῶ, id est, propter quod placeo, siue placitũ est mihi. cõcordantibus & latinis emẽdatioribus, nec additur meis, tantũ est, in infirmitatibus. Factus sum insipiens.) γέγονα ἄφρων καυχώμενος, Potest accipi & hoc sensu, fui insipiens glorians siue gloriando. Nihil minus feci.) Id quo pacto uertendum fuerit, superius ostendimus, nihilo inferior fui. Ambrosius legit, nihil enim minus feci.

Supra modum apostoli.) τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων, id est, excellentissimis apostolis. Ambrosius legit, quam illi ualde apostoli. Conduplicauit enim aduerbium epitaseos, quo uehementior esset oratio. Quandoquidem hoc loco ὑπὲρ aduerbium est, non præpositio, declarans excellentiam. idq; non citra stomachum dixit, non quod tales essent, sed quod tales haberi uellent, ne uideatur de Petro & Iacobo sensisse.

Tametsi nihil sum.) εἰ καὶ οὐδέν εἰμι. Hæc particula referenda est ad superiora, ut mitiget quod dictum uideri poterat arrogantius. nihilo inferior summis apostolis. nam proximus sermo habet μὲν quæ prohibet sic legi, ut legit Ambrosius, qui addidit, tamē, loco quidem. Signa apostolatus.) Græce est apostoli, ἀποστόλου, non ἀποστολῆς, Signa apostoli, non apostolatus. Facta sunt super uos.) ἐν ὑμῖν, id est, in uobis, ut legit Ambrosius, uel potius inter uos, hoc est, uobis uidētibus. Interpres legisse uidet ἐφ' ὑμῖν.

Et uirtutibus.) δυνάμεσι, ut intelligas potentiam miraculorum. Minus habuistis præ cæteris ecclesijs.) ὃ ἡττήθητε, id est, in quo inferiores fuistis, cæteris ecclesijs.

Donate mihi hanc iniuriam.) χαρίσασθε, quod ego maluissem condonate, siue, ut magis exprimam uocem græcam, huius iniuriæ mihi gratiam facite. Siquidem hic sermonis colos frequens est apud Suetonium, & apud Salustium. Admonet diuus Augustinus libro primo contra aduersarium legis & prophetarum, non hoc simpliciter dictum à Paulo, sed ironia potius exprobrātis, quale putat illud in Genesi, Ecce Adam factus est tanq; unus ex nobis. Cur enim rogaret sibi ignosci, qui profuerit officio?

Ironia in literis sacris.

Ecce tertio hoc.) Hoc, non est apud Græcos, ἰδοὺ τρίτον ἑτοίμως ἔχω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, id est, ecce tertio paratus sum uenire ad uos. Interpres & Ambrosius legisse uidentur τρίτον τοῦτο, id est, hac tertia uice, ut paulo post. Superimpendar ego ipse.) Ego ipse, nō est apud Græcos, nec est superimpendar, sed expēdar, ἐκδαπανηθήσομαι. Etiamsi ad hunc modum legit Ambrosius. Vnde conijci potest, exemplaria uariasse.

Mendū manifestarium in nostris.

Sed esto ego uos grauaui.) Græce est, sed esto, ego uos nō grauaui, suffragantibus nostris codicibus emendatioribus. Atq; item Ambrosio qui legit, Sed esto, ego uos nō grauaui. Nunquid per aliquē eorū.) Græce est μήτινα ὧν ἀπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς, δι' αὐτοῦ ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς; id est, num aliquem eorum quos misi ad uos, per hunc uos circumueni, siue fraudaui uos? Sed hoc loco parum respondet ordo grammaticus. Cum enim diceret μήτινα, uidetur aliud quippiam adiecturus fuisse, quod obliuione mutarit, præsertim cum non respondeat casus. Alioqui uideri poterat ex idiomate hebraico repetisse per hunc, cum præcesserit per aliquem. Nunquid Titus uos circumuenit.) ἐπλεονέκτησε, quod Paulus aliquoties usurpat transitiue, pro eo quod est, per auiditatem extorquere, siue occupare plus quam oportet. Nec male hoc loco legit Ambrosius. Nunquid auarus in uos fuit Titus? Nos uertimus, Nunquid à uobis extorsit?

Olim putatis.) Non est olim, sed πάλιν, id est, rursum siue iterum. Interpres fortassis legit, aut certe somniauit πάλαι, quod significat olim. Ambrosius legit, iterum, hoc est, πάλιν, quod ante uisus sit sese prædicasse. Omnia enim.) Omnia autē. & ἀγαπητοί, id est, dilecti. Et ego inueniar à uobis.) A, supereſt iuxta græcos codices. Sat enim inueniar uobis.

θυμός.

Animositates.) θυμοί, id est, iræ. etiamsi θυμὸς sonat impetū animi efferuescentis. Est enim Græcis θυμὸς ea pars animi, quam Plato ponit in præcordijs, & obstrepit rationi, cui sedem tribuit in cerebro. Sint inter uos.) Hæc tria uerba,

Supereſt.

quoniam in græcis quæ quidē legerim exemplaribus non habentur, addita conijcio, quo sermo fieret dilucidior. Cæterum græce non est simpliciter ne μὴ, sed μήπως, quod reddi poterat, ne quo pacto, aut, ne quo modo. Nam expletiua coniunctio ita uerbum diminuit, ut sententiam augeat. Vult enim Paulus nullo pacto inter illos esse quicq; omnino dissidij. Dissensiones. ἐριθεῖαι, id est, contentiones siue certamina. Et non egerunt pœnitentiam.) μὴ μετανοησάντων, id est, non pœnituerunt, siue quos non pœnituit.

EX CAPITE XIII.

Vt, redundat.

ECce tertio.) τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, id est, hac tertia uice uenio ad uos. Nam τρίτον, id est, tertium, hic aduerbium est, non nomen. Nec additur, ecce hoc loco, uel apud Græcos, uel apud Ambrosium. uerum ex superiori loco huc deportatum fuit, quemadmodum illuc, pronomē hoc, ex hoc loco. Vt in ore duorum.) Vt, redundat, tantum est, In ore duorum testium uel trium stabit omne uerbum. Ita legitur & apud Ambrosium.

Prædixi enim & prædico.) Enim, redundat, licet addatur apud Ambrosium.

Vt præsens

Vt præsens uobis.) Græce sic habet, ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὼν νῦν γράφω, id est, ut præsens iterũ siue secundo, & absens nũc scribo, ut intelligas eum cum adesset secundo prædixisse, quod nũc absens tertio prædicit scribens. Ambrosius τὸ δεύτερον uertit secũdo aduentu, ut referatur ad participium παρὼν, & non ad sequentia καὶ ἀπὼν νῦν γράφω, ut intelligamus bis fuisse Corinthi. Et in hunc sensum exponit & Vulgarius. Græca a nostris dissidẽt

An experimentum quæritis.) Non est an, sed quandoquidem, ἐπεὶ. & rectius uertisset, loquentis in me Christi, id est, an Christus in me loquatur. In Ambrosio legitur quomodo, sed opinor scriptum fuisse, quoniã, aut certe quando. pendet enim à superioribus, nõ parcam, quandoquidem quæritis experimentũ, an & in me Christus loquatur, quem admodũ & in cæteris apostolis, hoc est, an mea præcepta, sint ab humano profecta spiritu, an dei. Iam uero quorsum opus erat, interpreti addere eius, eius qui in me loquitur Christus? Quod primum non est apud Græcos, deinde non citra soloecismũ accessit orationi. Laurentius mauult documentum aut specimen pro δοκιμὴν, quod hic uertit experimentum, Ambrosius probationem.

Qui in uobis nõ infirmatur.) In uos est, εἰς ὑμᾶς, hoc est, erga uos. Et item paulo post.

In uirtute dei in uobis.) εἰς ὑμᾶς, id est, erga uos. Et ita legit Ambrosius.

Nisi forte reprobi estis.) εἰ μήτι, id est, nisi in aliquo. Ambrosius omittit forte. nam τί solet nonnunq; addi festiuitatis causa magis quàm usus.

Quod cognoscitis.) ὅτι γνώσεσθε, id est, cognoscetis. Ambrosius legit, Spero autem cognituros uos. Gaudemus autem quoniam nos infirmi sumus, uos autem fortes.) Palàm est hic quando, mutatum esse in quoniã, quandoquidem Ambrosius legit, Cum nos infirmamur, uos autem fortes estis. Et græca sic habent, ὅταν ἡμεῖς ἀσθενῶμεν ὑμεῖς δὲ δυνατοὶ ἦτε, cum nos infirmi fuerimus, uos autem fortes fueritis. Neq; enim id affirmat esse, sed gaudere se dicit, si ita sit.

Oramus autẽ deũ.) εὐχόμαι δὲ πρὸς τὸν θεὸν, id est, opto autẽ apud deũ, numero singulari. Ac mox, hoc & oramus, τοῦτο δὲ καὶ εὐχόμεθα, id est, hoc autẽ etiã optamus, tantũ abest ut doleamus. Durius agam.) ἀποτόμως χρήσωμαι, id est, præcise siue exacte, quod Latini uocant ad uiuum, ut superius admonuimus. Græcus sermo ad uerbum ita sonat, ne rigide utar, hoc est, ne seuere me geram. De cætero.) λοιπὸν, id est, quod superest. Et χαίρετε, quod & ualete significat, hic potius erat uertendũ ad eum modum. Perfecti estote.) καταρτίσεσθε. Ea uox cõuenit quoties rem laceram sarcimus ac reconcinnamus. Notat autem hoc uerbo dissidia Corinthiorum. Exhortamini.) παρακαλεῖσθε. Rectius hoc loco consolamini, ut passiue tamen accipias. Id ipsum sapite.) τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, id est, idem sentite. Ambrosius legit, idem sapite. Apertius erat, concordes siue unanimes sitis. Siquidem hoc sentit Paulus. Pacem habete.) εἰρηνεύετε, id est, in pace uiuite. Ambrosius recte legit, in pace agite. Vt autem à pace exorsus in pacem desinit, uir uere apostolicus.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM PAVLI SECVNDAM AD CORINTHIOS PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM, FINIS.

IN EPISTOLAM PAVLI

AD GALATAS ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.

PAVLVS apostolus.) Hieronymus indicat apostolũ esse uocem Hebræis peculiarem, illis dictam silas, id latine sonat missus, aut legatus. Et perinde quasi dixisset missus, adiungit, non ab hominibus. ab hominibus uelut ab autoribus, per homines ueluti cõmendantes aut approbantes.

Silas, missus.

A deo patre nostro.) Nostro, referendũ est ad dominũ, non ad patrem. ἀπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ.

De præsenti seculo.) ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος .i. ex instãti. quanꝯ id Græci nõnunꝯ præsens appellẽt. Quod hic uertit nequã, Ambrosius & Augustinus legit maligno, & Hieronymus malo. Græce est πονηροῦ, quod & uersutũ significat, & miserum ac laborioſum. Augustinus ꝓ eriperet, legit eximeret in cõmentarijs huius epistolæ.

Cui est gloria.) Est, non est in græcis, sed tantum, cui gloria.

Quod sic tam cito.) οὕτως ταχέως. Non est sic tam, sed tam cito, aut sic cito. nam οὕτως utrũꝯ significat. Quam sanè lectionẽ alioqui absurdam, & à græcis exemplaribus dissonantem, mirum est adeo inoleuisse, ut & apud Ambrosium & apud Augustinũ reperiatur. quanꝯ ex cõmentarijs diui Hieronymi, subodorari licet, aduerbiũ sic, ab eo nõ fuisse additum. Verum cum in nõnullis codicibus haberetur tam, in nõnullis sic, quod studiosus aliquis annotarat in margine, id scriba parum attentus retulit in contextum.

Supereſt in nostris.

Transferimini ab eo.) μετατίθεσθε, quod si ad uerbũ reddas, sonat transponimini. recte mutauit interpres. Verisimile est quod submonuit Hieronymus, Paulum alluſisse ad Hebræam uocem Galatæ, quæ illis translatos siue deductos sonat, similitudine sumpta à rotis aut rotundis, quæ facile aliunde aliò deuoluuntur.

Galatæ trãslati.

In gratiam Christi.) ἐν χάριτι, id est, in gratia. Augustinus enarrans hunc locum, pro in gratiã, legit, in gloriam, atteſtante id ipsius expositione. Certe palam est, in gratia, Hieronymũ per auferendi casum legisse, quod ex ipsius uerbis facile docebitur. Sic enim scribit in cõmentarijs. Habet autẽ & locus ipse hyperbaton, quod ita suo ordine legi potest. Miror quod tam cito transferimini à Christo Iesu, qui uos uocauit in gratia dicens, Non ueni uocare iustos &c. quanꝯ hic rursus aliud exiſtit incõmodũ amphibologiæ, Qui uocauit uos per gratiã in aliud euangeliũ. Potest emẽ accipi quod Christus uocauerit illos in aliud euãgeliũ, ut ordinat Ambrosius. Proinde nos ordine cõmutato sic uertimus, Miror quod à Christo, qui uos uocauit in gratia siue per gratiã, adeo cito transferamini in aliud euãgelium. Cæterũ in eo quod mox sequitur, Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet uobis, præterꝯ quod euangelizauimus uobis, Idem Hieronymus indicat hunc sermonẽ per hyperbolen accipi posse, non quod angelus aut Paulus aliud euangeliũ esset prædicaturus. Quod si quis tropos & schemata reijciat in sacris literis, sæpenumero aut hærebit perplexus, aut frigidiſſimis rationibus se cogetur explicare. Porrò quod addit, hoc agi, ut non esset magna Petri ac Ioannis autoritas, cum nec sibi liceret aliud euangelium prædicare, sic arbitror accipiendũ. Si Petrus aut Ioãnes Iudaismũ admiſceret Christo, quod uelut illis autoribus pseudapostoli conabantur, alioqui uideretur Paulus suam

Hyperbatõ.

autoritatem

autoritatem Petro anteferre. Et Christi, potest uel ad gratiã referri, uel ad præpositionem ab, ut sit apud nos auferendi casus, à Christo seu potius deo. Ego malim auferẽdi casum. Et quidam codices pro Christo, deum habent. Semper enim Paulus deum uocantem facit, sed per Christum. Et in euangelio pater est, qui suos trahit ad Christum. Cæterum in gratia dixit, pro eo quod est, per gratiam.

In aliud euangeliũ quod non est aliud.) Video ueteres diuersam, alios aliam secutos lectionẽ. Hieronymus, ut ex ipsius liquet enarratione, ita legit. Quod sic cito transferimini in aliud euangelium quod nõ est, ut subaudias aliud. Aut si malis ab ipso additum, hic subiicit stigmen, ut sit sensus, eum demirari illorum inconstantiam, qui transferantur. deinde qui transferantur tam cito. postremo qui in aliud euangelium, adeo non melius eo quod acceperãt, ut nullum sit. Huius rei causam admiratur. At ne uideatur ingenium gallicum damnare, ceu per cõiecturam facti, culpam reiicit in apostolos plus satis Iudaizantes, nisi si sunt &c. sic enim legit Hieronymus. Ambrosius legit ad hunc modum. Ab eo qui uocauit uos in gratiã Christi, in aliud euangelium. nec addidit, quod non est aliud. Nec potest ex illius enarratione colligi, illum secus legisse. Is, hanc particulã, in aliud euangelium, referens non ad uerbum transferimini, sed ad uocauit. sermonem ordinat hunc in modum. Demiror quod adeo cito transferimini ab eo qui uos uocauit, in aliud euangelium, id est, in aliud & diuersum ab eo, quod pseudapostoli uobis prædicarunt, ad Iudaismum reuocantes. Quod dicimus perspicuum erit, si quis euoluat Ambrosianos commentarios. Porrò ut suspicer Hieronymum legisse, quod non est, nec addidisse aliud, in causa est quod subiicit. Quia omne quod falsum est, non subsistit, & quod ueritati contrarium est, non est. Vt illud, Ne tradas domine sceptrum tuũ ijs qui non sunt. Et, ea quæ non erant uocauit deus. Ac mox ibidem. Si autem hoc de ijs qui in eundem credebant deum, & easdem scripturas habebant dicitur, quod translati sint in aliud euangeliũ, quod non est euangelium, quid de Marcione & cæteris hæreticis &c. At Ambrosius, nisi sunt aliqui &c. interiecto cõmentario separat à superioribus, ut nisi sunt, nõ referatur ad quod non est aliud, sed ad miramur.

Lectio triplex.

Prima Hieronymi.

Secũda Ambrosij.

Tertia nostra.

Qui uolunt cõuertere euangeliũ.) Equidem malim inuertere, tametsi constanter sic legunt Ambrosius, Augustinus, atq; item Hieronymus. Est autem græca uox μεταστρέψαι, quod sonat ad aliud detorquere, siue in diuersum detorquere. Nobis aũt quo magis arrideat, inuertẽdi dictio, Hieronymiana facit interptatio, cuius ipsa uerba subscribã. Omnis qui euangelium alio interpretatur spiritu & mente quàm scriptum est, credentes turbat, & conuertit euangelium Christi, ut quod in facie est, post tergum faciat, & ea quæ post tergum sunt, uertat in faciem. Si quis tantũ literam sequitur, posteriora ponit in faciem. Si quis Iudæorũ interpretationibus acquiescit, post tergum mittit ea, quæ ex natura sua in facie constituta sunt. hactenus Hieronymus. Atqui inuertere proprie declarat, in diuersum ac præpostere uertere. Christus eiusmodi doctrinam tradidit, ut q̃plurimum esset pietatis, q̃ minimum ceremoniarum. isti contra uolebant plurimum esse ceremoniarum, pietatis minimum. Præterq̃ quod.) παρὸ, id est, præter id quod. atq; ita erat aptius.

Subuertunt euãgeliũ qui superstitiosas inducũt ceremonias.

Anathema sit.) Diuus Hieronymus admonet anathema uerbum esse proprium Iudæis, quo extremam detestationem significare soleant.

Modo eñ hominibus pers.) ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν θεόν, id est, nunc enim homines suadeo, an deum? hoc est, an humana suadeo, an diuina? Et in hanc quidem sententiam interpretatur Vulgarius. quanq̃ & hominibus suadeo potest tolerari, cum in hoc sensu habeat aliquoties accusandi casum. non item cum significat confidere, aut credere, aut morem gerere, quemadmodum uidetur arbitrari Faber Stapulensis noster. quanq̃ scio Hieronymum, Augustinum & Ambrosium, diuersam sequi sententiam. Cæterum modo, positum est pro nunc, significat enim, posteaq̃ factus sit apostolus, nihil aliud spectare, quàm quod ad dei pertineat honorem, cum olim in Iudaismo diuersa senserit.

Faber.

Si adhuc.) εἰ γὰρ ἔτι, id est, si enim adhuc. Accepi illud neq; didici.) παρέλαβον αὐτὸ, οὔτε ἐδιδάχθην. Hieronymus distinguit inter accipere ac discere. Accipimus quod nostrum non est, sed ab alio traditum. Discimus, cuius mysterium nobis aperitur. tametsi græce nõ est didici, sed doctus sum. id quod uel absolute potest accipi, Nõ doctus sum, sed afflatus,

Doctꝰ sum.

ſed afflatus,uel non doctus ſum ab homine.Deinde uocabulum reuelationis,Hieronymus negat uſquàm apud ethnicos ſcriptores inueniri ἀποκάλυψις.uerum id cum aliis multis nouũ fuiſſe confictum à ſeptuaginta,quo cõmodius explicarent noua dei myſteria.

Et expugnabam.) καὶ ἐπόρθουν,quod uerbum propriũ eſt populantium & excindentium captas armis urbes.Neq; uideo cur hic ſtomachetur Laurentius,uelut id contumelioſe dictum ſit aduerſus eccleſiam dei,quod expugnata fuerit à Paulo, malitq; oppugnabam,quàm expugnabam. Nec inficior aliud eſſe latinis expugnare, aliud oppugnare, quemadmodum aliud eſt ſuadere, aliud perſuadere, aliud orare, aliud exorare. Verum quid facias,ubi græca uox πορθῶ nihil aliud ſignificet q̃ expugnare aut capere? Cæterũ eccleſiam uocat congregatiũculam illam Chriſtianorũ,quã prorſus expugnabat, quantũ erat in illo.iam em̃ hoc agebat Paulus.Proinde quod ait,expugnabam,nõ ad euentũ rei, ſed ad illius animum & conatus eſt referendum. Accommodatius autem erat, quod in commentarijs legunt Hieronymus & Auguſtinus deuaſtabam,more hoſtis ac feræ populantis omnia.Ac paulo inferius,Qui aliquando nos perſequebatur,nunc euangelizat fidem quam aliquando uaſtabat.

Expugnare πορθῶ.

In genere meo.) Genus,gentem appellat Iudaicam.ſicut in proxima epiſtola,In periculis ex genere. Aemulator.) ζηλωτὴς.Ab immodico & ſuperſtitioſo ſtudio & amore,zeloten appellauit ſeipſum. Paternarum mearum traditionum.) πατρικῶν,à patribus ac maioribus traditarum.Mearum addit, non quod eas ſuas eſſe duceret,quemadmodum interpretatur Aquinas, ſed ut excuſatius uideatur erraſſe, qui natus Phariſæus maiorum ſuorum inſtituta ſequeretur,quæ tamen non dubitauit relinquere,edoctus meliora. Cum autem placuit ei.) ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ θεὸς, id eſt, cum autem uiſum eſt deo.

Aquinas.

Acquieui. Non acquieui.) οὐ προσανεθέμην, id eſt, non contuli cum carne & ſanguine, ſic enim græca uertit Hieronymus in ſuis commentarijs, conſentientibus & Græcorum ſcholijs. Atq; ad hunc modum paulo poſt ipſe uertit interpres.Id eſt,non communicaui euangelium meum cum homine,ſed cum deo commercium habui.Quidam habẽt προσανεθέμην, hoc eſt,prius contuli. Proinde palàm eſt Thomam & Carrenſem nihil agere, qui carnem & ſanguinem,interpretantur pro uicijs carnalibus,quibus nunquàm legimus Paulum obnoxium fuiſſe.etiamſi Thomas addit alteram expoſitionẽ,carnem & ſanguinem, interpretans affectum erga cognatos.At ne id quidem ſentit Paulus. Verum huius erroris anſam præbuit interpres, qui προσανεθέμην uerterit acquieui, cum uertendum fuerit contuli ſiue communicaui cum carne & ſanguine, quanquàm hoc in loco maiorem in modum laborauit diuus Hieronymus,cupiẽs hunc explicare nodum,quod Paulus contumelioſius Petrum,Ioannem & Iacobum, carnem & ſanguinem appellarit, præſertim cum Porphyrius hinc calumnietur arrogantiam Pauli,quod non dignatus ſit ſuum euangelium conferre cum cæteris apoſtolis.In ſumma ne conſiſtere quidem,ut qui prius non contulerit cum carne & ſanguine,poſtea contulerit, ueluti ſibi diffidens rei periculo facto.His conſtrictus Hieronymus eò confugit,ut aduerbium εὐθέως,id eſt,continuo,non referat ad ea quæ ſequuntur,non acquieui carni & ſanguini,ne fretus reuelatione,protinus uideatur hominum commercium deſpexiſſe, ſed ad illa ſuperiora, Cum autem placuit ei,qui me ſegregauit de utero matris meæ.ac deinde ſequatur,ut reuelaret filium ſuũ in me.& ad extremum,ut euangelizarem illum in gentibus continuo. & poſt hæc uelut à nouo exordio ſequatur illud,non acquieui carni & ſanguini,ut ſit ſenſus,Paulũ iuſſum, ut continuo citráq; moram accingeretur ad prædicationem euangelij,proinde non cunctatum,neq; moras triuiſſe,adeundis ac cõſulendis apoſtolis, ſed protinus ut erat iuſſus aggreſſum euangelizandi munus. Verum hæc longius diſcutere, non eſt huius inſtituti.Nos quod ad lectionis rationem pertinere uiſum eſt, annotamus . Proinde nec illud huius operis eſt, quod hæc Pauli narratio multis modis diſſentit cum ea quæ eſt apud Lucam in actis apoſtolicis capite nono,quemadmodum Hieronymus in commentarijs ſuis ſatis diligenter explicat.

Thomas. Carrenſis.

Porphyrij calumnia.

Diſtinctio Hieronymi.

Ad anteceſſores meos apoſtolos.) πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἀποσόλους, id eſt, ad eos qui ante me fuerant apoſtoli,& quibuſdam ob hoc maiores uidebantur, quod prius eſſent uocati. Veni Hieroſolymã,) ἀνῆλθον,id eſt,redij ſiue aſcendi. Videre Petrum.)

ἱστορῆσαι.

ἱσορῆσαι. Quod uerbum apud Græcos plus aliquid ſignificat quàm uidere. nempe percon tandi diſcendiq; cauſa uidere. quanq; id negat Hieronymus. ἱσορῆσαι.

Iacobum fratrem.) Notat Hieronymus eorũ errorem, qui putant hunc Iacobum fuiſſe de numero duodecim apoſtolorum, fratrem Ioannis, cuius mentio fit in euãgelio, cum is legatur mox à Stephani nece ſanguinẽ fudiſſe pro domino. hunc eſſe Iacobum cognomẽto iuſtum, filium Mariæ ſororis Mariæ matris Ieſu. nam & hi fratres uocantur more Iudæorum. Hic primus Hieroſolymorum epiſcopus fuit ordinatus, atq; huius pleriq; iudicarunt eſſe epiſtolam, quam hodie quoq; nomine Iacobi legimus. Apoſtolus autem dicitur, eo modo quo cæteri omnes apoſtoli dicuntur, qui Chriſtum in carne cõſpectum, poſtea prædicabant. Iacobus iuſtus.

Quia nõ mentior.) Hic ὅτι poterat omitti, quod uim habet aſſeuerandi, ſed apud Græcos duntaxat, niſi malis addere, Ecce coram deo teſtificor, quod nõ mentior. Nam id additum uelut à iurante. quod ſanè nõ negat Hieronymus. Sed quod addit ἀναγωγῖζωμ, coram deo ſunt, id eſt, digna conſpectu dei, mihi uidetur aliquanto coactius. Verum in his nonnihil indulgent ſibi ueteres, uelut in hoc quoq; de nominum interpretationibus, Arabiæ, Ciliciæ, Damaſci &c. Iurat Paulus.

Etymologiæ & anagogæ frigidæ.

Ciliciæ.) κιλικίας. Partes, eſt κλίματα, id eſt, plagas.

Quæ erant in Chriſto.) Cur non potius, quæ ſunt in Chriſto, τὰς ἐν χριϛῷ.

Auditum habebant.) ἀκούοντες ἦσαμ, id eſt, audierant. Ad uerbum, audiẽtes erant, hoc eſt, rumor apud illos erat. Latiniſſimum erat, auditum erat illis. ſiue, hic rumor apud illos erat. Ne hic quidẽ neceſſe erat uertere ὅτι, uetante id pronomine nos. Quam aliquando expugna.) ἐπόρθει. Rurſus eo uerbo eſt uſus, quo ſupra. ſicut annotauimus.

Clarificabant deum.) ἐδόξαζομ, id eſt, glorificabant. Atq; ita legit diuus Hieronymus.

EX CAPITE II.

POſt annos.) διὰ δεκατεσσάρωμ ἐτῶμ, id eſt, per quatuordecim annos. quanq; ſenſum probe reddidit interpres. Et contuli cum illis.) ἀνεθέμημ, quod uerbum diuus Hieronymus negat Græcis ſignificare proprie cõferre, ſed quæ nouimus, ea in ſinum amici exponere, & in medium adferre, cõmuni cõſilio uel probãda, uel improbanda. Vnde quod ſuperius habuimus προσανεθέμημ, ſignificat, præterea cum quoq; contuli, ſcilicet poſt uocationẽ Chriſti. Aut ſi legas προανεθέμημ, id eſt, prius contuli. nẽpe quàm iret in Arabiã. In illo uidetur Paulus non diffiſus ſuæ uocationi. in hoc uidet nõ eguiſſe aliorũ cõſilio, ut in Arabia doceret Chriſtũ.

Qui uidebantur aliquid.) τοῖς δοκοῦσιμ, id eſt, qui uidebãtur, ut legit Auguſtinus, ſiue probatis. Porrò aliquid additum eſt abs quopiã, cui ſermo uidebatur parum abſolutus. Perperã igitur qui legunt, qui uidebantur aliquid, ſed peius qui legunt, qui ſibi uidebant aliquid. quorũ eſt Ambroſius, ſi modo codices mendo uacant. Contumelioſum em̃ erat, qui ſibi uidebãtur aliquid, quaſi nullius eſſent alioqui precij, ſed ſua duntaxat opinione forent aliquid, cum id magis ad aliorũ referatur æſtimationẽ. δοκοῦντες em̃ abſolute dicũtur Græcis, qui magnæ ſunt autoritatis, uelut ἀδοξοῦντες quorũ leuis eſt autoritas. Ita Euripides in Hecuba, λόγ& γ' ἐκ τ' ἀδοξόντωμ ἰὼμ κἀκ δοκόντωμ, αὐτὸς οὐκ αὐτὸ δέν, id eſt, nã oratio profecta ab ijs qui magnæ ſunt exiſtimationis, & qui nõ ſunt alicuius exiſtimationis, eadẽ nõ idem ualet. Apud Græcos primo & ſecundo loco nõ additur τι, id eſt, aliquid, medio tantũ loco additur, Ab ijs autẽ qui uidebãtur eſſe aliquid. Quod haud ſcio an adiectum fuerit abs quopiã, qui putarit eſſe ſubaudiendũ. tametſi mire cõſentiunt exẽplaria. Quandoquidẽ & Ambroſius legit, Qui exiſtimabant eſſe aliquid. Mihi probabile uidetur q' Valla cõiectat, uidelicet adiecticiũ eſſe. Atq; ex interpretatione Hieronymi propemodũ liquet illũ non legiſſe, qui uidebant eſſe aliquid, ſed tantũ qui uidebant, cũ ita ſcribit. Sollicitus itaq; requirebã, quid nã eſſet q' diceret, qui uidebant. ſed nũc me omni ſcrupulo liberauit, adijciens, qui uidebãtur colũnæ eſſe. Atq; in exẽplari Paulino primo loco tantũ eſt, qui uidebãtur. Deinde cum Paulus ſentiat eos in magno precio habitos, quod mox apertius explicat, qui uidebant colũnæ eſſe, quomodo cõgruet huic loco, qui uidebantur eſſe aliquid? Sic em̃ loquimur de ijs rebus, quibus nolimus nihil omnino tribui. Cæterũ quàmuis Hieronymus hactenus à me ſtat, quod non addit aliquid, non tamen uidetur ſatis perpendiſſe uim participij Græci. Proinde nos uertimus, cum ijs qui erant in precio. Qui uidebantur aliquid.

Ambroſius

Ambrosij noua opinio

Ambrosius obiter indicat hoc loco,quod in Actis magis erat annotandũ. Nam ubi nos legimus eius uoluminis cap.15.præscriptum gentibus ut abstinerent à quatuor,ab idolothytis,à scortatione,à sanguine,à suffocato, ille monet ab apostolis non fuisse præscripta nisi tria,quartum à Græcis additum.Siquidem disputationem ita claudit. Quæ sophistæ Græcorum non intelligentes,scientes tamen à sanguine abstinendum,adulterarũt scripturam,quartum mandatum addentes,& à suffocato obseruandum.quod puto nũc dei nutu intellecturi sunt,quia iam supra dictum erat,quod addiderunt.Et sanguinis abstinentiam,interpretatur non ab homicidio temperandum,id quod ethnicorum quoq; legibus uetitum erat,sed ab esu carnium cum sanguine,more Noe,iuxta Pythagoræ dogma. Cæterum illi secus interpretantes,interdictum sanguinem,addidere confine quiddam ex Iudæorum ceremonijs, de suffocato.Porrò frustra uetari,ne uescamur pecude suffocata,cũ iubeamur ab esu carnium omniũ abstinere,iuxta Ambrosij sententiam.

Cum esset gentilis.) ἕλλην ὢν, id est,Græcus cum esset.quo tamẽ abutitur pro ethnico.

Sed propter introductos falsos fratres.) παρεισάκτους,quasi dicas,obiter ingressos. Nã παρὰ apud Græcos plerunq; in malam significat partem,& nomen est,nõ participium.ueluti dicas, subinductitios fratres, sic & mox, οἵτινες παρεισῆλθον,id est,obiter ingressi sunt, nobis aliud agentibus.id quod solent exploratores ac moliẽtes insidias.Iam falsos fratres, est ψευδαδέλφους,de quo superius admonuimus.Diuus Hieronymus coniunctionẽ autẽ siue sed,putat hoc loco superuacaneam & abijciendam.partim,quod si ponatur,non habeat partem quæ illi respondeat. solet enim apud Græcos δὲ semper respondere μὲν.partim,quod sensui huius epistolæ uehemẽter repugnet.Intelligit enim diuus Hieronymus Paulum nulla ui potuisse compelli,ut Titum,cum esset gentilis,circũcideret.idq; ad ueritatem euangelij pertinuisse.atq; ita quod sequit,propter superintroductos falsos fratres, cohæreat cum superioribus,Nõ fuit compulsus circũcidi,propter falsos fratres &c. Et ita interpretatur Augustinus,tametsi secus legit Ambrosius.

Ordo diuersus.

Cessimus.) Est quidem datiuus apud Græcos ὑποταγῇ,sed per ablatiuum uertendus,subiectione,id est,ut illis subijceremur.Atq; in exemplari Paulino prima manu scriptum fuerat,subiectione,casu auferendi. Hieronymus indicat in latinis codicibus quibusdam non haberi οὐδέ,ut intelligas Titum cessisse ad horam,in Græcis addi,ut sensus sit,illum nullo modo cessisse.Quod si legatur cessisse ad horam,hoc tamen Hieronymus non putat pertinere ad circũcisionem Titi,sed ad id duntaxat quod Hierosolymam redierit quo illis satisfaceret. Et tamen quod Hieronymus negat esse in latinis codicibus, nunc in omnibus latinis exemplaribus uisitur scriptũ, præterq; apud Ambrosium, qui secus etiam atq; nos ordinat orationem,nimirum hoc pacto. Propter aũt subintroductos fratres falsos,qui subintrauerunt explorare libertatem nostram quã habemus in Christo Iesu,ut nos in seruitutem subijcerent,ad horam cessimus subiectioni. Atq; ita legisse declarat eiusdem interpretatio.Omittit ille pronomen quibus,quod additũ, uidetur orationem inabsolutam reddere,nisi sic ordinemus. Titus non compulsus est circũcidi,propter apostolos quibus aliquo usq; cessimus,sed propter subintroductos fratres,quibus ne tantulum quidem cessimus. At quomodo non cessit,qui Timotheum coactus est circũcidere? Argutatur pluribus uerbis sup hoc loco Ambrosius,nec uideo quomodo locus possit explicari,nisi fateamur Pauli sermonẽ esse imperfectum,ut intelligamus hoc pacto. Apostoli non compellebant,sed propter fratres falsos uidebamur compellendi,quod ij odiosius instarent,quibus tamen pro eo tempore non cessimus eousq;, ut quenq; è gentibus circũcideremus.

Cessimus. Nõ cessimꝰ.

Ab ijs autem qui uidebantur.) Rursum Paulus orationem inceptam non absoluit,quod interloquatur quædam.deinde mutata sermonis forma,redit ad id quod instituerat. Videbatur enim adiecturus,Ab his qui habebantur in precio, nihil adiutus sum.Deinde cum ceu per parenthesim interiecisset, (quales olim fuerint,mea nõ refert, deus personam hominis non accipit) nam id illi obiter apparet uenisse in mentem,ex eo quod dixerat,qui nunc uidentur esse magni. mox redit ad id quod cœperat, sed diuersa sermonis forma.Mihi enim qui uidebantur esse aliquid,nihil contulerunt.

Sermo perturbatus.

Apud uos.) πρὸς ὑμᾶς,id est,erga uos. Mihi em̃ qui uidebãtur esse aliquid.) Rursum hoc tertio loco nõ est,esse aliquid,sed tantum, οἱ δοκοῦντες,id est,qui uidebantur,hoc est,in

eſt, in precio habiti, quos uulgo uocant reputatos. Nihil contulerunt.) οὐδὲν προσανέθεντο, id eſt, nihil cõmunicarunt, idem uerbum quod ſæpius uertit acquieui. id quod admonet & diuus Hieronymus. Contulerat cum illis Paulus ſuum euangelium, illi nõ contulerunt uiciſſim ſuum, ſed duntaxat probarunt euangelium Pauli. Itaq; hoc loco cõtulerunt nõ ſignificat idem quod addiderunt, ut quidam arbitrantur, ſed illud hinc conſequitur. Nam quid potuerunt addere Paulo, qui ne cõmunicarint quidem de ſuo euangelio? Poterant aliquid à Paulo accipere, nihil poterant adiungere. Diuus Hieronymus putat hic hyperbaton eſſe, ut multis quæ in medio ſunt interiecta ſublatis, legamus ad hũc modum. Mihi enim qui uidebantur eſſe, nihil cõtulerunt, ſed econtra dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis. Quanq; poſſumus iuxta ſuperiorẽ ſenſum ita legere, ut citra iactantiam occulte ſignificarit Paulus, ab illis nihil collatum ſibi, ſed à ſe potius illis. Quod tamẽ ex re conſequitur uerius, ut modo diximus, quàm uerbis ſignificatur. Eſt enim hic idem uerbum προσανέθεντο, quod ſignificat cõmunicare de re quapiam cõſultandi gratia. Quo quidem in loco, parũ attentus fuit Valla, qui putat hic cõtulerunt, idem eſſe quod addiderunt. Cum uidiſſent quia creditum eſt.) ὅτι πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον, id eſt, eſſe mihi creditum ſiue cõmiſſum euangelium. Sic enim Græci loquuntur, creditus ſum hanc rem, & cõmiſſus ſum hanc rem. Qui eñ operatus eſt Petro.) Propius erat Græcæ lectioni, in Petro & in me, ἐνεργήσας πέτρῳ, ἐνήργησε καὶ ἐμοί. ſiquidem præpoſitio eſt in uoce compoſita. Nec eſt ſimpliciter operatus, ſed efficax fuit, & uim ſuam oſtendit. Nam Origenes in epiſtolã ad Rhomanos, exiſtimat idem pollere ἐντελέχειαν & ἐνέργειαν, hoc eſt, actum & uim ex ſe mouentem organum. Sentit enim, quicquid per Petrum effectum eſt, non ipſius uiribus, ſed deo autore perfectum. cuius ope præſidioq; & ipſe adiutus, non minora patrauerit inter incircũciſos, quàm ille inter circunciſos. Atq; hic rurſum opus eſt parentheſi, ut legamus ad hunc modum. Imò contra cum uidiſſent mihi cõcreditum fuiſſe euãgelium præputij, quẽadmodum Petro circũciſionis. deinde quæ ſequuntur, parentheſi ſeparentur. (nam qui operatus eſt in Petro ad apoſtolatum circũciſionis, operatus fuit & in me erga gentes) mox quod ſequitur, connectatur cum ſuperioribus, Cumq; cognouiſſent gratiam mihi datam &c. Dextras dederũt mihi & Barnabæ ſocietatis.) Aut ſubaudiendum ἕνεκα, aut iuxta Hebræum idioma dixit dextras ſocietatis, ut oſculum pacis, pro dextris ſocialibus, ut ita loquamur. Inter gentes.) εἰς τὰ ἔθνη, id eſt, in gentes, ut legit Ambroſius. Alicubi citat ad gentes, ſiue erga gentes, ut reſpõdeat ei quod præceſſit, εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς. Vt nos in gentes illi autem.) Hic ſermo non eſt abſolutus, ſed ſubaudiendũ eſt, apoſtolico munere fungeremur. Nam in, poſitum eſt pro erga. Et circũciſionem uocat ipſam gentem Iudaicam, quam opponit gentibus, quas aliquando uocat præputium. Tantum ut pauperũ.) Tantum, aduerbiũ referendum eſt ad ſequentia, non ad præcedentia. Hoc admonui, quia nonnulli ſecus diſtinguunt. ſubaudiendum eſt aliquid, tantum admonuerunt, aut mandarunt.

Cõtulerũt.

In faciem reſtiti.) κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην, id eſt, iuxta faciem illi reſtiti, aut certe in facie, non in faciem, id eſt, propalàm & in conſpectu omniũ. nam in faciem erat contumelioſius. nec eſt græce κατὰ προσώπου. Conſentiunt cum his & Græcorũ ſcholia & Ambroſius, qui in facie interpretatur palàm & coràm. Diuus aũt Hieronymus accipit ſecundum faciem, pro eo quod eſt, non ex animo, ſed ut ijs qui aderant, ſpeciẽ reprehenſionis exhiberet, quo Petri ſimulatio quã uidebat noxiã fore gentibus, ſimulata reprehenſione corrigeretur. Et hanc utriuſq; hypocriſin, diſpenſationem appellat. Cæterum iuxta hunc ſenſum dilutius erit, quod Paulus hoc lẽmate Galatas à Iudaiſmo deterreat, quia Cephe ficte reſtiterit in faciẽ. & cum ille nihil peccarit, hanc anſam obiurgãdi quæſierit. Quanq; hæc Græcorũ quorundã interpretatio, alia quoq; de cauſa non probat Auguſtino. & hinc nata eſt illa magnifica de mendacio inter illos diſputatio, cum ſimulatio ac diſſimulatio ſit potius, q; mendacium. A quo uerbo adeo non abhorret Hieronymus, ut hypocriſin huiuſmodi non uereatur & prophetis, atq; adeo ipſi Chriſto tribuere. Petrus enim cum ad ueniſſent Iudæi, ſurgens à conuiuio diſſimulabat ſe ueſci cibis communibus, ne offenderentur, quibus perſuaderi nõ poterat id licere, cum ille ſciret licere. Ac rurſum ubi Paulus ſenſit ex ea diſſimulatione qua Petrus ſtuduerat mederi Iudæis, naſci graue offendiculũ,

In faciem reſtiti.

Concertatio inter Auguſtinũ & Hieronymum.

adeo ut Barnabæ quoq; timeret,oppoſuit acrem obiurgationem, ſed ſecundum faciem, hoc eſt,in ſpeciem,& per ſimulationem.non quod crederet Petrum peccaſſe ſua diſſimulatione,ſed quod uideret id quod in ſuæ gentis remedium fecerat Petrus,in gentiũ pernicíem uergere,quarum curam agebat Paulus. Auguſtínus explanans hanc epiſtolam, ſanè quàm dure,mea quidem ſententia,tractat Petrum,his uerbis de illo loquẽs. Petrus autem cum ueniſſet Antiochiam,obiurgatus eſt à Paulo,non quia ſeruabat conſuetudinem Iudæorum,in qua natus atq; educatus erat,quanq; apud gentes eam non ſeruaret, ſed obiurgatus eſt, quia gentibus eam uolebat imponere. Videtur enim peruerſitatem quandam ſapere,ſi quis onus ſtudeat alijs imponere, quod non iudicet eſſe ſuſcipiendũ. Atqui huius uox eſt in actis apoſtolicis cap.15. Nũc ergo,quid tentatis deum,imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum,quod neq; nos,neq; patres noſtri portare potuimus. Qui cõuenit,ut cui tentare deum dicatur,qui iugum legis uellet imponere gẽtibus. ipſe tanto ſtudio conatus ſit imponere, ut ad id ſimulatione ſit uſus? Rurſus Auguſtinus libro de agone Chriſtiano cap.xxx.factum hoc Petri,ſuperſtitioſam ſimulationem appellat,& cæteris illius peccatis, diffidentiæ, pugnæ, abnegationis admiſcet. atq; adeo paulo poſt in eodem capite,prauam ſimulationem appellat.Hos,inquiẽs,eccleſia catholica materno recipit ſinu,tanq; Petrum poſt fletum negationis,per gallicantum admonitum,aut tanq; eundem poſt prauam ſimulationem,Pauli uoce correctum. At operæprecium uidere eſt quantum abſit Hieronymus ab Auguſtini ſententia.Hic nõ ueretur Petro apoſtolorum principi,etiam poſt acceptum cœleſtem ſpiritum impingere peruerſam ſimulationem.Ille non fert uel errorẽ tribui Petro. ſic enim loquitur in præfatione cõmentariorum,quos in hanc ædidit epiſtolam. Quàmobrem ita caute inter utrũq; & medius incedit,ut nec euangeliũ prodat gratiã,preſſus pondere & autoritate maiorũ.nec præceſſoribus faciat iniuriam,dum aſſertor eſt gratiæ.Oblique uero,& quaſi per cuniculos latenter incedens,ut Petrũ doceat pro cõmiſſa ſibi circũciſionis plebe facere,ne ab antiquo repente uiuendi more deſciſcens,in crucem ſcandalizata non crederet,& ſibi prædicatione gentium credita,æquũ eſſe id pro ueritate defendere,quod alius pro diſpẽſatione ſimularet. Quod nequaq; intelligens Bataneotes & ſceleratus ille Porphyrius, in primo operis ſui aduerſum nos libro,Petrũ à Paulo obiecit eſſe reprehenſum,quod non recto pede incederet ad euangelizandũ,uolens & illi maculam erroris inurere,& huic procacitatis,& in cõmune ficti dogmatis accuſare mendaciũ, dum inter ſe eccleſiarũ principes diſcrepant. hactenus Hieronymi uerba retulimus.Nonnulli uero,dum nõ poſſunt ex his difficultatibus explicare ſeſe,cõmenti ſunt Cephan hunc,cui in os reſtitit Paulus,non fuiſſe Petrũ apoſtolum,ſed alium quẽpiam. Huius opinionis autorem,Græcorũ ſcholia citãt Euſebiũ in hiſtoria eccleſiaſtica,qui rẽ fecerit hoc argumẽto probabiliorẽ. Quorſum,inquit,opus erat,ut Petrus ſeſe à cõuiuio ſubduceret ob interuentũ Iudæorũ, cum multo ante ſatiſfecerit omnibus expoſtulãtibus quod cũ Cornelio incircũciſo cõmerciũ habuiſſet.& adeo ſatiſfecerit,ut illi cognito negocio, cõcorditer gratias egerint deo,præſertim cum huiuſce rei nulla mentio fiat in actis apoſtolorũ. Sed hanc opinionẽ ceu cõmenticiã ac frigidam, fortiter reijcit Hieronymus,cum ipſa res doceat totũ hunc ſermonẽ ad Petrum & illius collegas pertinere.Negat autẽ ullum Cephan notum nobis præter apoſtolũ,qui Syrorũ lingua Cephas dicitur,quod illis Cephas idem ſonet,quod Græcis ac nobis Petrus.Deinde nõ mirum ſi hoc omiſit Lucas,à quo tam multa præterea ſint prætermiſſa, uelut illud quod Petrus primũ ſederit Antiochiæ,deinde Rhomã ſedem ſuã tranſtulerit.Poſtremo non oportere nobis tanti eſſe Porphyriũ ſycophantã,ut in illius gratiam nouũ Cephan fingamus.alioqui ſi conemur è ſcripturis eradere,quicquid hæreticorum calumnijs obnoxium ſit,plura alia forent eradenda. Thomas Aquinas uerboſiſſimã diſputationẽ quæ ſuper hac re uerſatur inter Hieronymũ & Auguſtinũ, non inſcite contraxit in cõpendiũ,in dicans cõtrouerſiæ ſummã,quatuor in rebus potiſſimũ eſſe ſitam. Primũ in tẽpore,quod Hieronymus in duas, Auguſtinus in tres partes diſtinxerit, ſic ut legalia ante euãgelium fuerint uiua,mox à morte Chriſti, mortua ſed nõ mortifera, Iudæis duntaxat,modo ne ſpem aliquã ſalutis in eis collocarẽt.demũ euangelio late diuulgato, eadẽ omnibus fuiſſe mortifera.ut hæc uere diſtinxerit Auguſtinus.Hieronymus putat iam ſatis diuulgatum fuiſſe

Auguſtinus duriꝰ tractat Petrum.

Hieronymꝰ longe diſſentit,

Porphyrius.

Euſebius.

Thomas cẽſor inter Auguſtinum & Hieronymũ.

fuisse euangelium,cum Petro uisione monstratum est, nihil esse commune, cum hac de re satisfeciſſet Iudæis expostulantibus,cum ipse publica concione testatus est,onus legis nemini imponẽdum,quod nec ipsi ferre potuissent,nec maiores ipsorum.& negabimus euangelij gratiam diuulgatam,cum ubiq; gentium tot hominum milia tenerent euangelium? præsertim cum multo ante palàm dixisset ipse Christus, Lex & prophetæ usq; ad Ioannẽ,cum uelũ templi scissum est à summo usq; ad imũ.Nec in hoc legi fiebat iniuria, si quatenus erat umbra,cederet ueritati.Neq; tantum,opinor,honoris debebatur synagogæ,quã Christus repudiauit ut uiricidam, præsertim cum ex eo honore tantum immineret periculi,ut parum abfuerit, quin gentes quoq; pertraherentur in Iudaismũ . Neq; nihil erat futurum discriminis inter sacrificia gentium & Iudæorũ,quod cũ illa semper fuerint execranda,hæc pro tempore suum habuerunt honorem. Iam confinium illud quod Augustinus inducit inter duo tempora,qua nota disterminabimus? an donec erunt qui non poterunt negligere? Atqui sunt huius generis multi,nostris quoq; temporibus inter Christianos.quanq; totum hoc quod adducit Augustinus de mortuis, at non mortiferis,de tempore medio,de synagoga cum honore deferenda ad tumulum,magis humana ratione,quàm diuinæ scripturæ testimonijs subnixum est. Quis autem sanus uelit ea seruare,è quibus nullum speraret fructum? Quod si Iudæi hoc animo seruabant legalia, ut nec utilia,nec inutilia,cur ea exigunt à Paulo? imo cur à gentibus? Certe qui hæc faciebant,putabant ad rem pertinere,cur hos non redarguũt apostoli? Quod si nihil erat ab illis fructus,certe uel ob hoc erant fugienda,quod qui seruarent ea,speciem præbebãt infirmis,quasi sine his nõ sufficeret euangelium. Atq; hinc sanè nata hæresis Ebionitarum, præter alias aliquot, quæ Christum cum Mose miscebat, cum ille purissimus esse uellet.

Excussæ rationes Augustini.

Ebionitæ.

Iam in secundo discrimine,ait,iuxta Hieronymi sententiam, apostolos non seruasse legalia,sed aliquoties pro tẽpore simulasse. Sed tamen propter aliquas causas,puta quiescebant sabbato,non superstitione,sed ob quietem. abstinebant à quibusdam cibis, non ut uetitis,sed propter abominationem.Nam hæc,ni fallor, Thomas addidit de suo,quasi uero nunc non eadem liceant, aut quasi peccaturus sit, si quis itinere fessus, sabbato interquiescat,aut capo apposito, fastidiat laridum rancidum. aut quasi conueniat abominationem istiusmodi superstitiosam tribuere apostolis,qualem uidemus in stultis mulierculis. Iuxta Augustinum uero,inquit,apostoli seruabant legalia,& hoc intendentes,sed tamen non ponentes in eis spem.& hoc licebat eis,utpote Iudæis. Si hoc tantum concessum est infirmitati quorundam,quid hoc ad apostolos,per quos solos aliorum infirmitas erat erigenda? Deinde quid interest inter eum qui coactus obseruat ne quos offendat, & eum qui quauis de causa rem ut inutilem seruat? Quid autẽ intendit qui hoc facit? Aut nihil ne intendit, qui simulate seruat, ne quos alienet ab euangelio? Tertio loco in hoc discrepant, inquit, quod Hieronymus utrunq; liberat omni peccato,cum uterq; suum, hoc est,euangelij egerit negocium.Augustinus Petrum onerat peccato,sed ueniali duntaxat.Atqui ex his Augustini uerbis quæ modo citauimus,nõ apparet illi uisum hoc peccatum ueniale. Deinde primum fauorabilior est sententia,quæ utrunq; apostolum peccato liberat,quàm quæ alterum onerat.sed de hoc mox dicetur. Iam quod Thomas adducit de pondere autorum,mihi suffrigidum uidetur.E septem doctoribus, quorum testimonio nititur Hieronymus, Thomas quatuor reijcit, Laodicensem, Alexandrum , Origenem,& Didymũ,uelut infames de hæresi. At ego in scripturarum enarratione, unum Origenem decem orthodoxis anteposuerim,exceptis aliquot dogmatibus fidei.At si reijciendi sunt,in quorum libris inueniuntur hæretica,fortassis reijcientur & Cyprianus & Ambrosius. Iam quale est Paulũ,de cuius scriptis est cõtrouersia,in testium numero producere? ne non tres tribus opponerentur.at nihil interim de mendacio. Neq; enim simulatio aut dissimulatio,si facto constet , sic mendacium appellari potest, ut semper sit cum uicio coniunctum.Porrò quod à Paulo dictum est,non recte incedunt ad euangelium, id de cæteris dictum uidetur,non de Petro . Supereſt igitur unus scrupulus, quod Cephas à Paulo dicitur reprehensibilis. Aut enim id uere dictum est,& cõsequitur peccasse Petrum.aut falso,& mendacio obnoxius tenetur Paulus.Sed supra ostendimus ex ueterum interpretatione,quo pacto possit & hic dissolui nodus. Quarto loco ne singula

Reiectio autorum.

Vbi sitũ mẽdacium , de quo Augustinus.

perſequar, illud inter cætera commemorat Thomas, Petrum peccaſſe, quod ex eius diſſi
An Petrus peccarit. mulatione natum ſit ſcandalum, Paulum non item, quod ex huius reprehenſione nullum ortum ſit offendiculum. Verum qui potuit ſcire Petrus, fore ut offenderentur qui accum bebant, cum ſcirent Petrum hoc dare Iudæis fortaſſe infirmis, aut ſeditioſis? Si ſciebant licere Iudæo ueſci & non ueſci, cur offenduntur quod ille pro tempore facit quod optimum putat? Probabilius erat, futurũ ut Iudæi offenderentur, quàm ethnici. Quod ſi non diſſimulaſſet, rurſum peccaſſet grauius, quia grauius offendiſſet ſuos, quibus magis conſultum oportuit. quanꝯ nõ omne ſcandalum cũ uicio cõiunctum eſt. Quin ex tam acerba Pauli reprehenſione, graue poterat naſci offendiculum. Primum ſuſpicari poterant inter principes apoſtolos nonnihil rancoris intercedere, cum Paulus ob rem leuiculam, ſic in os inceſſeret Petrum. Deinde periculum erat, ne minueretur autoritas Petri apud fideles, quam oportebat eſſe ſacroſanctam. Hæc uiſum eſt adijcere, quod uulgus theologorum putat pulchre depugnatum ab Auguſtino, & à Thoma rem belle explanatam. Certe locus eſt obſcurus, & qui doctiſſimos græciæ magnopere torſerit. Ego non uideo cur odio mendacij, Petrum tam dure tractemus, quàm illum tractauit Auguſtinus.

Articuli Pariſienſes. Durius autem articuli Pariſienſes, qui dicunt Petrum erraſſe in fide. Arbitror autem Paulum incanduiſſe, quod nondum illa uacillatio Iudaiſmi ſublata foret inter Chriſtianos, atque id eſſe quod ait Paulus οὐκ ὀρθοποδοῦσιν, quod claudicantium eſt. Iam enim par erat, exploſa omni ſuperſtitione, ingenue apud omnes Chriſtum profiteri. Quod ſi nõnihil roboris hac in parte Paulus deſyderauit in Petro, non protinus ſequitur Petrum peccaſſe, quandoquidem illa claudicatio non aliunde quàm à ſtudio pietatis proficiſcebatur. Proinde Pauli obiurgatio, nihil aliud fuit quàm cõfirmatio parum adhuc ſibi conſtantiũ. Hæc pro mea uirili in mediũ adduxi, libenter accepturus ſi quis meliora proferet.

Reprehẽſibilis, pro reprehenſus. Quoniam reprehenſibilis erat.) ὅτι κατεγνωσμένος ἦν, id eſt, quoniam reprehenſus erat, & damnatus ab ijs, qui male de illo iudicabant, etiamſi reprehenſibilis non erat. Et hic conſentiũt Græcorũ ſcholia. Ambroſius item reprehenſus legit, nõ reprehenſibilis. Et addit, Reprehenſus. Vnde? Vtiꝯ ab euangelica ueritate, cui hoc factũ aduerſabatur. hic à Græcis diſſentiẽs, & cum Auguſtino ſentiens. Græcorum ſcholia indicant & alium ſenſum. Erat, inquit, Paulus, mihi data occaſio palàm obſiſtendi Petro, quod ante fuiſſet ab apoſtolis reprehenſus Hieroſolymis, quod cum Cornelio ſumpſiſſet cibum Antiochiæ. Quod ni fuiſſet obiurgatus antea, nũc non ſubduxiſſet, ſed ueritus ne rurſus aliquid tumultus naſceretur, ſubducere ſe parabat è cõuiuio. Porrò Paulus occaſionem nactus, palàm obiurgat illum, non quod illi indignaretur, ſed ut confirmaret alios uacillantes. Nam ſi quid uere peccaſſet Petrus, atꝯ ex animo Paulus huic fuiſſet indignatus, priuatim expoſtulaſſet, nõ coram omnibus. Neꝯ uero Paulus hæc narrat glorioſe, ſed ut Galatarum ſaluti conſulat. Poſtremo mihi planè uidentur Iacobus cum ſuis in hac fuiſſe opinione, ut crederent legem Moſaicam etiam poſt proditum euangelium obſeruandam Iudæis, quoad ceremonias quoꝯ. ſicut admonuimus in Actis cap. 21.

Et ſimulationi eius conſenſerunt.) συνυπεκρίθησαν, id eſt, unà cũ illo ſimulauerunt. & ita legit diuus Ambroſius. Cæteri Iudæi.) Et addendum καὶ οἱ λοιποὶ, & cæteri, aut cæteri quoꝯ. Ab eis in illam ſimulationem.) Græce ſic eſt, συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει, id eſt, pariter abduceretur in illorũ ſimulationem, ſiue illorum ſimulatione. Faber legit,
Faber. ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπεχθῆναι, id eſt, ut Barnabas ſimul abſtineret. Verũ hoc nec in græcis habetur codicibus, nec à quoꝯ legit, nec opinor uſꝯ inueniri ἀπεχθῆναι ab ἀπέχεσθαι.

Recte ambularẽt.) Græcis unica eſt dictio ὀρθοποδοῦσι. Vnde diuus Hieronymus aduerſus Pelagiũ, iteꝛnꝯ in cõmentarijs uertit, quod non recto pede incedunt. id autem refertur ad cæteros, nõ ad Petrum. Aliter enim hi ſimulabant, aliter Petrus. Petrus diſſimulabat potius ꝯ ſimulabat, ne quid offenderet ſuos. Cæteri diſſimulabant, ſuſpicantes aliquid admiſſum aduerſus bonos mores. Certe Auguſtinus in epiſtolis quibus ſup hoc loco conflictatur cũ Hieronymo, multitudinis numero legit, atꝯ itẽ Ambroſius, Recta uia incedunt. Neꝯ rurſus eſt, nõ recte ambulare, hoc eſt, errare à uia, ſed claudicare & uacillare, quod parum eſſent firmi in eo quod erat ingenue tuendum, nunc huc propenſi, nunc illuc. Et quoniã Moſaica lex erat in confinio, fieri poteſt, ut Petrus quoꝯ nõnihil addubi-

Claudicare ὀυκ ὀρθοποδοῦν

tarit, an

tarit,an palàm lex esset negligenda. Verum hoc ipsum erat uacillare,nõ autem flagicium admittere,cum neq; Paulus neq; Petrus iudicarit legis obseruationẽ ad salutem requiri. licet Paulus quoq; coactus sit Timotheum circuncidere,& tondere caput,non superstitione,sed obsequio. Hactenus certe nulla mentio de mendacio. Neq; quisq; negat pium hominem alicubi recte simulare ac dissimulare. Et ostendimus ex hoc loco nihil esse necesse producere mendacium. Neq; Petrus cogebat gentes Iudaizare, quod id ageret, ut illos in Iudaismum pertraheret, sed quod hanc ansam quidam arriperent ex illius dissimulatione. Dixi Cephæ.) Græci legunt πέτρῳ. id est,Petro. neq; refert ad sensum. Quod eñ Græcis sonat πέτρος,id Hebræis ac Syris sonat Cephas,autore Hieronymo. Cephas Petra.

Corã omnibus.) Hic exponit quid ante dixerit,κατὰ πρόσωπον,id est,in cõspectu omniũ, quorũ gratia hæc dicũtur. Scientes autẽ.) Autẽ,cõiunctionẽ non reperio in Græcis exẽplaribus,nec opus est. nisi subaudias in superiore parte uerbũ sumus,ut ita legamus, Nos sumus nati Iudæi,ex sanctis patribus orti,sub lege sancta nati. non autẽ ethnici,qui sine lege ex impijs ac profanis maioribus ꝓducti sunt.& tamẽ ipsi sic nati cogimur diffisi legi nostræ,ad Christi fidem confugere,si uelimus esse salui. quo minus persuadendũ est ethnicis,ut à lege Moysi sperẽt salutẽ. Porrò natura Iudæos dixit,ad discretionẽ prosely torum. Natura Iudæi.

Nisi per fidem Iesu.) ἐὰν μή,id est,si non. In Iesum Christũ credimus.) ἐπιστεύσαμεν, id est,credidimus,præteriti temporis. & ita legit Hieronymus.

Propter quod ex.) Propterea quod,διότι. Reædifico.) οἰκοδομῶ, id est,ædifico, nam præcedit πάλιν,id est,iterum. Mortuus sum.) ἀπέθανον, id est,mortuus fui, ut sit præteriti temporis,hoc est,per legem fidei,desij esse obnoxius legi Mosaicæ.

Confixus sum cruci.) χριστῷ συνεσταύρωμαι, id est,Christo concrucifixus sum,siue cum Christo crucifixus sum. Quod nunc uiuo.) Rursum ὃ pro ὅτι posuit,quemadmodum indicauimus in epistola ad Rhomanos. Quod enim uiuit,uiuit deo. Quꝺ uiuo. ὃ pro ὅτι.

In fide filij dei.) ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ. Articulus additus,discernit fidem Christi à reliqua fide. quod ita poterat exprimi. In fide uiuo,fide inquam filij dei. Mirum autem ut relicta narratione, uelut oblitus sui, rem prosequatur, ut parum liqueat ubi desierit obiurgare Petrum. etiamsi Hieronymus existimat usq; ad huius capitis finem esse Pauli reprehensionem. Ex Ambrosio nihil satis liquebat.

Non abijcio.) οὐκ ἀθετῶ, id est,non reijcio,non repello,non sperno. Ambrosius legit, Non sum ingratus gratiæ dei. Augustinus,Non irritam facio gratiã dei. Videbatur asper naturus Christi gratiam,si Moysi legem recepisset,ut necessariam ad salutem.

Frustra Christus mortuus est.) δωρεὰν, quod idem & gratis sonat. Est autem ratiocinatio ab impossibili,quod si nemo tam demẽs est,ut dicat Christum gratis esse mortuũ, non contingit salus ex obseruatione legis Mosaicæ. Argumentatio ab impossibili.

EX CAPITE III.



Insensati.) ἀνόητοι, id est,stulti. Atq; ita legit Augustinus in cõmentario quẽ ædidit in hanc epistolam. alioqui durius uerbum est insensati,& contumeliosius. Græca uox magis sonat rudes,parũq; cordatos,præsertim quod Galatæ è ferocioribus Galliarum partibus sint profecti. Hilarius ipse Gallus,in carmine hymnorum,Gallos indociles appellat. Addit Hieronymus sibi uisam Ancyram Galatiæ metropolim,in qua magna uetustæ ruditatis uestigia resederint,& ex horum finitimis prodigiosas hæreses exortas Cataphrygum,Ophitarum, Borboritarum,& Manichæorum. Cæterum linguam excepta græca,qua tũc totus ferè Oriens utebatur,fermè eandem fuisse,quæ tum esset Treuirorum. Nam apud hos uersatus est Hieronymus. atq; haud scio,an quæ nunc est Germanorum lingua,fuerit olim Gallorum. Interpres quod hic insensatos uertit,mox uertit stultos,suo more lasciuiens copia. Galatæ qui.

Quis uos fascinauit.) Fascinare dicuntur Latinis, qui aspectu malefico lædunt, sed apud Græcos βασκαίνειν,quo uerbo hic usus est Paulus,significat & inuidere,ut intelligas inuidia motos quosdam,uoluisse Galatas ad seruitutem legis reuocare. Hieronymus secundo aduersus Iouinianum libro uertit impediuit. At Paulus uidetur hoc uerbum usurpasse,pro eo quod est,incantauit,& oculis ueluti præstigio imposuit. βασκαίνειν enim græcis dictũ est πρὸς τὸ φάεσι καίνειν,quod per oculos noceat fascinator. Porrò Paulũ de ocu Fascinare.

lis deluſis ſentire,teſtantur propemodum,quæ mox ſequuntur,Ante quorũ oculos Chriſtus Ieſus præſcriptus eſt,& in uobis crucifixus. Eſt aũt planè præſtigiũ genus,ut id quod coràm cernas, non uideas. tum id quod non eſt,id uidere te putes. etiamſi Demoſthenes eo uerbo uſus eſt pro calumniari ſiue accuſare in oratione pro Cteſiphonte. Heſichyus addit ꝓprie de ingrato dici. Faſcinum autem pueris potiſſimum creditum eſt nocere.& ob id illos ſtultos appellat,nihil ueritus ſententiam euangelicam, Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis.ſiquidem hoc non indignationis, ſed charitatis conuicium eſt.& tamen mitigat illorum admiſſum,cum tantam cæcitatem faſcino tribuat.

Non credere ueritati.) Non obedire, μὴ πείθεσθαι, id eſt,ne obtemperaretis ueritati. quanquàm hæc particula ab Hieronymo prorſus omittitur, quod neget inueniri in exemplaribus Adamantij. In uetuſtiſſimo atq; emendatiſſimo exemplari bibliothecæ Paulinæ,non addebatur in contextu, ſed neſcio quis recentiore manu ſubnotarat procul in ima margine.Eandem particulam adiecerũt & alio loco inferius,ubi pro ἐβάσκαινομ mutatum eſt ἀνέκοψεμ. Ante quorum oculos.) ὃις κατ᾽ὀφθαλμοὺς ὁ ἰησοῦς χριστὸς προεγράφη,id eſt,quibus ſub oculis Chriſtus Ieſus præſcriptus eſt.quod miror quare uerterit proſcriptus,cum ea uox Latinis multo aliud ſignificet.niſi quod Græci quoq; proſcriptionem (id erat apud Rhomanos damnationis genus) προγραφὴμ appellant. Poteſt autẽ ſenſus eſſe duplex,Galatas adeo dementatos fuiſſe,ut id quod manifeſtiſſimum eſſet, & oculis expoſitum,tamẽ non cernerent,obcæcati.Aut adeo nihil uidere,ut crederent Chriſtum proſcriptione periſſe, & uulgari more crucifixum eſſe. Poſteriorem ſenſum ſequuntur Auguſtinus & Ambroſius. Mihi prior magis arridet ut ſimplicior, minuſque coactus. quanquàm Auguſtinus legiſſe uidetur præſcriptus, non proſcriptus, utpote loquens de præſcriptione poſſeſſionum, quæ per occupationem tranſferuntur ad ius alterius.Ipſius uerba ſi quis forte requiret aſſcribam. Ante quorum oculos, inquit, Chriſtus Ieſus proſcriptus,eſt crucifixus,hoc eſt, quibus uidentibus, Chriſtus Ieſus hæreditatem ſuam,poſſeſſionemq; ſuam amiſit. his utiq; auferentibus eam, dominumq; inde expellentibus,qui ex gratia fidei per quam Chriſtus poſſidet gẽtes,ad legis opera eos qui crediderant reuocabant Chriſtum,auferendo illi poſſeſſionem ſuam. Ac paulo inferius. Vt hinc eos maxime moueret, cum conſyderarent quo precio emerit poſſeſſionem,quam in eis amittebat, ut parum eſſet gratis eum mortuum,quod ſuperius dixerat. Illud enim ita ſonat.tanquàm nõ peruenerit ad poſſeſſionem pro qua ſanguinem dedit,proſcriptione autẽ etiam quæ tenebat aufertur.Sed hæc proſcriptio non obeſt Chriſto,qui etiam ſic per diuinitatem dominus eſt omniũ, ſed ipſi poſſeſſioni, quæ huius gratiæ cultura caret. hactenus Auguſtinus. Quibus ex uerbis ſatis opinor liquere,illũ agere de præſcriptione iuris,& toto hoc ſermone pro,poſitũ loco præ,in dictione proſcriptionis. At Ambroſius legit proſcriptus,mentionẽ faciens damnationis.Ne huius quidẽ uerba grauabor adducere lectori pigro ac diffidenti. Quia ſtultorũ,inquit,oculis Chriſtus proſcriptus uidetur, id eſt,ſpoliatus uel cõdemnatus.prudẽtiũ uero oculis & ſenſibus,nõ ſolum nõ cõdemnatus,ſed ipſe mortẽ cruce ſua damnaſſe uideẽ. Ac mox. Sed quia hi indigne cœperant ſentire,tranſlati ad legẽ, idcirco mentibus eorũ Chriſtum cõdemnatũ uideri conqueriẽ.huc uſq; Ambroſiana recẽſuimus. Vulgarius legit præſcriptus,hoc eſt, ante oculos ueluti depictus.nam Græcis γράφειμ & pingere eſt. Hac hyperbola notat certiſſimã illorũ fidem, qui certius crediderint Chriſtum morte ſua liberaſſe genus hominũ, & qui coràm cõſpexerant illum ſublatũ in crucẽ.& ob hoc ipſum magis indignatur illos relabi in Iudaiſmũ, ueluti deſciſcẽtes à Chriſto.Hieronymus legiſſe uideẽ præſcriptus,hoc eſt,ante ſcriptus, in uobis crucifixus,& illud in euangelio legeretis,uidelicet legẽtibus & credẽtibus uaticiniis prophetarũ,qui multo ante id fore prædixerant. Illud admonendũ, græcam uocem προεγράφη cõmunẽ eſſe ſcripturæ & picturæ. Quod ſi placet prior illa ſententia,quæ mihi certe magis probatur,& cõſentiunt Græcorũ ſcholia,magis quadrabit,depictus ante oculos,& præſcriptus. Sic enim crediderant Chriſtum crucifixum,quaſi cõſpexiſſent oculis.

Et in uobis crucifixus.) Et,redundat. Et in uobis accipi poteſt, ꝓ inter uos,ſi primus ſenſus placet,quẽ recenſuimus. Non quod inter eos Chriſtus fuerit crucifixus,ſed quod ita notum ac prædicatũ,ut nõ minus noſſent credidiſſentq;,& ſi inter ipſos res fuiſſet geſta,

• Additum apud nos.

Præſcriptus προεγράφη.

Triplex ſenſus.

Et,ſupereſt.

An ex

An ex operibus legis.) An, hic redundat, nec additur à diuo Hieronymo, nec ab Augustino, nec habetur in uetustis exẽplaribus. Nec enim simpliciter rogat utrum sit ẽ duobus, sed prius proponit uelut absurdum dictu, deinde per correctionẽ infert quod uerũ est, perinde quasi dicat, Ex operibus legis spiritũ accepistis, an potius ex auditu? Iam illud ex auditu fidei, tametsi à nobis intelligitur, tamen latinis auribus insolens est. Neq; eñ ut Græci famam siue rumorem ἀκοὴν uocant, itidem & Rhomani. Proinde dilucidius erat, ex prædicatione fidei, hoc est, ex fide quam ex nobis audistis, nõ ex lege didicistis. Quis enim ferat sic loquentẽ, auditus occisi regis cõsternauit populum, pro eo qd erat, rumor de rege occiso? Nos itaq; pro auditu, uertimus prædicationẽ. Vt cum spiritu.) Vt, apud Græcos non est, sed spiritu cum ceperitis, nunc carne consummamini ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε, nisi quod præpositio est in uerbo cõposito, uelut Horatius. Congestis undiq; saccis indormis inhians. Item Vergilius, Viribꝰ indubitare meis. Atq; hoc ipsum in, positum est pro per. Vnde magis quadrat spiritu & carne.

Auditus, p fama.

Sine causa.) εἰκῇ, id est, frustra siue temere. Præbuit uobis.) ὁ ἐπιχορηγῶν, id est, suppeditans siue subministrãs, ὁ ἐπιχορηγῶν & ὁ ἐνεργῶν poterant esse præteriti tẽporis, id est, qui suppeditabat, & qui operabat, ut subaudias deinde uerbũ item præteriti tẽporis, tribuerat aut simile quippiam. Verum Hieronymus admonet rectius legi uerbum præsentis temporis, quod spiritus non desierit subministrare dotes suas. Petrus Lombardus theologicarũ sententiarũ, libro. 1. dis. 14. c. sed hinc. ex Augustini sententia, putat hoc qui præbuit uobis, ad Pauli personã referendũ, cum Hieronymus & Vulgarius ad deum referant, quod palam est ex illorũ interpretatione. Et operatur uirtutes.) Operat, nõ ad spiritũ, sed ad eum refertur qui suppeditat. Sicut scriptũ est.) Scriptũ est, redundat. Et Hieronymus legit, sicut Abraham credidit deo. Nec apparet aliter legisse Ambrosium, qui subijcit, Ostendit exemplo Abrahæ, qui pater fidei est &c. Exẽplum igitur adduxit, nõ scripturæ testimoniũ. Cognoscite ergo.) γινώσκετε ἄρα, id est, scitis igitur. atq; ita legit diuus Hieronymus, cognoscitis ergo. & huic cõsentiens Ambrosius. etiamsi græca uox anceps est. Prænunciauit Abrahæ.) προευηγγελίσατο, id est, anteeuangelizauit, ut exponẽdi gratia sic loquamur. Nam euãgelium Græcis sonat bonum ac lætum nuncium, etiamsi apud Homerum Penelope promittit euangelium, hoc est, præmium, quod dari solet ijs qui rem lætam primi nunciarint. Proinde quod in euangelio Christi fuit exhibitũ, id multo ante euangelium promissum est Abrahæ, quod hic appellat præeuangelizauit. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur.) εὐλογοῦνται, id est, benedicuntur præsentis temporis. In promisso uerbum erat futuri temporis εὐλογηθήσονται, hic præsentis. Scio parum esse latinum benedicentur & benedicuntur, sed huiusmodi quædam uitari prorsus nõ possunt. Dici poterat, benedictionem consequentur. At ne sic quidem uitatum fuisset orationis uicium. Conijcere licet & Ambrosium ita legisse, licet depraua-tus sit locus. Certe Græcorũ scholia cum sua scriptura consentiunt. Sub maledicto sunt.) ὑπὸ κατάραν, id est, sub maledictione siue execratione. quod commode reddi poterat, maledictioni obnoxij sunt. Quoniam autẽ.) ὅτι δέ, id est, quod autẽ. & sic legit Ambrosius. nam quoniã, hoc loco nõ quadrat. Maledictus omnis homo.) Locus est Deuteronomij cap. 27. Iuxta Septuaginta ita legitur. Maledictus oms homo qui nõ permanserit in oms sermonibus legis huius, ut faciat illos, & dicet oms populus, fiat. Apud Aquilam uero sic. Maledictus qui nõ statuerit uerba legis huius ut faciat ea, & dicet omnis populus, uere. Symmachus ad hunc uertit modũ. Maledictus qui nõ firmauerit sermones legis istius, ut faciat eos, & dicet omnis populus amẽ. Theodotio sic transtulit. Maledictus qui nõ suscitauerit sermones legis huius facere eos, & dicet oms populus amẽ. Addit Hieronymus in hoc testimonio, quẽadmodũ & in cæteris, magis curæ fuisse apostolo, ut sensum redderet q̃ uerba. Deinde hæc uerba, oms homo, & in oms, quoniam apud solos habentur Septuaginta, aut addita fuisse à Septuaginta, aut à Iudæis fuisse erasa, præsertim cum ea cõpererit Hieronymus in hebræis uoluminibus Samaritanorũ. At ego non uideo causam admodum grauem, cur quisq; Iudæus uoluerit ea radere, quæ pro Iudæis faciant, non contra Iudæos. Nam ijs optandum etiã erat, uniuersum hominũ genus legi suæ reddi obnoxiũ. Et adeo uolebant omnia quæ legis sunt obseruari debere,

Augustinus a græcis dissentiens.

Benedictio & maledictio Theologorum uocabula.

Libri Samaritanorũ.

ut multa etiam adiecerint. Qui non permanserit.) ὃς οὐκ ἐμμένει, id est, qui nō permanet, etiamsi id nihil ad sensum. Ex fide uiuit.) Viuet ζήσεται, ut antea admonuimus in epistola ad Rhomanos. Indicat Hieronymus & ita posse distingui. Iustus ex fide, deinde subdatur, uiuet, ut sit sensus. Is qui uere iustus est, nō ex operibus legis, sed ex fide, is uicturus est. Ex eiusdem interpretatione palam est, illum legisse uiuet, non uiuit. Porrò quomodo uarie habeat̄ hic locus apud interpretes græcos, dictum est in epistola ad Rhomanos. Ex maledicto legis.) ἐκ τῆς κατάρας, id est, ex maledictione, ut legit Hieronymus in secūdo dialogo aduersus Pelagianos, siue detestatione. Et rursum, factus ꝓ nobis maledictum κατάρα, id est, execratio. Miror cur hic placuerit maledictum, cum ea uox Latinis longe aliud significet, nempe conuicium.

Distinctio noua.

Factus ꝓ nobis maledictus.) κατάρα, id est, maledictum, ut habetur in uetustis exemplaribus, siue maledictio, aut execratio. sicuti pestilentem, pestem uocamus.

Maledictus omnis qui pendet in ligno.) Locus est Deuteronomij uicesimo primo capite. Paulus prudens ac sciens, opinor, in hoc testimonio prætermisit mentionem dei. Nam Aquila & Theodotion uerterunt, maledictio dei est. Septuaginta, maledictus à deo. Symmachus, in blasphemiam dei suspensus est. Hebion hæresiarches, semijudæus, ac semichristianus ad hunc interpretatur modum, ὅτι ὕβρις θεοῦ ὁ κρεμάμενος, id est, iniuria siue contumelia dei est qui pendet. Addit Hieronymus in altercatione Iasonis & Papisci, quæ græco sermone cōscripta fuerit reperisse, λοιδορία θεοῦ ὁ κρεμάμενος, id est, conuicium dei qui pendet. Ad hæc Iudæus Bar hanina, quo nocturno præceptore fuit usus Hieronymus, adiecit & ita legi posse. Quia contumeliose deus suspensus est. Demiror autem cur hic tantopere laboret, ne Christus dicatur maledictus. cum Paulus eundem dicat esse factum peccatum. Nimirum ut peccatum erat Christus, ita erat & maledictio.

Christus maledictum.

Tamen hominis testamentum.) ὅμως ἀνθρώπου, quod reddi poterat, hominis licet testamentum, ut statim subaudias, multomagis id oportere fieri in deo. Etiamsi uideo posse connecti cum eo quod præcessit, secundum hominē loquor, hoc est, adferam exemplum rerum humanarum, quæ nullo pacto conferendæ sunt cum rebus diuinis. Et tamē in humano testamento nemo quicquam rescindit aut immutat. tantum ualet hominis decretum ac placitum. Confirmatum testamentum nemo spernit.) κεκυρωμένην διαθήκην, οὐδεὶς ἀθετεῖ, id est, confirmatū siue comprobatum testamentū, nemo reijcit aut rescindit. Nam uerbum hoc ἀθετεῖ paulo superius uertit, abijcit. Ambrosius legit, confirmatum autoritate. Contrarium est illi ἀκυροῦν, quod est irritum facere & rescindere.

Tamē noue positum.

Aut superordinat.) ἐπιδιατάσσεται, id est, adiungit & præter illud aliquid ordinat, hoc est, nec demit, nec addit, nec derogat, nec arrogat. Quasi in multis.) ὡς melius hic quadrabat tanc̄ꝫ. Subnotat diuus Hieronymus Paulum hoc argumento abusum apud crassos Galatas, quod sciret alioqui nō probatum iri prudentibus aut eruditis. atq; ob id præmonuisse prudentē lectorē, Fratres, secundum hominē dico. Negat em̄ usc̄ꝫ feminis uocem, poni in literis sacris, nisi numero singulari. & tamē hoc torquet apostolus uelut in argumentū quo doceat promissum hoc, in solum Christum cōpetere. Mihi magis uidet̄ ideo testatus, qđ humano more loqueret̄, quod à rebus humanis similitudinē ducturus esset, ad res diuinas docendi gratia. Sic & Vergilius, Si magna licet componere paruis. Iam illud uel citra monitorem oportet esse notum, præpositionē in, usurpari loco per, in semine tuo, per semē tuū. Semē autē uocat posteritatē. Testamentū confirmatū à deo.) διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς χριστόν, id est, testamentū ante confirmatū à deo in Christum. In Christum additur apud Græcos, & item apud Ambrosium. Admonet hoc loco diuus Hieronymus, si quis diligenter expendat hebræa uolumina, quoties Septuaginta uerterunt διαθήκην, id est, testamentū, Hebræis esse בְּרִית, qđ pactum sonat potius, c̄ꝫ testamentū. nam in pactis requirit̄ fides, Cæterū apud crassos Galatas, Paulus nō putauit agendū exactius. Ita Hieronymus. Quasi uero Paulus nō & alijs cōpluribus locis secutus sit æditionē Septuaginta. Iam uero de numero annorū, an satis consentiant cum narratione Geneseos, differit acute diuus Augustinus libro de ciuitate dei. 16. cap. 24. ne nos huiusmodi appendicibus plus satis oneremus hoc institutum.

Paulus torquens scripturam in argumentū.

Non irritum facit.) οὐκ ἀκυροῖ, quod contrarium est illi κυρόω, quod non tam est comprobare

probare,quam cum autoritate decernere,& legitime transigere rem, ut deinde ratum sit, quod actum fuerit. Per repromissionem donauit deus.) κεχάρισαι,uerbum à χάρις dictum à gratia,quam Paulus ubiq; opponit operibus legis Mosaicæ.

Quid ergo lex,propter transgressiones.) Augustinus in commẽtarijs ita iubet distin/gui. Quid ergo? deinde subnectatur responsio, lex propter transgressores addita fuit. Verum id retractat, putatq; satius esse distinguere, quemadmodum nos distinximus. Quid ergo lex? ac deinde sibi respondeat Paulus, propter transgressiones addita fuit. Distinctio.

Posita est.) προσετέθη,id est,addita est,siue apposita est.nisi legas προετέθη.

Cui promiserat.) In quodam codice legi ᾧ ἐπήγγελται,id est,quod promissum fuit. in alijs erat ᾧ. Neq; enim opinor apud Græcos idem fieri in recto,quod in huiusmodi fit in obliquis,ut articulus postpositiuus congruat antecedenti,non suo uerbo.

In manu mediatoris.) μεσίτου. Fortassis & hæc una est ex his dictionibus, quas ceu pe/culiares diuinæ scripturæ mutare non possumus,nisi placet conciliator,aut intercessor. Mediator uerbũ theologicum.

Pædagogus noster fuit in Christo.) Melius hoc loco,in Christum, siue ad Christum εἰς χριστὸν. atq; ita legit Hieronymus,in secundo Dialogo aduersus Pelagium.

Vt ex fide iustificemur.) Ambrosius legit iustificaremur, ἵνα δικαιοθῶμεν.

Non est masculus neq; fœmina.) In cæteris usus est coniunctione neq;, in hoc ultimo iugo usus est οὐδὲ &,quæ tamen coniunctio idem pollet, ἄρσεν οὐδὲ θῆλυ. Admonet Hieronymus hic ἕλληνα,id est, græcũ p ethnico poni. Omnes em̃ uos unũ estis.) Vnum legere uidetur Hieronymus, Ambrosius & Augustinus. Cæterum Græci, unus, legunt genere masculino εἷς ἐστὲ,& interpretat̃ Vulgarius, siue quod iam Christi formam simus induti. Ac mihi sanè nostra lectio magis probatur,nisi quod magno consensu dissentiunt ab hac græcorum exemplaria. Vnus, pro unum.

Si autem uos Christi.) Hoc loco uideo ueteres tri/fariam legisse. Diuus Hieronymus ad eum legit modum ad quẽ scriptum comperimus in Græcorum exemplaribus, εἰ δὲ ὑμεῖς χριστοῦ,id est,quod si uos estis Christi. Diuus Augustinus hoc pacto legit, Omnes uos unum estis in Christo Iesu. deinde subijcit, quod sit ut hic interposita subdistinctione subaudiatur,uos estis unum in Christo.ac deinde in/feratur,ergo semen Abrahæ estis. Porrò iam quod Augustinus putat subaudiendum, id Ambrosius explicat ad hunc legens modum. Si ergo uos unum estis in Christo Iesu,er/go semen Abrahæ estis. Annotauit hoc Hieronymus,quoties de Christo fit mentio,pro/missiones multitudinis numero poni. uelut illic, Abrahæ autem dictæ sunt promissiones & semini eius,hoc est,Christo. Rursus ubi de his qui per Christum sunt Abrahæ, nume/ro singulari,uelut hoc loco, κατ' ἐπαγγελίαν κληρονόμοι. Triplex lectio.

EX CAPITE IIII.

Dico autem.) Hoc more Paulus loqui solet,quoties ingreditur interpretari quæ dixerit. Proinde dilucidius erat, quod dico tale est. aut, illud autem est,quod dico. Hæres paruulus est.) νήπιος, id est, puer siue infans, & ea ætate quæ nondum sapiat. Nihil differt à seruo.) διαφέρει ambi guum est,nam significat & antecellit.uerum hoc loco nihil refert.

Tutoribus & actoribus.) ἐπιτρόπους καὶ οἰκονόμους, id est, curatoribus & dispensatori/bus,hoc est, rei familiaris procuratoribus. Quanquam Hieronymus & Ambrosius atq; item Augustinus legunt,sub actoribus;pro autoribus. sic enim uocantur,quorum auto/ritate res geritur. Nam quod tum egerit pupillus, ratum non habetur. Porrò pueris pu/pillis dabantur tutores. furiosis & adolescentibus,curatores, qui pro illis rem adminis̃tra/rent. licet existimem hos & actores dici.

Præfinitum tempus.) προθεσμίας, quæ uox significat diem præscriptum ad quem ius alicuius duraret. Paruuli.) νήπιοι, de quo sæpius iam admonuimus.

Sub elementis mundi seruientes.) δεδουλωμένοι, id est,in seruitutẽ redacti, quod Am/brosius legit,subiecti,& referendum uidetur ad,sub elementa ὑπὸ τὰ στοιχεῖα. quasi dicas, sub elementa in seruitutem redacti. Græca uox elementi anceps est, quemadmodum & στοιχεῖον apud Græcos,quæ declarat interim initium ac primordium rei nascentis. interim ipsas literas. Nam & Aristoteles in physicis,inter ea unde cognitio rerum nascitur recen/set στοιχεῖα,id est,elementa,subijciens hæc principijs & causis. Et Iustinianus libros institu/ Distinctio.

tionum,

tionum, elementa iuris appellat, ueluti rudimenta. Paulus eodem uerbo usus est in epistola ad Colossenses, Videte ne quis uos depredetur per philosophiam, & inanem deceptionem, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου. Ac rursus in eadē, Si mortui estis cum Christo ab elemētis, ἀπὸ τῶν στοιχείων. Nec uideo cur diuus Hieronymus aliud quiddam uelit esse elementum hoc loco ad Galatas, & in epistola ad Colossenses. Certe utrobiq; de ceremonijs Iudæorum agit, & hominum institutionibus, quæ uelut exordia data sunt hominibus rudibus adhuc, & nondum capacibus euangelicæ doctrinæ. Nec ab his diuersum est, quod scribit ad Hebræos, Et cum deberetis esse magistri, propter tempus, rursum necesse habetis ut doceamini, quæ sint elementa principij sermonū dei, τίνα τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς. Hic sensus mihi uidetur esse germanus. reliqui, meo iudicio, magis ostentant eruditionē aut ingenium interpretis, quam ostendunt mentem Pauli. Neq; est cur nos moueat quod Paulus adiecit, elementa mundi. Mundum enim uocat, quicquid est uisibile & caducum. In huiusmodi rebus sita est superstitio ceremoniarum, ne gustaueris, ne tetigeris.

Elementa mundi.

Misit deus filium.) ἐξαπέστειλεν, id est, emisit, uel potius legauit. nempe cum mandatis. Nam id proprie sonat græca uox. aliud enim est πέμπειν.

Factum ex muliere.) Prius factum est græce γενόμενον. posterius γενόμενον, ut illud uertas natū, hoc factum est. Quanq; græci codices nō omnes distinguunt. Atqui Augustinus libro de trinitate & unitate dei, cap. 3. refert ad hunc modum. Misit deus filium suum, natum ex muliere, factum sub lege. Ac mox eiusdem operis, cap. 6.

Differenter ad nota.

Redimeret.) ἐξαγοράσῃ, quod ad uerbum sonat emercaretur, hoc est, dato precio assereret in libertatem. Vt adoptionem.) Græcis unica dictio est ὑιοθεσίαν, quam interpres, quo plenius exprimeret, periphrasi reddidit, quod adoptio uideatur latius patere.

Quoniam autem estis filij dei.) Redundat dei, nec admodum ad sensum facit. tantum agit de conditione liberorum. licet refragentur omnes Latini quos ego uiderim.

In corda uestra.) ἡμῶν, id est, nostra. Et abba pater, sicuti superius ostensum est ἀββᾶ ὁ πατήρ. Abba pater.) Non est ἀναδίπλωσις iuxta Hieronymum, cōsentiente & Augustino, & ni fallor, Ambrosio. sed abba peregrinum est uerbum, Hebræis Syrisq; commune, id interpretatur adiecto uerbo græco, qui mos peculiaris est scripturæ diuinæ. ut Bartimæus, filius Timæi, in euāgelio. Aser, diuitiæ, Thabita, dorcas, in Actis. & in Genesi Mesech, uernaculus, aliaq; his consimilia. Iam nō est seruus.) Es, secundæ personæ, non tertiæ ἔι. In nōnullis exemplaribus omnino non additur. tantum est οὐκ ἔτι δοῦλος, ut subaudias est, aut es, si mauis. Et interpres, iam, suum, nimis amat, aliàs gaudens, uel intempestiua uarietate οὐκ ἔτι ἔι, id est, non deinde es, non amplius es.

Abba pater.

Et hæres per deum.) Et hæres dei per Christum καὶ κληρονόμος θεοῦ διὰ χριστοῦ. Hieronymus legit, Et hæres per Christum, omissa mentione dei. Ambrosius & Augustinus legunt ut nostra habet æditio. Mihi magis ꝓbatur quod legit Hieronymus. Porrò dei uidetur additum ab interprete quopiam. absolutius enim erat hæres, si nihil addas ut opponatur seruo. Deniq; qđ adiecit, per Christum, suo more fecit Paulus, qui sic oīa dei beneficia uult ad nos à patre proficisci, ut per Christum filium ad nos ueniant, uelut insitos Christo. Cum cognoueritis.) νῦν δὲ γνόντες, id est, nunc autem posteaq; cognouistis deum. Imò cogniti estis.) μᾶλλον δὲ, id est, magis autem. Et ita legit Hieronymus. quanq; magis, hoc loco correctionem habet uerius quam comparationem.

Varia lectio

Quibus denuo.) Pro denuo, Græcis est πάλιν ἄνωθεν, id est, rursum ab initio. Et ἀναδίπλωσις ad uehemētiam facit. Et tempora.) καιρούς, id est, opportunitates. neq; eīm est χρόνους. Hæc autē ad festos Iudæorū dies pertinent. Timeo ne.) φοβοῦμαι ὑμᾶς, id est, timeo uos. & ita legit Ambrosius & item Augustinus, nec secus habetur in peruetustis exēplarib⁹. Verti poterat, timeo de uobis. Fratres obsecro uos.) δέομαι ὑμῶν, id est, rogo uos. Hæc uult diuus Hieronymus ad superiora referri ad hunc modum. Fratres obsecro uos, sitis ut ego, quoniā ego ut uos, hoc est, abijcite superstitionē Iudaicam, quam uidetis abiecisse me. Aut proficite ad meam perfectionē, quandoquidem ego memetipsum ad uestram infirmitatem inclinaui. Nam ut, mauult Valla quam sicut, non solum hic, uerumetiam in proximo loco.

Ordo.

Iamprídem.

Iampridem.) Græcis eſt,prius πρόπροσθεν. Tentationem ueſtram.) πειρασμόν μου, id eſt,tentationem meam ſiue mei.imò meam, ut intelligas Paulum tentaſſe Galatas ſuo ſermone humili & incondito. Quanq; ſermo græcus anceps, & Hieronymus uarie exponit. Nimirum tentatio Galatarum erat,quod homo humilis & malis humanis obnoxius,cum Chriſtum crucifixum prædicaret,neq; quicquam præterea magnificum, tamẽ immortalitatẽ polliceretur.Aut certe, laborauit illic aduerſa ualetudine,& cum cernerent corpuſculum morbis afflictum,tamen immortalitatẽ prædicanti crediderunt.Sunt enim qui putent Paulum crebro capitis dolore fuiſſe uexatum, atq; hunc ab eo uocatũ ſtimulum ſatanæ.Siue,quod cernerent ſuum apoſtolum contumelijs oneratum, inſectationibus agitatum,flagris cæſum,lapidibus obrutum. Poterant hæc illos ab admiratione illius alienare. Vbi eſt ergo.) τίς οὖν ἦν, id eſt,quæ ergo erat.& ita legit Ambroſius. Cæterum beatitudo non eſt μακαριότης, ſed μακαρισμὸς, quod magis ſonat beatificationem, à uerbo μακαρίζειν, quod eſt beatum dicere, ſiue iudicare,id quod non obſcure ſignificat diuus Hieronymus his quidem uerbis. Quamuis(inquit)eo tempore,quo euangelium iuxta carnẽ ſuſceperatis,beatos dicerẽ,quod in initijs feruebat,tamẽ nunc quia nõ uideo ædificio culmen impoſitum,& penè nequicquam iacta fundamẽta,cogor dicere, ubi eſt beatitudo ueſtra, qua uos beatos arbitrans ante laudabam? Tentatio ueſtri & ueſtra. μακαρισμὸς μακαριότης.

Aemulantur uos.) ζηλοῦσιν ὑμᾶς. Ea uox cum græcis diuerſos habeat uſus,tamen hoc loco recte uertereẽ,diligunt ſiue affectant,ſiue ambiunt, & zelotypia laborant erga uos. quod in fine ſubnotat & Hieronymus.Agit enim de quibuſdã, qui ſub prætextu amoris & ſtudij erga Galatas,hoc agebant, ut illos pertraherent in ſeruitutẽ legis Moſaicæ.

Sed excludere uos.) Græce eſt ἐγκλεῖσαι, id eſt,includere.quanq; græci codices hic uariant,cum in nonnullis ſit ἐκκλεῖσαι concludere,legi inuoluere, excludere à libertate Chriſti. Vulgarius legit & interpretatur excludere. Excludere Includere.

Vt illos æmulemini.) αὐτοὺς, ut ſe æmulemini. Bonum autem æmulamini in bono.) καλὸν δὲ τὸ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ, id eſt,bonum autem ſcilicet eſt,æmulari in bono ſemper.Bonum eſt alios imitari uelle, ſed non in quauis re,uerum in re bona.Et ad hunc modum legit Auguſtinus.Bonum autem eſt,ait, æmulari in bono ſemper. Interpres legiſſe uideẽ καλὸν δὲ ζηλοῦσθε.Nec ſono uocis diſtingui poſſunt græcis æmulari & æmulamini.quin & infinitum accipi poterat pro imperatiuo,ni additus eſſet articulus.Aliud autem declarat æmulari primo loco,q; duobus ſequentibus,in quibus tamẽ non eſt ſimpliciter imitari, ſed imitari cum admiratione ſtudioq; inſequendi.Nam id eſt quod paulo poſt dicit apertius, ſed ut in carne ueſtra glorientur. Cum præſens apud uos.) Tametſi conſentiunt omnes,tamen ſermo græcus anceps eſt, qui & hunc ſenſum habere poteſt, μὴ μόνον ἐν τῷ παρεῖναί με πρὸς ὑμᾶς, non ſolum in hoc quod adſum apud uos, quia dixit ante ἐν τῷ καλῷ. Honeſtum enim ſemper ſequendum eſt, etiamſi abſit is qui tradidit. Vellem autem eſſe apud uos modo.) Modo,hoc loco ꝓ nunc poſitũ eſt ἄρτι. Nec eſt eſſe,ſed παρεῖναι, id eſt, adeſſe.

Quoniam confundor in uobis.) ἀποροῦμαι, id eſt,perplexus ſum ſiue indigus ſum, ſic enim explicat diuus Hieronymus,quem nos ſecuti ſumus.quanquam apud Græcos ἀπορεῖσθαι, eſt aliquoties hærere,& inopem eſſe conſilij. Sic erat affectus Paulus, ut neſciret, quid ageret cum Galatis,quos uidebat omnino tendere ad ſeruitutem legis, & hoc magnis apoſtolis,ut putabatur, eò uocantibus. Cæterum quantum ex Hieronymi uerbis, licet conijcere, putat ille idem eſſe σύγχυσιν & αἰσχύνην, quorum prius cõfuſionem ſonat, poſterius erubeſcentiam,cum plurimum interſit inter hæc duo. Nam aliud eſt pudere & erubeſcere.aliud animo turbatum eſſe,ut neſcias quid ſit agendum.Etiamſi nõnunquam detorqueatur ad uehementem pudorem, qui turbare ſolet animum, & tenebras offundere,uelut apud Euripidem ὡς δ' ἄνολβον εἶχες ὄνομα σύγχυσίν τε. Quanquam hic quoq; perplexus poteſt intelligi,magis quam pudefactus.Nec erat quod hoc loco uerbum confundor mutaretur.niſi interpres aliàs libenter & frequenter uſus eſſet eo pro erubeſcere. alioqui belle explicabat græcam uocem ἀποροῦμαι. ἀπορεῖσθαι.

Legem non legiſtis.)Auditis, eſt græce, ἀκούετε.Hieronymus legit audiſtis,niſi mendum ſubeſt.

Per allegoriam dicta.) ἀλληγορούμενα, id eſt, quæ per allegoriam dicuntur. Eſt autem allegoria, cum aliud dicitur,aliud ſignificatur.

Vnum

Vnum quidem in monte.)A monte eſt græce ἀπὸ ὄρους.Et ita legunt & Hieronymus & Ambroſius. quanquam locus hic multis modis deprauatus eſt.Porrò græce ſic habet ἀπὸ ὄρους σινᾶ,εἰς δουλείαν γεννῶσα,ἥτις ἐστὶν ἄγαρ.τὸ γὰρ ἄγαρ σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ ἀραβίᾳ,συσοιχεῖ δὲ τῇ νῦν ἱερουσαλήμ, δουλεύει δὲ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς. ἡ δὲ ἄνω ἱερουσαλήμ, ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν, id eſt, A monte Sina in ſeruitutem generans, quæ eſt Agar.nam Agar,Sina mons eſt in Arabia,confinis eſt autem ei quæ nunc eſt Hieruſalem,ſeruit autem cum filijs ſuis. Porrò quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtrum.Admonent Græcorum ſcholia, cunctis his Vulgarius, montem Sina, Arabum lingua Agar appellari. eundem autem eſſe montem, diuerſis nominibus. Tametſi nihil huiuſmodi meminit Hieronymus in huius epiſtolæ commentarijs. Auguſtinus & Ambroſius legunt,quod eſt Agar,non,quæ eſt. Tametſi utraq; lectio ſenſum eundem exprimit, quod relatiuum nomen inter duo intercedens ſubſtantiua, cum utrouis ſolet congruere.præceſſit enim teſtamenta,& ſequitur nomen mulieris Agar. Niſi quod cum legimus quæ eſt Agar,amphibolon eſt,an quæ pertineat ad ſeruitutem. Etiam ſi in hac lectione ſenſus ferè eodem recidit.Siquidem,eſt,hoc loco poſitum eſt pro ſignificat,quod genus illud,Petra autem erat Chriſtus, annotante Auguſtino locis aliquot. Perpuſillum enim refert,utrum Agar typum habeat teſtamenti generantis in ſeruitutē legis,an ipſius ſeruitutis,quam habebat teſtamentum.Porrò illud generans,neceſſe ut ad teſtamentum referatur,quod ſignificatum fuiſſe uult in typo Agar.Deinde quod ſequitur, τὸ γὰρ ἄγαρ, non ad ancillam,ſed ad montem pertinet,quod uel ex ipſo genere deprehenditur,quod mons apud Græcos neutri generis ſit.Ambroſius uidetur græcum genus reliquiſſe, cum ait.In ſeruitutē generans,quod eſt Agar. Cæterū quod addit, quæ nunc eſt Hieruſalem, huc pertinet,quod olim ea ciuitas alijs nominibus fuerit appellata, primū Iebus, deinde Salem, deinde Hieruſalem uelut ex utriſq; compoſito uocabulo,poſtremo Aelia.

Locus obſcurus.

Hierūſalem multis dicta nominibus.

Lætare ſterilis quæ nō paris.) Teſtimonium adductum eſt,ex Eſaiæ cap.54. Hebræa ſic extulit Hieronymus.Lauda ſterilis,quæ non paris,decanta laudem & hinni quæ non parturiebas,quoniam plures filij deſertæ,magis quam eius quæ habet uirum.Verū iuxta Septuaginta legimus hunc in modum. Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis, quia plures filij deſertæ,magis q̄ eius quæ habet uirum. Symmachus ita uertit.Lætare ſterilis,quæ non peperiſti,gaude in exultatione & hinni, quæ non parturiſti,plures enim filij diſſipatæ,magis q̄ eius quæ erat ſub uiro. Ab hoc non diſcrepant Theodotion & Aquila,præterq̄ in pauculis uerbis. unde palam eſt hoc in loco Paulum uſum uerbis ſeptuaginta,quod per omnia ſenſus concordet cum hebraica ueritate.

Diſcrepant noſtra.

Cum filio liberæ.)Hieronymus legit,cum filio meo Iſaac.Atq; ita ſanè legitur Geneſis cap.21. Ad eundem modum legit Ambroſius. Quo magis admiror unde hæc ſcriptura in noſtros codices inuaſerit. Qua libertate Chriſtus.) Græca ſic habent τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν ᾗ χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε,στήκετε, καὶ μὴ ,id eſt libertate igitur,qua Chriſtus nos liberauit ſtate &c. ut libertate ad ſequentia pertineat, non ad ſuperiora. Tametſi Hieronymus ſecus uertit, ac ſecus legunt Ambroſius & Auguſtinus, hinc nouum ſermonis caput ordientes.State igitur &c.

Diſtinctio.

EX CAPITE V.

Ontineri.) μὴ ἐνέχεσθε ,id eſt,obnoxij ſitis aut implicemini ſeu illaqueemini.

Circumcidenti ſe.) περιτεμνομένῳ ,id eſt, qui circumciditur.

Euacuati eſtis à Chriſto.) κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ χριστοῦ, hanc uocem interpres cōſtanter ita uertit,cum ſignificet aliquid aboleri & irritum ocioſumq; fieri, & uelut antiquari. Idem eſt cum eo quod paulo ſuperius dixit, nihil Chriſtus uobis proderit. Si addicitis uos legi Moyſi, Chriſtus uobis eſt antiquatus & ocioſus. Hieronymus indicat hanc uocem καταργεῖσθαι,nō recte uerti ab interprete,cum ſit potius in opere ceſſare. ἀργὸς enim ocioſum eſt,uelut ἄεργος .unde dictum eſt καταργεῖσθαι.

καταργεῖσθαι quid.

Per dilectionem operans.) Rurſum hic operans, non ſignificat quod uulgus ſomniat,ſed quæ uim ſuam occultam exerceat in nobis, quod proprium eſt ſpiritus. Sentitur enim uis,cum ipſe nuſquam appareat. Nam legem uult parum efficacem uideri.contra fidem efficacem ἐνεργουμένη ,quod agens rectius uerti poterat.

Qui uos faſcinauit.) ἀνέκοψεν, quod Hieronymus & Ambroſius uertunt, impediuit.

Ex hoc loco

Ex hoc loco uidetur additum,nō credere ueritati.de quo ſuperius admonuimus.& quod illic uertit non credere, hic uertit nō obedire. Imò Hieronymus,hic admonet totum hoc, non obedire ueritati, nō inueniri in uetuſtis codicibus . etiamſi Græci codices hoc errore ſunt confuſi.Nec ad ſenſum facit addita particula,Bene currebatis,quis interrupit curſum ueſtrum? Nemini conſenſeritis.) Et hanc particulam uelut adiecticiam,præterit Hieronymus,cum nec in Græcis reperiatur codicibus,nec apud ullum illorum qui commentaria ſcripſerint in Paulum.Etiamſi Vulgarius interpres in contextu de ſuo addidit , cum nec ſit apud Græcos,nec in interpretatione fiat ulla mentio.Et tamen propemodum addi uinare licet Ambroſium hanc particulam addidiſſe,non addidiſſe autem ſuperiorem, nō credere ueritati, ſic enim explanat. Exercitium illorum in opere fidei bonum fuiſſe teſtatur,ſed nequicia malorum hominum detentos,ne curſum ſuum officio perſeuerante conſummarent. unde ut reſipiſcant hortatur,de cætero nulli eorum credentes,qui ut opera legis ſeruanda ſuaderent , euangelicæ ueritati non eos obedire ſinebant.Certe in contextu non additur apud Ambroſium hæc particula , Nemini conſenſeritis , ne apud Auguſtinum quidem. Perſuaſio hæc non eſt &c.) Græcis nec eſt hæc,nec ueſtra , ſed duntaxat ἡ πεισμονὴ, id eſt,perſuaſio.quanꝯ ſenſus non admodum pugnat. niſi quod hic ſignificat perſuaſionem non obtemperantium,ſed perſuadentium, ut referatur ad ſuperiorem interrogationem,Quis uos impediuit bene currentes?Nempe quorundā perſuaſio auocantium uos ad Moſaicas ceremonias,quæ perſuaſio non eſt profecta à Chriſto, qui aliò uos uocauit, nempe ad ſpiritualia.

Supereſt apud nos.

Perſuaſio:cætera ſupſunt

Totam maſſam corrumpit .) ὅλομ τὸ φύραμα ζυμοῖ, id eſt , totam conſperſionem fermentat,ſic enim uertit diuus Hieronymus in commentarijs.

Nihil aliud ſapietis.) φρονήσετε. Melius Ambroſius,qui legit ſentietis,hoc eſt, non eritis in alia ſententia,& non cogitabitis de nouando uitæ inſtituto.Nam id eſt,nihil aliud,nihil diuerſum,nihil nouum.quemadmodum dicimus aliud ab illo.

Quicunq; eſt ille.) ὅς τις ἂμ ᾖ .i. quicūq; fuerit,ſiue ſit.atq; ita legit diuus Ambroſius.

Ergo euacuatum eſt ſcandalum.) ἄρα κατήργηται, id eſt , ergo ceſſauit . ut non inelegānter exponit diuus Hieronymus quod uulgo uocant caſſatum . Admonet autem & hic græcam uocem rectius exprimere Pauli mentem ꝯ latinam.

Vtinam abſcindantur.) Vtinam & abſcindantur , addita copula ὡφὴ ἀποκόψονται, id eſt,amputentur etiam ſiue reſecentur.Eſt nonnihil emphaſis in coniunctione, non ſolum iudicentur, ſed etiam anathema fiant,penitus reſecti à ueſtro conſortio . Aut qui uos uolunt circumcidi,ipſi prorſus execentur,ut Paulus imprecetur exectionem totius membri, qui docerent circumciſionem.Attingit hunc ſenſum Ambroſius & item Vulgarius.ſed alter mihi uidetur apoſtolico ſenſu dignior.Auguſtinus ex maledictione facit benedictionem,ſic interpretans.quaſi Paulus precetur pſeudapoſtolis,non ut circūcidantur , ſed abſcindantur,hoc eſt ſpadones fiāt propter regnum cœlorum,ſic enim futurum,ut deſinant prædicare Iudaicam circumciſionem.

Senſus triplex.

Auguſtini coactus.

Qui uos conturbant.) οἱ ἀνασατοῦντες, id eſt,qui uos à ſtatu dimouent. Vnde Ambroſius legit, hi qui uos ſubuertunt.Nos uertimus,qui uos labefactant. Reſpexit enim ad id quod dixerat ſtate·Labefactatur autē quod à ſtatu ſuo dimouetur.Annotat uocis huius emphaſim diligenter Vulgarius. In occaſionem detis carnis.) Detis, uerbum apud Græcos non habetur.Et carni,dandi caſu profertur,non carnis,paterno.Et ſubaudiēdum eſt detis,ut admonet diuus Hieronymus,aut aliud accommodatius. Apparet Vallam accuſatiuum libertatem referre,ad uerbum quod ſequitur ſeruiatis,quaſi dicas,ne ſeruiatis libertatem ueſtram carni. Verum id præterꝯ quod ab omnium ſententia diſſidet , duriuſculum eſt & coactius . Vulgarius ſubaudiendum putat ἔχωμεν, id eſt,habeamus.Certe ut modo dixi,teſtatur Hieronymus,uerbum detis additum ab interprete,non poſitum à Paulo.Et neſcio quid gratiæ peculiaris habet hæc apoſiopeſis,in deterrendis ijs, quos nolis offendere. Sed per charitatem ſpiritus.) Spiritus in Græcis codicibus nō habetur, nec in Hieronymo,nec in Auguſtino , tantum apud Ambroſium legere memini , qui ſic etiam interpretatur,ut ſit quod opponat carni.

Additum aliquid.

Apoſiopeſis

Diliges proximum tuum.) Græci habent ἐν τῷ ἀγαπήσεις, id eſt,nempe in hoc, dili-

Dilectio proximi.

ges proximum &c. unde & nos ita uertimus. Admonet Augustinus multis uerbis hic de dei dilectione fileri, quod ea fingi possit, dilectio proximi facilius queat conuinci. Et consequitur, ut qui proximũ dure tractat, is nec deum amet. Subindicat idem, licet obscurius Ambrosius. Hoc admonẽdũ putaui, ne quis de suo adĳciat uelut omissum, quod a Paulo non est additum.

Mordetis & comeditis.) Pro comeditis, Ambrosius legit criminatis, si modo codex mendo uacat. Haud scio an exemplar illius habuerit διαβάλλετε id est calũniamini.

Dico autem in Christo.) In Christo, non additum est apud Græcos, nec apud Hieronymum, nec apud Ambrosium, ne in uetustissimo quidem exemplari Paulino. tantũ est, Dico autem, spiritu ambulate. Sic eñ indicat quorsum tendat totus hic sermo.

Et desyderia.) Desyderium est græce ἐπιθυμίαμ. Ambrosius legit, concupiscentiam carnis non perficietis, tametsi id nihil ad sententiam.

Hæc enim sibi inuicẽ.) Apud græcos pro enim est δὲ autẽ, ταῦτα δὲ, hæc autem. quanquam id quidem ad sensum haud magni refert.

In Catalogis crebro erratur.

Quæ sunt.) In plærisq; huiusmodi recensendis, latina nonnihil a græcis discrepant, librariorum opinor obliuione. Hæc græcis sic habent. μοιχεία, πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια, εἰδωλολατρεία, φαρμακεία, ἔχθραι, ἔρις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐριθεῖαι, διχοστασίαι, αἱρέσεις, φθόνοι, φόνοι, μέθαι, κῶμοι, id est, adulterium, scortatio, immundicia, lasciuia, idolorum cultus, uenefi cium, simultates, lis, æmulationes, iræ, contentiones, factiones, sectæ, inuidiæ, cedes, ebrietates, comessationes. Diuus Hieronymus sic legit. Quæ sunt fornicatio, immũdicia, impudicitia, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes. Ambrosius legit ad hunc modum. Adulteriũ, fornicatio, impuritas, obscœnitas, idololatria, ueneficium, inimicitiæ, contentiones, simulationes, iræ, simultates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes. De quorũ singulis, si quis uolet plenius edoceri, legat diui Hieronymi in hunc locũ commentaria. Illud iam admonuimus in epistolam ad Rhomanos, in φθόνοι & φόνοι, iucundam esse uocum allusionem, quã interpres ne potuit quidem reddere.

Non consequentur) οὐ κληρονομήσουσιν. pro quo Hieronymus possidebunt. Et expressius Ambrosius. regni dei hæreditatem non consequentur.

Patientia.) μακροθυμία, id est longanimitas, seu lenitas animi. quod iste suo more ferè uertit patientiam, quæ frequentius corporis quam̀ animi dicitur. etiamsi diuus Hieronymus putat nihil interesse. Ambrosius uertit lenitatem. Et hic catalogus, fructuum spiritus apud græcos sic habet ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, πραότης, ἐγκράτεια, id est charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia. Diuus Hieronymus aduersus Iouinianum sic legit, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Ambrosius ad hunc legit modum, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, spes, lenitas, continẽtia, castitas, bonitas. &c. Proinde non admodum ꝓbandam reor, quorundam anxiã diligentiam, qui in huiusmodi catalogis solent de numero laborare, & in distinguendis singulis superstitiose torqueri, cum ꝓbabile sit Paulum congeriem quandam malorum & bonorũ produxisse, quæ ferè cõsequi solẽt. nõ quod hæc sola sint, sed quod in his sit summa.

Non anxie numeranda quæ recensentur.

Origenis diuersa lectio.

Qui autem sunt Christi, carnem suã.) Hoc loco Origenes omissa una coniunctione δὲ, totam uariat sententiam, legens ad hunc modum, οἱ τοιοῦτοι, οὐκ ἔστι νόμος, οἱ τὸν χριστὸν τοῦ σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. aduersus huiusmodi non est lex, qui Christi carnem crucifixerunt cum uitĳs & concupiscentĳs, ut intelligas, non eos esse Christi, qui carnem suã crucifixerunt, sed aduersus eos non esse legem, qui Christi carnem in se crucifixerunt cum uitĳs &c. Nam Christi carnem cum laude crucifigi in pĳs hominibus, in quibus domiti carnis affectus. sed male recrucifigi, quod Græci dicunt ἀνασταυροῦσθαι ab ĳs qui redeunt ad pristinam uitam, post Christum semel acceptum. Verum exemplaria græca refragantur huic lectioni, etiamsi Hieronymo ꝓbatur Origenis sententia.

Ambrosĳ noua lectio.

Ambrosius legisse uidetur ad hunc modum, οἱ δὲ χριστοὶ &c. ut Christi nominandi casu sit, numero multitudinis, non paterni. Addit enim eos uocari christos, id est unctos, qui Christo deuoti sint.

Cum

Cum uitijs & cõcupiſcentijs.) παθήματα .i. paſſiões. ſiue ut legit Auguſtinus, affectus. Aduerſus Manichæos de geneſi, p affectus ponit perturbationes. In epiſtola. 39. legit, cũ paſſionibus & deſyderijs. Quãcp omnis cruciatus aut morbus, etiã corporis poteſt uocari πάθημα, & idcirco addidit, ἐπιθυμίαις, quod ppriũ eſt animi cupiditatibus, quemadmodũ indicauit & Hieronymus.

EX CAPITE VI.

Spiritu ambulemus.) κὴ στοιχῶμεν, quod Valla corrigit, contenti ſimus: uerum hoc magis adſentẽtiam Pauli facit, cp ad uocem græcam, στοιχῶμεν. quæ ſignificat ordine ſuo incedere, ut intelligas, contineamus nos intra ſpiritum, nec reſpiciamus legẽ. Actio motus quidã eſt uelut animãtis. At motus ab eodem proficiſcitur unde uita. Quod ſi uita nobis contigit è ſpiritu Euangelico, non ex lege, ſecundum eundem agamus. Neq; uideo quid Vallam moue rit, niſi forte legit στέγωμεν pro στοιχῶμεν. etiamſi non me clam eſt ad Vallæ ſententiam interpretari Vulgarium, στοιχῶμεν ἀντὶ τοῦ ἀρκεσθῶμεν. Diuus Auguſtinus legit, ſpiritu uiuimus, ſpiritu & ſectemur. Neq; ſecus interpretatur, cp legit. Ad quem modum q uertit, aut legit, aut certe ſomniauit στοχῶμεν. unde στοχάζω, quod ſignificat ad ſcopũ oculũ intẽdere. Varia lectio.

Inanis gloriæ cupidi.) Græcis una dictio eſt κενόδοξοι, id eſt, inaniter glorioſi &c. aut ut legit Ambroſius, inanem gloriam ſectantes.

Si præoccupatus.) προλημφθῇ, id eſt, occupatus. hoc eſt præuentus, antecp potuerit cauere. Quibus uerbis excludit omnino deſtinatam maliciam, & peccandi uoluntatem.

Huiuſmodi inſtruite.) καταρτίζετε, id eſt, inſtaurate, reficite, ſiue ſarcite. Ambroſi⁹ legit, humiliate, ſi tamen ſcriptura mendo uacat, quæ mihi prorſus ſuſpecta eſt. nam ex illius interpretatione non poteſt percipi quid legerit. aut ſi quid poteſt, legit emendate, cũ ait, Cum manſuetudine prouocandi ſunt ad reformandos ſe. Quod admonet hic Paulus ac ſacri doctores, nos parum meminimus. Si quid emendandum extiterit, tanto ſupercilio, tãta ſæuicia protinus intonamus. Ea res multos egregios uiros, à cõmunione eccleſiæ abalienauit, quomodo aperte de Tertulliano prodidit Hieronymus.

Conſyderans teipſum.) Mire mutauit repẽte numerum, σκοπῶν σεαυτὸν, magis ad ſenſum reſpiciens, quam ad uerborum ordinem. Et ex hoc loco diuus Hieronymus colligit uere dictum a Paulo, non tantum modeſtiæ cauſa, quod imperitus eſſet ſermone. At mihi uidetur non abs re mutaſſe ſubito numerũ, quod ſingularis numerus magis eſſet idoneus ad compellandam uniuſcuiuscp conſcientiam. Porrò durius erat dicere omnibus, cõſyderate uoſipſos, ne & uos tentemini. Et mira cautione ſemper hoc agit Paulus, ne quid offendat eos, quos ſtudet corrigere. Mutatis numerus. Paul⁹ græce imperitus.

Alter alterius onera.) ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε. Latinius reddidit Ambroſius, atq; item Auguſtinus, ſermone de uerbis domini uigeſimo primo. Inuicem onera ueſtra portate. citante ad eundẽ modum & aliàs utrocp. Verti poterat & ad hunc modum. Alij uiciſſim aliorum onera baiulate. Nam alter alterius, de duobus dicitur latinius.

Et ſic adimplebitis.) κὴ οὕτως ἀναπληρώσατε, id eſt, & ſic adimplete. Interpres legit ἀναπληρώσετε. nec magnopere refert ad ſenſum. Rurſũ redijt ad numerũ multitudinis. Quod aũt dixit, ne & tu, hoc ad unũquẽlibet retulit, ut admonuimus modo. Quanqp græca uox magis ſonat readimplete, hoc eſt, denuo adimplete, quaſi dicat, quod alterius delicto dimi nutũ fuit in legis obſeruatiõe, id aliorũ ſarciat charitas. Si quis ſe exiſtimet.) Græce paulo ſecus habet, εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι .i. ſi em̃ uidet aliquis eſſe aliquid, ut ſubaudias ſibi. Et uerbũ ſeducit, apud Græcos compoſita uox eſt φρεναπατᾷ .i. mentẽ ſeducit, & mentẽ ſuã decipit, ut exponit diuus Hieronymus. Eſt aũt pernicioſiſſimũ fallendi genus, ubi quis imponit ſibi. Auguſtinus libro de ſingularitate clericorũ cap. 2. legit, ſeipſũ implanat, ac ueluti græcã interpretans uocẽ ſubijcit, ſed implanator certe proprius, ſuã animam decipit. φρεναπατᾷ.

Et ſic in ſemetipſo.) κὴ τότε .i. & tunc, ut legit Ambroſius. Nec addit tantũ apud Græcos pleroſcp, licet in nõnullis addatur μόνον. Præterea quod Græcis eſt, εἰς σεαυτὸν .i. in ſeipſum, mox itẽ, ☞ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον .i. & nõ in aliũ, fortaſſis rectius tranſtuliſſet, apud ſeipſũ, & nõ apud aliũ. Quãcp haud me fugit huius præpoſitionis ancipitẽ eſſe naturã.

Vnuſquiſcp onus ſuũ portabit.) φορτίον, quod Ambroſius legit ſarcinã. Et portabit eſt

βασάσα, quod est baiulorū proprie. Cōmunicet autē qui.) Græce nō est uerbo, sed uerbum, accusandi casu, τὸν λόγον. quanq; accipi potest per Synecdochen, ut subaudias κατὰ præpositionē. Aut ita dixit catechizatur uerbū, sicut nos dicimus, docetur grāmaticā. Ambrosius græcā uocē expressit ad hunc modū, ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον, hoc est, qui uerbū dei audiēs est. Nā catechizare est tradere mysteria religionis Christianæ, id quod scripto facere fas nō erat. Illud autē, in omnibus bonis, ad cōmunicet referendū est, nō ad catechizat. Marcion, ut indicat Hieronymus, accusatiuū λόγον, refert ad uerbū cōmunicet, intelligens fideles & catechumenos simul orare debere, & magistrū in oratione cōmunicare cū discipulis, illo uel maxime elatus, quod sequat in omnibus bonis. Atqui si de oratione fuit sermo, nō debebat præcipi ei qui catechizatur, sed qui catechizat, hoc est, nō discipulo, sed magistro. Quanq; ea quæ cōsequūtur, hāc refellunt interpretationē, Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Hic uero Laurentius Valla nōnihil stomachatur, quod interpres græcā uocē reliquerit, cū alibi uertat. atq; ita uertendū putat, Cōmunicet autē qui docetur uerbū, cū eo qui ipsum docet in omnibus bonis. Illud addā de meo, posse λόγον hoc loco accipi pro ratione, ut intelligamus Paulū admonere, ut ratio dati & accepti constet inter eum qui religionē tradidit, & eū qui accepit. sed ita demum, si qui tradidit, syncere tradidit. alioqui iniquā fore permutationē, si pro perperā tradita religionis doctrina, reponatur beneficiū. Atq; ideo addidit in omnibus bonis, repetēs quod superius dixit, Bonū est æmulari in bono semper. Aduersus illos autē qui ad gloriā & quæstū insyncere tradebāt Christū, obiicit quod sequitur, Deus nō irridetur. Id sensisse uidetur Ambrosius, ascribēs, in malis dissentiendū ab illis, ut magis lex nobis dux sit q̄ homo. Vulgarius interpretatur de munificentia catechumenorū in catechistas, & huic consentiens Hieronymus. Nō irridetur.) οὐ μυκτηρίζεται, quod proprie est scommate ridere, & subsannare, nasoq; suspendere.

Cōmunicare uerbo.

Quæ em̄ seminauerit.) Græcis est singulari numero. Quod em̄ seminauerit homo, hoc & metet. Itaq; legit Ambrosius, & itē diu⁹ Augustinus. In carne.) Græce est, εἰς σάρκα .i. in carnē. quēadmodū mox, εἰς δὲ πνεῦμα .i. in spiritū. tametsi præpositio εἰς uarie usurpat.

Metet corruptionē.) θερίσει φθορὰν .i. metet corruptelā, hoc est, periturū fructum. nam huic opponit uitā æternā. Caro mortalis, fructus habet itē mortales. Spiritus æternus, fructus habet immortales. Siquidē aliàs quoq; ἄφθαρτον transfert immortalē, & ἀφθαρσίαν immortalitatē. Deficiamus & deficientes.) Apud Græcos diuersa sunt uerba. Nā deficiamus est, ἐκκακῶμεν. deficientes, ἐκλυόμενοι .i. defatigati. Ambrosius legit, infatigabiles, ut tempus quoq; participij redderet. Ad omnes.) Cur nō potius, erga omnes?

Qualibus literis.) πηλίκοις .i. qualibus, sed ita ut magnitudinē & admirationē significet. Hic magis ad affectū Pauli refertur, cui hæc res adeo fuerit cordi, ut nō grauatus sit suapte manu super ea scribere. Diuus Hieronymus putat reliquā epistolā aliena manu scriptā fuisse, Paulū aūt, ut omnē excluderet suspitionē suppositiciarū literarū, reliquū epistolæ suapte manu scripsisse. At cur nō potius, ut cū Hieronymi pace dixerim, uel ex hoc loco coniicimus totā hanc epistolā Pauli digitis exaratā fuisse? Fatetur Hieronymus uocē græcam πηλίκοις, magnitudinē significare potius q̄ qualitatē, & laborat, ut explicet, quomodo grādes sint hæ literæ. quasi illud senserit Paulus, hanc epistolā grandibus literarū figuris scriptā fuisse. Imò græci literas numero multitudinis & unā uocant epistolā, quēadmodū & nos. Igitur Apostolus ut ostenderet, quātopere sibi hæc res esset cordi, Videtis, inquit, q̄ grandē epistolā, mea ipsius manu scripsi. iam em̄ finierat epistolā. Nā in cæteris solet duntaxat subscribere, Mea manu Pauli. Nec est quod quenq; offendat datiuus γράμμασι, nō γράμματα. Vt em̄ loquimur multis & multa, ita scribimus paucis & pauca. Mecū facit Ambrosius, qui ex hoc loco colligit hanc epistolā esse holographam. Et tamen miror quare idem pro uidete siue uidetis, legat scitote, nisi forte scriptū habebat εἰδῆτε. Augustinus legit, uidistis, qualibus literis uobis scripsi. ceu manus agnitæ admonens, ne per alios fictis epistolis decipiantur. Vulgarius fatetur ex hoc loco colligi hanc epistolā Pauli manu scriptā fuisse. Cæterū quod dixit qualibus, nō pertinere ad magnitudinē literarū, sed deformitatē, quod Paulū uideri uelit imperitū scribendi, & tamen non grauatus sit utcunq; totā epistolā sua manu describere. Volunt placere in carne.) εὐπροσωπῆσαι, hoc est, iuxta faciē placere. Nā hinc græca uox composita est. Tantū ut persecutionē crucis nō.) Græce sic habet,

Excussa Hieronymi opinio.

μόνον

μόνον ἵνα μὴ τῷ σαυρῷ τοῦ χριστοῦ διώκωνται .i. ne cruce Christi persequantur. ut persequantur, passiue accipias, hoc est, ne crux Christi adducat illis persecutionē. Apud Ambrosiū non additur tantum, etiamsi additur apud Augustinū. Supplēdum est aliquid, quo sermo red datur absolutus. Tantum hoc agūt, ut fugiant inuidiā crucis Christi. Legē custodiūt.) Ipsi, deest, αὐτοί, quod addit & Ambrosius. Hieronymus legit, hi. Absit gloriari.) Absit ut glorier, siue ne contingat gloriari. Et quicunq; hanc regulā secuti fuerint.) Ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσι. Idē uerbū quod superius uertit, ambulemus, στοιχῶμεν, hoc est, quicunq; ad hanc incedent regulam. Et super Israel dei.) τὸν ἰσραήλ. ut intelligas uirū aut populum. Et addit dei, propter synagogam satanæ. De cætero.) τοῦ λοιποῦ, quod aliàs solet ὁ λοιπόν, ut subaudias ἀπό uel ἐκ. Nemo mihi molestus sit.) κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω .i. labores mihi nullus exhibeat. Et ad hunc modum uertit & exponit diuus Hieronymus. Augustinus legit, nemo laborē mihi præstet, haud tamē dissimulans in plerisq; codicibus haberi scriptum, nemo mihi molestus sit, libro de prædestinatiōe sanctorū, in ipso statim initio. Stigmata.) Græca uox est, significat autē notā impressam. Solent autē serui notari à dominis, ne quis alienus illos pro suis posset asserere. Sētit igitur se certas habere notas, quod sit seruus Iesu Christi, pro quo tam multa passus fuerat.

FINIS EPISTOLAE PAVLI AD GALATAS.

IN EPISTOLAM PAVLI AD EPHESIOS ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.

IDEM in hac epistola Pauli feruor, eadē profunditas, idem omnino spiritus ac pectus. uerū nō alibi sermo hyperbatis, anapodotis, aliisq; incōmoditatibus molestior, siue id interpretis fuit, quo fuit usus in hac, siue sensuum sublimitatē, sermonis facultas nō est assecuta. Certe stilus tantū dissonat à cæteris Pauli epistolis, ut alterius uideri possit, nisi pectus atq; indoles Paulinæ mentis hanc prorsus illi uindicaret. Sermo perturbatissimus huius epistolæ.

Qui sunt Ephesi.) τοῖς οὖσιν ἐν ἐφέσῳ, quod potest & in secūda legi persona, qui estis Ephesi. Est aūt Ephesus metropolis Asiæ minoris. Benedictus deus.) Bifariam potest distingui. Benedictus deus, ut hactenus sit diastole. deinde separatim adiiciatur, Et pater domini nostri Iesu Christi. Aut coniunctim, Deus & pater domini nostri Iesu Christi. Pater, quia genuit. Deus Iesu, secundū assumptum hominē. Id annotauit Hieronymus. In cœlestibus in Christo.) ἐν τοῖς ἐπουρανίοις χριστῷ .i. in cœlestibus, siue supercœlestibus Christo. ut sit Christo datiui casus. Ambrosius omittit hāc particulā, in Christo. Hieronymus legit in Christo. Si legis, benedixit nos Christo, sensus erit, benedixit nos in gloriā Christi. Si in Christo, sensus erit, per fidem Christi cōferri nobis hāc benedictionē. Ante cōstitutionē.) πρὸ καταβολῆς, quæ uox ita sonat, quasi dicas, ante iacta fundamēta mundi. Sic admonet & diuus Hieronymus, idq; uerbis cōpluribus. καταβολή.

Et immaculati.) ἄμωμους, quod magis inculpatos siue irreprehēsibiles q; immaculatos significat. Momos em̄ Græcis reprehensio est, siue deus reprehēsionis. In charitate.) Hæc uerba referri possunt ad superiora, ut intelligas nos inculpatos esse, & electos in charitate. uel ad ea quæ sequūtur, ut accipias nos prædestinatos in charitate. Quāq; græci codices

annectunt hæc superioribus. Et hoc annotauit Hieronymus. Qui prædestinauit nos.) προορίσας. Hieronymus & Ambrosius legunt, In charitate prædestinans nos. Verũ illud prædestinans apud Græcos præteriti temporis est, quasi si genus uerbi mutari poterat, dixisset prædestinatos siue præfinitos. Atq; hoc sanè loco uere uerbũ est prædestinandi, de quo in epistola ad Rhomanos nonnihil attigimus. Diuus Hieronymus hoc putat interesse inter ὁρίζειν & προορίζειν, quod prius illud tribuatur ijs quæ nunc̃q; nõ fuerint. Hoc posterius ijs, quæ cum aliquando non fuerint, deinde cœperint esse. de quibus si quid decretum aut cogitatũ fuerit priusc̃q; essent, prædestinatio est. Rursum si quid de domino Iesu Christo, qui nunc̃q; nõ fuit cũ patre, nec unc̃q; eũ ut esset uolũtas paterna præcessit, destinatio est. Vnde in epistola ad Rhomanos de filio dei loquẽs, ὁρισθέντος dixit, nõ προορισθέντος.

ὁρίζειν προορίζειν.

In adoptionẽ filiorum.) Græcis una uox, υἱοθεσίαν, qua significant eã adoptionem, qua quis in filij locũ adoptatur. ut superius admonuimus. In ipsum.) εἰς αὐτὸν. i. in sese, ut ad patrẽ fiat reciprocatio. quanc̃q; potest & ad Christũ referri, sed coactius. Nã per adoptionem efficimur fratres Iesu Christi, non filij iuxta mystici sermonis proprietatẽ, sed filij dei patris, uelut insiti corpori Christi, & unum cũ illo effecti. Secũdum propositũ.) κατὰ τὴν εὐδοκίαν. i. secundum placitũ, aut potius secundum beneplacitũ. Hieronymus putat uocẽ esse nouã, & à Septuaginta fictam, quo possent explicare quod est apud Hebræos רָצוֹן Rason. Porrò εὐδοκίαν proprie dici, ubi quid non solum placuit, sed etiã recte placuit. Nã placent, & quæ non recte placent. Ambrosius legit, secundum placitum uoluntatis.

εὐδοκία.

In laudẽ gloriæ gratiæ suæ.) Quidam codices perperam addunt coniunctionẽ, gloriæ & gratiæ suæ, cum sit δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ. i. gloriæ gratiæ suæ, ut intelligas laudari gloriã gratiæ diuinæ. Ambrosius legit, in laudẽ claritatis suæ. In qua gratificauit.) ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν. Et gratificauit hic sonat, gratos siue charos reddidit, ἐχαρίτωσεν, unde participium est, κεχαριτωμένη μαρία. In dilecto filio suo.) Filio suo, apud Græcos & apud Hieronymũ nõ addunt, ἐν τῷ ἠγαπημένῳ. i. in eo qui dilectus est. neq; em̃ hic est ἀγαπητός. Ambrosius legit, ut uulgata habet æditio. & omnino sentit de filio. uerũ eũ maluit signare nomine dilecti, ut intelligeres nos amari à deo, nõ ex nostris meritis, sed ob amorẽ, quo filiũ prosequitur pater, cui nos fratres esse uoluit. In remissionẽ peccatorũ.) In, præpositio nec est apud Græcos, nec apud Ambrosium, nec apud Hieronymũ, sed oportet annectere casum accusatiuũ per appositionẽ exponentẽ. Exponẽs em̃ quæ sit illa redemptio, subiecit remissionem peccatorum. Nam hæc est seruitus, unde redemit nos Christus.

In supereſt.

In nobis.) εἰς ἡμᾶς. i. in nos. In omni sapientia & prudentia.) Hæc uel ad superiora possunt referri, uel ad sequẽtia. ut sit sensus, quã affatim effudit in nos in omni sapientia & prudentia. siue notũ faciens nobis mysteriũ in omni sapientia & prudentia. Hieronymus posteriorẽ hanc distinctionẽ sequitur. Vt notũ faceret.) γνωρίσας ἡμῖν. i. patefacto siue notificato nobis mysterio. Interpres & Ambrosius, opinor, legit, γνωρίσαι. Hieronymus legit, notũ faciens, ut intelligas participiũ esse, quanc̃q; est præteriti temporis. Quod dicam, etiãsi nõ admodũ pertinet ad sensum, tamen haud est meo iudicio negligendũ. Videntur mihi cæteri parũ animaduertisse, quod legitur in Græcorũ codicibus. habent em̃ ad hũc modũ, ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς, ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει, γνωρίσας ἡμῖν. Verbum ἐπερίσσευσεν hoc loco positum est transitiue, hoc est, exuberare fecit. alioqui participium γνωρίσας nõ habet unde pendeat. Verti poterat in hũc modũ. De qua ubertim impartiuit nobis patefacto nobis mysterio &c. Certe palam̃ est Vulgariũ ita sensisse, qui ἐπερίσσευσεν interpretans, subiecit, τοῦτ' ἔστιν ἀφθόνως ἤνεγκεν. i. ampliter effudit. Sacramentũ.) Hoc loco mysteriũ significat, μυστήριον, & græca uoce utitur Ambrosius. Mysteriũ aũt Græcis dicit res arcana, neq; uulgo efferenda. Quod quidẽ deinde transfertũ est ad res sacras, quas potissimũ silentio ueneramur. Hic sentit diuinã uoluntatẽ de gentibus ad fidẽ uocãdis superioribus seculis incognitam fuisse mundo, Iudæis existimãtibus hoc promissum ad se proprie pertinere. at nunc quod latebat, innotuisse. Secundum beneplacitum eius.) Hieronymus legit, secundũ beneplacitũ, siue iuxta placitũ suũ. κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ. Quod proposuit in eo.) Si legas ἐν αὐτῷ, alpha aspirato, significat in seipso. Si mauis ἀυτῷ prima uocali tenui, refertur ad filiũ, in quo pater proposuit nos sibi gratificare. Hieronymus indicat differentiam inter προορισμὸν & πρόθεσιν, hoc est, inter prædestinationem & propositionẽ siue

περισσεύειν. transitiue.

propositum

propositum,quod illud pertineat ad ea quæ multo ante definimus in animo & fiant. hoc cum iam uicina est machinatio,ut penè cogitationem sequatur effectus.

In dispensatione.) εἰς οἰκονομίαν.i.in dispensationem.

Instaurare.) ἀνακεφαλαιώσασθαι.id est,recapitulari, hoc est,ut in summã conferrẽtur.Nã oratores uocãt ἀνακεφαλαίωσιν.i.recapitulationẽ,cum ea quæ sparsim ac fusius dicta sunt, summatim repetuntur,& simul iudici renouantur.Diuus Hieronymus legit,recapitulare, putatq; recte uerbum hoc a Latinis usurpari posse, & miratur quamobrem in latinis codicibus magis habeatur instaurare,& recapitulare.Sunt,quorum est Vulgarius, qui interpretãtur ἀνακεφαλαίωσιν,ut Christus fieret & angelorum & hominũ caput. Id quod conuenit ijs quæ paulo post sequuntur,& ipsum dedit caput. Recapitulari

Quæ in terra sunt.) τάτε ἐν τοῖς οὐρανοῖς,καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς,id est,& quæ in cœlis sũt,& quæ in terra. Quod additur in græcis codicibus,ἐν αὐτῷ.i.in ipso,nec apud Ambrosium reperio, nec Apud Hieronymum. Et magis quadrabat in eodem,quam in ipso. nam Græca uox anceps est,ut intelligas in uno & eodem comprehendi uniuersa, & uniuersam omniũ rerum summam ad unum Christum reuocari, & in uno semel esse quod per partes a multis ante petebat. Nisi mauis per eundẽ,ut respõdeat ad id quod sequit,In quo &c.siue per quem,ut sit sensus, per eũdem instaurata omnia per quẽ nos quoq; sumus adsciti in sortẽ & cõmunionẽ. Sorte uocati sumus.) ἐκληρώθημεν.id est, sorte electi sumus. Significat Hieronymus, uerbũ hoc partim a sorte,partim ab hæreditate dici, quod κλῆρος ambiguũ sit.Ambrosius legit,sortiti sumus,hoc est, in sortẽ & partẽ hæreditatis sumus adsciti. In libello ad uirgines legit,sorte constituti sumus. Secundum propositum.) Non est græcis εὐδοκίαν sed προθέσιν. Qui operatur omnia.) τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος. Ambrosius legit eũ qui cuncta creauit, si modo scriptura uacat mendo. At græca uox magis sonat, eius cuius ui & uirtute fiunt omnia, sicuti iam sepius admonuimus. atq; hoc pacto nos uertimus.

Qui ante sperauimus.) προηλπικότας .i. qui ante sperastis. Hoc diuus Hieronymus refert ad præscientiam diuinã,in qua sperauimus & antecq; mundus conderetur,uidelicet motus hac præpositione πρό. Vulgarius aliò refert,speramus iã nunc quæ nobis contingent futuro seculo,aut sperare cœpimus, pridẽ cum in Christũ crederemus. Ambrosius huc deflectit, ut pertineat ad apostolos, qui in Iudaismo quoq; uersantes, tamen spem habebant in Christo,quem ex prophetarũ oraculis expectabant. Prædestinatio.

In quo & uos cũ audissetis.) ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς ἀκούσαντες τὸν λόγον.i.in quo & uos qui audistis uerbũ. Diuus Hieronymus nõ inelegãter legit,In quo & uos audito uerbo ueritatis. Illud admonẽdũ,apud Græcos primã esse personam,nõ secundã, nos & nostræ. Cæteri ab hoc loco faciũt distinctionẽ,qui ante sperauimus in Christo. deinde separatim adijci-unt,In quo & uos, ut prius illud, referat ad apostolos siue Iudæos, secundũ ad Ephesios aut gentes. At mihi uidetur Paulus hoc loco subito mutasse personã, sensum magis attẽdens & sermõis leges. Cum eñ dixisset, ut nos essemus in laudẽ gloriæ illius, uelut exponẽs,quos dixisset nos, ne quis putaret eũ loqui tãtum de Iudæis, continẽter adiecit τοὺς προηλπικότας,quasi dicat, cum nos dico,sentio oẽs qui sperauerũt in Christo, inter quos sumus & nos.atq; illud nos ita dicit,ut suã personã cõiũgat cũ psona gẽtiliũ, cũ sit doctor gentiũ. Verũ in hoc sensu nõnihil obstrepit græca præpositio πρό.i.ante.Nã si de uniuersis accipiat q̃ crediderãt in Christũ, q̃ erũt illi qui ante crediderũt? Nisi placet sequi sensũ Hieronymi,quẽ calũniat Ruffinus,ut Origenicũ quiddã resipiẽs. Porro si placet mutare persona & legimus. In quo sperastis & uos,quẽadmodũ legit Hieronymus,id quod ex illius interpretatiõe palã est, nihil est quod nos offẽdat præpositio. Siquidẽ ante,referet ad Iudæos,qui priores uocati sunt ad fidẽ,& priores crediderũt in Christũ. deinde secutæ gentes. Quod si oñino placet prima persona, quẽadmodũ legũt Græci,tũ ante præpositio referri põt ad alios postea credituros. nã illi inter gẽtes primi crediderãt. Nisi mauis accipe cõfusam spẽ,quã gẽtiles sanabiles habebãt,& ante prædicatũ euãgeliũ.& si nondũ nouerãt Christũ,sperabãt tamẽ aliquo mõ salutẽ ueluti p somniũ. Euãgelij salutis.) Græcis p appositionẽ adiũgit euãgeliũ,ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας τὸ εὐαγγέλιον.i.qui audistis sermonẽ ueritatis,qd̃ est euãgeliũ salutis. In quo & credẽtes.) Credẽtes,apud græcos præteriti tẽporis est,πιστεύσαντες.i.postq; credidistis,uel quia credidistis,siue accepta fide,aut fideles facti: Ruffinus calumniator.

Signati pro obsignati.

Signati estis.) ἐσφραγίσθητε, quod significat, obsignati estis, quẽadmodum tabulas obsignamus in pactis. quia postea sequitur de arrabone, ut ostendat spem esse certam. Hunc locum adducit Didymus in libello de spiritu sancto, ratiocinans hinc spiritũ sanctum, nõ pticipatione alterius, sed suapte natura sanctũ ac bonũ esse, quod in sigillo quo character imprimitur archetypus sit boni. Si em̃, inquit, signantur quidam spiritu sancto, formã & speciẽ eius assumentes, ex his est spiritus sanctus, quæ habentur & nõ habent, habentibus illũ signaculo eius impressis. Ad Corinthos quoq; idem scribens. Nolite inquit contristare spiritum sanctum, in quo signati estis. signatos esse cõtestans eos, qui cõmunionẽ susceperunt spiritus sancti. Hæc adduximus, ut intelligat lector me non abs re græcũ obsignandi uerbũ annotasse, neu qui philosophari uolet in diuinis literis, Græcæ literaturæ expers, ἔξω τῶν ἐλαιῶν, quod dici solet, currat.

Pignus & arra.

Qui est pignus.) ἀρραβὼν, id est arrabo. Atq; ita mauult legi diuus Hieronymus. Et qui, non Christũ refert sed spiritũ, hoc est, qui spiritus est arrabo. Hieronymus illud interesse putat inter pignus & arrabonẽ. Pignus quod græci uocãt hypothecam, datur in mutuo. Arrabo in contractu emptionis & uenditionis, quo firma sit obligatio. Quod si tanta est arra, quam deus dat suis, quanta erit res ipsa, quam præstabit suo tempore?

In redemptionẽ acquisitionis.) εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, id est in redemptionem acquisitionis, siue possessionis, ut legit Hieronymus, emendans uulgatam æditionẽ, quæ habebat, in redemptionẽ adoptionis. Vnde cõijcere licet, nec hãc qua uulgo utimur eandem fuisse cum ea, quã tunc habebat Hieronymus. Verum ille quisqs fuit, mihi uidetur interpretari uoluisse, uerbum alioquin anceps, acquisitionis. Nam sensus est, spiritum sanctum a deo datum fidelibus, uelut arrabonem, quo certum scirent fore, ut aliquando uindicaret sibi possessionẽ suam, quam redemptione acquisierat. Proinde nos uertimns, In redemptionem acquisitæ possessionis. Rem em̃ quæ acquirebatur ac parabatur, acquisitionem uocat, ut nos possessionẽ rem possessam. Audiens fidem.) ἀκούσας. i. audita fide uestra. Cesso gratias agens.) Græcam figurã uertit. dicendum erat latine, nõ cesso gratias agere. atq; ita legit Hieronymus. Ambrosius legit, gratias agẽdo. Memoriã uestri.) Cur non mentionẽ uestri, μνείαν ὑμῶν, quandoquidem orãtes cũ deo colloquimur.

Hieronymꝰ sibi parum constans.

Deus domini nostri.) ὁ θεὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν. Hic Palam est patrẽ uocari deum Iesu Christi, quod in aliis erat ambiguũ. In agnitionem.) ἐπιγνώσει. i. in agnitione, quemadmodum legit Ambrosius. atque item Hieronymus, annotans Emphasin uocis agnitionis, qua agnoscimus olim cognita, sed quæ nosse desierimus aliquandiu. Et subindicat hic nescio quid Platonicũ, ex Origenis ni fallor, sententia. Illuminatos oculos.) Totus hic sermonis cõtextus parum cohæret, in quo tamen admiror laborare Hieronymũ, ut Paulum defendat aduersus eos, qui illũ calumniabantur, quod imperitus esset græcanici sermonis, ut qui solœcismis scateret, cum aliãs sæpenumero ipse fateatur illũ græce nescisse, idq; defendat aduersus eos, qui quod Paulus scripserat, Etsi imperitus sermone, nolũt modestiæ tribui, sed ueræ cõfessioni. Putat aũt lectionis ordinẽ, ad hunc modum reddi posse. Audiens fidem uestrã in domino Iesu, & in oẽs sanctos eius. uidensq; excellentiã fidei uestræ in dominũ & in omnes sanctos eius, nõ cesso gratias agere, & memoriã uestri facere in orationibus meis, ut domini nostri Iesu Christi deus pater, pater autem gloriæ, det uobis spiritum sapientiæ & reuelatiõis. Porro quod sequitur, illuminatos oculos cordis uestri, ita per hyperbaton reddi posse putat. Quapropter & ego audiens fidem uestram in domino Iesu, in agnitionẽ eius, illuminatos oculos cordis uestri, nõ cesso gratias agere pro uobis, memoriam uestri facere in orationibus meis, ut deus domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ det uobis spiritum sapientiæ & reuelatiõis &c. At Ambrosius, illuminatos oculos, refert ad uerbũ det. addit em̃ de suo, illuminatos habere oculos. Cordis uestri.) διανοίας ὑμῶν. i. mentis uestræ. Supereminẽs magnitudo. (τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος. i. sublimis mãgnitudo, ut Hieronymus. Excelsa magnitudo, ut legit Ambrosius.

Ordo hyperbati.

Operationem potentiæ uirtutis eius.) κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. i. secundum efficaciam, seu uim potentiæ fortitudinis, siue roboris eius. nã est energia. Ac mox repetit ἐνήργησεν. quod nos uertimus exercuit, nõ ut uoluimus, quod aiũt, sed ut potuim⁹

Suscitans eum.) ἐγείρας αὐτὸν, id est, suscitato eo. Et constituens.) καὶ ἐκάθισεν. i. sedere fecit. Hiero-

cit. Hieronymus legit, ſedere eum faciens. Ambroſius, collocauit.

Sub pedibus) ὑπὸ τοὺς πόδας, id eſt, ſub pedes

Super omnem eccleſiam .) ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ .i. ſup omnia eccleſiæ. ut eccleſiæ ſit datiui caſus, nō genitiui, hoc eſt, dedit illū ut ſit caput eccleſiæ, præpoſitus uniuerſis. Atq; ita legit Hieronymus in commētarijs, cōſentiens cum græcis. & ſi ſecus Ambroſius uidetur legiſſe. Vulgarius enarrans, apte declarat ſe legiſſe, quēadmodum nos edidimus, addens ſic Chriſtum eſſe caput eccleſiæ, ut nō ſolum excellat mēbra ſua, uerumetiā uniuerſa condita in cœlo & in terra. Et plenitudo.) Et, cōiunctio non eſt in græcis codicibus. Et τὸ πλήρωμα uidetur accuſandi caſu legēdū, ut referatur ad Chriſtū. Ad quod faciūt ea quæ ſequūtur. Qui omnia in omnibus adimpletur.) ὁ τὸ πλήρωμα τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. id eſt, plenitudo, ſiue impletio eius qui omnia in oīnibus implet, ſiue impletur. nam participium eſt uerbi medij. Et utroq; modo uidetur interpretari diuus Hieronymus, ut intelligas corpus, hoc eſt, fideles eſſe cōſūmationē ipſius Chriſti, qui eſt caput, q ita adimpleat ut ſit omnia in oīnibus. aut ita implet, ut oīnia ſit oīnibus, quæ nūc in ſingulos, alia in alios ſparſa ſunt. Verū ſi accipias paſſiue πληρουμένου, accipi poteſt τὰ πάντα, id eſt, in oīnibus. & ſubaudias præpoſitionē ἐν, ut ſit ſenſus, Chriſtum per omnia adimpleri in omnibus corporis ſui membris ſimul collectis. Et in hunc ſenſum interpretatur Vulgarius, ut πλήρωμα ſit eccleſia, & πληρουμένου paſſiue ponatur.

Senſus alius q̄q uulgus ac cipit.

Sēſus uariꝰ.

EX CAPITE II.

ET uos cōuiuificauit.) Verbū cōuiuificauit hoc loco nō inuenio in græco codice, nec apud Hieronymū nec Ambroſium, nec in uetuſto codice. unde miror quō in uulgatos codices irrepſerit. niſi forte ſumptum eſt ex cōmentatiōe Thomæ Aquinatis. Cæterū accuſatiuus uos, referri poterat ad uerbum ſuperius dedit, Dedit illū caput, uos membra. ſed uero ꝓpius eſt huc repetendum ex hyperbato, de quo paulo inferius dicemus.

Supereſt in noſtris.

Cum eſſetis mortui delictis & peccatis.) Datiui ſunt, non ablatiui, quaſi dicas, tibi mortuus ſum. tametſi diuus Hieronymus ita uidetur accipere, quaſi ſit datiuus inſtrumenti, hoc eſt mortui per peccatum. Quod hic uertit delictum, græce eſt παράπτωμα, quod Hieronymus exiſtimat eſſe primū illum lapſum ad peccandum. quod peccatū, eſt græce ἁμαρτία, quod grauius eſſe putat, cum ad ipſum facinus peruentum eſt.

Peccatis ueſtris.) Veſtris redundat.

Poteſtatis aeris huius ſpiritus.) κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος. Bifariam accipi poteſt, ut per appoſitionē cohæreat aer cū ſpiritu. Poteſtatis aeris, qui quidē eſt ſpiritus. Atq; ut ſic accipiamus, inuitat articulus τοῦ, τοῦ πνεύματος. ſic em̄ per articulū ſolēt interpretari Græci. Verū obſtrepit nonnihil quod ſequitur, τοῦ ἐνεργοῦντος. Nec enim hic aer agit quicquā in filijs inobediētiæ, ſed inſtigatio diaboli. Proinde p̄ſtiterit ita legere, Iuxta principem, cui ius & poteſtas eſt aeris, & ſpiritus illius qui agit in filijs diffidētiæ. ut aerem intelligas hanc infimam orbis partem, in qua ſola regnat ille, nō ueluti dominus, cum Chriſtus dominus ſit omnium, ſed ut tyrannus, & nō niſi noſtro uicio potens. Deinde ſpiritū accipias affectum mundanū, diuerſum ab illo cœleſti ſpiritu Chriſti, nihil amantis niſi cœleſtia, & utrūq; genitiuum aeris & ſpiritus, referas ad tertiū qui præceſſit, poteſtatis. quæ quidem hic nō eſt δύναμις, ſed ἐξουσία, ut ius & autoritatē intelligamus. Cæterum huius, ꝓnomē interpres addidit de ſuo, cū non ſit apud Græcos, ne apud Hieronymū qdem.

Ordo difficilis.

In filijs diffidentiæ.) ἐν τοῖς ἀπειθείας, id eſt, in filijs inobedientiæ, ſiue immorigeris. Eſt enim filiorum proprium, eſſe dicto audientes, ac morigeros parentibus.

Facientes uoluntatem.) θελήματα, id eſt uoluntates. nam affectus uarij ſunt. Cæterum in multis codicibus deprauauerant, uoluptates pro uoluntates.

Et cogitationū.) καὶ τῶν διανοιῶν. Hieronymꝰ magis uidetur probare, & mentiū, diſtinguēs peccata carnis & mentiū, quod illa ſint craſſiora. ueluti libido, gula, ebrietas. hæc animi magis, uelut hæreſis. Ambroſius legit cōſiliorum.

Natura filij iræ) φύσει. Pro quo quidā uerterāt omnino, ut indicat Hieronymꝰ, qd̄ græca uox ſit ambigua. Mihi uidet̄ naturā oppoſuiſſe gratiæ, quia paulo poſt ſequitur, Gratia ſalui facti eſtis. Ira erat noſtræ naturæ ſiue natiuitatis. Salus erat gratiæ, & ob id Chriſto imputanda

Natura, pro omnino

imputanda,non nobiſipſis. Per nimiam.) διὰ πολλὰ, id eſt,propter multam. & ita legit Hieronymus ac Ambroſius.Alioqui nimium dicitur, quod ſit immodicum.

Vis, καὶ. Et cum eſſemus.) καὶ ὄντας, id eſt, etiam cum eſſemus, ut coniunctio quæ apud latinos & Græcos,geminam uim habet,non copulet,ſed exaggeret.

Mortui peccatis.) Vitaſſet ambiguitatem,ſi dixiſſet,mortui per peccata. nam alioqui Paulus uocat mortuos peccato,qui iam non peccant. Conuiuificauit nos in Chriſto.) Neq; nos,pronomẽ,neq; in,præpoſitio eſt in græcis codicibus. συνεζωοποίησε τῷ χριστῷ, id eſt,conuiuificauit Chriſto,ut intelligas nos unà cum Chriſto reuixiſſe.

Cuius gratia.) Neq; cuius,additum eſt,ſed tantum, χάριτί ἐσὲ σεσωσμένοι .i. gratia ſalui facti eſtis.Et ita legit diuus Hieronymus,ut hæc particula,ceu per parentheſim interſeratur.Cæterum ordinẽ ſermonis hoc in loco,quoniã uidetur perturbatus, Hieronymus reſtituit ad hunc modum.Et uos cum mortui eſſetis delictis,& peccatis ueſtris,conuiuificauit Chriſto deus, qui diues eſt in miſericordia. propter multã charitatẽ qua dilexit nos, miſertus eſt noſtri.Et cũ eſſemus mortui delictis,in quibus aliquando ambulauimus ſecũdum ſeculũ mundi huius,ſecundum principẽ poteſtatis aeris ſpiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ,in quibus & nos omnes conuerſati ſumus aliquãdo in deſyderiis carnis noſtræ,facientes uoluntates carnis & mentiũ,& eramus natura filij iræ,conuiuificauit nos Chriſto.ut bis repetas, conuiuificauit nos,& tollas coniunctionẽ cauſalem, deus em̃.Nã ita legiſſe uidetur Hieronymus, ὁ δὲ θεός, quod hãc putet uel ab imperitis librariis adiectã, uel ab ipſo Paulo propter imperitiã græcanici ſermonis additã,cũ in pleriſq; ſit δὲ autem. Quanq; utraq; coniunctio facit,quo minus abſoluatur ſuperior orationis pars,Cũ eſſetis &c. Verum opinor Paulũ addidiſſe coniunctionẽ δὲ, aduerſatiuã, ut redderet contrariã partẽ ſuperioribus,hoc eſt,conuiuificatos eſſe,ei quod eſt mortuos eſſe peccatis. & quoniam intermiſcuerat multa,uelut ad nouum orationis caput addidit præpoſitionẽ.Melius autẽ erat,ſi dixiſſet interpres,nihilominus deus conuiuificauit.Annotandũ & hoc,quod in hoc ſermone Paulus ſubinde uariat perſonam,nunc illos compellans ſecunda perſona, nunc ſeipſum illis admiſcens. Et cõreſuſcitauit,& conſedere fecit.) συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν .i. pariter cum illo ſuſcitauit,ſimulq; cum illo ſedere fecit.

Ordo pturbati ſermõis

Gratia enim.) Enim, non additur in nonnullis Græcorum codicibus. ſicut nec paulo inferius,Dei enim donum,enim non additur.quanq; ita legit Ambroſius.

Paul⁹ imperitus græ.ce

Ipſius enim ſumus factura,) ποίημα.Ambroſius legit, figmentũ, uelut aliquid è materia factum. In operibus bonis.) ἐπ᾽ἔργοις ἀγαθοῖς, id eſt,ad opera bona.

ὅις pro ᾧ. Quæ præparauit deus.) οἷς .i.quibus,ad homines arbitror referẽdũ. Tametſi iuxta græcanici ſermonis proprietatẽ,& ad opera referri poteſt,ut datiuus græcus in accuſatiuũ uertatur. quẽadmodum legit Ambroſius,quæ præparauit deus,& item Hieronymus.

Ab ea quæ dicitur circumciſio.) ὑπὸ τῆ λεγομένης περιτομῆς, id eſt,ab ipſis Iudæis. nã Græca lucidiora ſũt. Populus Hebræorum ob membrũ genitale præfectũ,circumciſio uocabatur.cæteri præputiũ dicebantur,ſed duntaxat Iudæis,quibus ut illud cognomen erat honorificũ,ita hoc ignominioſũ.Et manufacta,referendũ eſt ad circũciſionẽ,nõ ad carnẽ.

Qui eratis.) Legendum,quia eratis,aut quoniã,ut legunt Ambroſius, græcis conſentiens & Hieronymus,ὅτι ἦτε, ut ſit iterata coniunctio,quaſi poſuiſſet,quod inquã eratis.

Alienati a cõuerſatione.) τῆ πολιτείας .i. a ciuilitate,ſiue a republica Iſrael,ſiue Iſraelis.

Et hoſpites teſtamentorũ,) καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν .i. peregrini,ſiue extrarij,a pactis ſiue teſtamentis.Alluſit enim ad rempublicam,cuius modo meminerat.unde hoſpites uocat, alienos a iure ciuium. Et ſine deo.) ἄθεοι, qui nullum credunt eſſe deum, & ἀθεότης, quã Plutarchus oſtendit minus malum eſſe q̃ ſuperſtitionem δεισιδαιμονίαν, quod hæc deos imaginetur moroſos ac uindices,cum deus natura beneficus ſit: In hoc mundo.) Hoc, redundat. niſi quod opinor interpretem uoluiſſe reddere uim articuli τοῦ.

Sine deo ἄθεοι.

Et medium parietẽ maceriæ ſoluens inimicitias.) Græci ita diſtinguunt, ut accuſatiuus inimicitias,referatur ad inferius uerbũ.Et mirũ cur cũ ὁ ποιήσας uerterit in uerbũ, nõ mutarit & alterum λύσας .i. qui ſoluit,aut ſoluto pariete.Rurſum Græce eſt, τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, quaſi dicas, interſtitium ſepti ſiue ſepis.Et apud comicum, Mitio iubet maceriã dirui,ut fiat una domus.Id ergo quod dirimit ædes ab ædibus, μεσότοιχον uocat.

Decretis

Decretis euacuans.) In,præpoſitio omiſſa,totum ſubuertit ſenſum,qua ſi decretis abole uerit legẽ.imò aboleuit legẽ ſitam in præceptis ac decretis hominũ. Quædam ædítio quã citat Hieronymus,habebat in dogmatibus,uſurpata græca uoce. Ambroſius legit in decretis. alicubi citat ædictis,ut libro de Abraham patriarcha 2.cap.6.Et euacuans,præteriti temporis eſt,quaſi dicas antiquata lege. Locus apud nos corruptus.

Et conderet.) Hic eſt crearet ſiue pararet κτίσῃ,uelut explicans ſententiam.

Inimicitias in ſemetipſo.) ἐν αὐτῷ.Hieronymus legit in ea,ut referatur ad crucem,non ad Chriſtum. ſiquidem & crux apud Græcos maſculini generis eſt. Verum ſi reciprocũ eſſet,id eſt in ſeipſo,haberet ἑ aſpiratum,ἐν ἑαυτῷ. Quanquã ne id quidẽ à Græcis ſcriptoribus obſeruatur.poſtremo ſecus legit Ambroſius.

In uno nouo homine.)In unum nouum hominem, eſt græce, εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον.

Et pacem íjs qui prope.) Et pacem,non repetitur Græcis. Habemus acceſſum.) προσαγωγὴν.i. aditũ,ſiue introductionẽ. ueluti cũ quis introducitur ad conſpectũ principis.

Hoſpites & aduenæ.) ξένοι καὶ πάροικοι. i. peregrini & incolæ, ſiue accolæ, hoc eſt, qui aliunde cõmigrarũt in alienam ciuitatẽ.Auguſtinꝰ aliquoties legit ꝓ aduenæ,inquilini.

Sed eſtis ciues.) ἀλλὰ συμπολῖται, id eſt,cõciues,ut uerbum uerbo reddatur.

Angulari lapide.) Græcis unica uox eſt,ἀκρογωνιαίῳ,qua ſignificatur ſummus lapis in angulo ædificij,qui ſolet eſſe ualidiſſimus.Eſt autem ablatiuus abſolute poſitus,ueluti dicas, in qua ſtructura Chriſtus ſummus eſt in angulo lapis. Et ob id Auguſtinus adducens hunc locum in enarratione pſalmi .81. addit exiſtente,dilucide magis quam latine. ἀκρογωνιαῖος.

Ipſo ſummo angulari lapide.) Et hic ablatiuus ponitur abſolute,ac ſi dicas, Chriſto duce, ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ ἰησοῦ χριστοῦ. id eſt,ipſo Ieſu Chriſto ente ſummo lapide angulari.

Conſtructa.) Græce ſignificantius,συναρμολογουμένη,id eſt,coagmentata,ſiue cõmiſſa, ſiue coaptata.Hieronymus legit,compaginata. Ambroſius,compacta.Nec ſignificat omnem ſtructuram hoc angulari lapide compactam eſſe, ſed quæcũque illo lapide connectat̃,eam ſurgere in templũ domini.Eſt enim participiũ præſentis tpis,συναρμολογουμένη. Cõſtructa ꝓ coagmẽtata.

In ſpiritu ſancto.) Sancto,redundat iuxta græca & Ambroſium, atq; item Hieronymum. quorum & interpretatio declarat quid legerint. Spiritum enim opponit aduerſus carnalem Iudaiſmum,quem nuſquam non inſectatur Paulus.

EX CAPITE III.

Vinctus Chriſti Ieſu.) Vinctus nomẽ eſt Græcis δέσμιος.& ob id mollius cohæret cũ genitiuo Ieſu Chriſti. Data eſt mihi in uobis.) εἰς ὑμᾶς,id eſt,in uos.Hunc quoq; locum ἀνακολουθὸν, Hieronymus reddit ad hũc modum, Huius rei gratia ego Paulus uinctus Ieſu Chriſti, & uinctus pro uobis qui eſtis ex gentibus,cognoui myſterium,ut uobis quoq; illud traderẽ, ſicut in hac eadem epiſtola paulo ante ſum locutus.Debetis autem audire diſpenſationem gratiæ dei,quæ data eſt mihi in uobis,qui eſtis ex gẽtibus,pro quibus & uinctus ſum Ieſu Chriſti. Quanq; exiſtimat eſſe ſimplicius,fateri Paulũ in aliena lingua balbutiſſe.& ſenſu magis q; uerbis æſtimãdum. Poterat & hoc pacto tolli ſermonis imperfecti incommodum, ſi ſubaudias uerbum ſubſtantiuum, ſum. Ego Paulus uinctus ſum Ieſu Chriſti. Paulus balbutiẽs in aliena lingua.

Diſpenſationem gratiæ.) οἰκονομίαν .i. diſpenſationem,ſiue adminiſtrationem.

Notum mihi factum eſt.) ἐγνώρισέ μοι, id eſt,notum mihi fecit myſterium, quod rurſum interpres uertit ſacramentum.

Sicut ſupra ſcripſi.) καθὼς προέγραψα, id eſt, ſicut ante ſcripſi,ut Ambroſius. Præſcripſi legit diuus Hieronymus.

In breui.) ἐν ὀλίγῳ, id eſt,in modico,legit Hieronymus & Ambroſius. Significat eũ ſe paucis de his ſcripſiſſe,ut Græca exponunt ſcholia. Poteſt eſſe ſenſus & hic, quemadmodum ſcripſi paulo ante.Meminit enim de his qui procul eſſent, gentes ſignificans. In eum ſenſum fermè Vulgarius.

In miniſterio Chriſti.) ἐν τῷ μυστηρίῳ, id eſt, in myſterio, quod ſolet uertere ſacramentum. Non eſt agnitum.) οὐκ ἐγνωρίσθη, id eſt, non eſt notificatum,ſiue reſeratum.

Aliís generationibus.) Apertius eſt, quod legit Ambroſius, aliís ſæculis. Nam de de ætatibus loquitur,non de nationibus.

In ſpiritu

Lectio & distinctio diuersa.

In ſpiritu.) Græcis additum eſt ſancto. Neq; lectio ſolum diuerſa eſt, uerumetiã diſtinctio. Vulgarius ſic ordinat ſermonem, Sicut nũc reuelatũ eſt ſanctis apoſtolis eius, in ſpiritu ſancto. ut intelligamus hoc illis per ſpiritum ſanctum fuiſſe reuelatũ. Ambroſius contrà, ſpiritu cõnectit cum his quæ ſequuntur, Sicut nunc reuelatum eſt ſanctis eius & prophetis, ſpiritu eſſe gentes cohæredes. id palam arguit eiuſdem interpretatio, docens gentes eſſe cohæredes, non ceremonijs Moſaicæ legis, ſed ſpiritu, hoc eſt doctrina euangelica. Diuus Hieronymus Græcorum ſequitur diſtinctionẽ. Mihi magis probatur quod ſequitur Ambroſius. Eſſe gentes.) εἶναι τὰ ἔθνη, id eſt, ut ſint gentes.

σύσσωμον. Concorporales.) σύσσωμα, quaſi dicas, unius corporis. Hoc loco offendit aures Hieronymi coniunctionum congeries, ut ipſi uideatur incõcinna. cohæredes & cõcorporales, & comparticipes. Mirum eſt autem illum tantilla re offendi, qui toties Paulum facit imperitum Græci ſermonis, licet fateatur non imperitum ſcientia.

Promiſſionis in Chriſto Ieſu.) Deeſt αὐτοῦ, id eſt, ſuæ, ſiue eius. ut referatur ad ſpiritum, ut ſenſiſſe uidetur Ambroſius cum ſubſcribit. Hoc eſt quod dicit, ſpiritu gentes eſſe cohæredes & concorporatos & participes promiſſionis eius in Chriſto. Qui enim ſpiritu deum colit, opere legis opus non habet. Omnium ſanctorum.) In nonnullis Græcis addebatur hominum, ſed mendoſe, ni fallor. Et ἐλαχιστοτέρῳ, id eſt, infimo, ut uertit Hieronymus. Sed Paulus ut magis ſe diminuat, è ſuperlatiuo finxit comparatiuum, ac ſi dicas, infimiori pro infimo, aut poſtremiori.

Inueſtigabiles.) ἀνεξιχνίασον πλοῦτον, id eſt, imperueſtigabiles diuitias. Nã quod apud Ambroſium legitur inæſtimabiles, haud ſcio an errore ſit factum librarij, certe interpretatur incomprehenſibiles.

φωτίσαι pro in lucẽ proferre.

Et illuminare.) καὶ φωτίσαι πάντας. Ambroſius non addit omnes, & ſermo commodior eſt. Nec apud Hieronymum ulla mẽtio, huius nominis additi, ſed tantum eſt illuminare. Neque Paulus illuminat homines, ſed in lucem profert, & quod ante fuerat reconditum, facit omnibus perſpicuum. Quæ ſit diſpenſatio.) Legitur &, ὁ πλοῦτος .i. quæ diuitiæ. Rurſum μυστήριον uertit ſacramentum.

Qui omnia creauit.) διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, id eſt, per Ieſum Chriſtum, additum eſt hoc loco apud Græcos, quanq; Hieronymus non habet, nec Ambroſius.

Vt innoteſcat.) ἵνα γνωρισθῇ νῦν, id eſt, ut innoteſcat nunc. Et nunc Hieronymus legit addita coniunctione, ſi modo codex mendo uacat.

In poteſtatibus cœleſtibus.) ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, id eſt, in cœleſtibus.

Per eccleſiam.) διὰ τῆς ἐκκλησίας, Præpoſitio per, hoc loco ſignificat inſtrumentũ, quaſi dicas, opera eccleſiæ. Quanq; ut ingenue fatear, ſermo græcus planè anceps eſſet, niſi additus fuiſſet articulus τῆς. atq; ita ſenſus fuiſſet, propter congregationes ſiue eccleſias.

Multiformis ſapientia.) πολυποίκιλος, ſiue aliàs παμποίκιλος, id eſt, maxime uaria, & modis omnibus uaria. Nam πᾶν in compoſitione additum, adiungit epitaſin.

Secundum præfinitionẽ.) κατὰ πρόθεσιν .i. ſecũdum propoſitum, ut legit Hieronymus.

Quam fecit.) ἣν ἐποίησεν. Sermo græcus anceps eſt. Nam græcus articulus referre poteſt uel ſapiẽtiam, uel eccleſiam, uel præfinitionem, quam Ambroſius & Hieronymus propoſitum uocant. Si ad propoſitum referatur, ſenſus eſt, iuxta tempus quod propoſuerat ſiue præfinierat in Chriſto. Si ad eccleſiam, ſenſus fuerit, eccleſiam factã in Chriſto Ieſu. Si ad ſapientiam, intelligis in Chriſto factam, hoc eſt creatam fuiſſe ſapientiam. Atq; hic ſenſus poſtremus maxime probatur Hieronymo. Et fiduciam eſt παῤῥησίαν. quam Ambroſius uertit libertatem. Eſt autem audacia libere loquendi.

Senſus triplex.

In tribulatiõibus meis pro uobis.) αἰτοῦμαι μὴ ἐκκακεῖν. Diuus Hieronymus admonet græcum ſermonem eſſe ambiguum, quod uerbum ἐκκακεῖν ad quamuis perſonam accõmodari poſſit, ne deficiam ego, ne deficiatis, ne deficiant illi. Certe iuxta primum ac ſecundum ſenſum interpretatur Hieronymus, peto ne deficiam, ne me ſuperent aereæ poteſtates, oppugnantes undiq;. Quæ eſt gloria.) In quibuſdam Græcis codicibus habebatur, quæ erit, ἥτις ἔσται. Hoc loco nonnihil ſe torquet Hieronymus, nec ſatis intelligo, cur ſe torqueat, exiſtimans huius ſermonis rationem non poſſe conſiſtere, niſi fateamur Paulum imperite locutum, qui tribulationibus, numero multitudinis ſubiecerit relatiuum ſingulare, quæ eſt gloria. Quaſi uero nõ hoc doceat grammatica, rectius etiam ad hunc modum nos

Expẽſa Hieronymi annotatio.

dum nos loqui, quam si dicamus, in tribulationibus quæ sunt gloria uestra. Atq; ille hoc tantum ducit incõmodum, ut per hyperbaton tentet hãc particulã, quæ est gloria uestra, ad ea quæ præcesserũt detorquere, In quo habemus fiduciã & accessum & fidẽ &c. quæ fiducia, accessus & fides, uestra est gloria. Verum quoniam hoc uidit esse durius, mauult Paulum loquendi imperitum facere. Sed quid hic interim facient Hieronymo, qui uolũt apostolis omnibus, scientiam linguarum dono spiritus sancti contigisse, idq; donum eis fuisse perpetuum. quorum de numero uidetur & Aquinas in epistolam ad Galatas. At Hieronymus toties non ueretur Paulum imperitum Græci sermonis facere. quãq; hoc sa n è loco, non uideo quid imperite dictum uideri possit. nisi quod Hebraice magis quam Græce dixit, in tribulationibus, pro ob tribulationes.

Paul⁹ græce imperitus.

Omnis paternitas.) πᾶσα πατριὰ. i. omnis familia, ut indicat & diuus Hieronymus in cõmentarijs. Idem aduersus Heluidiũ scribens, fatetur Latinos paternitates uocare, quas Græci uocãt πατριὰς, cum ex una radice, multa generis turba diffunditur. Sed apud Græcos manet allusio uocum, quam Latinus conatus est obseruare. Iam quæstiones illæ, quas mouet hoc loco diuus Thomas Aquinas, num qua paternitas sit in cœlo, & num omnis paternitas quæ est in cœlo & in terris, deriuata sit ab ea paternitate, quæ est in diuinis, quã apte pertineant ad hunc locum, uiderint Theologi. quãdoquidem uocem, unde quæstionem omnẽ elicit, non intellexit. Certe alibi interpres uertit familiã, uelut in psalmo, Oẽs familiæ gentium πατριαὶ. Item in Luca, de domo et familia Dauid. Subnotauit hoc interpres Origenis homilia in Numeros. 2. Verũ interpres affectauit reddere uocum affinitatem, pater & paternitas. Atqui ea nõ erat tanti, ut huius gratia fuerit perdenda sententia. Parentela satis explicabat rem, si modo uerbum esset probum

Paternitas πατριὰ.

Aquinas.

Virtute corroborari.) δυνάμει. i. uirtute. Manifestior erat sensus, si græca infinita uertisset per uerbum subiunctiuum, ut corroboremini.

Sublimitas & profundum.) καὶ βάθος καὶ ὕψος. i. & profunditas & sublimitas. Hieronymus, & profundum & altitudo. Scire etiam.) Non est initium noui capitis, ut sit opus etiam. γνῶναι τε, id est scireq;, uel ut sciretis. Supereminentem scientiæ charitatem.) Incertum est datiui ne casus sit, scientiæ, an genitiui. ut aut intelligas charitatẽ Christi sciri, quæ sit maior quam ut cognosci possit. aut ut intelligas eximiam dilectionem cognitionis. Sed prior sensus uerior, & magis quadrat ad græcũ sermonem. tametsi posteriorem sequit Hieronymus. Ei autẽ qui potẽs est omnia facere.) Græce est ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι. id est, super omnia facere. atq; ita legit Ambrosius & Hieronymus. sed ita ut ὑπὲρ aduerbiũ uideatur non præpositio, pollere autẽ tantũdem, quasi dicas eximie. Certe proximo loco cũ repetitur, ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ, non potest aliud quam aduerbium esse. Est autem epitasis gemina, quemadmodũ annotauit & Vulgarius. Deus potest omnia, quod nullus hominum, & potest cumulatissime præstare, quicquid uult. Iã illud lector, uel nõ monitus, animaduertis hanc esse coronidem quãdam, quales aliquoties Paulus ceu raptus & afflatus subnectit suæ disputationi. Neq; enim suspicari lubet ab alijs additas ad lectiõis interuallum.

Sensus duplex.

Coronides in Paulo.

Superabundanter quam petimus.) ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα, id est, ex abundãti supra ea quæ petimus. Quam petimus aut intelligimus.) ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν. i. supra omnia quæ petimus aut cogitamus. sic enim emendat Laurentius. licet id quidem ad sensum non ita magni refert. In ecclesia & in Christo.) Copula &, redundat.

EX CAPITE IIII.



Igne uocatione.) Addidit nominis casum aduerbio, quasi dicas, canit similiter tibi. Cũ omni humilitate.) ταπεινοφροσύνης, quæ significat animi habitũ contrarium arrogantiæ. nã humilitas quæ ταπείνωσις, aliud quiddã significat. Et ob id Ambrosius addit, humilitate animi, ne fortunæ humilitatẽ acciperemus. Cum patientia.) μακροθυμίας. i. lõganimitate, si quis ad uerbũ reddat. Ambrosius sic legit, cũ omni humilitate animi & modestia, cum magnanimitate, μακροθυμίαν, uertens magnanimitatem, cũ magis sonet animi lenitatem, qua fit ut nõ facile cõmoueamur neq; rapiamur ad uindictæ cupiditatem. Lõganimitas propius exprimit quam magnanimitas, & tamẽ aliud est longus animus quã lenis & lentus ad iram. Patientia recte habet, nisi quod anceps est, & sepius ad tolerantiam corporis, quam ad animi lenitatem

μακροθυμία.

nitatem pertinet. Sollíciti ſeruare.) σπουδάζοντες. id eſt, ſtudentes. In uinculo pacis.) ἐν τῷ συνδέσμῳ, quaſi dicas, in colligatione & concatenatione.

Varia lectio.

Qui ſuper omnes & per omnia.) Satius erat in eodem genere perſeuerare, & nō miſcere res perſonis. Super omnia & per omnia, aut ſuper omnes & per omnes. nam apud Græcos incertum eſt genus. Hieronymus magis uidetur amplecti neutrū genus, adducens illud Vergilianum. Deum namq; ire per omnes, Terraſq; tractuſq; maris, cœlumq; profundum. Ambroſius mauult genus maſculinum, Super omnes per omnes, & in oīnibus uobis, quorū poſtremū nō poteſt nō eſſe maſculini generis. Vulgarius utrūq; ad nos refert genere maſculino. Aſcendens in altū.) ἀναβὰς εἰς ὕψος. i. poſtq; aſcēderat in altū, præteriti tēporis. Iā teſtimoniū quod adducit, eſt pſalmo ſexageſimo ſeptimo. Septuagin ta trāſtulerunt hoc pacto. ἀνέβης εἰς ὕψος ἠχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν. ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις. Paulus ſciens ac prudens ab Hebræis unicā dictionē mutauit, ut indicat Hieronymus hunc ediſſerēs locum. Cum enim apud illos legatur, Accepit dona in hominibus. hic mutauit, Dedit dona in hominibus. Nec ea uarietas quicq; officit ſentētiæ. quādoquidem in pſalmo promittitur futurū, quod nōdum erat factum, & ob id dicitur accepiſſe dona, quæ poſt elargiretur. Hic quoniam apoſtolus deſcribit quod iam erat factum, fundatis ubiq; per orbem eccleſijs, dediſſe ſcribitur, non accepiſſe. Quod aūt aſcēdit.) τὸ δὲ ἀνέβη, τί ἔστιν. i. illud aūt quod dictū eſt aſcendit, quid eſt &c.

Paulus mutauit aliquid ab Hebræis.

Epiſcopꝰ idē doctor.

Alios aūt paſtores & doctores.) Annotauit Hieronymus quod cum in cæteris diſcreuerit officiorum genera, hic duo cōiunxerit. Neq; em̄ dictū eſt quoſdā paſtores, quoſdā doctores, ſed alios paſtores & doctores, quod quicūq; paſtores ſunt, ijdē debeāt eſſe doctores Ad cōſummationē ſanctorū.) πρὸς τὸν καταρτισμόν. Hieronymus legit, ad inſtructionem. Significat aūt & refectionem ſiue reparationē aut inſtaurationē rei collapſæ. Doctores em̄ ſuccurrunt lapſis & deiectis. Maxime uero probatur quod nobiſcū uertit Ambroſius, ad cōſummationē ſanctorū, nā & hoc ſonat græcis καταρτίζεσθαι. Ita probe cōgruit quod ſequitur, In ædificationem corporis Chriſti.

In agnitione filij dei.) Et agnitionis filij dei. Et ita legit diuus Hieronymus, qui & alibi monet proprie agnoſci quod antea fuerat cognitum.

Et circūferamur.) Græcis eſt participium, περιφερόμενοι. id eſt, circūacti. Auguſtinus legit circumlati. Cætera cōmode, ſi tempus reſpōderet. Et paruuli, eſt νήπιοι, quod ita ſignificat puerū, ut & parū prudentē ſignificet. Et omni uento. rectius erat, quouis uento. nā græca uox παντὶ anceps eſt. In nequitia hominū.) ἐν κυβείᾳ, quod uerbum ductū eſt a luſu teſſerarū, in quo qui poteſt, imponit & circūuenit alterum. etiamſi Faber in prima ſanè ædítione mutat pro nequitia, cōfuſionē & perturbationem. ſed deceptus (ut uidetur) ſimilitudine figuræ u, quæ cappa uideri poſſit, itaq; κυκείᾳ legit pro κυβείᾳ, cum ſit β. Et mutauit ille quidē hunc locum in poſteriore ædítione, ſed ita, ut nec ibi ſuffrager homini. quæ de re nōnihil attigimus in noſtra ad illum apologia. Videtur autem uerbum eſſe fictum à κυβεύω, quod eſt teſſeris ludo, quod in huiuſmodi ludis arte opus eſt, & quiſq; nititur circumuenire colluſorem ſi poſſit, ad ſuum duntaxat cōmodum ſpectans, ut κυβείαν dicere poſſis aleationem, hoc eſt uerſutiam, & fallax artificium, uel potius artificioſam fallaciam. Teſtatur & Heſychius κυβεῦσαι præter cætera ſignificare & χλευάσαι, quod eſt irridere aut ſubſannare. idq; Hieronymus ad dialecticorum argutias & inſidioſas captiones refert. Hæc cum animi noſtri coniecturam, tametſi magnopere probabilem ſecuti, literis prodidiſſemus, nacti Vulgarij epiſcopi in Paulinas epiſtolas cōmentarios, haud quaq; aſpernādos, comperimus & illū nobiſcum ſentire, cuius equidē uerba, quod ad hāc rem pertinet, nō grauabor aſſcribere κυβόνται λέγοντῃ οἱ τῆς πεπλοῖς κεχαμμένοι. τοιοῦτοί εἰσιν οἱ ψευδοδιδάσκαλοι μεταθέντες τοὺς ἀφελεστέρους ὥσπερ πεπλοὺς ὡς βούλονται, id eſt, Cybeutæ dicuntur, qui talis utuntur, eiuſmodi ſunt falſi doctores, tranſponentes ſimpliciores ceu talos, prout uolunt. Mihi quidem ſatisfaciebat mea coniectura, tam conſentanea uero. Cæterum, quoniā nonnullos magis commouet autoritas q̄ ipſa res, Græci interpretis ſuffragium addidimus. Illud admonet Hieronymus, totum hunc locum, ſi quis Græca legat, manifeſtiorē eſſe. ſed dum Latinis ad uerbum redditur, ſenſum fieri obſcuriorem. Paraphraſi poterat explicari ad hunc modum. Donec eò perueniamus omnes, ut eadem ſit omnium fides, & æque

Nequitia p aſtutia. κυβεία.

Paraphraſis.

cognitus

cognitus,siue agnitus filius dei,hoc est,ut pertingamus ad perfectam,solidam,ac uirilem ætatẽ,uidelicet ad eã mẽsurã ætatis,quæ nos plene adultos reddat in Christo,ne post hac simus infantes,qui circũagantur ac circũferantur quouis uento doctrinæ, imponente nobis hominum astu,hoc agentiũ, nõ ut Christũ syncere nos doceant,sed callidis artibus adorti nos illaqueent,capiantq;. Quin potius istis neglectis,quæ uera Christóq; digna sunt sectantes,per omnia adolescamus in illum,qui est caput omnium.Is autem est Christus,nõ Moses. hic enim membrum duntaxat est, non caput.Hieronymus legit,In fallacia hominum, in astutia, &c. Ad circumuentionẽ.) πρὸς τὴν μεθοδείαν. Dictum est autem à μεθοδεύειν,quod est hominem adoriri ex insidijs.Et erroris, ἡ πλάνης. melius uertisset imposituræ.Nam πλάνη, & decipientis est, at error decepti. Mirum est autem quid secutus Ambrosius, legerit ad remedium erroris. nisi forte methodum ille scripsit, idq; aliquis transformauit in remedium. Augustinus uertit machinationem.

πλάνη error & decep tio.

Veritatem autem facientes.) ἀληθεύοντες, id est,ueritatem sectantes.Nam ἀληθεύειν, est uel præstare quod dixeris,uel uera loqui.Nam hoc opposuit τῇ κυβείᾳ καὶ τῇ πλάνῃ, hoc est,uersutiæ & imposituræ.

Crescamus in illo.) ἀυξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, id est, augeamus in illum omnia. sic quidem emendat Laurentius.Ego sanè puto recte uerti posse, Augescamus in illum per omnia, ut ad τὰ πάντα, subaudias præpositionem κατά. Tametsi Hieronymus legit, Vt augeamus in ipso omnia. Et item Ambrosius, si tamen codices mendo uacant. Nec ab his dissentit Vulgarius. Potest autẽ in uerbo transitiuo subaudiri nos,pronomen.Proinde sequatur lector, quod maxime probauerit. etiamsi nostra lectio ab horum interpretatione minimum dissidet, præsertim cum mox sequatur, τὸν ἀυξησιν τοῦ σώματος.

Compactum.) συναρμολογούμενον, quod ante uerterat constructum.

Connexum.) συμβιβαζόμενον, id est, coagmentatũ. Hieronymus legit conglutinatũ.

Per omnem iuncturam.) ἁφῆς, quod non possis aptius uertere, quam commissuram. Est enim ἁφὴ commissio,sic ut utrunque se mutuo contingat,ueluti membrum membro cõnexum. Proinde Augustinus in psalmo decimo,legit per omnẽ tactum.Idem libro de ciuitate dei uigesimosecũdo,cap.decimooctauo,locum hũc adducit hisce uerbis.Qui descendit, ipse est & qui ascendit, super omnes cœlos, ut adimpleret omnia.Et ipse dedit, quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, quosdam uero euangelistas, quosdam autem pastores & doctores,ad consummationẽ sanctorum,in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi,donec occurramus omnes in unitatem fidei,& agnitionem filij dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut ultra non simus paruuli,iactati & circumlati omni uento doctrinæ,in illusione hominum,in astutia, ad machinationẽ erroris. ueritatem aũt faciẽtes in charitate,augeamur in illo per omnia, qui est caput Christus,ex quo totum corpus connexum & compactum, per omnem tactum subministrationis,secundum operationem in mensuram uniuscuiusque partis, incrementum corporis facit, in ædificationem sui in charitate.

Iuncturaἁφὴ.

Secundum operationem.) κατ' ἐνέργειαν. Rursum est illud nomen toties obuium,quod actũ ac uim occultam significat.Sentit de spiritu uitali,qui à capite proficiscens, impartit uim suam,non omnibus parem, sed quatenus conducit toti corpori. Ad eũ modũ interpretatur & Vulgarius,ut ἐνέργεια, quã hic operationem uertit,pertineat ad actum spiritus Christi in membris suis,non ad opera nostra, quemadmodum exponit Lyranus. Thomas ita moderatur interpretationem,ut uideatur utrunq; sensisse.

Lyranus.

In mensurã.) ἐν μέτρῳ, id est,in mensura, etiamsi dissentiant latina exemplaria,ut intelligas in corpore cuiq; membro iuxta suum modulũ impartiri de uita corporis & alimẽto.

Vniuscuiusq; mẽbri.) μέρους .i. partis. Quãq; exiguũ discrimẽ inter μέλους, & μέρους.

In ædificationem sui.) ἑαυτοῦ .i. sui ipsius. In dño.) Quidam Græci codices habent, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ .i. in conspectu dei. Sicut & gentes.) Nonnulli codices habent,sicut & reliquæ gentes, τὰ λοιπὰ ἔθνη. In uanitate sensus.) νοὸς .i. mentis potius q̃ sensus. atq; ad eum modũ mox uertit interpres,Renouamini spiritu mentis uestræ.Valla iure taxat eos, qui sensum interpretantur,sensualitatem,cum Græcis νοῦς sit ea pars animi, quæ maxime semota est a materia corporis,quæq; sola putatur aliquid agere sine corporis organis.

Sensus, pro mente.

Obſcuratum habentes intellectum.) ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, id eſt, obſcurati cogitatione, ſiue animo. Hieronymus legit, obſcurati mente. Ambroſius, obſcurati intellectu. At noſter interpres hoc ſanè loco clarius extulit ὄντες.

Alienati a uita.) Abalienati, ἀπηλλοτριωμένοι, id eſt, abalienati. Et ita legit diuus Hieronymus. A uita dei.) Quidam codices habent, a uia dei, ſed mendoſe. eſt enim a uita, τῆς ζωῆς. Ambroſius legit, a fide dei. Poteſt & hic eſſe ſenſus, a uita qui eſt deus. Id ẽ indicant articuli utrobiq; appoſiti τῆς ζωῆς τοῦ θεοῦ.

Diſſonat a nobis Ambroſius.

Per ignorantiam.) διὰ τὴν ἄγνοιαμ, propter ignorantiam.

Et cæcitatem.) πώρωσιμ, quod magis ſonat excæcationem. Mirum unde Ambroſius legat pro cæcitatem, duriciam, niſi forte codex illius pro πώρωσιμ habebat σκλήρωσιμ.

Qui deſperãtes ſemetipſos.) οἵτινες ἀπηλγηκότες ἑαυτοὺς παρέδωκαμ. i. qui ſocordia detenti tradiderũt ſemetipſos, emendatore Valla. At diuus Hieronymus exiſtimat recte uerti poſſe, indolentes pro deſperantes, quod uox hinc uidetur deducta, cũ quis uacat dolore & ſenſu ſui mali, & ob id ſtupens fertur in omne uicium. Ad eundem modum interpretantur Græcanica ſcholia. Et abutitur quidem M. Tullius uerbo indolentiæ, ſed cupiens utcunq; explicare Græcam ἀναλγησίαμ. ἀλγεῖμ enim Græcis dolere. ἀπηλγηκὼς dicitur, qui ut ita loquar, dedoluit, quiq; eò duriciæ peruenit, ut ad omnẽ naturæ ſenſum obſurduerit. ſicut deferbuiſſe dicitur latinis, qui deſierit feruere, & deſipere, qui ſapere deſierit. Haud ſcio an interpres legerit ἀπηλπικότες. Et facillimus eſt lapſus in una literula. Quin & Ambroſius legit atq; interpretatur, deſperantes. Ac mea quidem ſententia magis quadrabat ad ſententiæ tenorem deſperantes. Siquidem qui deſperant eſſe uitam a morte corporis, auidiſſime rapiunt huius uitæ uoluptates, atq; his ſeſe ingurgitant, uelut amiſſis illis nihil habituri ſuaue. Immundiciæ omnis in auariciã.) Videtur auaricia nihil habere confine cum immundicia, aut libidine, atq; ob id admonet Hieronymus Græcis non eſſe φιλαργυρίαμ, aut φιλοχρηματίαμ, quæ uoces ab auiditate pecuniæ dictæ ſunt, ſed πλεονεξίαμ ab habendo plus q̃ æquum eſt uocatam. Porrò qui uehementer auidus eſt uoluptatum, non eſt contentus uxore ſua, ſed alienam quoq; conſtuprat, & ſubinde aliam inuadit, quo uoluptatis ſatietatem euitet. Hoc pacto putat accipiendum & eum Pauli locũ, qui eſt in epiſtola ad Theſſalonicenſes priore, cap. quarto, Hæc eſt enim uoluntas dei ſanctificatio ueſtra, ut abſtineatis uos a fornicatione, ut ſciat unuſquiſq; ueſtrum ſuum uas poſſidere, in ſanctificatione & honore, non in libidine deſyderij, ſicut & gentes quæ non nouerunt deum, ut ne quis ſupergrediatur & circumſcribat in negocio fratrem ſuum, quoniam uindex eſt dominus de his omnibus. Mihi uidetur & ita poſſe accipi, ut ἐν πλεονεξίᾳ dictum ſit pro eo quod erat, auide.

Noua Hieronymi interpretatio.

In auariciam.) In auaricia, ἐν πλεονεξίᾳ, quod proprie dicit quoties alio fraudato plus ſibi uindicat aliquis quam par eſt.

Si tamen illum.) εἴγε, id eſt, ſiquidem, aut ſi ſanè. Admonet Vulgarius non eſſe dubitantis, ſed confirmantis. atqui tamen additum, dubiam reddit orationem.

Tamẽ, nõ recte additũ.

Deponite uos.) Græce ſic eſt, ἀποθέσθαι ὑμᾶς, ἀνανεοῦσθαι, καὶ ἐνδύσασθαι, id eſt, depoſuiſſe uos ueterem hominem, & renouatos fuiſſe ſpiritu, & induiſſe nouum hominem. Aut, ut legit diuus Hieronymus, Deponere uos, ut referatur ad didiciſtis. ſed tum omittendum erat pronomen uos. Nam is ordinat in hunc modum. Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamẽ illum audiſtis, & in illo docti eſtis, deponere uos ſecundum priorem conuerſationem ueterem hominem, qui corrumpitur iuxta deſyderia erroris. Ambroſius ad hunc legit modum, Vt exponatis ſecundum priorem conuerſationem ueterem hominem. ſed mox infinita uertit in imperatiua, renouamini, induimini. Vulgarius putat infinita poſſe referri, uel ad illud, eſtis edocti, uel ad hoc, ſicut eſt ueritas. quaſi interroges. quid eſtis edocti? nempe deponere ueterem hominẽ. Aut quæ eſt ueritas? nempe deponere &c.

Ordo:

Renouamini aũt.) Et hic infinita ſunt, ſicut admonuimus, quæ poſſunt pariter ad idẽ referri, ſi didiciſtis. Et ſanctitate ueritatis.) ἐν ὁσιότητι τῆς ἀληθείας. Ambroſius legit, in ueritate & iuſtitia. uerti poterat in religione ueritatis.

Cum proximo.) μετὰ τοῦ πλησίου, id eſt, ad proximum. Tametſi recte uertit interpres.

Iraſcimini & nolite peccare.) Id quemadmodum è pſalmo ſumptũ eſt, ita iuxta formã Hebræi

Hebræi ſermonis extulit. Nam ſenſus eſt, ſi continget iraſci, tamẽ ne peccetis, hoc eſt, com peſcite iram. Neq; eñ Paulus iubet nos iraſci, ſed iram non uult eſſe diuturnam, nec ad iniuriam uſq; progredi. Nec eſt iracundia Græce, quæ uox latinis, non tam iram, q̃ naturæ uicium, aut certe habitum ſignificat animi facile iraſcentis, ſed παροργισμῷ, id eſt, iram, ſiue cõmotionẽ, aut irritationem. ut intelligamus ei qui laceſſitus ſit iniuria, etiam ſi quid doleat, tamen eum dolorem breuem eſſe oportere, & citra retaliationem iniuriæ debere conſiſtere inter Chriſtianos. Deinde diabolo, haud ſcio an hic pro calumniatore poſſit accipi. Sitis inquit, cõcordes, ne ſi iuſte etiam ulciſcamini, præbeatis anſam calũniandi ethnicis, quibus uidebimini uindictæ cupidi.

Iracundia παροργισμός.

Nolite dare.) μήτε δίδοτε, id eſt, neq; detis.

Manibus ſuis.) ταῖς ἰδίαις χερσὶν, id eſt, proprijs manibus. Quanq; hic ἴδιον & ἑαυτοῦ per idem pronomen ſuus, perpetuo conſueuit uertere. Quidam codices nõ addunt ſuis, ut nec Ambroſius. Quod bonum eſt.) Poteſt legi per parentheſim, quod bonum eſt, quæ res bona eſt, uel operetur rem bonam. hoc eſt, non è turpi opificio quærat uictũ, ſed honeſto. Neceſſitatem patienti.) τῷ χρείαν ἔχοντι, id eſt, opus habenti. Et eſt ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι, id eſt, ut poſſit impartire. Nã ἔχω adiunctũ uerbis infinitiuis, aliquoties uſurpatur pro poſſum. Sermo malus.) λόγος σαπρὸς, id eſt, ſermo ſpurcus, aut uitioſus. Neq; enim ſentit de ſermone leui, aut ſuperuacaneo, ſed obſcœno aut peſtilenti. Annotauit Græcæ uocis emphaſin Vulgarius. etiamſi in euangelijs de arbore mala loquens, eadem uoce eſt uſus Euangeliſta. Aedificationem fidei.) In Græcis codicibus, τῆς χρείας, id eſt, utilitatis lego, nõ fidei. Hieronymus teſtat emendaſſe ſe, ad ædificationẽ oportunitatis, ſed in latinis codicibus pro oportunitatis, legi, fidei, propter euphoniam. atq; ita legit diuus Ambroſius. Admonet & Vulgarius de dictione χρείας.

Fidei pro oportunitatis.

In die.) εἰς ἡμέραν, id eſt, in diẽ. Ira & indignatio.) θυμὸς καὶ ὀργὴ, id eſt, ferocitas & ira. θυμὸς proprie impetus eſt animi efferueſcentis & concitati.

Inuicem benigni.) χρηστοί. Hieronymus putat rectius uerti ſuauitatẽ, q̃ benignitatẽ, ut opponatur amarulentiæ & aſperitati morum. nam & χρηστολόγοι dicti ſunt, uehementer comes & blandi. Benignitas enim proprie ad dandum pertinet, hoc eſt, ad liberalitatem.

Miſericordes.) εὔσπλαγχνοι, quod non ſolum ad miſericordiam, ſed ad omnem pietatis affectum pertinet, quaſi dicas bonorum uiſcerum. Nam uiſcera pro affectibus uſurpant diuinæ literæ.

Donantes inuicem.) χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, id eſt, donantes uobiſipſis, ut intelligas quod in alios benefeceris, id tuo bono, tuóq; lucro fieri, magis q̃ illius qui accipit. Ita Hieronymus. Neq; enim hic eſt donantes, pro condonantes ſeu ignoſcentes poſitum, ſed χαριζόμενοι, id eſt, largientes, ſeu libenter dantes. Ambroſius legit & interpretatur donantes, ignoſcentes, & remittẽtes peccatũ. atq; ita ſanè Paulus uſus eſt in epiſtola ſecũda ad Corinthios eodem uerbo χαρίζεσθαι. Et ego ſi quid donaui &c. Quod ſi placet hic ſenſus, qui mihi magis arridet, ἑαυτοῖς uertendũ erat uobis inuicem, ut mutuo ignoſcamus alij aliorũ erratis, nam & hoc ad miſericordiam pertinet.

Excuſſa Hieronymi annotato.

Donauit uobis.) ἡμῖν, id eſt, nobis, prima perſona. tametſi Græci codices uariant.

EX CAPITE QVINTO.



IN odorem ſuauitatis.) εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, id eſt, in odorem redolentiæ ſiue fragrantiæ. Hieronymus in præfatione Zachariæ, reddidit odorẽ bonæ fragrantiæ. Nec nominetur.) μηδὲ ὀνομαζέσθω, id eſt, ne nominetur quidem.

Aut turpitudo, aut ſtultiloquiũ.) Græcis hoc loco nõ repetit, aut ſed &. & tamẽ laudo quod mutauit interpres. Etẽm cũ ſenſus ſit idem, tñ cõmodior eſt oratio. Quod ſi recte fit in aliquot locis, quoties libuit interpreti, quid uetat quo minus idem fiat quoties quoties ratio poſtulat? Aut ſcurrilitas.) εὐτραπελία. i facetia ſiue lepos. nã in bonã partẽ apud philoſophos accipit. Sentit aũt urbanitatẽ ſcurrilẽ, & indignã graui uiro. Tametſi Hieronymus eiuſmodi quoq; ſales, qui tm̃ riſus cauſa dicunt indignos eſſe putat uere Chriſtianis. adducens illud ex Hebraico euangelio, nũq; læteris, niſi cum uideris fratrem tuũ in charitate. Equidem ut iocos utcunq; tolero, modo docti ſint & ſale conditi, ita non fero quoſdam, qui quoties urbani uideri uolunt, è diuinis literis

εὐτραπελία.

Loci inſulſi.

ad ſuas ineptias detorquent aliquid. Quod infeſtiuum feſtiuitatis genus, impenſe uideo placere monachis quibuſdam, ac ſacerdotibus etiam nõnullis, qui ſi cupiant uel inſectari quempiam, canticum Mariæ, uulgo dictum Magnificat. aut canticum uulgo dictum Te deum, commutatis aliquot uerbis, detorquent ad uirulentiam. Huiuſmodi ſales illis merito placẽt, quibus placet Catholicon, Mammætractus, & id genus inſulſiſſima gloſſemata, quibus arrident frigidiſſimæ quæſtiunculæ, ut ubique ſui ſint ſimiles, non minus ridiculi dum iocantur, hoc eſt, dum camelus ſaltat, & dum ſerias res agunt. Cæterum quod ſequitur, gratiarum actio, Græcis eſt, εὐχαριστία. Id uerbi diuus Hieronymus interpretatur gratioſitatem ſeu gratiam, quod apud Hebræos gratioſus, & gratias agens, eodem uerbo dicatur. Putat enim in prouerbijs ita ſcriptum, γυνὴ εὐχάριτος ἐγείρει ἀνδρὶ δόξαν, id eſt, mulier grata ſuſcitat uiro gloriam. Nam cæteri quoque interpretes, Aquila, Theodotion, & Symmachus uerterunt, χαροποιός, id eſt, gratioſa, non εὐχάριτος. Hæc huc tendunt, ut ſermo Chriſtianorum abſit á ſcurrilibus iocis, ſed ſua quadam gratia conditus ſit. Verum id lectori expẽdendum relinquo. Mihi Hieronymianum commentum hoc loco non uſquequaque probatur, præſertim Græcis non ſuffragantibus. Ambroſius interpretatur εὐχαριστίαν, ſermonem ad dei laudem facientem.

Camelus ſaltitans.

Quæ ad rem non pertinent.) τὰ οὐκ ἀνήκοντα, id eſt, non conuenientia, ſiue quæ non conueniunt. quemadmodum alibi uertit. ut ad perſonam referatur, alius ſermo ſcurram decet, alius ſeruum Chriſti. Etſi iocandum eſt, debet adhiberi iocus decorus. Videmus & inter Paulum & Antonium iocos quoſdam interceſſiſſe, Hilarionẽ multa ſalſe dixiſſe. Verum huiuſmodi ſales non ſtultum riſum excitant, ſed laudem dei ſonant.

Scitote intelligentes.) ἴστε γινώσκοντες, id eſt, ſitis cognoſcentes, quanquam quidam codices habent, ἴστε, id eſt, ſciatis, ut congeminatio epitaſin habeat. Priorem lectionem ſequitur Ambroſius & Hieronymus. De uoce πλεονεκτῆν admonet diuus Hieronymus à πλέον ἔχειν dictam, ubi quis occupat alienum. Proinde ſuperius aliquanto, ne quis circumueniat in negocio fratrem, de adulterio interpretatus eſt, & hic πλεονεξίαν putat pro ſtupro accipi poſſe.

πλεονεξία. torquet ad ſtuprum.

Quod eſt idolorum ſeruitus.) ὅσ ὄστιν εἰδωλολάτρης, id eſt, qui eſt idolorum cultor. Hieronymus legit, qui eſt idolis ſeruiens. Hic interpres λατρείαν modo cultum uertit, modo obſequium, modo ſeruitutem. Auguſtinus libro de ciuitate dei decimo, admonet ſeruitutem qua quis non eſt ſui iuris appellari δουλείαν. Cæterum cultum eum quo colimus deum plerunque, λατρείαν dici in ſacris literis.

δουλεία. λατρεία.

In regno Chriſti & dei.) Sic patrem uidetur appellare deum, quaſi Chriſtus non eſſet deus. Verum id aliàs admonuimus, patrem ex conſuetudine ſermonis apoſtolici ſignificari, quoties deum abſolute nominarit, cum ex plurimis locis palàm ſit & Chriſtum illis uocari deum. Venit ira.) ἔρχεται, uenit, hoc loco præſentis temporis eſt, aut certe futuri. nam præteriti eſſe non poteſt. Rectius opinor accipi præſenti tempore, ut intelligamus ob huiuſmodi diuinam iram ſolere ſæuire in filios male morigeros, minuſque dicto audientes. In filios diffidentiæ.) ἀπειθείας, id eſt, inobedientiæ, ſiue incredulitatis, quẽadmodũ antea meminimus. Hieronymus putat rectius uerti inſuaſibilitatis, quos nos intractabiles appellamus. Cyprianus in epiſtola ad Epictetũ legit, in filios contumaciæ. Porrò de colore ſermonis Hebraici, quo filium contumacẽ, contumaciæ filiũ uocant, crebro iam admonuimus. Participes eorum.) συμμετοχοὶ. i. cõparticipes, id eſt, ne ſitis participes malorũ cũ illis. Agit em̃ de fructibus impietatis, quorũ nõ uult eos eſſe participes cũ impijs, ut altera pars cõmunionis pertineat ad rẽ, altera ad perſonã. Id quidẽ diligenter, ac multis uerbis annotauit Hieronymus. Mihi quiſquis particeps eſt, & alicuius rei particeps ſit oportet, & cũ aliquo particeps. Addit ille, in diuinis literis participẽ dici in bonam partẽ, cõparticipẽ in malã. Fructus em̃ lucis.) Græce eſt, fructus em̃ ſpũs, ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ πνεύματος. Quãqʒ latini codices, & conſenſus interpretũ refragatur huic lectioni.

Colos ſermonis Hebræi.

Particeps: cõparticeps.

Beneplacitũ deo.) Græce eſt, dño. Magis aũt redarg.) Omiſſa eſt cõiunctio &, καὶ. & redarguite, p arguite. Ambroſius legit, obiurgate, ſed accõmodatius erat arguite ἐλέγχετε. Siquidẽ ipſa lux bonæ uitæ, arguit & prodit turpia facta tenebrarũ, etiãſi nihil obiurges. Memor igit̃ metaphoræ ſubiecit, magis aũt arguite. Arguit em̃ qui reprehendit & reuincit, &

cit,& arguit qui prodit.Et ſermo qui cõſequit̃,Oñia aũt a luce manifeſtant̃,magis exigit, ut legamus arguite pro prodite,q̃ pro obiurgate. Quanq̃ hic quoq; legit Ambroſius obiurgantur.Mecum hactenus facit Vulgarius. Omne eñ quod.) τὸ φανερούμενον,quoniam participium eſt medium,ambiguam reddit orationẽ.Nam poteſt eſſe ſenſus.Quicquid manifeſtatur, lux eſt. aut quicquid manifeſtat,lux eſt.Apparet autem potius actiue legendum q̃ paſſiue.Niſi me moueret articulus participio appoſitus nõ nomini,interpretarer ad hunc modũ,Id quod omnia manifeſtat,lux eſt,τὸ πᾶν φανερούμενον φῶς ἐστιν. Quicquid enim celat nox & caligo , id lumen retegit aperitque. Ex ſancta piorum uita,& ex prædicata ueritate,omnia palàm fiunt,quæ ab hac diſſident.Nunc autem habemus, πᾶν γὰρ φανερούμενον , φῶς ἐστιν. Et Vulgarius paſſiue interpretatur φανερούμενον, exponens, delictum ſimulatq; proditum ac retectum fuerit, uerti è tenebris in lumen.

Surge qui dormis.) Id quod Paulus citat,Hieronymus negat uſq; reperiri in diuinis literis,ſed uel ex apocryphis depromptum exiſtimat, uel ab ipſo Paulo prophetico ſpiritu proferri.Mirum eſt autem hunc ſcrupulum à Græcis diſſimulari. Quod Paulus citat nuſq; legitur.

Et illuminabit te Chriſtus.) καὶ ἐπιφαύσει σοι, id eſt,& illuceſcet tibi Chriſtus,ſiue oritur tibi Chriſtus, ut uertit & emendat diuus Hieronymus . Cæterum quod idem admonet à quibuſdam legi,non ἐπιφαύσει, ſed ἐφάψεται, id eſt,continget,qui uelint hoc uideri dictum à Chriſto pendente in cruce,ad Adam illic ſepultum , qui ſanguine redemptoris contactus,uitam receperit,coactius eſt,& Iudaicas ſapit fabulas. Quanq̃ ita uideo legiſſe Ambroſium,Et exurge de mortuis,& continges Chriſtum.Auguſtinus item enarrans pſalmum tertium,legit,& continget te Chriſtus. Lectio duplex.

Videte igitur fratres .) Fratres non eſt apud Græcos.

Caute ambuletis.) ἀκριβῶς, id eſt, diligenter & accurate, nimirum in tanta luce . Vnde bene dixit , uidete , quod in tenebris non liceat cernere.

Redimentes tempus .) ἐξαγοραζόμενοι , quaſi mercantes & ementes . Et tempus hic occaſionem ſonat ſiue oportunitatem , quam uult emi cæterarum rerum diſpendio , τὸν καιρόν. Mali ſunt.) πονηραί, quod ipſum uerbum ambiguum eſt ad afflictum & ſceleratum,utpote à labore dictum,ſiquidem laborioſa res eſt & impoſtura. Mali pro miſeri.

Voluntas dei .) Domini eſt Græcis pro dei, τοῦ κυρίου.

In quo eſt luxuria.) ἀσωτία,id eſt,luxus.Hoc admonui,ne quis hic luxuriam accipiat pro libidine,ita ut uulgus facit.Nec uideo cur Faber malit pro luxuria inſalubritatẽ, quaſi hoc agat Paulus ceu medicus,ut ſimus ſalubri corpore,temperantes ab ebrietate. Nam ut donemus ἀσώτους dictos à uerbo σέσωσται , id eſt,ſeruatus eſt,addita particula priuatiua α & abiecto σ. non poteſt tamen ſignificare inſalubritatem, nec uſq; apud ſcriptores Græcos hoc ſenſu reperitur uſurpatũ, imò populus Aſotorũ ſic dictus eſt græcis,quod eſſent luxu perditi,ſic aſſidue uerſantes in comeſſationibus ut nuſq; uiderẽt ſolem,nec orientem nec occidentem . quorum meminit & Plato,præter alios innumeros.hinc & uerbum deductum ἀσωτεύομαι luxu diffluo,quo uſus eſt Athenæus libro dipnoſophiſtarũ octauo. Iam dictio quo, mea ſententia,non ſimpliciter refert uinum, ſed totam orationis particulam,quæ præceſſit,Nolite inebriari uino in quo,hoc eſt,in qua re , & in qua uini temulentia eſt luxus. Faber: ἀσωτία.

Implemini ſpiritu ſancto.) Græce eſt,ſed implemini ſpiritu,nec additur ſancto,nec apud Græcos,nec apud Ambroſiũ,nec apud Hieronymũ , nec in uetuſtis exemplaribus . tantũ eſt ſpiritu , ἐν πνεύματι . Id oppoſuit temulẽtiæ uini. In pſalmis.) In,redundat ψαλμοῖς,Nec eſt in cordibus,ſed in corde. Cæterũ pſalmus & hymnus utrũq; græcũ eſt. Illud ſignificat cãtionẽ,hoc laudẽ,ſed ꝓprie dei.Et hæc oppoſuit ebriis cantiõibus. Supeſt in noſtra æditiõe.

Subditæ ſint.) Subditæ eſtote ὑποτάσσεσθε. Ipſe ſaluator corporis.) καὶ αὐτὸς ἐστι .i.& ipſe ſeruator corporis eſt.Et eius pronomen,apud Græcos nõ addit̃,nec apud Ambroſiũ, nec apud Hieronymũ. In uerbo uitæ.) Vitæ,apud Græcos nõ additur,nec apud Ambroſiũ,nec apud Hieronymũ. Vt exhiberet.) ἵνα παραστήσῃ αὐτὸς ἑαυτῷ .i. ut adiungeret eã ſibiipſi,Et cõtinuo additur glorioſam, ἔνδοξον, deinde, τὴν ἐκκλησίαν .i. nempe eccleſiã. Supereſt ruruſum.

Sancta & immaculata.) καὶ ἄμωμον .i. irreprehenſibilis. Ita & uiri.) Et, coniunctio redundat. Vt corpora ſua.) ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα, id eſt,ut ſua ipſorum corpora.

Corporis eius.) Poteſt legi & eiuſdem pro eius ἑαυτοῦ.

Annotatio Hieronymi ꝯ minuta.

Propter hoc relinquet.) ἀντὶ τούτου, id est, pro hoc, uel loco illius. Quod quidem annotauit & diuus Hieronymus, pro ἕνεκεν τούτου dictum à Paulo ἀντὶ τούτου, quod fermè ualet, quasi dicas pro patre ac pro matre. Testimonium assumpsit ex Geneseos capite secundo, sed suo more decerpens, quod ad præsentem locum commodum uidebatur. Nam omissis pronominibus, suum & suam, tantum posuit patrem & matrem. Deinde quod erat in medio, & adhærebit uxori suæ, prætermisit, & annexuit quod sequitur, & erũt duo in carne una, quod id efficacius sit ꝯ adhærere, nempe è duobus unum hominem fieri.

Et adhærebit.) καὶ προσκολληθήσεται, id est, adglutinabitur. Nec est uxori suæ, sed ad uxorem suam. In carne una.) εἰς σάρκα μίαν, id est, in carnem unam, hoc est è duobus fiet unus homo. iuxta proprietatem Hebraici sermonis, qui totum hominem, carnem appellat nonnunꝯ, nonnunꝯ animas, ipsos homines uocat. Itidem apud Græcos δέμας sæpe pro homine positum reperies. Verum de hoc alias à nobis dictum est.

Matrimoniũ septimum sacramentum.

Sacramentũ hoc.) μυστήριον, id est, mysteriũ. Id nolui eos nescire, qui ex hoc loco faciũt matrimoniũ unũ ex sacramẽtis septẽ. nõ quod de hoc sit dubitãdum, cũ probabile sit hãc traditionẽ ab apostolis, aut certe sanctis patribus ad nos usq; fuisse ꝓfecta. Nã quod obijcitur à nonnullis, à Dionysio qui ex professo tractat de sacramentis ecclesiasticis, singulorum ritus ac ceremonias diligenter explicans, nullam matrimonij factam mẽtionem. tum nec in tot uoluminibus in quibus Hieronymus de matrimonio disputat usq; appellari sacramẽtũ, imò nec ab Augustino, qui in hanc partẽ Hieronymo propẽsior, etiam de bonis cõiugij scripsit, nomẽ hoc tribui. quodq; his etiã magis mirum uideri possit, nec apud Iouinianum, qui patronus erat matrimonij, usq; de sacramenti uocabulo fit mentio. Nam si facta fuisset, erat is locus attingendus Hieronymo diluenti illius libros, præsertim cum id faciat tam accurate. Atqui hoc telo in primis erat opus Iouiniano, coniugium æquãti cœlibatui. Etenim ratiocinari poterat, si sacramentum est matrimonium, & uirginitas non est sacramentum, uincit etiam matrimonij dignitas. Hæc inquam, atq; huiusmodi facile dissoluuntur ab eruditis. Non igitur hæc dixerim, quasi in dubium uocans an sacramentum sit matrimonium, sed quod ex his Apostoli uerbis non uideatur admodum efficaciter colligi. Siquidem particula aduersatiua, Ego autem, satis indicat hoc magnum mysterium ad Christũ & ecclesiam pertinere, nõ ad maritum & uxorẽ. Neq; em̃ in hoc magnum est sacramentum, si uir iungatur uxori, quod & apud ethnicos fieri consueuit. Id sentit, ni fallor, diuus Augustinus ediffĕrens psalmum 118. Erunt, inquit, duo in carne una. quod magnũ sacramentũ apostolus Paulus exponens. Ego, inquit, dico, in Christo & in ecclesia. quanꝯ idẽ euidenter explicat libro de nuptijs ad Valeriũ. Quod magnũ, inquit, sacramẽtũ dixit Apostolus, in Christo & in ecclesia. Quod ergo est in Christo & in ecclesia magnũ, hoc in singulis quibusq; uiris atq; uxoribus minimũ, sed tamẽ cõiunctionis inseparabilis sacramẽtũ. Simili colore usus est Paulus in epistola ad Corinthios priore. & propter conscientiã, mox excluſurus errorẽ, subnectit. Cõscientiã aũt dico, nõ tuã sed alterius. Tũ ut dicere cœperã, hoc loco græca uox nõ proprie sacramentũ significat, cuiusmodi septẽ uocat ecclesia, sed arcanũ ac secretũ, quo uerbo frequẽter usus est Paulus & de alijs, quæ longè absunt a natura sacramentorũ. siquidẽ ad Thessalonicẽses scribẽs, & iniquitatis mysteriũ appellat.

Sermo minime grammaticus.

In Christo.) Et in Christum, & in ecclesiam. Tametsi non ignoro accusatiuum apud Græcos aliquoties idem pollere, quod alter casus. Potest autem accipi de Christo & de ecclesia. Nam & in hunc sensum usurpatur a Græcis, εἰς ἐμὲ μᾶλλον & εἰς ἀπόλλωνα.

Et uos singuli, unusquisq; suã uxorẽ, sicut seipsum diligat.) Hic sermo nec apud Græcos, nec apud nos iuxta rationẽ grãmatices constat. neq; difficile tamen fuerit ei mederi incõmodo, ad hunc modũ. Quãꝯ uos quoq; singulatim hoc præstate, ut suã quisq; uxorẽ diligat, ut seipsum. Vxor autẽ timeat.) Græce est, ut timeat, ἵνα φοβῆται .i. ut reuereatur. Nam in hunc sensum putat accipi posse diuus Hieronymus uerbum φοβεῖσθαι.

EX CAPITE VI.

ET sis longæuus.) καὶ ἔσῃ, id est, & eris. quanꝯ hoc loco ambiguum est.

Et uos patres.) Vos, redundat. nam græcis subauditur.

In disciplina & correptione.) ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ .i. in eruditiõe siue institutione & admonitione. Nam id uerbi magis arridet diuo Hieronymo, quippe

quippe mollius & correptio, quo usus est Ambrosius. Cæterum utraq; uox Græcis anceps est παιδεία, tum eruditionem significat, tum castigationem, à puero dicta. νουθεσία admonitionem & obiurgationem siue correptionem, inde dicta, quod in animum alicuius ponas, & ingeras quid factum oporteat. Dominis carnalibus.) τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα, id est, dominis secundum carnem. uerum id recte mutauit, ut effugeret amphibologiam, ne quis secundum carnem referat ad seruire. παιδεία. νουθεσία.

Non ad oculum seruientes.) Græcis uox est composita, μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν, quasi dicas, non iuxta oculare seruitium, si quis studeat uerbum uerbo reddere. ὀφθαλμοδουλεία.

Hominibus placentes.) Et hic composita uox est ἀνθρωπάρεσκοι, multo iucundior & latina periphrasis, sed interpres non potuit reddere. Sonat quasi dicas, homoplacitos, eos qui studeant probari hominibus, potius quam deo. ἀνθρωπάρεσκοι.

Cum bona uoluntate.) μετ' εὐνοίας, id est, cum beneuolentia. Mirum cur id interpres putarit immutãdum. Mihi sanè non admodum arridet, quod Augustinus ex hoc dicto, colligit seruos non debere flagitare libertatem à dominis Christianis, quod lex Mosaica septimo quoq; anno uoluerit omneis seruos manumitti. tametsi nõ negarim uerum esse quod dixit. siquidẽ Paulus magis hic agit de dominis ethnicis & Christianis. Et si fas non est seruis flagitare eam libertatem, tamen parum Christianum uidetur, Christianos domi nos non id concedere seruis suis, quod lex illa multo Christiana indemẽtior indulsit suis. imò turpe uidetur inter Christianos omnino nomen heri aut serui audiri. cum eñ baptismus omnes fratres reddat, qui conuenit fratrem fratri seruum appellari? Seruitus inter Christianos fœda.

Seruientes sicut domino.) Sicut, aduerbium redundat, nec additur ab Ambrosio.

Remittentes minas.) ἀνιέντες τὴν ἀπειλήν. i. relaxantes minas, hoc est, minus feroces, minúsq; minabundi. Vult enim eos esse minus imperiosos. Quia & illorũ & uester dominus.) εἰδότες, ὅτι καὶ ὑμῶν αὐτῶν. i. scientes quod & uester ipsorũ dñs est in cœlis. ut sit sensus, cum sciatis & uobis esse dominum in cœlis, quẽ uereri debeatis. Ambrosius & Hieronymus legisse uidentur, ὑμῶν τε καὶ αὐτῶν. i. uester simul & illorum, ut intelligas cõmunem ambobus dominum. Lectio uaria.

Fratres.) Mei, pronomen additũ est apud Græcos, ἀδελφοί μου. Porrò nec Hieronymus, nec Ambrosius addit fratres. δὲ λοιπὸν autem melius uertisset, q̃d' supereſt. Induite uos armaturã dei.) πανοπλίαν. Ea uox semel significat quicquid ad armandũ in pugnã militẽ pertinet. quasi dicas, omnia simul arma quæ ad uirũ pertinent. Vnde paulo inferius admonet diuus Hieronymus uertendũ fuisse, nõ arma, quod Græci dicũt ὅπλα, sed uniuersa arma πανοπλίαν. Et Ambrosius, legit uniuersitatẽ armorũ. πανοπλία.

Aduersus insidias.) μεθοδείας, idem quod ante uerterat, circumuentionem. Ambrosius legit aduersus nationes, sed codice opinor deprauato. Est autẽ μεθοδεία si quis ex insidijs aggreditur alium. Hieronymus legit, cõtra uersutias diaboli, quanq̃ hic potuisset uertere calumniatoris. Colluctatio.) ἡ πάλη. i. lucta. Mundi rectores.) κοσμοκράτορας, id est, mundi dominos. quã dictionem planè nouam, nec usq̃ alibi repertam, diuus Hieronymus putat à Paulo primũ fictam fuisse, quo nouis rebus explicandis noua accõmodaret uocabula. Est autem Græcis dictio composita, atq; idcirco cõmodius cohæret genitiuus tenebrarum harum. κοσμοκράτωρ, noua uox.

Tenebrarum harum.) Græce est, τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, id est, tenebrarum huius seculi. Aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus.) Quod Faber admonet posse accipi in cœlestibus, pro eo quod est, aduersus cœlestes, id sermonis Græcanici ratio nullo modo patitur, meo quidem iudicio. Iam quod inibi grauiter stomachatur aduersus superstitiosos astrologos, & prognostas, ut demus nõ sine causa factũ, certe nõ suo factum est loco. Porro spiritualia nequitiæ dixit, pro spirituales nequitias, seu potius uersutias, est enim Græce πονηρίας. Ambrosius libro de paradiso, capite duodecimo, sic inuertit, ut sensum explicet, aduersus nequitiam spiritualium, quæ sunt in cœlestibus. Faber.

Et in omnibus perfecti stare.) Græci sic legunt, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι, id est, omnibus cõfectis siue perfectis stare, id est, postq̃ omnia perfeceritis stare. Hieronymus legit atq; exponit, omnia operati stare. Cyprianus item in epistola quarti libri sexta. Vt cũ omnia, inquit, perfeceritis, stetis accincti lumbos uestros &c. Quẽadmodũ nihil nõ facit miles, quo possit hosti resistere, ac suã tueri uitã, ita nobis omnia sunt faciẽda cũ spiritibus assidue luctaturis. Iã ut hæc quidẽ indicasse nõ magni negocij iudico, ita nõ arbitror tutũ Nostra lectio uiciata.

hæc minuta

hæc minuta uel neſcire, uel negligere. Quid enim ſi theologus hic mihi prolixo & elaborato ſermone multa philoſophetur de perfecte ſtantibus, aut imperfecte ſtantibus, nonne Græce peritis riſum mouerit? nec id ſanè iniuria.

State ergo ſuccincti.) περιζωσάμενοι .i. accincti, ſiue circumcincti, hoc eſt muniti. Nã ea pars corporis, baltheo laminis conſerto tegi ſolet in bello, ad quẽ nũc alludit Apoſtolus.

Tela nequiſſimi.) βέλη τοῦ πονηροῦ, tela mali, ſiue ſceleſti.

Galeam ſalutis.) τὸ σωτηρίου, id eſt, ſalutaris. Nec eſt aſſumite, ſed capite.

Et in ipſo uigilantes.) καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο, id eſt, & in ipſum hoc uigilantes. Incertũ apud Græcos, an referatur ad ſpiritum, an ad rem. In omni inſtantia.) ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει. de quo ſuperius. Ambroſius legit perſeuerantia.

Cum fiducia.) ἐν παῤῥησίᾳ, quæ proprie libertas eſt & audacia loquendi.

Notum facere.) Cur non potius, ut notum faciam?

Redundat apud nos.

In catena iſta.) Iſta, redundat. Nec eſt apud Ambroſium, nec apud Hieronymum. ac ne in uetuſtiſſimis quidem exemplaribus, nominatim Paulino.

In ipſo audeam.) ἵνα παῤῥησιάσωμαι, quod uerbum explicans Ambroſius, dicit, ut in ipſo exerta libertate prout oportet me loqui. Nec eſt ita, ſed ut, ἵνα παῤῥησιάσωμαι, id eſt, ut audeam. Chariſſimus frater noſter.) ἀγαπητὸς, id eſt, dilectus. atq; ita legit Hieronymus, quod hic ueluti data opera ſemper uertit chariſſimus.

Vt cognoſcatis, quæ circa nos ſunt.) τὰ περὶ ἡμῶν, id eſt, quæ de nobis ſunt, hoc eſt, res noſtras & ſtatum noſtrum. A deo patre noſtro.) Noſtro, non additur nec apud Græcos, nec apud Hieronymum, nec apud Ambroſium, ac ne in Paulino quidem exemplari. In incorruptione.) ἐν ἀφθαρσίᾳ, quod alias recte uerti ſolet immortalitas, hic ſonat integritatem ac ſynceritatem animi, uacantis omni corruptela uiciorum. Hieronymus non approbat eos, qui ἀφθαρσίαν proprie ad corporis caſtimoniam applicant. Aſtipulatur nobis & Vulgarius interpres.

ἀφθαρσία. integritas.

FINIS EPISTOLAE PAVLI AD EPHESIOS.

IN EPISTOLAM PAVLI AD PHILIPPENSES ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.

Timotheus uulgo ꝑperã ꝓnunciatur.

TImotheus.) Quanq; id quidem nihil attinet ad ſententiam Pauli, tamen admonẽdum duxi, Timotheus pronunciandum antepenultima acuta, ſiue græcam rationem ſequaris, ſiue latinam. quod contra nũc fit in templis omnibus. Et licet optandum foret, ut hoc eſſet grauiſſimum erratum in uita Chriſtianorum, tamen fœdum eſt nos publicitus in re tam manifeſtaria perpetuo peccare.

Cũ epiſcopis.) Græcis unica dictio eſt coepiſcopis σὺν ἐπισκόποις, quaſi cõmunicet ſuũ officium, cum illorũ preſbyteris. Quanq; hic Græca uariant exemplaria, & in nõnullis ſcriptũ erat, σὺν ἐπισκόποις .i. unà cum epiſcopis. Poſterior rem lectionem ſequitur Ambroſius. Et diaconibus.) διακόνοις .i. miniſtris, ut ſæpius uertit. Quod ſi Græca uox placet, diaconis dicendum erat, non diaconibus.

Diacones mirũ quis dixerit.

In omni

In omni memoria uestri.) ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν, μετὰ χαρᾶς τὴν δέησιν ποιούμενος, id est, in omni memoria uestri, cum gaudio obsecrationem faciens. Ambrosius legit ad hunc modum. Super omni memoria uestra, semper in omni oratione mea pro omnibus uobis, cum gaudio orationem faciens, super communicatione uestra. ut gaudium referas ad communicationem ueluti gaudij causam. Ambrosij diuersa lectio.

In omnibus orationibus.) ἐν πάσῃ δεήσει, id est, in omni obsecratione.

Confidens in hoc ipsum.) πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο, id est, persuasum habens hoc ipsum.

Socios gaudij.) Græcis est χάριτος, id est, gratiæ, sed facilis lapsus in χάριτος & χαρᾶς. Ambrosius legit gaudij. Vulgarius gratiæ.

Omnes uos esse.) ὄντας. Rectius uertisset, cum sitis socij gratiæ, uel qui & estis socij gratiæ, συγκοινωνοὺς. Vos esse in uisce.) Esse, redundat. tantum est, in uisceribus Iesu Christi. siquidem hoc adiecit, ne quis suspicaretur quicquam hic esse affectus humani, cur eos tantopere amaret. Viscera uocat affectum animi.

Magis ac magis.) ἔτι μᾶλλον, id est, adhuc magis.

Potiora.) τὰ διαφέροντα, id est, præstantia. Ambrosius legit utilia. Suspicor illius codicem habuisse scriptum συμφέροντα pro διαφέροντα. nisi διαφέρειν, id est, referre dicamus, quæ ad rem nostram pertinent. διαφέροντα.

Et sine offensa.) Ambrosius legit inoffensi, quasi dicas robustos, qui non possint offendi, aut qui nusquã offendãt. Quanctã Græca uox ambigua est, ἀπρόσκοποι, quasi dicas, tales, ut nemini sitis offendiculo. & in hunc sensum interpretantur græcanica scholia.

Per Iesum Christum.) τὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, id est, qui est, siue contingit per Iesum Christum, ut articulus græcus distinguat hunc fructum à cæteris.

In omni prætorio.) ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, id est, in toto prætorio. Ne quis accipiat Paulum per omnia prætoria ductum fuisse. cum ipse dicat aliud, nimirum captiui prædicationem usq; ad ipsam Neronis regiam peruenisse, & inde per uniuersam urbem fuisse uulgatam. nam Vulgarius prætorium, ad Neronis familiam refert, cæteris omnibus, ad reliquos ciues. Ambrosius subdure prætorium refert ad Iudaismum, in cæteris omnibus, ad ecclesias gentium. Interpres autem non raro abuti solet omni, pro toto. In omni prætorio, p in toto prætorio.

Et in cæteris omnibus.) In, redundat. an subaudiendum sit, alijs expendendum relinquo. Neq; cæteris, refert prætoria, ut sit sensus, euangelium notum fuisse cæteris item prætorijs, sed cæteris eius ciuitatis, qui in prætorio non uersabantur. Ita Vulgarius. Proinde coniunctio in, nullum habebat usum, nec additur ab Ambrosio.

Abundantius auderent.) Ambrosius græcam figuram expressit latine, Amplius cœperunt audere. Nam in ὥρπε τολμᾷν uidetur subesse synecdoche, aut si mauis eclipsis, quã tamẽ ausus est imitari Flaccus in Odis, Vt melius quicquid erat pati, ut subaudias possis, aut incipias, aut simile uerbum accommodum sententiæ.

Propter bonam uoluntatem.) διὰ εὐδοκίαν, quod uertere solet beneplacitum. Ordo huius loci diuersus est apud Græcos. sic enim habet apud illos. Alij quidem ex contentione Christum annunciant non pure, arbitrantes pressuram addere sese uinculis meis. Alij uero ex charitate, scientes quod in defensionem euangelij positus sum. Græca sic habent, οἱ μὲν διὰ ἐριθείας τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσιν οὐχ ἁγνῶς, οἰόμενοι θλῖψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου, οἱ δὲ διὰ ἀγάπης εἰδότες, ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι. Ordo diuersus.

Non syncere.) οὐχ ἁγνῶς. i. nõ pure. Ita Vulgarius. Ambrosius legit nõ simpliciter. Fortassis illius codex habebat οὐχ ἁπλῶς. & in tanta uocũ affinitate facillimus est lapsus.

Dũ omni modo siue per occasionẽ.) Græci paulo diuersius legunt, τί γάρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ Χριστὸς καταγγέλλεται. i. quid enim? attamẽ quouis modo siue per occasionẽ, siue uere, Christus annũciatur. Neq; eum iubet hoc esse faciendũ, ut Christũ aliquis insyncere prædicet, sed ex ijs quæ nõ recte fiebant id quod est boni excerpit, & cõtemnit illorum in se odiũ, modò quocunq; modo prosint euãgelio. Ita fermè Vulgarius. Proinde omni modo, rectius uertisset, quouis modo. Neq; Paulus de his loquit qui docerẽt hæretice, sed qui recte docerent Christum, licet animo parũ syncero. Nec hos probat, sed negat sibi discutiendum quo animo id faciant, modo prosint. Porrò quod hic uertit occasionem πρόφασις est, quod & prætextum sonat, opponitur enim ueritati. Sensus alius ex Græcis.

Secundum

Secũdum expectationem.) κατὰ τὴν ἀποκαραδοκίαν, quod plus quiddam significat, q̃ expectationem, nimirũ uehemens cordis desyderiũ.dictione hinc cõpositа,quod ex corde quippiam expectetur. Quia in nullo.) Quod in nullo ὅτι. Et rursum, Fiducia, παῤῥησία. Sicut semper nunc.) Et nunc,legendum.

Et quid eligam ignoro.) Coniunctio &, obscuriorem reddit sententiam . quandoquidem hoc sensit Paulus, Si uiuo , Christi causa uiuo . si morior , meo commodo morior. quod si procedit mea prædicatio,& prosum ecclesijs, adeo non præfero meum commodum uestro bono,ut dubitem etiam utrum eligam.Habet enim hoc loco ℰ, peculiarem & occultam uim excludendi,quod diuersum erat.Poterat & ita legi καὶ δὲ οὐ γνῶ,ut hic subaudias contigerit,aut fuerit . deinde subijcias,hoc mihi fructus est operis. atque ita coniũctio,more uulgari copulat quod sequitur. Verum prior lectio magis probatur, & eam sequitur Vulgarius. Adducit hunc locum Augustinus,uelut exemplum ambiguæ distinctionis,libro de doctrina Christiana tertio,capite secundo.Nam potest ad hunc modum legi. Coartor è duobus,concupiscentiã habens,ut sit sensus, illum utriusq; rei torqueri desyderio,& uitæ & mortis.Potest & hoc pacto. Coartor è duobus,& hic distinctione interposita sequatur,concupiscentiam habens dissolui. Verum ex eo quod sequitur,Multo autem magis melius dissolui &c. colligitur,concupiscentiam habens,ad sequentia referendum esse.Quanq; Augustinus pro melius,legit optimum.

Distinctio uaria.

Coartor enim è duobus.) συνέχομαι, quasi dicas,utrinq; teneor . Ambrosius legit,ex his duobus,uelut exprimens uim articuli τοῖν δύο. siquidem de morte & uita loquitur. in quorum utroq; est quod inuitet,est quod deterreat.

Multo magis melius.) Ambrosius legit,multo enim melius. Verum Paulus aliàs quoque conduplicat comparatiuum,ad uehementiam,ut plurimum excessum significet, idq; iuxta idioma sermonis Hebraici.Proinde nos uertimus,multo longeq; melius est.

Necessarium propter uos.) ἀναγκαιότερον, id est,magis necessarium.

Et hoc confidens scio.) πεποιθὼς οἶδα, id est,certus scio, siue persuasus scio.

Quia manebo & permanebo.) ὅτι μενῶ καὶ συμπαραμενῶ, id est, quod manebo & permanebo simul cũ omnibus uobis.Quãq; quidã codices habẽt μενῶ .i.maneo siue maneã.

Vt gratulatio uestra .) τὸ καύχημα, id est , gloriatio . quod semper consueuit uertere gloriam. In me.) ἐν ἐμοὶ, ut me, sit ablatiui casus.

Audiam de uobis.) ἀκούσω τὰ περὶ ὑμῶν, ὅτι στήκετε, id est,ut audiam de uobis, uel potius ea quæ sunt de uobis,quod statis &c. Vnanimes pariter.) μιᾷ ψυχῇ, id est, una anima, uidelicet in uno spiritu,in una anima.

Collaborare συναθλεῖν.

Collaborantes.) συναθλοιῶντες .i.concertantes,hoc est,in hoc certamine adiuuãtes nos: Ambrosius sic explicat , pariter cum fide euangelij certantes. Nam collaborat illi,fortassis in carmine probari poterit. & concertant qui inter se certant.At hic Paulus sensit , fidem periclitari, & uelut in certamine uersari.quæ uincet, si sint qui certamen idem cum illa capessant. Quanquam in Ambrosianis quoque uerbis est amphibologia.potest enim accipi,certantes cum fide euangelij,certantes aduersus fidem , aut certantes per fidem euangelij. Proinde nos ita uertimus,adiuuantes decertantem fidem euangelij.

Terreamini.) μὴ πτυρόμενοι, id est,non turbati,siue tumultuantes. Ambrosius legit,non pauescentes. Quæ est illis causa.) Græce est illis quidem ἔνδειξις, id est,ostẽsio.& ideo Ambrosius legit,ostentatio interitus. Neq; tamen non recte mutauit interpres , quandoquidem Græcis ἐνδεῖξαι, siue ἀποδεῖξαι dicitur etiã qui facit.sic & aliàs apud Paulum,ostẽdit mihi multa mala,pro eo quod est,fecit mihi multa mala.

Ostendere pro facere.

Et nunc audistis.) ἀκούετε, id est,auditis.

De me.) Græcis est ἐν ἐμοὶ, id est,in me.Sed haud scio an nostra lectio sit uerior.

EX CAPITE II.

SI qua igitur consolatio.) παράκλησις. Ambrosius legit, si qua exhortatio , nebis diceret consolationem.Nihil tamen uetat quo minus conduplicatio faciat ad epitasin . Sentit enim consolationem quam illi debeant Paulo tot malis afflicto . totum enim hoc officium eò uertit , ut pro his omnibus inter se sint concordes.

Si qua

Si qua uiſcera miſerationis.) Græce eſt, ſi qua uiſcera & miſerationes, εἴ τινα σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί. atq; ita legit Ambroſius, ſuffragantibus & peruetuſtis exemplaribus latinis. Nam in eo codice quem exhibuit bibliotheca Pauli apud Londinũ, manifeſta raſura, teſtabatur, & coniunctionem fuiſſe deletam, & miſerationes adhuc erat ſcriptum nominandi caſu, e, litera calamo diſpuncta. Cæterum in græcis codicibus non reperio ſcriptum εἴτινα σπλάγχνα, ſed εἴτις σπλάγχνα, id eſt, ſi quis uiſcera. Idq; cum in emendatis ſcriptis exemplaribus habeat, demiror neminẽ interpretum offenſum hac lectione. niſi forte σπλάγχνα hominem ipſum dixit, affectu miſericordiæ præditum. Et Paulus magis rem ipſam reſpexit quam uocem. Si qua uiſcera, p ſi quis uiſcera.

Vt idem ſapiatis.) Sentiatis φρονῆτε, hoc eſt, ſitis concordes.

Idipſum ſentientes.) τὸ ἓν φρονοῦντες, id eſt, unum ſiue idem ſentientes. Eſt autem participium eius uerbi, quod modo uerterat ſapiatis. Nihil per contentionem.) κατὰ ἐριθείαν. Ambroſius legit irritationem, hoc eſt, ad prouocandum alios.

In humilitate.) Græce ſic habet, ſed humilitate, alij alios exiſtimantes ſuperiores ſeipſis, ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν. Et rurſus humilitatẽ uocat modeſtiam animi, qua quis ſibi nihil arrogat. Conſyderantes.) σκοπεῖτε, id eſt, conſyderate ſeu ſpectate. Spectamus enim quod expetimus. unde & ſcopus dictus. Ambroſius legit, contemplantes. Quæ aliorum.) Græci addunt ἕκαστος, id eſt, quiſq;. Addunt & coniunctionem καὶ, hoc pacto, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος, ſed & aliorum. Verum hanc non attingunt interpretes. Proinde uim habet, opinor, eandem, ac ſi dicas imò. imò magis aliorum. Hoc enim ſentite.) φρονείσθω, id eſt, ſentiat, ut ſubaudias unuſquiſq;, quod modo præceſſit, ſiue ſentiatur. quanquam interpres bene reddidit ſenſum, hoc eſt, is ſenſus, is affectus ſit in uobis, qui fuit in Chriſto Ieſu. Aut ita, ſitis affecti uiciſſim alij in alios, ut Chriſtus fuit erga uos affectus. Sentite, pro affecti ſitis.

Eſſe ſe æqualem deo.) τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, id eſt, ut eſſet æqualiter deo. Nam ἴσα nomen eſt aduerbij loco poſitum. loquitur enim de Chriſto, quatenus erat homo. Nec eſt ocioſus articulus apud Græcos. nimirum interpretans quid dixiſſet rapinam, haud dubium, quin hoc ipſum, ut eſſet par deo. Non uſurpabat ſibi æqualitatem cum deo, ſed deiecit ſeſe. Cæterũ forma hic eſt μορφὴ, quod ſpeciem ſonat aut figuram, quam in epiſtola ad Hebræos characterem uocat. Cæterũ utrum hic forma ſit ea de qua Ariſtoteles diſputat in libris naturalium, quæ reſpondet materiæ, uiderint ij qui huiuſmodi diſputationes in hunc inuehunt locum. præſertim cum idem Paulus mox ſubijciat, formam ſerui accipiens. Certe Chriſtus ſeruus non dicitur, ſed filius. Tametſi diuus Hieronymus in epiſtolam Pauli ad Titũ, id qd' eſt apud Eſaiam, cap. 49. Magnum eſt tibi uocari puerum meum, putat à patre dici filio, & παῖδα, quod tranſtulerunt Septuaginta, Hebræis eſſe עַבְדִּי, qd' famulum duntaxat ſignificat. Diuus Ambroſius, formam interpretatur ſpecimen ſeu exemplum, quod in corpore humano obambulans, ederet tamen argumenta diuinitatis. Forma enim, inquiens, dei, quid eſt, niſi exemplum, quod deus apparet, dum mortuos excitat, ſurdis reddit auditũ, leproſos mundat. Iam quod accepit formam ſerui, non proprie refert ad humanã naturam aſſumptam, ſed ad ſpeciem & ſimilitudinem hominis nocentis, cuius perſonam pro nobis geſſit, dum flagellatur, damnatur, crucifigitur. Serui, inquit, ex peccato fiunt, ſicut Cham filius Noe, qui primus merito nomẽ ſerui accepit. Non enim mihi ſicut quibuſdam uidetur, ſic formam ſerui accepiſſe, dum homo natus eſt. Porrò quod hic ait, Non arbitratus eſt rapinam, Ambroſius uelut explicarit, dicit. Non ſibi defendit æqualitatem, hoc eſt, non arrogauit ſibi, quo nobis exemplum oſtenderet humilitatis, ſed ſubiecit ſe, ut exaltaretur à patre. Siquidem ad exemplum Paulus huc produxit Chriſtum ſponte humiliatũ, & patris autoritate exaltatum. Neq; tamen me clam eſt locum hunc à ueteribus ferè ſecus exponi, quantum ad quædam, quorum ego ſententiæ non præiudico, ſed quod adijciendum uidebatur, lectoris ſtudio in medium confero. Scio magnos autores, Hilarium, Auguſtinum, ut cæteros taceam, ſic interpretari. Non arbitratus eſt rapinam, quod eſſet æqualis deo, nam quod erat naturæ, nõ putauit eſſe rapinæ. Cum eſſet in forma dei, hoc eſt, cum uere eſſet deus. Atq; hanc præcipuam habent clauam, qua conficiant Arriani, qui ſolum patrẽ uere uolunt eſſe deum. Atqui ſi ueris agere fas eſt, quid magni tribuit Paulus Chriſto, ſi cum deus eſſet natura, intellexit id non eſſe rapinæ, hoc eſt, nouit ſeipſum? Illud

Forma dei, id eſt, ſpecimen.

Forma ſerui ſpecies peccatoris.

Excuſſa ueterum interpretatio.

O autem

autem compertum est, nusquam maiorem uim fieri scripturis sacris, quam ubi cum hæreticis agentes, nihil non detorquemus ad uictoriam. Tametsi non uideo quid hic proprie faciat aduersus Arrianos, qui non negabant dei filium esse deum, sed arbitrabantur patrem aliquo modo peculiari dici deum, quo filius aut spiritus sanctus nō diceretur. Non hic agit Paulus quid esset Christus, sed qualem se gereret, uidelicet nobis ædens exemplum. Deus erat, homo erat. Deum celauit, hominem exhibuit usq; ad sepulturam, nam miraculis & alij pij claruerunt. Et tamen si quas diuinæ naturæ scintillas obiter ostendit, semper ad patrem autorem refert, sibi nihil arrogans. Proinde totus hic locus mihi uidetur uiolentius detorqueri ad Christi naturam, cum Paulus agat de specie exhibita nobis. Ad quem intellectum probe quadrat quod sequitur, Propter quod deus exaltauit illum. Quid est humiliauit? ostendit speciem serui, & contempti. Quid est exaltauit? Declarauit speciem euecti, qui per se summus erat. Iam quod amicus quidā eruditus, literis ad me suis argutat̃, hæc uerba, Qui cum in forma dei esset, nō arbitratus est esse se æqualem deo, nō competere in Christum, quatenus est homo, cum iuxta eam naturam uere rapina fuerit futura si se deo æquasset, opinor sua sponte dilutum hac interpretatione. Hominem abiectum, hominem damnatum Christus agere nō potuit, nisi fuisset homo. Nec est quod me quisquam magnis autorum nominibus obruat, imò non hoc admonuissem, nisi mihi cognitum esset hoc magni nominis scriptoribus placuisse. Neq; tamen inficias iuerim græca sic accipi posse. Qui cum in forma dei fuisset, hoc est, qui cum ab æterno fuisset deus, haud quaq; cogitasset rapinam, si se gessisset pro deo, tamen homo factus, non id præ se tulit, quod semper fuit, non ostentauit quantus esset, sed quam humilis esset, quam mitis, quam obediēs, hanc nobis ostendens uiam ad summa perueniendi. Iam quod hic uertit, similitudine, græce est ὁμοιώματι, quod magis sonat assimulationem. & quod hic habitu, illis est σχήματι, quod magis sonat figuram. Hæc paucis indicanda putaui, ut appareat quædam nō admodum quadrare ad sensum Pauli, quæ Thomas adducit de habitu, iuxta consuetudinē dialecticorū, qui Aristoteli dicitur ἕξις, non σχῆμα. Cæterum inuentus dixit, pro compertus. Et ut homo, potest accipi, ut homo quiuis alius. qualis nō erat, etiamsi uere homo erat, quantum ad naturam hominis attinet. Aut specie hominis, nimirum id præ se ferens quod erat, ut indicat Vulgarius.

Respondet amico cuidā

Thomas de habitu.

Varij sensus

Exinaniuit semetipsum.) ἐκένωσεν ἑαυτὸν, id est, inaniuit. Nam Qu. Curtius libro. 4. exinanire dixit, pro exhaurire. Ita ut nec circumuenirentur, si arctius starent, nec tamen mediam aciem exinanirent. Hic ἐκένωσε dictum uidetur, pro fecit humillimum & nihili, ut nihil agant qui contendunt Christum pauxillulum quiddam imminutum à deo, iuxta naturam hominis assumptam. Certe qui tantillo minor fit, nō dicetur inanitus. Porrò quomodo dicatur diminutus, aut inanitus, non est huius instituti persequi.

Fabrū uidet designare.

Deus exaltauit illum.) Plus explicat sermo græcus ὑπερύψωσεν, hoc est, uehemēter exaltauit, siue insigniter. Proinde Ambrosius legit, superexaltauit, studens exprimere græcam uocem. Omne genu flectatur.) πᾶν γόνυ κάμψῃ, id est, omne genu flectat, ut subaudias, se. Atq; ita citat Hilarius cum alijs locis tum libro de trinitate nono, ut appareat hoc nostrum flectatur, scribarum errore fuisse mutatū. Et infernorū.) καταχθονίων, id est, subterraneorum. In gloria.) εἰς δόξαν, id est, in gloriam, ὅτι κύριος ἰησοῦς χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρός, id est, quod dominus Iesus Christus in gloriam dei patris. ut intelligas hoc omnem cōfiteri linguam, quod Iesus Christus est dominus, idq; in gloriam dei patris. quanquam illud in gloriam dei patris, referri potest ad uerbum confiteatur, quod præcessit, ut omnis lingua confiteatur ad gloriam dei. Vestram salutē.) πρὸς ἑαυτῶν, id est, uestram ipsorum. quanquam ut admonui, ista pronomina composita ferè uertit per simplicia. Salutem uestram operamini.) Et mox, Deus enim est qui operatur in uobis. prius uerbum est κατεργάζεσθε, alterum est ab ἐνεργεῖν, quod nos uertimus, qui agit, ne quis in hoc erraret. Atq; illud, in uobis ἐν ὑμῖν est in quibusdam, in alijs, ἐν ἡμῖν in nobis. quanquam hoc nihil interest ad sensum.

Locus apud nos male lectus.

Et perficere.) καὶ ἐνεργεῖν, id est, facere siue operari. Est autē infinitum participij, quod modo præcessit ὁ ἐνεργῶν, id est, qui operatur. ne quis putet esse nouum mysterium in uerbo perficere, quasi sit ad finem perducere. Ambrosius legit, operari.

Sine

Sine murmurationibus.) Quidam græci codices habent χωρὶς ὀργῆς, id est, sine ira. alij γογγυσμῶν, id est, murmurationibus. Et hæsitationibus.) καὶ διαλογισμῶν, id est, disceptationibus. id aliquoties uertit, cogitationibus. Sine querela.) ἄμεμπτοι, id est, de quibus nemo queri siue cõqueri possit. alioqui sine querela est, qui de nullo queritur. Sine querelà

Et simplices.) καὶ ἀκέραιοι, id est, synceri, absq; fuco.

Sine repræhensione.) ἀμώμητα, id est, irreprehensibiles, siue inculpati.

Prauæ.) σκολιᾶς, quod non significat simpliciter prauum, hoc est, malum, ut uulgo putant, sed tortuosum & asperum, ut respondeat illi, quod superius posuit ἀκέραιοι, id est, simplices, id quod uelut interpretans explicat, adiungens καὶ διεστραμμένης, id est, distortæ. Augustinus enarrans psalmum. 146. pro praua legit, tortuosa. Praua tortuosa.

Luminaria.) φωστῆρες, cum erecta machina tollitur in altum lumen sustinens. Vnde addit, uerbum uitæ sustinentes, hoc est, in uertice tenentes.

Inter quos lucetis.) φαίνεσθε, anceps est, utrũ sit imperandi modus an indicandi, id est, utrum lucete, an lucetis. Certe lucete imperandi modo, legit Cyprianus in epistola ad Rogatianum presbyterum. & Ambrosius sic exponit, ut declaret hæc non pronunciari à Paulo quod fiant, sed præcipi ut fiant. Commonet, inquiens, ut memores suæ professioni respondeant, ut inter diffidentes tam clari appareant, uita, conuersatione, moribus, quemadmodum sol & luna inter stellas splendore sublimes sunt. Porrò φαίνεσθαι non simpliciter significat lucere, sed in conspicuo esse ut omnibus appareat, ueluti lumen in edito positum. Lucetis, prõ lucete.

Ad gloriam.) εἰς καύχημα. de quo iam sæpius admonuimus. Et est ad gloriam mihi, εἰς καύχημα ἐμοί. Atq; ita legit diuus Ambrosius. Dilucidius erat, ut gloriari possim in die Christi, quod non in uanum cucurrerim. nam huc refertur illud καύχημα, ut coram Christo possit gloriari, illis adiuuantibus hanc gloriam. Ita sanè Vulgarius.

In die.) εἰς ἡμέραν, id est, in diem. Supra sacrificium.) ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργείᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, id est, super hostia & sacrificio fidei uestræ. Sentit suam mortẽ & uinculà uictimam quandam esse, cuius ipse sit minister & sacrificus, semetipsum immolans pro fide illorum, & hoc nomine gaudet. Non quod inficier ἐπὶ Græcis nonnunquam sonare accessionem, sed quod hic non faciat ad sensum Pauli, mea sententia. Facit enim ille ceu duas uictimas. alteram illorũ fidem, quos Christo obtulit, cuius se ministrũ & λειτουργὸν facit. alteram se, si dum studet illam uictimã rite deo exhibere, ipse mactetur, & fiat uictima. quod quidem non recusat, modo id efficiat, ut illos deo dignos exhibeat. In hanc sententiam interpretatur & Ambrosius, & huic consentiens Vulgarius. Recentiores Theologi perperam exponunt supra, pro ultra, ac multo alium sensum inducunt, quam Paulus græcis uerbis expresserit. Sensus exi cussus. Vulgata interpretatiõ reiecta.

Congratulor.) συγχαίρω, id est, congaudeo.

Congratulamini.) συγχαίρετε, id est, congaudete. Legi potest per modum indicandi, gaudetis & congaudetis, id quoq; mihi sanè magis arridet. Bono animo sim.) εὐψυχῶ. Græcis est composita dictio, & magis significat bene affici animo, quam esse bono animo. Siquidem bono animo esse dicunt Latini, pro eo quod Græcis est θαῤῥεῖν.

Cognitis quæ circa uos sunt.) γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν, id est, ubi cognouero de rebus uestris, siue cognitis ijs quæ circa uos sunt. Ambrosius legit, certior de uobis factus.

Tam unanimem.) Tam, redundat, tantum est ἰσόψυχον, id est, æqualis animi. Sed offensus interpres sensu, addidit tam, ne uideretur laudato Timotheo damnare cæteros. Est autem Græcis dictio noue composita, quæ parem & eundem per omnia animum significat, quo modo Pythagorici summam & perfectam amicitiam significabant. Redundat apud nos.

Qui syncera affectione.) ὅστις γνησίως, id est, qui uere & germane, ut legit Augustinus, epistola. 137. siue ut aliàs uertit ingenue. Pro uobis sollicitus sit.) Græce sic est τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει, id est, res uestras curabit, ut sententiam reddam, magis q̃ uerba.

Eius cognoscite.) γινώσκετε, est quidem ambigua græca uox. tamen hoc loco rectius uertisset, cognoscitis, quod declarant ea quæ mox sequuntur.

Quoniam sicut patri.) Vertendum erat, quoniam sicut cum patre filius mecum seruiuit, uel sicut patri filius, mihi cõseruiuit. Quæ circa me sunt.) Græci addunt ἑαυτῆς; id est, protinus, siue cõfestim, quod hic interpres uidetur uertisse mox. uerum illud mox; potius referendum uidetur ad uerbum, mittere. Et spero mittere.) Cur nõ potius

missurum.Nam infinita sic aliquoties usurpantur. Veniam ad uos.) Ad uos, redundat,imò græce est,quod & ipse cito uenturus sim. Et ita legit Ambrosius.

Et mœstus erat.) ἠδημονῶμ. Id Ambrosius uertit,& impatienter sollicitus erat.Nam ἀδημονεῖμ est penè exanimari ac deficere præ dolore.

ἀδημονεῖμ

Vsq; ad mortem.) παραπλησίομ θανάτῳ,id est,proxime mortem,siue ut esset uicinus morti.Ambrosius legit,prope mortem.

Festinantius.) σπουδαιοτέρως,uerti poterat & studiosius. Ambrosius legit, sollicitius, etiamsi deprauatum est sollicitus. mihi tamen non displicet quod uertit interpres.

Quod ex uobis deerat.) τὸ ὑμῶμ ὑστέρημα,id est,uestrum defectum.

Absq; tristitia sim.) ἀλυπότερος ὦ. Ambrosius uertit, meliore animo sim. Græca uox perinde sonat,quasi dicas,liberior sim ab omni dolore,siue minus doleam.

Cum honore habetote.) ἐντίμους ἔχετε,id est,in precio habete.

Tradens animam suam.) παραβουλδυσάμενος. Ambrosius græcam uocem propius expressit,in interitum tradens animam suam. Est autem παραβουλεύεσθαι male consulere, & non habere rationem alicuius,non quod Faber putat sponte consultoq; tradere. Sentit enim Paulus illum ope diuina seruatũ fuisse. alioqui ipse se præcipitauerat in exitium uitæ.

Faber.

Erga meum obsequium.) πῆς πρός με λειτουργίας. Ambrosius legit,circa meum officium,quanquam nec is explicuit,quod græca sonant uerba, quorum hæc est sentẽtia, ut quod diminutũ fuit in obsequio uestro erga me, id suppleatis in his quos ad uos mitto,& quod minus feciſtis mihi,in talibus cõpensetis.At nõnulli codices habent πληρώσῃ, impleret,non πληρώσητε,ut uerbum ad Epaphroditum sit referendũ,non ad Philippenses. ac tum erit sensus, ut ille suppleret, quod in uestro erga me officio fuit diminutum. Ambrosius interpretatur,ut suppleret,si quid Paulus minus plene tradiderat. Vulgarius cum legat itidem ut Ambrosius,tamen secus interpretatur. Videlicet cum Philippenses Rhomæ non essent,tamen Epaphroditum illorũ ad se munificentiam detulisse, atq; hoc pacto sarsisse,quod illorum erga Paulum officio,locorũ seiunctio uidebatur detraxisse.

EX CAPITE III.

De cætero.) τὸ λοιπόμ,id est,quod superest.& χαίρετε potest legi, ualete.

Mihi quidem non pigrum.) ἐμοὶ μὲμ οὐκ ὀκμηρόμ, ὑμῖμ δὲ τὸ ἀσφαλές. Ad uerbum ita reddi poterat.Mihi quidem non pigrum,uobis autem tutum. At dilucidius simul & latinius fuerit, me quidem non piget, uobis autem tutum est.Sensus est,Non me piget huius laboris, ut sæpius eadem repetam,quo crebra admonitio,uos reddat tutiores,ne labamini. Nam hinc proprie dictum est ἀσφαλὲς. Vide concisionẽ.)Distinxit concisionem à circumcisione κατατομὴμ, περιτομὴμ. Conciditur enim quod discerpitur,& planè distrahitur. Circumciditur quod expolitur, resectis superuacaneis. Annotauit hoc diuus Hieronymus in commentarijs Micheæ. Cæterum articulus præfixus singulis horum nominum, indicat eum de certis quibusdam loqui,quos illi nouerint τοὺς κύνας, τοὺς κακοὺς, τὴὼ κατατομὴμ. Et uidete,posuit pro cauete,quemadmodum aliquoties in euangelio ὁρᾶτε, βλέπετε. Sic enim hunc locum adduxit Ambrosius in libello ad uirginẽ deuotam, Vitate canes, uitate malos operarios. Qui spiritu seruimus deo.) Græce est, qui spiritu dei seruimus, ὁι πνεύματι θεοῦ λατρεύομεμ. Porrò seruimus dixit,pro eo qd̃ est,religione colimus. Et tamen in nonnullis habeatur θεῷ λατρέυομεμ, id est, deo seruimus. Indicat Ambrosius libro de spiritu sancto.2.cap.6.hunc locum in latinis codicibus falsariorum perfidia uariatum fuisse, atq; ob id græcorum exemplarium autoritate standum, in quibus habeatur, ὁι πνεύματι θεοῦ λατρέυοντες,id est,qui spiritui dei seruimus. Atq; hinc colligit & spiritum esse deum, cui cultus debeatur,quod tamẽ ex græcis uerbis non consequitur necessario. Siquidem dativus πνεύματι,modum indicare potest, ut uerbum λατρεύομεμ ponatur absolute. Atq; in hunc sanè sensum enarrant Græcorum scholia, atq; ipse etiam Vulgarius πνθυματικῶς λατρεύοντες ηὴὶ διὰ νοὸς,id est, spiritualiter & mente deum colentes, non corporeis ceremonijs,quemadmodum Iudæi qui mentulam amputabant,mente impura.

καῖατομὴ περιτομὴ.

Locus falsatus apud Latinos.

Habeam

Habeam fiduciam in carne.) Græcus habet, & in carne, καὶ ἐν σαρκί. Et ita legit Ambrosius. Atq; est quidem πεποιθέναι uerbum præteriti temporis, sed ijs abutimur pro uerbis præsentis temporis. Vnde Ambrosius & interpres recte legunt, fiduciam habeam, & fiduciam habere. Circumcisus octauo die.) Græcus sic habet περιτομὴ ὀκταήμερος, id est, circumcisio octaui diei. Se uocat circumcisionem, ut sæpe aliàs gentes uocat præputium. In Ambrosianis codicibus locum hunc deprauarũt parum attenti scriptores, legentes circumcisionem octaui diei. Locus in Ambrosio deprauatus. Ex genere Israel.) ἐκ γένους Ἰσραήλ. Israel hoc loco nominatiuus est, non genitiuus. Vt enim se uocauit circumcisionem pro Iudæo, ita se hic nominat Israel pro Israelita. Idq; & aliàs sæpenumero fecit. Addidit autem ex genere, ad distinctionem proselytorum, qui erant quidem Israelitæ, sed uelut adoptione, non ex genere. Conuersatus sine querela.) γενόμενος ἄμεμπτος, id est, factus sum, siue is fui de quo queri nemo posset. quanquam hoc haud male reddidit interpres.

Detrimenta.) ζημίαν, id est, detrimentum.

Propter eminentẽ scientiam.) διὰ τὸ ὑπέρεχον τῆς γνώσεως, id est, propter eminentiam cognitionis, ut neutrum positum sit loco nominis substantiui.

Vt stercora.) καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, id est, arbitror stercora esse, siue duco pro stercoribus. Etiamsi diuus Ambrosius in psalmo. 118. sermone. 8. legit, Aestimor stercora, ut Christum lucrifaciam, quasi Paulus passus sit se pro nihilo haberi. Idem tamẽ secus interpretatur, ac mea sententia rectius, in commentarijs, quos in hanc scripsit epistolam, præsertim suffragantibus græcis. iuxta quos Paulus legem olim magnæ uenerationis prorsus negligit, ut inutilem præ euangelio Christi, cum in illa natus esset. Quanquam haud scio an & illud τὰ πάντα ἐζημιώθην, uertendum fuerit, in omnibus detrimento sum affectus. Ambrosius uertit, omnia damna duxi, & huic consentiens Augustinus. Et in hanc quidem sententiam interpretatur Vulgarius, ut intelligamus perinde dictum ζημιοῦσθαι, quemadmodum dicimus μακαρίζεσθαι & εὐδαιμονίζεσθαι. At idem Ambrosius edisserens psalmum, Beati immaculati, sermone octauo, secus uertit, propter quem omnium detrimentum passus sum, rursus à seipso nonnihil dissentiens. Locus uarie intellectus.

Quæ est ex deo.) Adde iustitiam τὴν ἐκ θεοῦ δικαιοσύνην, ut repetatur iustitiam. sic eñ legit Ambrosius. Iustitiam inquam quæ fide constat, non legis operibus. Item, in fide ad cognoscendum illum. *Sic* distinguunt Græci, ut intelligas eum cognosci ex fide.

Ex fide est.) διὰ πίστεως, id est, per fidem.

Societatem passionis.) παθημάτων, id est, passionum siue malorum, siue afflictionum. Ambrosius pro societate, legit communicationem.

Si quo modo.) εἴπως si qua. Quæ est ex mortuis.) τῶν νεκρῶν, id est, mortuorũ. Miror cur hic placuerit περίφρασις, nisi quod suspicor hunc interpretem, & item Ambrosium ita legisse, ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν. Sequor autem.) διώκω, id est, sector, & assequi cupio. Interpres autem nimis latine usus est eo uerbo sequor, idcirco admonui, ne quis erraret. Facetum. Si quo modo.) εἰ καὶ, id est, si &, siue etiam cõprehendam. Interpres legisse uidetur εἴπως. In quo & compræhensus sum.) ἐφ' ᾧ, id est, in eo quod. Eundem sensum efficit hoc loco, ἐφ' ὃ & ἐφ' ᾧ. Proinde mihi sensus uidetur, *Si quo modo* assequar id, ad quod me Christus delegit, & in stadio hoc certare iussit.

Non arbitror.) Laurentianus codex habuit οὔπω, id est, nondum. Meus οὐ. sed plures habent οὔπω, & ita legit diuus Ambrosius.

Quæ retro sunt.) τὰ ὀπίσω, id est, quæ à tergo sunt, hoc est, quæ præterita sunt ac relicta. Sumit enim similitudinem à cursoribus, qui non attendunt, nec respectant quid spacij trãsmiserint, sed quid superfit. Augustinus enarrans psalmum trigesimum nonum, interpretatur quæ retro sunt, uitam pristinam uitijs inquinatam. cum mea sententia Paulus loquat de pietatis gradibus, prætermissis inferioribus, ad magis ardua perfectioraq; cõnitendum esse. Nam & Corinthijs ostendit uiam excellentiorem, ad quam proficiant, neglectis minoribus uirtutum donis. Expensa Augustini interpretatio

Vnum autem.) ἓν δέ, subaudiendum est ago. quasi dicat, solum hoc ago, & in hoc sum totus. Quæ priora.) τοῖς δὲ ἔμπροσθεν, id est, quæ à fronte sunt.

Ad destinatum.) κατὰ σκοπὸν, id est, secundum scopum aut præfixum. Neq; tam male

uertit interpres quàm obſcure. Hieronymus admonet græcam uocem eſſe ſignificantio
Scopꝰ quid. rem. Eſt enim σκοπὸς proprie ſignum præfixum ſagittantibus. Vnde quod animo deſtinamus ac præfigimus, ſcopus eſt. Auguſtinus cum alijs pleriſque locis, tum in pſalmum 38. legit, ſecundum intentionem, pro κατὰ σκοπόν. Cyprianus de clericorum uita, ſi modo hoc opus illius uideri debet, legit, ad regulam ſequor.

Hoc ſentiamus.) Hieronymus in primo aduerſus Pelagium dialogo, indicat hoc loco Græcorũ exemplaria uariaſſe, in alijs ſcriptum fuiſſe φρονοῦμεν, id eſt, ſapimus, modo indicandi, in alijs φρονῶμεν, id eſt, ſapiamus. Aliter ſapitis.) φρονεῖτε, id eſt, ſentitis. Ac
Reuelauit. reuelabit futuri tẽporis eſſe debet, ἀποκαλύψει. ſed reclamantibus uetuſtis exẽplaribus la/
Reuelabit tinis, atq; ipſo Ambroſio, qui ſecus non legit ſolum, uerũetiam interpretatur. Item Auguſtino cum alijs locis aliquot, tum epiſtola 48. niſi mendum eſt in ſcriptura. nam ſermone de uerbis apoſtoli 15. ſcriptũ habetur, reuelabit. Rurſus libro de prædeſtinatiõe ſanctorũ
Aliter, p di/ primo, cap. primo. Opinor cm̃ dictum aliter, pro eo quod eſt, ſecus aliquãto cꝫ oportet.
uerſe, ſiue ſe/ Proinde ſuſpicor à Paulo ſcriptũ fuiſſe ἀπεκάλυψε. Senſus utercꝫ tolerabilis eſt. ſiquidem
cus cꝫ opor/ opinor Paulum loqui de Iudæis ad Chriſti religionẽ conuerſis, qui nõdum poterant con
tet. temnere patriæ legis obſeruationem. Paulus autem modo docuit ex fide contingere iuſticiã. Sed tamen ſi quis, inquit, inter uos diuerſum ſentit, & legi nonnihil tribuit, non eſt cur ob id ſcindatur cõcordia, quæ peculiaris eſt Chriſtianorum. ſic potius interpretetur quiſq;, Quid mea refert, ſi deus hoc illi reuelauit? ego nihilo ſecius ſequar, quod mihi mea dictat conſcientia. Alter hic eſt, Si quis diuerſum ſentit, hoc eſt, legi tribuit aliquid, feratur donec proficiat. futurum eſt enim fortaſſis, ut hanc quoq; perfectionem illi deus aſpiret, ut aliquando contemnat, quæ nondũ poteſt contemnere. quanꝫ haud me clam eſt Ambroſiũ aliter interpretari. Vulgarius hunc ſenſum adfert. Si quid ſecus ſentitis de affectanda uictoria, non recte ſentitis. ſed tamẽ deus iſtã quoq; mentẽ uobis mutabit in melius.

Veruntamen.) Græca paulo ſecus habent, nempe ad hunc modum, πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι τὸ αὐτὸ φρονεῖν, id eſt, uerum in eo ad quod peruenimus, eadem incedere regula, idem ſapere. quanquàm hi infinitiui pro imperatiuis poni uidentur.

Imitatores mei.) συμμιμηταί μου, id eſt, coimitatores mei, hoc eſt, imitemini me unà cũ cæteris qui me imitantur. Aut hoc cõueniat inter uos, etiamſi quid in cæteris diſſentitis, ut ſitis imitatores mei. Proinde nos uertimus, Eſtote pariter imitatores mei. Ambroſius nullum indicium dat huius coniunctionis.

Et obſeruate.) καὶ σκοπεῖτε, id eſt conſyderate. Atq; ita legit Ambroſius.

Formam noſtram.) τύπον ἡμᾶς, id eſt, formam nos, ut ſit appoſitiue dictum.

Quæ ſæpe dixi uobis.) Apparet Paulum non abſoluiſſe quod cœperat. Multi enim ambulant, ut ſubaudias, non ut ego, ſed in carne & faſtu, ac ceremonijs. & ob id inimici crucis. Terrena ſapiunt.) φρονοῦντες, curant ſiue ſentiunt, hoc eſt, qui terreſtres habent affectus. Abuſus eſt participio loco uerbi.

Noſtro autem.) Noſtra enim. Vnde.) ἐξ οὗ, id eſt, ex quo. ſcilicet cœlo. Miror interpreti placuiſſe amphibologiam, adeo ut à græcis uerbis diſcederet. niſi quod ex quo apud illum ferè ſonat, ex quo tempore, ſiue poſtquàm.

Corpus humilitatis.) ταπεινώσεως, id eſt corpus humile & abiectum. Locutus eſt enim
Corpus hu/ iuxta proprietatem ſermonis Hebræi. Configuratum corpori.) Græce ſic habet,
militatis .i. humile. ſicut corpus mortis. εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι, id eſt, ut fiat conforme corpori &c.

Secundum operationem uirtutis.) Et hoc Græcis ad hunc legitur modum, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτὸν, καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα, id eſt, ſecundum operationem ſeu uim, aut efficaciam, ut poſſit etiam ſubijcere ſibijpſi omnia. Ambroſius legit, Qua poſſit etiam ſubijcere ſibi omnia.

EX CAPITE IIII.

Hariſſimi & deſyderatiſſimi.) ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι, id eſt, dilecti ac deſyderati. Et ſyntychen obſecro.) Rogo & deprecor apud Græcos idem eſt uerbum. Proinde intempeſtiue interpres affectauit copiam hoc loco, cũ anadiploſis eius uerbi faciat ad uehementiã affectus ſignificandã.

Idipſum ſapere.) τὸ αὐτὸ φρονεῖν, id eſt, idẽ ſentire, hoc eſt, cõcordes eſſe.

Etiam.)

Etiam.)Hic affirmantis est, ναί. Et ἐρωτῶ, quod significat interrogo, hic pro rogo posuit. nisi forte ἐρωτῶ anceps est apud Græcos, sicut rogo apud Latinos.

γνησίως sincera affectio,

Germane compar.) σύζυγε γνήσιε. Syzygi dicuntur, quasi pariter ducentes iugum. Germanum autem hic uertit, quod superius uerterat synceram affectionem γνησίως. Quidam hoc referunt ad uxorem Pauli. nam græca possunt & fœminino genere accipi, σύζυγε γνήσιε, id est, coniunx germana, hoc est, syncera coniunx. Sunt autem magni autores apud Græcos, qui putant Paulum habuisse uxorem. Et consentaneum est hic mulieres commendari mulieribus. Porrò quod addit γνήσιε, hoc est, germana siue uera, pulchre quadrat in eam quæ & ipsa Christum unà cum marito amplecteretur. Cum enim consensus est, non solum in conuictu, uerum etiam in professione fidei, in studio pietatis, in uitæ similitudine, tum denique uerum est coniugium. Alioqui impar coniugium uocatur, quoties diuersi religione, iugo matrimonij continentur.

Paulus habuit uxorem, Vera & germana coniux pauli.

Impar coniugium.

Adiuua illas.) συλλαμβάνου αὐταῖς, commoda illis.

Mecum laborauerunt.) συνήθλησάν μοι, id est, simul mecum decertarunt.

Gaudete in domino.) χαίρετε, potest esse & ualete.

Modestia.) ἐπιεικὲς, id est humanitas, siue æquitas. Ambrosius explanat, rationabilis conuersatio, cum non contenditur de summo iure, sed alius alij pro tempore cedit, & id sequitur quod postulat humanitas.

Modestia, p humanitate.

Dominus enim.)Enim, redundat, nec additur apud Ambrosium.

Sed in omni.) Omni, non est epithetum orationis, ἐν παντὶ, id est, in omni re, siue in omnibus. Omnem sensum.) πάντα νοῦν, id est, mentem siue intellectum, ne quis ad corporis sensum detorqueat. Certe mentem legit Ambrosius hanc enarrans epistolam, itaq; citat libro de Iacob, & beata uita. cap. sexto.

Custodiat.) φρουρήσει, id est, custodiet, futuri temporis. Neq; enim optat hoc illis, sed animat eos hac fiducia. Ita legisse Ambrosium, colliges ex ipsius interpretatione, si perpendas attentius. De cætero fratres.) τὸ λοιπὸν, id est, quod reliquum est. Est autē continuantis post digressionem aliquam.

Quæcunq; pudica.) σεμνὰ, quod Ambrosius legit, magnifica. Vertere poterat seuera, honesta, uerecunda. nam hæc omnia significat Græcis σεμνὰ.

σεμνὰ seuera

Quæcunq; sancta.) ἁγνὰ, id est, pura siue casta. Amabilia.) προσφιλῆ, quod Hieronymus aduersus Iouinianum uertit ad castitatem pertinētia. sed detorquens, opinor, ad suam argumētationem. Bonæ famæ.) εὔφημα, id est, bene ominata. Ambrosius uertit, laudabilia. Totum hunc locum ita reddidit Hieronymus. Quæcunq; ergo sunt uera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; ad castitatem pertinentia &c.

Si qua laus disciplinæ.) Disciplinæ, redundat iuxta græcos codices. Et uirtus hic est ἀρετὴ, quæ opponitur uicio, non δύναμις, quæ pugnat cum imbecillitate.

Virtus ἀρετὴ

Hæc cogitate & agite.) Cogitate, superest, Græcis tantū est ταῦτα πράττετε, id est, hæc agite. Et ita legit Ambrosius. Quoniam tandem aliquando.) ὅτι ἤδη ποτὲ, id est, quod iam aliquando. Refloruistis pro me sentire.) ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, id est, reuiguistis in sentiendo de me, ut subaudias κατὰ τὸ φρονεῖν, hoc est, reuiguit in uobis amor & sollicitudo, ac studium erga me, tametsi non misistis hactenus, quod opportunitas mittendi uobis defuerit, non animus.

Sicut & sentiebatis.) ἐφ' ᾧ, id est, in eo quod sentiebatis.

Occupati enim eratis.) ἠκαιρεῖσθε δὲ, id est, sed non habuistis opportunitatem. id enim sonare uidetur ἠκαιρεῖσθαι. Propter penuriam.) καθ' ὑστέρησιν, id est, iuxta defectum.

Non quasi.) οὐχ ὅτι, id est, nō quod. Sufficiens esse.) αὐτάρκης εἶναι, id est contentus esse. Apertius erat. nam ego didici his in quibus sum cōtentus esse, ἐν οἷς εἰμὶ αὐτάρκης εἶναι. Scio humiliari & abundare.) περισσεύειν, quod hic uertit, abundare, non solum pertinet ad rerum copiam, sed ad omnem præcellentiam, ut opponatur ex æquo, humiliari. Vbiq; & in omnibus.) ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι, id est, in omni & in omnibus. Et sic legit Ambrosius. tametsi probe uertit hoc interpres, ut accipias, ubiq;, pro eo quod est in omni re. Institutus sum.) μεμύημαι, quod Ambrosius uertit, imbutus sum. Est autem proprie initiari mysterijs. Porrò mysteria primum discuntur.

Abundare & penuriam pati.) περισσεύειν ἠδὲ ὑστερεῖσθαι, hoc est, quasi dicas, pati, ut superfit. pati, ut desit. siue pati, ut nimium sit. pati, ut minus sit.

Qui me confortat.) ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι, non est confortat, quasi consolatur & reficit, sed confortat, id est, potentem ac fortem reddit. corroborat erat usitatius.

In Thessalonicam.) ἐν Θεσσαλονίκῃ, id est, in Thessalonica, ut subaudias ecclesia. Nec miserunt in Thessalonicam, sed Paulo miserunt, qui illic tum erat.

Semel & bis. Semel & bis.) ἅπαξ ἠδὲ δίς, quod si quis latine uelit reddere, dicendum est, semel atq; iterum. Ambrosius legit, Semel & iterum. alioqui semel & bis nihil aliud sonat q̃ ter.

In usum.) εἰς τὴν χρείαν, id est, ad egestatem, siue ad necessitatem. quanquam in usum non est absurdum, modo intelligas, in usum, id est, cum esset opus. Ambrosius legit, in usus meos misistis. Non quia quæro datum.) οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα, id est, non quod quæram ipsum donum. Ambrosius legit, Non quia munus quæram.

Sed requiro fructum.) Illud quæro, & hoc requiro, apud Græcos idem uerbum est ἐπιζητῶ. Abundantem in rationem.) Hic melius uertisset græcum participium in uerbum πλεονάζοντα, id est, qui redundaret in uestrum commodum, potius q̃ meum.

Habeo autem omnia.) ἀπέχω. Ambrosius legit, percepi autem omnia. Nam ἀπέχειν est recipere ex aliquo ueluti censum aut reditum ex aruis. Et ad eum modum uertit in euangelijs, Receperunt mercedem suam ἀπέχουσιν.

Repletus sum acceptis.) πεπλήρωμαι δεξάμενος, id est, repletus sum accipiẽs. nisi quod participium est præteriti tẽporis. Commodius uertisset ad hunc modum, Expletus sum, posteaquam accepi ab Epaphrodito, à uobis missa, odorem &c.

In odorem suauitatis.) ὀσμὴν εὐωδίας, quod superius indicauimus. Nec est in odorem, sed odorẽ appositiue. Ambrosius legit, odorem bonæ suauitatis, sed mutato sicuti conij/cio, auferendi casu, in accusandi casum. Cyprianus exponens precationem dominicam, citat ad hunc modum. Saturatus sum, inquit, recipiens ab Epaphrodito quæ à uobis mis/sa sunt, odore suauitatis, sacrificio accepto, & placente deo. Indicat autem quod uocauit odorem suauem, sumptum à sacris in quibus suffitus spargebantur grati naribus.

Thymiama/ta in sacris.

Omne desyderium.) πᾶσαν χρείαν, id est, omnem necessitatẽ siue indigentiam. Valla emendat, implebit πληρώσει, sed codex unus habebat πληρῶσαι, id est, impleat.

Cum spiritu uestro.) Sic & Ambrosius legit, sed græci codices habent, μετὰ πάντων ὑμῶν, id est, cum omnibus uobis.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES, PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM, FINIS.

IN EPISTOLAM PAVLI AD COLOSSENSES ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.

IN PRIMIS non possum non mirari, quid in mentem uenerit ijs qui Colossenses ad quos scribit hanc epistolã Paulus, aiunt esse Rhodienses, ob nobilem illum colossum, qui memoratur inter septem mundi miracula. Nam de statua quidem nullus nõ meminit scriptorum. At de ciuitate huius nominis, ne ij quidem ullum fecere uerbum, qui totius insulæ situm diligentissime literis prodiderunt. Quin potius Colossæ ciuitas est Phrygiæ, quæ est in Asia minore, haud ita procul ab Hierapoli, & Laodicea, quarum & in hac epistola meminit Paulus. Laodiceæ cum ait, Volo autem uos scire, cuiusmodi certamen habeam pro uobis, & pro his qui sunt Laodiceæ. Ac rursum in calce. Facite ut & in Laodicensium ecclesia legatur, & eam quæ è Laodiçea missa fuit, ut uos quoq; legatis. Ac paulo superius. Quoniã habet zelum multum pro uobis, & his qui sunt Laodiceæ, & his qui sunt Hierapoli. Constat autem Hierapolim & Laodiceam in Phrygia esse aut certe in confinio, autore Ptolemæo. Porrò Plinius libro sexto, cap. trigesimo secundo, Colossas nominatim recensuit in descriptione Phrygiæ, Quæ septentrionali sui parte Galatiæ sit contermina, Meridiana, Lycaoniæ, Pisidiæ, Mygdoniæ, Ab oriente Cappadociam attingens. Oppida celeberrima sunt, Ancyra, Andria, Celena, Colossæ, Carina, Coiason, Ceranæ, Iconium, Midanum. Idem libro trigesimo primo, capite secundo, prodidit Colossis flumen esse, in quod lateres coniecti lapides extrahantur. Ad hæc Strabo geographiæ suæ libro decimo, inter loca Laodiceæ finitima, Colossarum quoq; mentionem facit. Iam uero Vulgarius quoq; græcus interpres de Colossensibus tradidit in hunc modum, πόλις φρυγίας ἥ κολοσσαί, ἣ νῦν λεγόμεναι χῶναι, ἡ δ' ἄλλη ἐκ τοῦ τὼ λαοδίκειαν εἶναι πλησίον, id est, ciuitas Phrygiæ Colossæ, quæ nunc uocatur Chonæ. atq; id liquet ex eo, quod uicina sit Laodicea. Hæc abunde sufficiunt, opinor, ad refellendos eos, qui Colossenses in Rhodum transferunt. Nec ab hac nostra sententia dissentit Faber Stapulensis. Cæterum quod in græcis codicibus κολασσεῖς legimus, per alpha scriptum in secunda syllaba, haud scio an librariorum acciderit incuria, præsertim cum Vulgarius urbis situm exponens, Colossas scribat, non Colassas. Sic autem dicimus Colossæ Colossarum, quemadmodum Athenæ Athenarum. Quod peruenit ad uos, sicut & in toto mundo est, & fructificat, & crescit.) καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, καὶ ἔστι καρποφορούμενον. Quemadmodum & in toto mundo etiam est fructificans. licet in nonnullis exemplaribus non addebatur posterius καὶ ante ἔστι. Quæ tamen coniunctio mihi non uidetur ociosa. Prior enim pertinet ad aduerbium, quemadmodum. posterior ad id quod subauditur, peruenit ad uos, quemadmodum & in toto mundo est, & ita est, ut non solum prædicatum sit, uerum etiam fructificet. Et crescit.) Hæc apud Græcos non lego. Faber indicat, αὐξανόμενον addi in quibusdam exemplaribus, atq; ita sanè legit Ambrosius, ac paulo inferius rursus hæc duo participia iunguntur, in omni opere bono &c.

Colossas ciuitatem esse Phrygiæ, nõ Rhodi.

Faber.

Faber.

Faber.

Sicut in

Sicut in uobis.) Sicut & in uobis,addita copula,καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν.Atq; ita legit Ambrosius. Conseruo nostro.) Græce uestro, ὑμῶν.quanq; hic libri uariant, & magis quadrat nostro prima persona,ut intelligamus adiutorem Pauli & illorum ministrum.

Orantes & postulãtes.) Et hæc participia debebat uertere in uerba infinitiua,orare & postulare, προσευχόμενοι καὶ αἰτούμενοι. Vt impleamini agnitione.) ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν.Aut subaudienda est præpositio κατὰ,more Græcorũ quasi p synecdochen, aut πληρωθῆτε sumendũ est actiue,id est,ut impleatis.tametsi priorem sensum magis probo. & eum sequitur Vulgarius. Digne deo.) Domino est Græcis, ἀξίως τοῦ κυρίου.

Omnia placentes.) εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν.quasi dicas , in omnẽ placentiam . Ambrosius legit,ad omne placitum. In omni uirtute confortati.) Græcus sermo iucundior est, δυνάμει δυναμούμενοι , id est, in omni potentia facti potentes, siue ualentia ualescentes. Est enim participium præsentis temporis. Claritatis.) δόξης,id est,gloriæ.

Deo & patri.) Græce tantũ est patri. Qui dignos nos.) τῷ ἱκανώσαντι , id est,qui nos fecit idoneos. Filij dilectionis suæ.) Iam non semel admonuimus hanc sermonis formam peculiarem esse Hebræis,uas electionis,pro uase electo,& filius perditionis, pro filio perdito.Itidem hic filij dilectionis,pro filio dilecto. τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ.

Idioma Hebræum.

Redemptionem & remissionem.) Græci codices sic habent, τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν,id est,redemptionẽ per sanguinem ipsius,remissionem peccatorũ.Ambrosius uidetur item legisse,nisi quod non habet hic,per sanguinem ipsius. Cæterum quod redemptionẽ & remissionem, nullo coniunctionis interuentu, sed appositiue coniunxerit,indicat id quod edisserens subijcit,Remissio enim peccatorũ libe ros facit.Exponẽs eñ Paulus quid dixerit redemptionẽ, subdidit remissionẽ peccatorũ.

Appositiue legendum.

Imago dei inuisibilis.) Inuisibilis,non refertur ad imaginem,sed ad deum,ἀοράτου,hoc est,dei,qui per se uideri non potest,qui tamen quodã modo uideatur in imagine.

Primogenitus omnis creaturæ.) Cum hic dixerit creaturæ,cur mox mutauit, condita sunt,cum Græcis eiusdẽ originis sint uoces κτίσις & ἐκτίσθη. Vel hinc colligi potest, nihil interesse inter creare & cõdere.Sensus autem hic esse potest,qui genitus fuit ante omnẽ creaturã. ne quis cum Ario dei filium faciat creaturam. Quod si mutato accentu legas, πρωτοτόκος πάσης κτίσεως,sensus erit,illum primũ produxisse omnia, & omnẽ creaturam ab illo natam esse. Nec male congruit ad hanc sententiã quod sequitur,quod in illo creata sint omnia &c. Vtrũcunq; sensum sequi malis,nõ uideo quid ad rẽ pertineat,ut ideas Platonicas huc in medium protrahamus,id quod facit Aquinas.quandoquidẽ iuxta sermonis Hebræi proprietatẽ,Paulus in ipso dixit,p eo quod est,per ipsum,ut crebro iam obuiũ indicauimus.Declarat id,quod mox repetens hanc sententiã,quod hic dixerat, ἐν αὐτῷ,id est,in ipso,mutat in δι᾽αὐτοῦ,id est,per ipsum.Astipulatur nostræ sentẽtiæ Vulgarius,hunc enarrans locum.Proinde quod sequitur εἰς αὐτὸν,non erat uertendum in ipso, ne bis idem dicere uideatur,sed in ipsum, ut accipias hæc nõ fuisse cõdita per Christum ueluti per ministrum,sed tanq; per consortẽ imperij.Idcirco addidit,& in ipsum,ex quo pendeãt omnia gubernãda.Ad eum modũ sonant Græca quæ scripsit Paulus,& ad eundẽ interpretatur præter cæteros Vulgarius.Iam per se liquet,opinor, quod Thomas Aquinas in ipso exponit,tanq; per causam exemplarẽ,non admodum ad rem pertinere,quod tamen interpreti par sit imputare,qui secus uerterit,quàm scripsit Apostolus.

In ipso, pro per ipsum.

Excussa Aquinatis interpretatio.

In cœlis & in terra.) τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς , id est, quæ in cœlis sunt,& quæ in terra. Et ipse est ante omnes.) Magis quadrabat,ante omnia,πρὸ πάντων. Nam de uniuersis locutus est,& sequitur continuo, καὶ τὰ πάντα,id est,& omnia.

Et omnia in ipso constant.) καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε,id est,omnia in illo cõsistunt siue constiterunt.tametsi Græci uerbi tempus recte mutauit interpres. Cæterum cõstare dicit conseruari. Qui est principium primogenitus.) ὅς ἐστιν ἀρχὴ πρωτότοκος.Quoniã neutri dictioni apponitur articulus,potest & hic sensus accipi.Qui Christus est principium primogenitũ ex mortuis , quasi dicas, primũ principium,quod ille sit fons omnis resurrectionis . Nam huc accommodant Vulgarius & Ambrosius, quod Christus hic dicatur principium,quod dux sit & autor resurrectionis.

πρωτεύων. Primatum tenens.) πρωτεύων,id est,primas tenens.quanq; Græcis unica dictio est.

In ipso

In ipso complacuit.) εὐδόκησεν, id si referatur ad patrem, cuius uoluntas ac decretum fuerit, cōmodior erit interpretatio quàm si ad filium. Atq; ita sentit Vulgarius. Proinde nos patri, addidimus de nostro. Omnem plenitudinem diuinitatis.) Diuinitatis, apud Græcos non lego, tantum est τὸ πλήρωμα. nec additur apud Ambrosium. Quod si quis excutiat interpretationem diui Thomæ, deprehendet ne ipsum quidem addidisse, diuinitatis. & haud scio an apud ullum omnino sit interpretem. Proinde demiror, unde uox ea in quædam exemplaria latinorum irrepserit, nisi huc ex proximo capite huius epistolæ asscripta est. Per eum reconciliari omnia in ipsum.) Cur non & antea uertit in ipsum, cum Græcis eadem sint uerba εἰς αὐτὸν. quanq; rectius erat reconciliare, uerbum actiuum ἀποκαταλλάξαι. Et erga se melius, quàm in ipsum.

Adhitum aliquid.

Reconciliari, pro reconciliare.

Pacificans.) εἰρηνοποιήσας, id est, pacificatis & ijs quæ in terra sunt, & quæ in cœlis.

Per sanguinem crucis eius.) Græca secus habent, διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ δι' αὐτοῦ, id est, per sanguinem crucis eius, per ipsum siue per eundem, ut placuerit, referatur ad patrem, & hæc pronomina pertineant ad Christum.

Inimici sensu.) ἐχθροὺς τῇ διανοίᾳ, id est, inimici mente siue cogitatione. Porrò sermo Græcis anceps est. nam datiuus διανοίᾳ potest accipi uelut instrumentaliter, hoc est, per sensum siue mentem. aut relatiue, Inimici, sed cui? nempe menti. Etenim qui carni seruit, repugnat rationi. Ambrosius & Hieronymus διανοίᾳ referunt non ad hominem peccantem, sed ad deum, ut accipias dei mentem, nō hominis. Nam prior sic legit. Et uos quondam alienatos & inimicos consiliorum eius, in operibus iniquis &c. Posterior ad hunc modum, in epistola ad Ioannem episcopum Hierosolymitanum, Cum essetis alienati, & inimici sensus eius. quanquàm ego sanè hostes malim quàm inimici. Vulgarius, mente ad Colossenses refert, ne se putarent excusandos, si fato aut natura fuissent hostes dei. Idcirco addit mente, ut intelligerent se suapte uoluntate fuisse hostes.

Sensus, pro mente.

Carnis eius.) Imò suæ. Et immaculatos.) ἀμώμους, id est, irreprehensibiles.

Et irreprehensibiles.) ἀνεγκλήτους, id est, incriminabiles siue inculpatos.

Quod prædicatum est in uniuersa creatura.) ἐν πάσῃ κτίσει. Torquetur hic nonnihil Aquinas, putans prædicatum est, positum pro prædicabitur. Imò hyperbole est, qua significat iam undiquaq; uulgatum euangelium Christi, ne quid cogitarent Colossenses de mutanda fide, quæ iam ab omnibus esset recepta. Magnificentius autem & ardentius est, in omni creatura, quàm inter omnes homines. Quod si quis nō recipiat hyperbolen in literis diuinis, is si uolet, cum Hieronymo, cum Origene, cum Chrysostomo, cum Augustino litiget, qui frequenter annotant hoc schema.

Hyperbole.

Qui nunc gaudeo.) Qui, apud Græcos non lego, sed tantum, nūc gaudeo, νῦν χαίρω. Et apud Græcos est, in passionibus meis. Et adimpleo ea quæ desunt passionum.) καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων. Cōmodius uertere poterat, & suppleo quod deest afflictionibus Christi. Ambrosius ita, & suppleo reliquias pressurarū. Porrò uerbū ἀνταναπληρῶ compositum ex tribus, ex ἀντὶ, quod significat uicem, cum quis alterius loco facit aliquid, & ἀνὰ, quod apud latinos ualet re, quasi redimpleo uice Christi, quod in illius afflictionibus est diminutū. Ambrosius uidetur uoluisse sensum explicare Pauli, cum ait, reliquias, ut accipiamus passionem Christi non fuisse diminutam ad salutem hominum, sed unam esse passionem Christi & martyrum, hoc est, capitis & membrorum.

Passio Christi quomō impletur.

Cuius factus sum ego minister.) Cuius, ecclesiam refert, nō corpus. quanq; id sanè minutulum est. uerū ad hæc minutissima, nōnunq; impingunt magni theologi, si græce nesciant. Verbum dei mysterium.) Cum hic Paulus uerbum dei uocarit mysterium, quod sæpe uertit sacramentum, cur non addunt hinc octauum sacramentum? qui quoties in scripturis sacramenti fit mentio, uolunt de septem illis accipi. quanq; mysteriū, hoc loco secretū & arcanum sonat, id declarant quæ sequūtur. Nunc autem manifestatū est.

Sacramentū μυστήριον.

In uobis.) εἰς ὑμᾶς, id est, in uos. Et ita legit Ambrosius in codicibus emendatioribus, quanquàm in nonnullis Græcis codicibus scriptum habebatur ἐν ὑμῖν.

Notas facere diuitias.) Græce sic est, γνωρίσαι τίς ὁ πλοῦτος, id est, notum facere quæ sint diuitiæ. Et ita legit Ambrosius. Sacramenti.) μυστηρίου, id est, mysterij.

Quod est Christus.) ὅς ἐστι Χριστὸς, id est, qui est Christus. tametsi Laurentius uertendum existimat

dum existimat, quæ est Christus, ut quæ, referatur ad diuitias, πλοῦτον, quæ uox Græcis est masculini generis, & numeri singularis. Atq; ita quidem exponunt Græca scholia.

Corripientes.) νουθετοῦντες, id est, monẽtes. & ita Ambrosius. nam Græca uox anceps est, quam aliquoties uertunt increpare. In quo &.) εἰς ὃ, in quod, in quam rem, ut non referas ad Christum, sed ad illorum perfectionem. Nec est simpliciter laboro certando, sed κοπιῶ ἀγωνιζόμενος, quod ad periculum pertinet. Siquidem agon interim certamen est, interim periculum. Quam operatur.) πλὴν ἐνεργουμένην, id est, quæ operatur. & ita Ambrosius. Et operationem est ἐνέργειαν, ut intelligas uim agentẽ in Paulo. Et uirtute, est δυνάμει, quæ pugnat cum imbecillitate.

EX CAPITE II.

Faber.

Qualem sollicitudinem.) ἡλίκον ἀγῶνα, id est, quantum certamen siue periculum. nec est pro uobis, sed de uobis, περὶ ὑμῶν. quanq; agon & laborem sonat, sed cum difficultate periculóq; coniunctum. Faciem meam.) τὸ πρόσωπόν μου, quod planè refertur ad faciem. Nam uidit personam meam, nec latinum esse puto. etiamsi cuidam hoc magis arridet.

Ambrosij diuersa lectio.

Constructi.) συμβιβασθέντων, id est, compactorũ. Quidam habent, instructi. Ambrosius legit, Cum fuerint instructi in charitate. Porrò hic idem est uerbum quod superius uertit, constructi. significat autem compactos & cõnexos, in morem membrorum unius corporis cohærentium apte inter se. Diuitias plenitudinis.) πληροφορίας. Non est πληρώματος, quod ipsum item plenitudinem uertit. Nam πληροφορία magis sonat certam persuasionẽ, quoties alicui plene fit fides, ita ut nihil iam addubitet. quemadmodum admonuimus in initio euangelij secundum Lucam. Optat enim illis certam cognitionem mysterij, ne quid omnino hæsitent. Ad quẽ modum interpretatur & Vulgarius, τοῦτ' ἔστιν, inquiens, ὑπὲρ μηδενὸς ἀμφιβάλλωσιν, id est, hoc est ne ulla de re ambigant. Itaq; quæ conferunt in hunc locum recentiores interpretes, non possunt admodũ cõgruere sensui Paulino. Absconditi.) ἀπόκρυφοι, id est, absconditi. hic nomen est non participium, occulti siue arcani. In sublimitate sermonũ.) ἐν πιθανολογίᾳ, id est, in persuasibili oratione siue persuasibilitate siue probabilitate. Ambrosius legit, in subtilitate sermonis, locũ hunc ad sophistas detorquens. Et si corpore.) σαρκὶ, id est, carne, quam opponit spiritui qui mox sequitur. Firmamentum.) τὸ στερέωμα τῆς εἰς χριστὸν πίστεως ὑμῶν, id est, firmamentum uestræ in Christum fidei. Miror unde diuus Ambrosius addiderit hoc loco, legit enim ad hunc modum. Videns ordinationẽ uestram, & supplens id quod deest utilitati fidei uestræ. Apparet enim illum ita legisse in græcis codicibus, καὶ ἀναπληρῶν τὸ ὑστέρημα χρείας τῆς πίστεως ὑμῶν. Cæterũ interpres de suo addidit eius, quo nihil erat opus, ob pronomen uestræ, quod sequitur. Dominum nostrum.) Nostrum, redundat Græcis. Et superædificati.) ἐποικοδομούμενοι præsentis tẽporis est, ut superstruamini manente radice Christo ac fundamento, siue ut crescatis in eo, siue ut collapsi nonnihil restituamini. Nam id postremũ sequitur Vulgarius. Ne quis uos decipiat.) μήτις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλλαγωγῶν, id est, ne sit qui uos deprædetur, aut in prædam abducat. Ambrosius uertit deprædetur, & item Hieronymus libro commentariorum in Oseam. Rursum in commentarijs quos ædidit in epistolam ad Galatas. Græca uox proprie sonat ceu prædam abducere. Consimilem ad modum legit Cyprianus in sermone de bono patientiæ. Proinde miror unde hoc nostrum decipiat ad nos deuenerit. Sentit autem cauendum, ne quis occultis insidijs adortus, abducat eos à recta fidei uia, in errorem ac perniciem, ac seruitutem legis Mosaicæ. Diuinitatis corporaliter.) θεότητος, id est, deitatis. Et addidit σωματικῶς corporaliter, ut excludat umbras legis Mosaicæ, corpus enim opponitur umbræ. Non manufacta.) ἀχειροποιήτῳ, dictio composita, id est, quæ fit sine manibus. Corporis carnis.) Græce sic habet, τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός, id est; corporis peccatorũ carnis, hoc est, quod obnoxium est peccatis carnalibus. Augustinus in epistola ad Paulinum. 59. testatur ita scriptum fuisse in nõnullis Latinorum exemplaribus, ne quis omnino contemnat, græcis iniquior. Sed in circumcisione.) Sed, redundat. In quo & resurrexistis.) συνηγέρθητε, id est, simul resurrexistis. Atq; ita legit Ambrosius. Et uos cum essetis.) Apud Vulgarium ubiq; pronomen est primæ

personæ,

perſonæ, ἡμᾶς & ἡμῶν. Item in eo quod ſequitur, Donans uobis.) Nobis, eſt Græcis prima perſona, & ita legit Ambroſius.

Delens quod aduerſus.) Melius dixiſſet, deleto quod aduerſum nos erat chirographo. Atque ita legit Ambroſius, ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον.

Chirographum decreti.) Græce decretis eſt, τοῖς δόγμασιν. Græci codices ita diſtinguunt, ut accipias chirographum deletum, quod erat nobis contrarium per decreta legis Moſaicæ, ſiue per decreta legis diuinæ. Sanè diuus Auguſtinus epiſtola quinquageſima nona, ad Paulinum, legit chirographum in decretis. Loc⁹ uulgo non intellectus.

Traduxit.) ἐδειγμάτισεν, quod Ambroſius uertit oſtentauit. Auguſtinus epiſtola quinquageſima nona ad Paulinum, legit exemplauit, græcam uocem fidelius & elegãtius exprimens. Ad eundem modum adduxit libro de agone Chriſtiano, capite ſecundo. Mirum autem quid ſecutus, ſubinde locum hunc adducat hiſce uerbis. Exuens ſe carnẽ, principatus & poteſtates exemplauit, quaſi ſenſerit Paulus, ita demum deuinci principatus, ſi uicturus carnem exuat. ſic enim & interpretatur, libro aduerſus Fauſtum decimo ſexto, capite uiceſimo nono. Hic eodem uerbo latino reddit παραδειγματίσαι, hoc eſt, traducere, in initio Matthæi, & hoc loco δειγματίζειν, cum illud ſignificet in exemplum uertere, hoc oſtentare, & ſpectandum omnibus proponere. Alluditur enim ad morem triumphantium, qui trophæa ſua circumferebant, & populo oſtentabant monumenta uictoriæ &c. Quod ſi Thomas potuiſſet Græcos interpretes conſulere, non opus erat hic geminis interpretationibus pro unica. Traduxit, inquit, ſanctos in cœlum. Aut traduxit, hoc eſt, expulit dæmones ab homine. Origenes in Exodũ homilia quarta, aut certe huius interpres, explicat uim huius uerbi. Quos, inquit, in aduẽtu ſuo Chriſtus dicitur traduxiſſe, hoc eſt, captiuos duxiſſe, & triumphaſſe in ligno crucis. Expenſa Auguſtini interpretatio. Traduxit, Thoma interprete.

Confidenter palam.) ἐν παῤῥησίᾳ, quod Ambroſius legit in autoritate. Origenes in Ieſum Naue, homilia octaua legit, traduxit libere triumphans. Eſt autẽ παῤῥησία cum quis palam audet præſertim in loquendo. quanꝯ Paulus aliquoties uſurpat ad alia.

Palam triumphans.) Illud obiter admonendum, ſpolians & triumphans, & cætera participia hoc loco, præteriti temporis eſſe. Neomeniæ.) νουμηνίας, id eſt, nouilunĳ, à νέος nouus, & μείς μηνὸς luna, ſiue menſis. ſiquidem Græci non a Calendis, ſed ab initio nouæ lunæ menſem auſpicantur. Triumphans illos in ſemetipſo.) Origenes interpres homilia in Ieſum Naue octaua, indicat in nonnullis codicibus legi, in ſemetipſo, cæterum in Græcis haberi ſcriptum in ligno. At hodie conſentiunt hoc ſanè loco Græcorum exemplaria cum noſtris. Lectio duplex. Corpus autẽ Chriſti.) Græca ſcholia indicant hunc locum bifariam legi. Primum ita, Illa ſunt umbra, ſed corpus ipſum, hoc eſt, ueritas eſt Chriſti, τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Rurſum ita. Corpus Chriſti, nemo uos decipiat, ut referas corpus ad fideles, qui ſunt membra Chriſti. ut ſit ſenſus, Vos autem qui eſtis corpus Chriſti, nemo deuertat a præmio quod cœpiſtis promereri credẽdo in illum. Atq; hic ſenſus probatur Auguſtino in epiſtola ad Paulinum. Sed prior lectio mihi uidetur accõmodatior, utpote minus coacta. Ambroſius uidetur tertium quendam ſenſum arripere, quaſi umbra & corpus utrunq; referatur ad ea quæ præceſſerunt, cibus, potus, feſtum, neomeniæ, ſabbata, hæc omnia erãt umbra futurorũ, ſed eadẽ corpus Chriſti. ſic enim infert. Hæc aũt omnia ſunt corpus Chriſti, quia elementorum per effectus ſunt uocabula. Sed mea ſententia, corpus Chriſti uocat illa, quod quicquid illis adumbrabatur, id in Chriſto ſit exhibitũ, ut iam illa ſint negligenda. Cum abeſt ipſum corpus, umbris utcunq; paſcimur. cum adeſt, offendit etiam umbra. Atq; hunc ſenſum ſequitur Auguſtinus in epiſtola ad Paulinum quinquageſima nona. Ordo triplex. Nemo uos ſeducat.) καταβραβευέτω, id eſt, in brabĳs, aut præmĳs fraudet, ſic enim interpretatur Hieronymus in quæſtionibus ad Algaſiam quæſtione decima. Nemo aduerſum uos brabium accipiat. Cum enim in certamine poſitus, iniquitate agonothetæ, uel inſidĳs magiſtrorum, brabium & debitam ſibi palmam perdit, καταβραβεύεσθαι dicitur. Idq; uerbi uideri uult peculiare Cilicũ, in qua prouincia Paulus natus & educatus fuit. Græcanica ſcholia admonent, καταβραβεύειν dici quoties penes alium eſt uictoria, penes alium præmium. Ambroſius legit, nemo uos deuincat. Ex his ſatis liquet, quantum abſit a uero, Iacobi Stapulenſis, hominis alioquin eruditi in hoc loco ſententia, quam Faber. καταβραβεύειν.

in prima recenſuit æditione. Verum hunc in errorem induxit Valla, qui putat καταβραβεύειν eſſe ad brabium euocare, ſiue brabium oſtentare. Fortaſſe leuiculum. ſed tamẽ obiter admonendum illud, brabium dicendum eſſe latinis, non brauium, hoc eſt per b, ſecundam literam, non per u. deinde penultima acuta, aut circumflexa, quemadmodum eſt apud Græcos βραβεῖον, brabium ſiue brabeum. Qui de Græcarum uocum etymologijs cõſcripſerunt, exiſtimant βραβεῖον dictum à ῥάβδος, mutatis ac tranſpoſitis literulis aliquot, quod eſt uirga, ſiue ſceptrum. unde qui regalia ſceptra geſtant, brabeutæ dicti ſint, quòd horum partes eſſent in certaminibus præmium addicere qui uiciſſet, ne quis inter certantes oriretur tumultus. Atq; id propemodum indicat Martialis in præfatione quadam, cũ ait, Contra retiarium ferula. Sunt qui putent palmeam uirgulam tradi ſolitam uictori, uictoriæ ſymbolum, eamq; uirgam brabeum appellari. Vnde καταβραβεύειν, eſt intercipere præmium, non euocare ad præmium. Heſychius indicat idem pollere παραβραβεύειν. Porrò quod addit θέλων, non opponitur inuito aut nolenti, ſed idem pollet ac ſi dicas, ſtudio ſiue data opera, ut intelligerent illos malicioſe inſidiari Coloſſenſibus. quanq; Auguſtinus in epiſtola ad Paulinum, participium uolens, non accommodat ad uerbum ſeducat, ſed ad id quod ſequitur, in humilitate. Volens in humilitate, quaſi dicas, affectator humilitatis, quemadmodum dicimus ἐθελόδουλος. Ex Ambroſio colligitur, eos ſtudio per humilitatem deijcere uoluiſſe animos hominum, ne ſeſe erigerent ad cœleſtia. Nec abhorret hinc Vulgarius, ſeparans participium uolens à ſuperioribus, & interpretans pſeudapoſtolos angelos quoſdam colendos ingerere, quo per hos patefieret hominibus aditus ad patrẽ alioquin inacceſſum. Paulus autem neſcio quid ſupra angelos ſpirat Chriſto fretus.

Brabion unde dictum.

Volens pro affectator.

In humilitate.) ἐν ταπεινοφροσύνῃ, quod refertur ad animi modeſtiam. unde Ambroſius ita reddidit, in humilitate animi. diſtinguens ab humilitate conditionis, quæ ταπείνωσις dicitur. & tamen interim abuſus uidetur ταπεινοφροσύνη in malam partem. Nam qui iactãt uiſiones angelorum, craſſos & abiectos requirunt animos, quibus facilius imponant, alioqui naſutis protinus ſubolet impoſtura.

Et religione angelorum.) θρησκείᾳ, quod religionem ſonat, nonnunq; & in bonam partem, ſæpe tamen peregrinam ac ſuperſtitioſam. uox, ut autumant, à Thracibus deducta, quod apud hos Orpheus multa de dijs confinxerit, traditis ceremonijs, quibus colerentur. Ambulans.) ἐμβατεύων, id eſt, ingrediens ea quæ non uidit. Tametſi Hieronymus in eodem loco ἐμβατεύων interpretatur incedens faſtuoſe. Mirum unde diuus Auguſtinus legat, quæ non uidit inculcans, quaſi Græce legiſſet ἐμβαθεύων per θ. Ambroſius legit, ea quæ uidet extollens. Heſychius indicat ἐμβατεῦσαι, nonnunq; idem ualere quod occupare, ueluti locum aut domum, aut totam hæreditatem. Sed Hieronymi magis arridet ſententia. Metaphoram ductam opinor à tragicis cothurnis, quandoquidem genus hoc ἐμβάδες dicuntur, quod in his ſublimes incedant, qui regem aut deum agunt. Auguſtinus ad Paulinum, indicat in nonnullis latinorum codicibus ſcriptum fuiſſe, quæ uidit, quemadmodum legit & Ambroſius. in nonnullis, quæ non uidit. Sed illud mirum cũ hic loqui uideatur de uiſis angelorũ, quomodo Auguſtinus interpretetur de ſacrificijs. quæ quis ideo magni ducit, quod ea uiderit alicubi obſeruari, uel quod non uiderit quidem ea faciẽda, ſed quod opinione populari ducatur. Neq; minus durum quod Ambroſius hæc ad aſtrologiæ philoſophiæq; ſtudium detorquet.

Diuerſa lectio & interpretatio.

Excuſſa Auguſtini interpretatio.

Senſu carnis.) ὑπὸ τοῦ νοός, id eſt, à mente, ut legit diuus Ambroſius. Sic enim uocat affectum hominis impij.

Creſcit in augmentum.) ἄυξει τὸν ἄυξησιν. Græca figura eſt, quaſi dicas, uiuit uitam, gaudet gaudium, ſic hoc loco, augeſcit augmentum.

Ab elementis huius mundi.) Huius, redundat. tantum eſt ab elementis mundi. Mundum enim uocat quicquid uidetur. Quid adhuc tanq;.) Adhuc, redundat. Nec additur apud Ambroſium, τί ὡς, id eſt, cur tanquam &c.

Viuentes mundo.) In mundo eſt Græce, & ita legit Ambroſius.

Decernitis.) δογματίζεσθε, id eſt, decernimini. quanq; nec illud decernimini explicat, id quod ſenſit Paulus. intelligit enim eos decretis & conſtitutionibus hominum duci, ueluti ſubiectos, & hoc uocat δογματίζεσθαι, id eſt, dogmatizari. Dogma enim Græce decretum

cretum eſt,quod Paulus ferè in malam accipit partem, pro legibus quæ non dei, ſed hominum arbitrio præſcribuntur,quemadmodum paulo ſuperius.unde & decreta pontificum uocamus,diſtinguentes à lege diuina. Græcanica ſcholia, admonent Paulum non dixiſſe, δογματίζετε, hoc eſt,decreta facitis,ſed δογματίζεσθε, id eſt, decretis oneramini. Annotauit idem Vulgarius,licet interpres latinus longe diuerſam ſententiam extulerit. Græca ſic habent, ὅρα δὲ καὶ πῶς ἡρέμα αὐτοὺς διακωμῳδεῖ, δογματίζεσθε εἰπών. ὡς γὰρ παιδία ἀρτιμαθῆ κάθηνται, φησιν: δογματιζόμενοι καὶ νουθετούμενοι, τί δεῖ ποιεῖν. Ea ſic reddidit interpres. Aduerte autem & eos ſtulticiæ arguat,uituperetq;, Cũ decernitis,inquit,perinde dicat,nec ſecus ac pueri per luſum ſolent, dicaciores uos agitis, qui pridie nati, & nuper inſtructi ſint,in conſeſſum enim ueniſtis,ut ſententias de dogmate proferatis, ſanciatiſq; quid factu ſit neceſſarium.cum Græci ſermonis hæc ſit ſententia. Quin & illud uide, ut illos tacite taxat,dicendo δογματίζεσθε. ſiquidem ut pueri,inquit, qui nuper diſcere cœperunt ſedetis,uobiſq; præitur ac præſcribitur,quid facto ſit opus.Hæc admonui lector, ut intelligas quid ſit interpreti peregrini ſermonis fidere. Proinde nec hoc loco probo Iacobi Fabri ſententiam,qui uertit, decreta quæritis. Interpres uulgatus, & Ambroſius legiſſe uidentur δογματίζετε. Ne guſtaueritis.) Hæc tria uerba apud Græcos,ſingularis numeri ſunt, μὴ ἅψῃ, μὴ δὲ γεύσῃ, μὴ δὲ θίγῃς, id eſt,ne attigeris,neq; guſtaueris, neq; contigeris.Atq; hæc uidentur dici à Paulo μιμητικῶς, id eſt,per imitationem, ſic enim loquebantur qui ſuis decretis onerabant Chriſtianos,ne guſtes hoc, ne tangas illud, ne contrectes hoc.atq; his ceremonijs ſubigebant uelut in tyrannidem, quos Chriſtus liberos eſſe uoluit.Et utinam his quoque temporibus,non idem facerent ſacerdotes quidam,omiſſis ijs quæ propius ad pietatem pertinent,qui conſtitutiones conſtitutionibus accumulãt, hoc tantum agentes, ut plebem & maxime fieri poteſt illaqueatam, ſibi reddant obnoxiam, ſuæ tyrannidi, ſuóq; quæſtui conſulẽtes. Non igitur ſic accipiẽdum eſt,quaſi Paulus prohibeat tangi, guſtariue quippiam,ſed reprehendit eorum ſupercilium, qui hæc magno faſtu prohibebãt. Idem palam indicat diuus Auguſtinus epiſtola quinquageſima nona,ad Paulinum. Et tamen Ambroſius ita interpretatur, quaſi Paulus his uerbis deterreat ab omni ſpe mundanorum,mea ſententia non ſatis attente,quod quidem cum tanti uiri pace dictum ſit.Idem citat in eundem ſenſum,enarrans pſalmum centeſimum decimũoctauum,ſermone decimo octauo. Rurſus libro de patriarcha Abraham ſecũdo,capite ſexto, aliíſq; locis aliquot. Ipſo uſu.) τῇ ἀποχρήσει, id eſt,abuſu. & Ambroſius legit,per abuſionem. Agit enim de cibo & potu,quæ uſu conſumuntur, & in latrinam excernuntur. Nam ijs proprie dicimur abuti,quæ uſu abſumuntur.

Faber.

Ne guſtaueris μιμητικῶς.

Rationem quidem habentia ſapientiæ.) λόγον hic interpretantur ſpeciem, quod quoniam Aquinas ſenſit duriuſculum,annectit id quod ſequitur,in ſuperſtitione.ut intelligamus in eiuſmodi rationem eſſe ſapientiæ,non ſimpliciter,ſed ad ſuperſtitionem. At mihi uidetur oratio inabſoluta. cœpit em̃ per μὲν, & non reddidit,quæ illi reſpondet δέ. Proinde mihi uidetur λόγος, hoc loco ſonare ſermonem aut uerba,ut opponatur rei. Quod ſi abſoluiſſet orationem,dixiſſet ad hunc modum. Quæ omnia uerbotenus uidentur erudita ac magnifica,nimirum ab angelis profecta,ut illi narrant. cæterum re longe abſunt à religione Chriſti.quæ nec in ſuperſtitione,nec in abiectione animi, qua pecudum ritu homines,homunculi cuiuſpiam arbitrio circumaguntur,nec in leſione corporis ſita eſt, cum deus cibo uoluerit honorari corpus,non cruciari inedia, ſed in puritate uitæ & charitate.

Thomas Aquinas.

In ſuperſtitione.) ἐν ἐθελοθρησκείᾳ, quæ eſt falſa religio, interprete Hieronymo, in eo, quem modo citaui loco. Nam ſuperſtitio, δεισιδαιμονία, dicitur. Ambroſius legit ſuperſtitione.Porrò uox græca ita ſonat quaſi dicas,ſpontanea religio,cum quis ultro ſibi fingit religionem.Nam θρησκεία religio dicitur, à Thracibus, apud quos Orpheus primus cœpit nugari de dijs,ut modo dictum eſt,& θέλω uolo.Idq; probe quadrat in confictas ab homunculis ceremonias. In humilitate.) Diuus Hieronymus hoc quoq; uerbum notat, tanq; improprie hoc loco uſurpatum, cum aliàs uirtutem ſonare ſoleat, hic uicium, quo quis humilia ſentit atq; terrena,& abiecti eſt animi,ut patiatur ſeſe ueluti bubalum duci naribus præceptis hominum.

θρησκεία.

Ad non parcendum corpori,) πρὸς ἀφειδίᾳ σώματος, quod ad uerbum ſonat,imparſi-

monía, hoc eſt, cum quis non parcit alicui rei. Nam φείδομαι parco, & α particula eſt priuatiua. Ambroſius legit, ad uexationem corporis. Atq; eam lectionem indicat & Auguſtinus in epiſtola ad Paulinum, cuius ſæpe iam meminimus. Sentit enim de ijs qui ſuperſtitioſe lacerabant, aut mutilabant corpus ſuum, aut immoderatis ieiunijs conficiebant. Manent huius rei nonnullæ reliquiæ hodieq; apud Italos. cuiuſmodi multa commemorat Apuleius in aſino ſuo.

Flagelliferi apud Italos.

EX CAPITE III.

QVæ ſurſum ſunt.) τὰ ἄνω. Cur non potius ſuperna. Et φρονεῖτε curate potius & ſapite. Vita ueſtra.) Græci legunt noſtra ἡμῶν, id eſt, noſtra, prima perſona. Libidinem.) πάθος, quod morbum uertas licebit. aut potius molliciem, ut de effœminatis & pathicis intelligas. Nã alioqui quid attinebat addere libidinem, cum ante dixerit fornicatio. neq; enim apte genus ſpeciei ſubnectitur. Porrò molliciem & Flaccus morbum appellat in Odis, Cum grege turpium morbo uirorum. Propter quæ uenit.) δι' ἃ ἔρχεται, id eſt, propter quæ uenit. ut uenit, ſit præſentis temporis, intelligasq; ſolere ob iſta uenire diuinam iram.

Filios incredulitatis.) Quod ſuperius uerterat diffidentiæ ἀπειθείας, idem & inobedientiam ſonat. Quanq; hoc loco Ambroſius non addit, in filios diffidentiæ. Iam de forma ſermonis huius Hebraica, non ſemel à nobis dictum eſt.

In quibus & uos.) ἐν οἷς. Sermo græcus anceps eſt, quod articulus referri poſſit, uel ad filios inobedientes, inter quos & Coloſſenſes quondã fuerant. uel ad uicia quæ paulo ante commemorauit. Certe quod mox ſequitur, cum uiueretis in illis, ad uicia pertinet.

Turpem ſermonem.) αἰσχρολογίαν, id eſt, turpiloquium.

Nolite mentiri inuicem.) μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους, id eſt, ne mentiamini alius aduerſus alium. Quid enim eſt mentiri inuicem, quod uertit interpres, niſi mentiri uiciſſim?

Mentiri inuicem

Expoliantes.) ἀπεκδυσάμενοι, id eſt, exuentes, id eſt, poſtq; exuiſtis. nam præteriti temporis eſt. uocem hanc interpres ſubinde uertit, expoliantes.

In agnitionem dei.) Dei, redundat, iuxta Græca exemplaria. Nec Ambroſius addit.

Maſculus & fœmina.) Hæc non inuenio apud Græcos.

Gentilis & Iudæus.) Ἕλλην, id eſt, Græcus, pro quo uertit gentilis.

Barbarus.) Poſt hanc uocem Græci omittunt coniunctionem, & oratio fit ardentior. prius enim per iuga coniunxit, Iudæum cum Græco, circumciſionẽ cum præputio. deinde citra copulam, copulat Barbarum cum Scytha, ſeruum cum libero. Porrò Barbaro opoſuit Scytham, non quod is Barbarus non ſit, ſed quod præ hoc reliqui Barbari non ſint Barbari.

Scytha.

Dilecti uiſcera miſericordiæ.) Dilecti, hic participium eſt, non nomen ἠγαπημένοι. Nec eſt miſericordiæ, ſed οἰκτιρμῶν, id eſt, miſerationum, numero multitudinis.

Humilitatem.) ταπεινοφροσύνην, quod Ambroſius uertit humilitatem ſenſus. nos modeſtiam maluimus. Nam modeſtia potius eſt, quam Græci uocant, ταπεινοφροσύνην.

Modeſtiam.) πραότητα, id eſt, manſuetudinem, ſiue lenitatem.

Patientiam.) μακροθυμίαν, ad uerbum, longanimitatem, ſiue animi lenitatem, aut animi moderationem.

Supereſt.

Charitatem habete.) Habete, non reperio apud Græcos, nec apud Ambroſium, ſed referendus eſt accuſatiuus charitatem, ad uerbum ſuperius, ſitis induti.

Quæ eſt uinculum perfectionis.) σύνδεσμος τελειότητος, id eſt, uinculum integritatis. Reſpexit enim ad corpus, in quo ſpiritus colligat & connectit omnia membra, alioqui dilapſura. Quanquam non me fugit omnes ſecus interpretari. Præterea pax dei eſt, & apud Græcos, & Ambroſium, non pax Chriſti.

Exultat.) βραβευέτω, id eſt, præmij loco detur, ſiue contingat, aut palmam ferat. Hoc eſt ne iudicet ira in uobis, aut inuidia, aut ſuperbia, ſed pax deferat palmam, ut is putet ſe uiciſſe, qui cæterarum rerum diſpendio pacem cõſeruauerit. nam hæc demum eſt pax dei. Alioqui pax mundi ex uindicta naſcitur. In hanc fermè ſententiam interpretatur Vulgarius. Iam uero quorſum attinet recenſere, quid in hunc locum commentati ſint theologi recentiores ſecuti uerbum exultandi.

Locus perperã expoſitꝰ.

In qua.) In quam εἰς ἣν, ſiue ad quam.

Et grati ſitis.) καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε. Superius admonuimus ex Hieronymiana ſententia εὐχάριστον, in diuinis literis accipi pro gratioſo & amabili, quemadmodum opinor accipiendum hoc

endum hoc loco. Siquidem id adiecit, uelut indicans, qua ratione pax inter eos possit consistere, si comes sint & benigni erga omnes, propensi ad bene merẽdũ de omnibus. Vulgarius interpretat̃ grati erga deũ, hoc est memores, qualis ille fuerit in nos, ut & ipsi uicissim dementes simus erga conseruos. Verum hæc expositio mihi uidetur esse coactior.

Abundanter.) πλουσίως, quasi dicas opulente & diuitum more. Nam hoc uerbo delectatus est Paulus. Docentes & commonentes.) Aut abusus est participio loco uerbi, idq; iuxta proprietatem Hebræi sermonis, aut hæc referenda sunt ad id quod præcessit, Grati sitis. deinde ueluti per parenthesim interiectis aliquot uerbis, subnectatur, docentes & commonentes, ut hæc sit Christiana benignitas docere & commonere. Cæterum uosmetipsos quod Græcis est ἑαυτοὺς, melius transtulisset uos inuicem. Quis enim docet seipsum? In psalmis.) In, redundat apud nos, nec est apud Græcos, nec apud Ambrosium. In cordibus.) In corde. Et est domino, non deo. Deinde, omne quodcunq; & addunt Græci. Ad illas.) πρὸς ἑαυτὰς, id est, erga illas, siue aduersus illas.

Placitum est in domino.) In, redundat, εὐάρεσον τῷ κυρίῳ.

Ad indignationem.) μὴ ἐρεθίζετε, id est, ne prouocetis. ad indignationem, additum est ab interprete quopiam. Ambrosius tamen legit, ad iram prouocare.

Pusillo animo.) μὴ ἀθυμῶσιν, id est, ne despondeant animum, & animo deiiciantur.

Ad oculum seruientes.) Rursum usus est duobus illis nominibus, ὀφθαλμοδουλίαις, & ἀνθρωπάρεσκοι, de quibus ante admonuimus.

Timentes dominum.) θεὸν, id est, deum pro dominum legunt Græci. ne quis accipiat hominem esse timendum.

Sicut in domino.) ὡς τῷ κυρίῳ, id est, tanq̃ domino, hoc est, deo.

Christo seruite.) τῷ γὰρ κυρίῳ χριστῷ δουλεύετε, id est, domino enim Christo seruitis. Lectio diuersa. Tametsi Græca uox est anceps, δουλεύετε. Ambrosius legit ad hunc modum. Recipietis retributionem hæreditatis domini Christi, cui seruitis.

Qui enim iniuriam facit.) ὁ δὲ ἀδικῶν, id est, qui uero iniuriam facit. aut qui non recte facit. Ambrosius legit, qui enim inique gerit, fert id quod gessit inique. quo seruet Græcarum uocum affinitatem ἀδικῶν, & ἠδίκησε. Quam nos ita reddidimus, qui peccabit, reportabit peccatum suum. Augustinus libro de natura boni aduersus Manichæos, nescio quid secutus adducit hoc testimonium his uerbis. Quod enim nocet, recipiet illud quod nocuit. Acceptio apud deum.) προσωποληψία, id est, personæ respectus.

Apud deum.) In Græcis codicibus no reperio.

EX CAPITE IIII.

ET æquum.) τὴν ἰσότητα, id est, æqualitatem, seu potius æquabilitatem. Et iustum uocat, id quod seruis debetur à dominis. Equabilitatẽ, ne alium in deliciis habeant, alium inique tractent, quæ res intolerabilem facit seruitutem. Præterea uos pronomen, interpres addidit de suo οἱ κύριοι. Ambrosius non addidit. Sale sit conditus.) ἅλατι ἠρτυμένος. Ambrosius legit, semper in sale gratia sit conditus, quasi dictum sit, sermo uester sit salsus, conditus gratia. Tametsi Græca perinde ualent ac si dicas, sermo uester semper habeat gratiam, sale cõditus. ut intelligamus iucunditatem ac modestiam in colloquiis ethnicorum, sed eam cum sapientia coniunctam. Hoc detorqueri potest ad nos, si quando cum magnatibus agendum est, ne intempestiua maledicentia & acerbitate prouocemus eos, reddamusq; deteriores q̃ sunt, sed prudenti moderatione sermonis paulatim adducamus ad meliora. Quomodo monẽdi magnates.

Nota faciet.) Græci legunt, numero multitudinis, πάντα ὑμῖν γνωρίσουσι τὰ ὧδε, id est, oñia uobis nota facient quæ hic sunt. loquitur enim de duobus Tychico & Onesimo. Nec additur, qui pronomen, nec apud Græcos, nec apud Ambrosium.

Qui dicitur iustus.) Iustus hic latina uox ἰοῦστος, cum Paulus testetur fuisse Iudæum.

Semper sollicitus.) ἀγωνιζόμενος, id est, certans siue laborãs, uel potius enixe laborãs.

Vt stetis perfecti.) Vt sitis, ἵνα ἦτε. Atque ita legit Ambrosius. Apparet interpretem pro ἦτε legisse στῆτε. Multum laborem.) ζῆλον πολλὸν, id est, multum zelum, siue multam æmulationem. Lucas medicus.) λουκᾶς ὁ ἰατρὸς. Articulus discernendi causa additus, magis suadet, ut hoc de alio quopiam Luca dictum accipiamus. Ambigunt enim

interpretes. Et quæ in domo eius est ecclesiam.) καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτοῦ ἐκκλησίαν, id est,& domesticā eius ecclesiam. Ambrosius, si modo non fallunt codices, existimat Nympham fuisse mulierem deuotam, ut uocant. sed αὐτοῦ pronomen apud Græcos additum, significat uirum fuisse, non mulierem Nympham. Porrò quod addit,& quæ in domo illius est ecclesiam, opinor hic ecclesiam accipi nō pro uniuerso cœtu, sed pro reliqua familia iam Christiana. Nam Græci interpretes putant, magnatem aliquem ob id fuisse, quod domi habuerit ecclesiam.

Ecclesia quæ uis congregatio.

Et cum lecta fuerit.) Ex huius occasione loci, quidam epistolam subornarunt, uelut à Paulo scriptam Laodicensibus, sed quæ nihil habeat Pauli, præter uoculas aliquot ex cæteris eius epistolis mendicatas. Etiamsi Faber homo doctus, sed aliquoties nimium candidus, diligenter reliquis admiscuit epistolis. Græcanica scholia, negant hanc epistolam, de qua hic agit, à Paulo scriptam fuisse Laodicensibus. Neq; enim dixit, quæ scripta fuit ad Laodicenses, sed quæ scripta fuit ex Laodicea. Proinde fuisse epistolam, quam Laodicensis quispiam scripserit ad Paulum, in qua tamen inessent quæ ad Colossensium rem pertinerent. Vulgarius indicat fuisse, qui putarint hanc esse quæ prior est Pauli ad Timotheum, quod eam scripserit Laodiceæ. Verum ut hac de re non pronuncio, ita nihil uereor asseuerare, eam quā Stapulensis addidit Pauli non esse. Nō est cuiusuis hominis Paulinum pectus effingere. Tonat, fulgurat, meras flammas loquitur Paulus. At hæc præterq; quod breuissima est, quam friget, q; iacet. Iam illud stultum etiam est, non solum impudens, quod pleraque ex hac ipsa collegit epistola, quisquis hanc effinxit. At si quicquid erat in epistola Laodicensium, idem in hac habetur,& quidem tanto copiosius, quorsum attinebat mandare, ut illa hic quoq; legeretur? Deniq; qui factum est, ut hæc epistola apud latinos extet, cum nullus sit apud Græcos, ne ueterum quidem qui testetur eam à se lectam? Quanq; quid attinet argumentari. Legat qui uolet epistolam. extat enim in Fabri commentarijs. Nullum argumentum efficacius persuaserit eam non esse Pauli, q; ipsa epistola. Et si quid mihi naris est, eiusdem est opificis, qui nænijs suis omnium ueterum theologorum omnia scripta contaminauit, conspurcauit, perdidit, ac præcipue eius, qui præ cæteris indignus erat ea contumelia, nempe diui Hieronymi. Nihil enim ferè habemus huius præter commentarios in prophetas & epistolas aliquot, quod non sit studiose ab hoc furcifero uel mutilatum, uel adulteratum, uel confusum, turpissimeq; contaminatum, ut ne quid dicam de tot uoluminibus insulsissimis, quæ idem artifex Hieronymi titulo euulgauit. id quod nemini non liquebit, posteaq; totus Hieronymus, qui nunc præ manibus est, in lucem exierit. Quod quidem aspirante Christi spiritu, propediem futurum est. At Fabri mei candorem, & ipse libens imitarer. nisi uiderem fieri, ut dum ad hunc modū obsecundamus indoctis aliquot, indignis afficiantur contumelijs, non solum heroes illi, qui nobis pulcherrima sui monumenta reliquerunt, uerumetiam bonæ spei ingenia, quæ hac impostura, aut deterrentur à literis, si suboleat, aut inficiuntur, si non suboleat. Idem consimili candore, psalterio suo adiecit, epistolam Hieronymi nomine ad Damasum papam, in qua postulat, ut ad calcem in singulis psalmis adderetur, Gloria patri. Atqui hac ne fingi quidem possit quicq; infantius, indoctius, insulsius. Tantum abest, ut Hieronymi, hoc est hominis inimitabili doctrina simul & eloquentia præditi uideri possit.

Faber.

Epistola falso inscripta Paulo.

Hieronymꝰ cōtaminatꝰ.

Vobis legatur.) ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε, id est, ut & uos legatis, nam præcessit eam.

Gratia.) Domini nostri Iesu Christi, hæc omnia apud Græcos non inuenio. Et ita legit Ambrosius, quemadmodum habetur in græcis exemplaribus, ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν, id est, gratia uobiscum.

Supereſt apud nos.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM, FINIS.

IN EPISTOLAM PAVLI
AD THESSALONICENSES PRIOREM, ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.



T PAX.) Hoc loco Græci addũt illa penè ſolennia, à deo patre noſtro, & dño Ieſu Chriſto. Memores operis.) Poteſt & ſic accipi. Memores ueſtri propter opus fidei, ut ſubaudias, ἕνεκα. Suſtinentiæ.) ὑπομονῆς, id eſt tolerãtiæ ſiue patientiæ ſpei, hoc eſt, quod patiẽter perſeueraſtis in ſpe. Ambroſius legit, expectationis pro ſuſtinentiæ. Ante deum.) ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ, id eſt, coram deo. Non in ſermone tantum.) In proxima epiſtola admonuimus λόγον opponi ueritati & efficaciæ, pro quo illic interpres uerterat ſpeciem. Itidem hic ſentit prædicationẽ ſuam, & miraculis fuiſſe comprobatam.

Supereſt apud Græcos.

In plenitudine.) ἐν πληροφορίᾳ, de quo ſuperius admonuimus, id eſt, in certitudine, & certa perſuaſione. Nec eñ certam facit fidem, qui docet tantum, ſed qui miraculis ac malorum tolerantia perſuadet, is demũ uere perſuadet, id quod non faciebãt ψευδαπόστολοι. Vulgarius tamen hoc poſtremum ad toleratas afflictiones refert, quod conſentaneum non ſit quenq; pro uana doctrina tantum uelle perpeti malorum. Thomas duas adducit interpretationes, ſed quarum neutra ſcopum attingat. In plenitudine inquit, ne ſe putarent minus accepiſſe, q; Iudæos. Aut, in plenitudine, quia nihil illis non tradiderit Paulus eorum quæ ad fidem pertinent. Ambroſius Græcam uocem ita circumlocutus eſt, non in phantaſia, ſed in ueritate plenitudinis. Excipientes uerbũ.) δεξάμενοι τὸν λόγον, melius recepto uerbo, ſiue ſermone, ſiue qui dñi uerbũ accepiſtis, quod ut Paulus tradidit, non ſine perſecutione, ita illi receperũt nõ citra afflictionẽ & inſectationẽ malorũ. Cæterũ hoc loco, aut δεξάμενοι participiũ, poſitũ eſt loco uerbi. aut ita diſtinguendũ eſt, quẽmadmodũ diſtinguit Vulgarius. Imitatores mei facti eſtis & dñi, ut hactenus ſit diſtinctio. deinde ſequat, excipiẽtes uerbũ. ut ſit ſenſus, imitati eſtis me & ipſũ Chriſtũ, qd euãgelij cauſa libenter perpeſſi ſitis afflictionẽ. Ambroſius legit, Imitatores noſtri facti eſtis & ipſius dñi, ſuſcipientes uerbũ. Forma.) τύποι. i. formæ, quod Ambroſius uertit, in exemplũ. & recte. Diffamatus eſt.) ἤχηται. i. exſonuit, ſiue ebuccinatus eſt, ut admonet Laurẽtius. iſq; optimo iure ridet Remigium, qui notarit Paulum ueluti ſolœciſſantem, quod abuſus ſit hoc uerbo diffamare in bonã partẽ. quaſi uero Paulus latine ſcripſerit, ac non magis Græce. aut quaſi Paulo præſtandum fuerit quicquid quilibet uerteret interpres. ut ſi Remigius pro νήφειν uerteret inebriari, Paulus in ius ſit uocandus, uiolatæ latinitatis reus. Iam uero palam falſum eſt omnia uerba apud latinos ad eundem modum compoſita, ſignificare in malam partem, niſi forte diſpergere, diſiungere, diſſoluere, ad idq; genus alia ſexcenta, ſunt in malam accipienda partem. Apud Græcos huiuſmodi uox eſt, quæ addita nominibus ac uerbis id efficit, ut δυσυχεῖν, δυσφημεῖν, contraria εὖ. apud latinos nõ itẽ. Certe Auguſtinus diffamare utitur pro diuulgare, cum fama longe lateq; ſpargitur. Inſciãtiæ utcũq; dari uenia poteſt, uerum quis ferat tantam arrogantiam cũ inſcitia coniunctã? imò quis non rideat tam inſignem ſtultitiam, ut non conſultis uoluminibus, hoc imputet

Thomas.

Remigius taxatus a Valla.

Paulo Græce ſcribenti quod admiſſum ſit ab interprete latino? Niſi forte Remigius credidit Paulum Græcis ſcripſiſſe latine. Profecta eſt.) ἐξελήλυθεμ, id eſt, emanauit, ſiue peruenit, aut potius dimanauit. neq; enim dixit in omnem locum, ſed in omni loco, ut intelligas id quod ante clanculum muſſitabatur, iam cœptum publicitus prædicari.

Qui eripuit.) ῥυσάμενον ἡμᾶς, id eſt, qui eripit nos, participiũ præſentis temporis.

EX CAPITE SECVNDO.

SEd ante paſſi multa.) Multa, addidit neſcio quis de ſuo. Nam nec apud Græcos eſt, nec apud Ambroſium, καὶ προπαθόντες καὶ ὑβριαθέντες, id eſt, & ante paſſi, & contumelijs affecti. Porrò paſſum uſurpauit Græcorum more pro afflicto. quibus & πάθος, ſiue πάθημα dicitur afflictio.

Fiduciam habuimus.) ἐπαῤῥησιασάμεθα. Quod ita circumloquitur Ambroſius, Exerta libertate auſi ſumus. Eſt autem παῤῥησιάσασθαι, palam & intrepide, quod dicendum ſit dicere, quemadmodum ſæpe iam admonuimus.

In multa ſollicitudine.) ἐν πολλῷ ἀγῶνι, id eſt, in multo certamine, ſiue labore aut periculo, quod tamen ſæpe uertit ad hunc modum. Ambroſius certamen legit.

Non de errore.) οὐκ ἐκ πλάνης. Error apud nos tantum eſt decepti. at πλάνη Græcis eſt & decipientis. unde maluiſſem uertere impoſturam. In hunc ſenſum interpretantur Græcorum commentarij. Etenim qui fallere ſtudet, non conijcit ſemetipſum in pericula, ſed delicijs indulget potius, & ſuum ipſius negocium agit.

Neq; ex immundicia.) οὐκ ἀκαθαρσίας, id eſt, ex immundicia, quod Græcanica ſcholia exponunt maleficum & abominandum, quã ideo uocat immundiciã, quod fiat impuris & ſordidis artibus ad imponendum ſimplicibus. Vt crederetur a nobis.) A, redundat, hoc eſt, ut nobis committeretur euangelium πιστευθῆναι τὸ εὐαγγέλιον. Cũ poſſemus uobis oneri eſſe.) ἐν βάρει εἶναι, id eſt, in onere, ſiue in pondere eſſe. Quod quidem bifariam legunt Græcanica ſcholia. Aut ἐν βάρει, hoc eſt, in pondere & autoritate. quoniã præceſſit, nõ quærentes gloriam, & ſequitur, Sed facti ſumus paruuli. Ad hæc Ambroſius uidetur de honore non de grauatione interpretari. Deniq; ad hunc ſenſum facit, quod continenter adiecit, ut Chriſti apoſtoli. Neq; eñ eſt apoſtolorum grauare ſuo ſupercilio quenq;. Aut ἐν βάρει, quod nihil ab illis acceperit, nec uſq; ſumptui, aut oneri fuit. Prior interpretatio mihi magis arridet.

Senſus duplex.

Sed facti ſumus paruuli.) Interpres & Ambroſius legiſſe uidentur νήπιοι, id eſt, paruuli, ſiue pueri. Verum Græci codices habent ἤπιοι id eſt, mites miniméq; auſteri. Vtrunque tolerabile eſt. uerum poſterius propius facit ad Pauli ſenſum, ut opponatur ei, ἐν βάρει, ut intelligas eum non fuiſſe uſum faſtu & ſupercilio inter illos, ſed manſuetudine, & lenitate. Vtranq; ſcripturam indicat Vulgarius interpres. Ambroſius honore legit, non oneri, & ita ediſſerit. Cui lectioni ego libentius ſubſcripſerim, non tantum ob id quod aptius quadret ad huius loci ſententiam, cum cæteris item cõplu

Dos prima principum.

ſculis apud hunc ipſum locis pulchre conſentiens, uerumetiam quod inter tot egregias dotes quibus principem ac præcipue epiſcopum præditum eſſe oportet, non alia ſit, qua uel ornetur decentius, uel commendetur efficacius, q̃ morum & ingenij lenitas ac manſuetudo, quæ ferè non niſi eximiam probitatem, & inſignem ſapientiam, tum comitari ſolent, tum arguere. Vulgaris, aut ficta probitas, ſuum habet faſtum, ſuum habet ſuperciliũ, & ſibi plus æquo indulgens. ut alienarum uirtutum eſt maligna eſtimatrix, ita uiciorum alienorum acerba inſectatrix eſt. Quanq; autem huius laudis prima ſecundum Chriſtũ gloria penes Paulum noſtrum eſt, qui cum cæteros omnes omnibus & dotibus & officijs apoſtolicis longe præcurreret, tamen unus apoſtolum eſſe ſeſe uelut ignorabat, hoc ſeſe gerens ſubmiſſius, quo maior eſſet. tamen his quidem temporibus, neminem noui, qui propius ad hanc laudem accedat, q̃ ille meus, imò non meus, ſed totius inſulæ Britan

Archiepiſcopus Cantuarienſis.

nicæ Mœcenas GVLIELMVS VVARANVS archiepiſcopus Cantuarienſis, in quo cum nihil ſit, quacunq; contempleris hominem, quod non eximium ac maximum eſſe iudices, tamen haud alia re maior uideri ſolet, q̃ quod modis omnibus maximus, ſolus ipſe magnitudinem ſuam non agnoſcat. quo fit ut cum cæteris uirtutibus ſuperet etiam maximos, hoc uno nomine ſuperet & ſeipſum, quod ſibi magnus non eſt. Si quis expẽdat dignitatis faſtigium, ſi negociorum molem & amplitudinem, ſi iudicium penè diuinum,

ſi uim

ſi uim ingenij incomparabilem, ſi eruditionem undiquaq; abſolutam, ſi uitæ puritatem, ſi fortunæ ſplendorem, quem pro temporum ac regionis conſuetudine, tolerat uerius q̄ habet, ne inter ſummos quidem ullum inuenies, quem cum hoc auſis cōferre. Rurſum ſic obuius & expoſitus eſt oīmbus, ut uix reperias uel in media plebe, inter infimæ ſortis homines, quē hic non anteeat comitate, facilitate, manſuetudine. O mentem uere heroicam & apoſtolico uiro dignam, cum humanum prætergreſſus ſis modum, tum teipſum in ordinem redigere, ac nec infimum quenquam hominem faſtidire. Alijs paululum eruditionis criſtas erigit. Alijs imaginum ſplendor animos effert. Sunt quibus uita caſtior ſupercilium adducat. Neque deſunt quos mediocris etiam aura fortunæ ſuſtollat, neq; ſui ſinat meminiſſe. Hic ſemper in omni doctrinæ genere ſummas tenuit, ut qui ingenio longe feliciſſimo, quod naturæ deiq; munere contigerat, ſtudium adiunxerit indefatigabile. Deinde in grauiſſimis ſimul ac ſplendidiſſimis regni regiſq; negocijs, toties ac tot annos uerſatus eſt, idq; non ſine ſumma laude, tum pietatis, tum prudentiæ. Nunc denique ceu mirificus quidam Geryon, tergeminum heroa ſuæ præſtat uniuerſæ Britanniæ. archiepiſcopum ac primatem, cancellarium, & Mœcenatem. archiepiſcopum religioni, cancellarium iuſtitiæ & reipublicæ, Mœcenatem ſtudijs. Quis eſt tanto animi robore prædituſ, qui nō ſub horum uno quolibet ſudet anheletq;, quæ ille ſolus ſuſtinet? præſertim qui prorſus intelligat, quid quiſque titulus efflagitet. Siquidem archiepiſcopi primatiſque titulus, quem uir ille ſanctiſſimus Thomas, ſuo martyrio reddidit auguſtiorem, illud exigit, ut quod Rhomanus pontifex uniuerſo debet orbi, hoc ille uniuerſæ præſtet Britanniæ. Iam cancellarij munus, ſummum & incorruptum totius regni iudicē requirit, & ad quē oīmbus ſit aditus, laicis pariter & clericis, à quo tamē nulla iā ſit appellatio. Quas hic negociorum moles, quos cauſarū fluctus uno ab homine ſuſtineri putas? Vt ne uocē interim ad hanc rationem, neq; pauca, neq; mediocria curarū pondera, quæ ex regijs rebus accedūt. ut domeſticas ſollicitudines diſſimulē, quas in tam numeroſa familia non mediocres eſſe conſentaneū eſt. Et tamen unum illud pectus, tot rebus obeundis, non ſolum ſufficit, uerumetiam ſupereſt. In tam immenſo circumſtrepentium negociorum agmine ſuppetit, quod tribuat religioni, quod priuatis amicorum affectibus, quod euoluendis libris, quos adeo non faſtidit, ut cum nullis amicis confabuletur libentius, quoties a publicis functionibus ocij nonnihil ſuffurari licet. Nimirum hoc illi tribuit admiranda quædam naturæ felicitas, & incredibilis ingenij dexteritas, hoc iudicium nō minus acre q̄ promptum & expeditum, hoc diutinus rerū uſus, ſuper omnia uero perpetua quædā uitæ ſobrietas ac uigilantia. Ne minima quidem ætatis portio datur aleæ, nulla uoluptatibus, nulla conuiuijs, nulla ſomno, imò naturæ quoq; nonnihil detrahit, quod adijciat iuuandæ patriæ. Hac ratione fit, ut & tempus, & ætas iam alioqui grandior, & ualetudo tot tantiſq; negocijs obeundis, ſuſtinēdis, exantlandiſq; ſufficiat, quibus ne decem quidem alij pares eſſe poſſint. Iam fieri non poteſt, quin in tam uaria negociorum turba, quædam exiſtant, non ingentia ſolum, ſed etiam moleſta, periculoſaq;. Quandoquidem non temere dictum eſt illud, ne Iouem quidem placere omnibus. At hunc nemo uidit triſtem, nemo commotum, nemo uultuoſum. tanta eſt infatigati pectoris uis & conſtantia. Tum æquitas ac ſuauitas tanta, ut ab hoc uicti diſcedant æquioribus animis, q̄ a nonnullis ſolent uictores. Sibi perpetuo tranquillus eſt, alijs comis & alacris. Iam uero Mœcenatis perſonam quam ultro ſuſcepit, ita tuetur ac ſuſtinet, ut inſula ſemper uiris & opibus pollens, olim religione nobilis, nūc optimis item literis ac diſciplinis, huius potiſſimum opera ſic efflоruerit, ut nulli regioni cedere debeat, ſeu Græcæ pariter ac Latinæ literaturæ peritiam requiras, ſeu ſpectes eloquentiæ uires, ſeu mathematicorum acumina, ſeu reliquam philoſophiæ cognitionem, ſeu literarum arcanarum myſteria. Vnus alit plurimos, euehit pleroſq;, fauet, fouet, ornat, ac tuetur omnes, non ſolum eximios, ſed & mediocres. nec ſuos tantum, ſed exteros quoq;. Quorum in numero me quoq;, quantuluſcūque ſum, eſſe uoluit illius benignitas. Cuius beneficētiæ, q̄q̄ alias quoq; profuſæ & exundanti, illud etiam geminam addit gratiam, quod uix unq̄ admoneri ſeſe patitur, rogari nunq̄. Quin & gratias agentē mox interpellat, uelut hoc ipſum nimiū ſit eū, qui ſummo ſit affectus beneficio, uerbis agnoſcere quod accepit. Abunde ſibi relatam gratiam putat, ſi

Modeſtiæ laus.

Geryon.

Thomas Cātuarienſis.

Sobrietatis laus.

Aequitas.

Britanniæ laus.

Benignitas.

tat,si studijs profuit,si bene cessit omnibus quod ille de suo contulit munus. Et quemad/modum nō iactat,si feliciter prouenit benignitas,ita negligit ac ceu non meminit,si quando secus euenit. Quandoquidem fieri non potest,quin & id accidat nonnunq; ei,qui propensus sit ad bene merendū de omnibus. Iudicio adciscit, quos uelit fouere, sed eo sanè candido,& amico magis q; seuero. Cæterum quos semel complexus sit, constantissime fouet,nec ullis inuidorum obtrectationibus potest alienari. Quas si quando cogitur audire,mire dissimulat,id quoq; studens,ne uel ad eum perueniāt quem petunt, ne quid illius contristetur animus. Cuiusmodi Mœcenas, si mihi primis illis contigissет annis, fortassis aliquid in bonis literis esse potuissem. Nunc natus seculo parum felici, cum passim impune regnaret barbaries,præsertim apud nostrates,apud quos tū crimen etiā erat quicq; bonarum literarum attigisse,tantum aberat ut honos aleret hominum studia. In ea regione, quæ Baccho Cereriq; dicata sit uerius q; Musis,quid quæso,poteram ingenio uix mediocri præditus? Nam clarissimū uirū Henricum Berganū episcopū Cameracensem, primū studij mei Mœcenatē,mors inuida præripuit. Huic proximum Gulielmū Monteiouium inclytum Angliæ primatem,aulæ negocia bellicq; tumultus interceperunt. Quanq; ut uere dicam,huic ipse defui potius,q; ille mihi. Per hunc denicq; contigit summus ille Cantuariensis,sed prouectiori ētā & ad quadragesimū deuergenti annū. Et tamē huius excitatus benignitate,in literarum studijs ueluti repubui reuiguicq;. Et quod nec natura dederat,nec patria,hoc huius dedit benignitas. Habent hoc mortalium ingenia, habent hoc studia literarum,præsidem aliquem,ac ducē desyderant,qui suppeditet ocium,qui addat animū, qui tueatur aduersus excetram inuidiæ,quæ non aliter q; umbra corpus sequitur eruditionis gloriā. Denicq; ad cuius iudiciū suas exigāt uires,cui suas consecrēt uigilias. Vidit hoc opinor,prudens antiquitas,quæ Musis uirginibus, suum præfecit Apollinem. Proinde sicuti uere dictum est Græcorū prouerbio,annū fructificare,non aruū, quod cœli clementia plus adferat momenti ad segetis prouentū, q; soli bonitas. ita principum benignitas est,quæ facit ingenioſos. Nulla regio tam barbara, tam procul a solis equis, ut ait Maro, deuergens,quæ non habeat dexterrima ingenia,quæ uel in media græcia nata uideri possint, si non desint Mœcenates. Apud Italos extitere complures doctrinæ proceres. Quāobrem? Nempe quod apud hos plurimus honos literis sit habitus. Et ut priscos sileā,nostra memoria multos euexit Nicolaus quintus pontifex Rhomanus, nōnullos Pius,complures Bessario,plurimos Medicensium familia,ceu nata prouehēdis bonis literis,cui nūc debemus LEONEM, cuius auspicijs hic meus desudat labor. Apud gallos ubi cœperunt esse Mœcenates,mox ingens ingeniorū prouentus efforuit. Etem̄ ut de cæteris taceam. nonne Iacobus Faber Stapulēsis,ante annos aliquot ueluti reuixit bonis literis, idq; fouente doctissimo simul & integerrimo uiro Gulielmo Briconeto præsule Lodouensi? An non Gulielmus Copus instaurādæ rei medicæ reuiguit, simulatq; Lodouici regis huius nominis duodecimi, affulsit aura? Tametsi huic uiro suæ tā literæ rē familiarē satis amplā pepererant. Cōperio nullā esse Germaniæ partē,nam eo nomine cēsentur hodie, qui Germanice loquuntur,quæ non fertilis sit ingeniorū,& huiusmodi ingeniorum,quorum haud pudeat Italiam. Verum quoniā huius regionis principes ad rem bellicam propensiores sunt,quam ad rem literariā,fit ut plures illic sint insignes caballi, quam insignite docti,utq; politiora sint arma q; carmina. Alioqui quid uel Athenis nasci potuit, acutius aut festiuius ingenio Iacobi Sturmi Argentoraci? At deum immortalem quam non spem de se præbet,admodum etiā adolescens,ac penè puer. Philippus ille Melanchthon utraq; literatura penè ex æquo suspiciendus? Quod inuentionis acumē? quæ sermonis puritas? quanta reconditarū rerū memoria? q; uaria lectio? q; uerecunda regiæq; prorsus indolis festiuitas? Iam Heluetia nobilior armis quam literis,præter tres Amorbacchios fratres, Brunonem,Basilium,& Bonifacium,bonis literis natos, Vt cæteros interim sileam,nonne Henricum Glareanum nobis ædidit, prorsus ætate iuuenem, sed in disciplinis omnibus quas mathematicas uocāt, reliqua in philosophia, in Græcis,ac latinis literis, nihil enim dicam de poetica,qua laureā etiā meruit,idq; donante Cæsare MAXIMILIANO, denicq; in om̄i literarum genere eò progressum, ut plericq; senes inuidere citius possint q; assequi. Quod si huiusmodi ingenijs honos etiā accesserit, unicus artium altor, prospicio futurū.

Henricus a Bergis episcopus Camera censis.

Gulielmus Monteioui⁹.

Qui apud Italos fouerint studia.

Leo decim⁹.

Faber.

Copus.

Iacobus Sturmius.

Philippus Melanchthon.

Amorbachij.

Henricus Glareanus.

ut Hel/

ut Heluetia clarior sit literis & bellis, plusq; debeat Musis & Marti. At in alijs quidē sæpe/ numero uidemus magna uicia, uel ætati condonari, uel eruditiōi. In his oīibus quos recē sui, uitæ morumq; probitas, cū eruditione ex æquo certat. Sed penè excíderat unicū illud Musarum delitiū Vdalricus Huttenus adolescens & imaginibus clarus. Quæso quid At/ tica possit gignere hoc uno uel argutius uel elegantius? Quid aliud ille, & meras ueneres, & meros lepores loquitur? Quāq; hunc nuper cōplecti cœpit, uir immortalitate dignus, Albertus archiepiscopus Maguntinensis. Quē utinā cæteri quoq; principes certent æmulari. Quod si fieret, uideremus nimirum non sine causa dictū esse a ueteris comœdiæ scriptoribus, οὔτε δ' ὁ μισθὸς, οὐδέμ' ἐστ' οὐθὲν τέχνη. Neq; uero male cōstat ratio dati & accepti, inter egregios principes, & bonis præditos literis. Nā si cupiunt æternā apud posteros famā, quod olim pulcherrimū erat affectare, hanc solæ doctorū hominū literæ præstare possunt, certius ac uerius & ullæ ceræ, & ullæ pyramides, & ullæ statuæ, & ulli tituli aut colossi. Si non cupiūt, hoc magis debetur ea laus, quod non cupiant. An Mœcenati periisse credis agellum Sabinū, cuius usufructū donauit Horatio? Nō poterat pluris uendere quantumlibet diligens negociator. Quod innumeri reges immensa pecunia, quā in colossos, & pyramides insumebant, cōsequi non potuerūt, hoc iste breui agello mercatus est, nullis unq; sæculis intermoriturū famæ decus. Atq; utinā omniū benignissimo Mœcenati saltē aliquā huius gratiæ portionē queā rependere. Nō quod ille quicq; huius rei uel postulet uel expectet. Egregia uirtus abunde seipsa contenta est, quæ quidē quo maior est & absolutior, hoc magis fugitat gloriam. At uera gloria sequitur fugientē. Pulchrius est meruisse famam, & obtinuisse. Non refert illius cui debetur. At nostra refert, ne parū grati, parūq; memores uideamur. Refert omniū ut egregia uirtutis exempla posteritati consecrent, quo plures inflammentur ad honesti studiū. Verum quod ingenioli nostri tenuitas nō potest assequi, quod nostra nō ualet præstare infantia, id alij præstaturi sunt, uel hoc nomine feliciores, qđ gratiores esse licet. Nos tamē adnitemur, si modo uita comes erit, quā uel in hoc ipsum annos aliquot proferri cupiam, ut liqueat certe conatos fuisse, si minus assecutos. Sed dū harū rerū cogitatione teneor, haud scio quo modo penè operis instituti immemor, diutius & par est, immoror digressioni. Proinde ad id quod agitur recurrendū.

Huttenus.

Aristophanes.

Desyderātes uos cupide.) οὕτως ἱμειρόμενοι ὑμῶν. Conatus est explicare ἔμφασιν uerbi. significat enim alicuius desyderio mutuóq; teneri affectu, sicuti parentis, aut amici.

Volebamus.) εὐδοκοῦμεν. Et hoc uerbum affectum habet, quasi dicas, gestijt animus.

Quoniam charissimi.) διότι ἀγαπητοὶ, id est, propterea quod dilecti. &c.

Memores enim facti estis.) μνημονεύετε γάρ, id est, meministis enim. Atq; ita legit Ambrosius. Labores nostri.) κόπον ἡμῶν μόχθον. Duobus uerbis idem significauit, nisi quod μόχθος labor est cum difficultate coniunctus, quasi dicas, conatum aut molitionem, & ideo uerterunt, fatigationes. Nocte & die.) νυκτὸς γὰρ καὶ ἡμέρας, id est, nocte eī & die.

Quam sancte.) ὡς ὁσίως, id est, ut siue quod. quanq; & interpres recte uertit.

Et sine querela.) ἀμέμπτως. i. ita ut nemo de nobis queri potuerit, hoc est, inculpate.

Affuimus.) ἐγενήθημεν, id est, fuimus. Qualiter unumquenq; uestrū.) Hic nisi subaudias uerbum, complexi fuerimus, aut aliud simile, sermo erit imperfectus. Verum id in Paulo iam nouum esse non oportet. Facile licebat mederi, nisi repetitum esset ὡσ. & cum ante dixisset ἕνα ἕκαστον ὑμῶν, rursum addidisset, παρακαλοῦντες ὑμᾶς. Verum hæc est balbuties apostolicæ charitatis, quæ se uerbis humanis ceu temulenta non explicat.

Paulus balbutiens.

Et testificati sumus.) καὶ μαρτυρόμενοι, id est, testificātes, aut potius obtestantes.

Verbum auditus dei.) ἀκοὴς τοῦ θεοῦ, id est, sermonem de deo, aut sermonem quo deum discebatis. Accepistis non ut uerbum ho.) Vt, non inuenio in quibusdam exemplaribus Græcis, τὸν λόγον ἀνθρώπων, id est, non sermonem hominum. etiamsi hic nonnihil uariant Græci codices. Et apparet ex Græcorum scholijs ὡσ aduerbium nō esse additum in priori parte, sed, suscepistis uerbum dei. quod efficacius est, quam ut uerbum dei. Quanquam prior illa uox dei, ad superiora pertinet, cum accepisse/ tis a nobis uerbum auditus dei, hoc est, uerbum quod uobis per nos loquebatur deus. At ego malim, cum acciperetis, quam cum accepissetis. Alioqui quomodo accipiebant, quod iam acceperant.

Qui

Semẽ actus.

Qui operatur.) Qui, apud Græcos referri potest uel ad uerbum, uel ad deum, sed magis ad uerbum. & ita Ambrosius, quod & operat, addita etiam copula. & in hoc cũ Græcis cõcordans. Nã Paulus sentit eum diuini uerbi ueluti semẽ agere in Thessalonicẽsibus.

Vobis qui credidistis.) πιστεύουσιν, id est, qui creditis. & ita legit Ambrosius, aut certe qui credebatis, propter uerbum præteriti temporis cui adhæret.

Contribulibus uestris.) Græce est, propriis cõtribulibus, ἰδίων συμφυλετῶν, id est, a propriis contribulibus. quanquam magis significat eiusdem gentis quam tribus.

Sicut & ipsi.) Subaudi nos.

Et prophetas.) Græce est, & proprios prophetas, ἰδίους προφήτας.

Peruenit autem in illos ira dei.) Dei, apud Græcos hoc loco non additur, ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργή, id est, peruenit autem in illos ira. Porrò εἰς τέλος dixit, pro eo quod est extrema, siue ad extremum, hoc est implacabilis ira dei.

Desolati.) ἀποροφανισθέντες, id est, uelut orphani facti, & orbati uobis ceu filijs.

Ad tempus horæ.) πρὸς καιρὸν ὥρας. Cur non potius, ad oportunitatem, siue occasionem, aut certe articulum temporis, hoc est, ad breue tempus. quandoquidem hora tempus est Græcis. καιρὸς, breue tempus. Nos uertimus, ad spacium temporis.

Aspectu, non corde.) προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ, id est, facie non corde. Atq; ita legit Ambrosius, sed magis placet quod uertit interpres.

Abũdantius festinauimus.) ἐσπουδάσαμεν, quod significat & studuimus, & curauimus. Et abundantius dictum est pro magis, siue uehementius.

Et semel & iterum.) καὶ ἅπαξ, id est, & bis. sed latine uertit interpres.

Nonne uos.) Græce est, & uos, ut intelligas eum de alijs quoq; simili modo gloriari.

Ante dominum.) ἔμπροσθεν τοῦ κυρίου, id est, coram domino, siue in conspectu domini.

EX CAPITE TERTIO.

VStinentes.) στέγοντες, id est, non ferentes, hoc est, impares desyderio uidendi uos. Placuit nobis.) εὐδοκήσαμεν, quod ut explicaret Ambrosius uertit, optimum duximus. Diuus Hieronymus putat uocem esse nouam a Septuaginta confictam, ad explicandam proprietatem Hebraei sermonis. Remanere.) ἀπολειφθῆναι, siue ut alias habetur, καταλειφθῆναι id est, relinqui. Ambrosius legit, ut Athenis soli relinqueremur.

Ministrum dei.) Addũt Græci, καὶ συνεργὸν ἡμῶν. id est, cooperarium nostrum. Ita Ambrosius, Et participem operis dei. sic enim reddit συνεργὸν.

Ne quis moueatur.) σαίνεσθαι, quod Græca quidem scholia exponunt, turbari, aut terreri. sumpta metaphora a canibus, caudam mouẽtibus, quod idem admonuit Vulgarius.

Veniente & annunciante.) Vtrunq; apud Græcos præteriti temporis est, ἐλθόντος καὶ εὐαγγελισαμένου, id est, cum uenisset, & annunciasset, quemadmodum legit Ambrosius.

Sicut & nos.) καθάπερ καὶ ἡμεῖς, ὑμᾶς, id est, sicut & nos, uos. Aut quoq; coniunctio erat omittenda, aut &. Abundantius orantes.) ὑπερεκ περισσοῦ. Et exprimens uerborum ἐπίτασιν Ambrosius, legit, abundantissime orantes. Congeminauit enim Paulus uehementiam affectus, ὑπερ, id est, eximie, ἐκ περισσοῦ, ex abundanti, siue ex superfluo, quasi dicat, supra modum, & plusq; oportet.

Epitasis.

Et nos in uobis.) εἰς ὑμᾶς, id est, in uos.

Sine querela.) ἀμέμπτους, id est, irreprehensa, ut legit Ambrosius. Refertur enim ad corda, quæ talia uult esse Paulus, ut nulla de his possit esse querimonia.

EX CAPITE QVARTO.

VT quemadmodum accepistis.) Vt, redundat. sequitur enim hæc coniunctio. Sic & ambuletis.) ἵνα περισσεύητε μᾶλλον, id est, ut abundetis magis. Reliqua nempe hæc, sicut & ambulatis, redundant. Adiecta uidentur explicandæ sententiæ gratia. Ambrosius tamen addit, sicut & ambulatis. Atq; ita scriptum comperimus in antiquis exemplaribus latinis.

In nostris plus est.

Ne quis supergrediat & in negocio fraudet f. s.) In superioris epistolæ capite quarto: indicauimus

indicauimus ex autoritate Hieronymi,uerbũ quod eſt hic πλεονεκτεῖν,non pertinere proprie ad auariciã,ſed ad fraudem,qua cum iniuria nobis occupamus uxores alienas. alioqui putat ille inconcinne coniungi auariciam cum libidine.

Quoniam uindex.) Propterea quod uindex ſiue ultor &c. διότι.

Sicut prædiximus.) Sicut & prædiximus. Et ita legit Ambroſius,addita cõiunctione.

In immundiciam.) ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, quod perinde ualet ac ſi dicas,non uocauit nos hac lege,ut eſſemus immundi. Siquidem cauſa & conditio uocationis erat, ut deſineremus eſſe quod eramus. Hanc enim uim habet nõnunq; præpoſitio ἐπὶ, appoſita dandi caſui. quanquàm in eo quod proxime ſequitur,abuſus eſt, ἐν pro ἐπὶ.

Qui hæc ſpernit.) Hæc,redundat. ὁ ἀθετῶν,id eſt,qui reiicit. Addidit interpres pronomen hæc,explicandæ rei gratia. Demiror autem cur ita Hieronymo uiſum ſit ἀθετεῖν uertere præuaricari.nam in libro Didymi de ſpirituſancto tertio, nonnihil de ſuo adijciens, Expenſa Hieſcribit in hunc modum. Neq; enim uocauit nos deus ad immundiciam,ſed ad ſanctifica ronymi ſentionem. Itaq; qui ſpernit,ſiue,quod melius habetur in Græco,qui præuaricatur,nõ homi/ tentia.
nem præuaricatur,ſed deum &c. Quis enim præuaricatur hominem? ut iam idem ſit ἀθετεῖν & præuaricari? Qui etiam.) Etiam,non eſt, τὸν διδόντα, id eſt qui dedit. Et ita legit Ambroſius. In nobis.) εἰς ὑμᾶς, id eſt, in uos. De charitate fraternitatis.) φιλαδελφίας, id eſt, fraterno amore. Ambroſius uertit,de affectione fraternitatis. Siquidẽ hac uoce,ex amore & fratre compoſita,apoſtoli ſignificare ſolent,mutuũ Chriſtianorum inter ipſos amorem. idq; ex Hebræorum more,qui omnes ſuæ gentis fratres uocant.

Neceſſe habuimus.) χρείαν ἔχετε, id eſt, neceſſe habetis, hoc eſt, non eſt neceſſe uobis ut ſcribam. A deo didiciſtis.) θεοδίδακτοι. Quod hic extulit dictione compoſita, Ioannes extulit duabus incompoſitis, διδακτοὶ θεοῦ, quod illic uertit docibiles dei. hic ſignificat à deo doctos,& diuino inſtinctu per ſe afflatos.

Et operam detis.) Ϲ φιλοτιμεῖσθαι, quod ſignificat ambitioſe conari. Ambroſius uertit eniti. Nos,in hoc incumbatis. Vt ueſtrum negocium agatis.) καὶ πράσσειν τὰ ἴδια, id eſt,ut agatis res proprias. Deterret eũ ab alienis appetendis & ocio,quo iam tum ſub religionis prætextu propendebant pleriq;. Nunc hoc hominum genere refertus undiq; mundus eſt. Porrò ridicule quidam locum hunc interpretantur de curando negocio pro Ocioſi & curioſi.
priæ ſalutis. Et nullius aliquid deſyderetis.) καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε, id eſt,nullius indigentiam habeatis. Poteſt autem nullius,uel ad hominem referri,uel ad rem. curate,ne quid uobis deſit. aut curate,ne ſit implorandum auxilium alienum. De dormientibus.) τῶν κεκοιμημένων, quaſi dicas,ſomno ſopitis, uel ſoporatis. à dormiſco magis quàm à dormio. In aduentu.) In aduentum, εἰς τὴν παρουσίαν. qui relinquimur & ſupereſſe permittimur in illum aduentũ. Non præueniemus eos qui dormierunt.) τοὺς κοιμηθέντας. Certius erat,qui dormiunt. nam dormiſſe dicũtur potius,qui iam uigilant ex perrecti. Porrò græca uox perinde ſonat quaſi dicas,ſomno ſopitos. Auguſtinus libro de ciuitate dei 20. legit,qui ante dormierunt. Vnde apparet in nõnullis Græcis codicibus ſcriptum fuiſſe προκοιμηθέντας. In iuſſu.) ἐν κελεύσματι. Non eſt ſimplex iuſſio,ſed uox κέλευσμα.
illa,qua nautæ ſeu milites ſe mutuo adhortantur ad rem ſtrennue gerendam.

Adducet cum eo.) σὺν αὐτῷ, id eſt,ſecum,aut cum eo,hoc eſt,cum filio. id quod mihi magis probatur. In iuſſu & in.) Et,redundat, ἐν φωνῇ, id eſt,cum uoce.

Primi.) πρῶτον, id eſt,primũ ſiue prius. Nos qui uiuimus.) Paulus ita loqui uidetur,quaſi reſurrectio ea ætate eſſet futura qua hæc ſcribebat. Tametſi quoniam participijs eſt uſus,quæ ſequũtur rationem eius uerbi cui adhærent, uerti poterant & per futurum, ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα, id eſt, nos qui uiuemus & reliqui erimus,unà cum illis rapiemur. Mirum autem quantus hinc ortus ſit tumultus theologorum,dum explicare cupiũt,quod Paulus hoc loco planè dicit quoſdam rapien An omnes
dos ad immortalitatẽ qui uiuant. Verum id quoniã nõ eſt huius inſtituti,nec perſequar moriturí.
in præſentia. & aliàs à nobis ſuper hac re dictũ eſt. Certe diuus Ambroſius libro de fide reſurrectionis cap. 9. ſic adducit hunc locum,ut ſentire uideatur,reſiduos in aduẽtu Chriſti rapiendos ad illum,non guſtata morte,uel hiſce uerbis. Illis,inquit,dulcior uita poſt requiem. Viuentibus etſi grata compendia,tamen ignorata remedia. Nam mortẽ,ni fallor,

Correct⁹ locus in Ambrosio.

illic remediũ appellat. Sed hæc scribenti, subit suspicio, ab Ambrosio scriptum fuisse ingrata remedia, pro ignorata remedia. etiamsi in utraq; æditione constanter habebatur ignorata. Proinde tutius esse puto quod rectius est sequi, præsertim cum aliàs idem uideatur sentire, nominatim hunc explanans locũ. Obuiam Christo.) εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου, id est, in occursum domini. Atq; ita legit is, quisquis fuit, qui scripsit epistolam ad Demetriadem uirginem. Nam sunt qui putant eam esse non Hieronymi, sed Iuliani.

In uerbis istis.) ἐν τοῖς λόγοις τούτοις τοῦ πνεύματος, id est, in uerbis his spiritus. in nonnullis Græcorũ codicibus additum reperi. uerum haud scio an mendose, præsertim cum nec apud Hieronymũ, nec apud Ambrosium ita legam, ne apud Vulgarium quidem.

EX CAPITE V.

ET momentis.) καὶ καιρῶν. Melius fortassis uertisset, articulis, siue oportunitatibus. Nam χρόνος simpliciter tempus significat, ut annũ aut mensem. At καιρὸς articulum temporis cũ res gerenda est. Diligenter scitis.) ἀκριβῶς οἴδατε, id est, exacte nostis, siue ad plenum scitis. Et securitas.) ἀσφάλεια, id est, cum tuta res, & nihil est periculi. & idcirco Ambrosius uertit, firmitas. Supueniet interitus.) ἐφίσταται ὄλεθρος, id est, instat uel imminet interitus siue exitiũ, uerbo præsentis temporis, ut efficacius exprimeret inexpectatũ mali incursum. Nec est effugiẽt, sed effugiant, ἐκφύγωσιν, hoc est, nõ possent effugere. In utero habenti.) τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, id est, in utero habenti, dandi casu. Est autẽ hic ὠδὶν, id est, dolor, sed proprie parturientiũ. Vnde Ambrosius sic extulit, quemadmodum dolor partus pregnanti. ut sit sensus, Sic illis imminere subito diem iudicij, ut mulieri grauidæ nixus ingruit & dolor partus. Non estis noctis, neq; tenebrarũ.) Valla legit ἐσμὲν, id est, sumus, non estis. quanq; quod ad sensum ptinet nihil interest. Sentit em̃ de om̃ibus Christianis. Ambrosius legit, non estis noctis. Loricã fidei.) θώρακα, ea pars corporis est apud medicos, quæ pectus & humeros ac scapulas cõplectitur usq; ad stomachi sedem. Vnde & uestis aut armatura hanc muniens, thorax dicitur. Et galeã spem dixit appositiue. Nos quo dilucidior esset sermo, uertimus, pro galea, spem salutis. Et ædificate alterutrum.) εἷς τὸν ἕνα, id est, unus unum, hoc est, uicissim alius alium. Vt habeatis illos abundantius in charitate.) Græca sic habent, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπερεκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ. Quorũ sentẽtia sic reddi poterat, ut illos summopere habeatis in precio, p charitatẽ. Ambrosius ita legit, Vt illis summũ honorẽ habeatis in charitate &c. Cõgeminauit autẽ ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ, de quo superius admonuimus. Propter opus illorum.) διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν, quod perinde sonat, quasi dicas, propter facta illorum. Hunc locum oportet annotare diligẽter episcopos, qui exigunt à suis summũ honorem, cum ipsi non curent præstare suũ officium. Paulus iubet eos haberi in summo honore, sed propter opus. non propter inanem titulum, hoc est, laborantes, præsidentes in domino, non cũ fastu, admonentes, docentes, consolantes, quod proprium est episcoporum munus. Et pacem habete cum eis.) εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς, id est, pacifici sitis inter illos. quanq; interpres uertit sententiã satis recte.

Galeã spem salutis, pro quæ est spes salutis.

Varia lectio.

Alij Græcorũ codices habebant, ἐν ἑαυτοῖς, hoc est, inter uos. Atq; ita legit Ambrosius.

Corripite inquietos.) νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, id est, admonete inordinatos, siue incompositos. Sentit autẽ intractabiles, qui parere nolunt, & ob hoc turbant cõmunẽ pacem.

Suscipite infirmos.) ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, id est, subleuate & fulcite. quod Ambrosius legit, opitulamini infirmis. nam ἀντέχεσθαι proprie est adiutare adnitentem.

Patientes estote.) μακροθυμεῖτε, hoc est, lenti ad iracundiam.

In omnibus uobis.) εἰς ὑμᾶς, id est, in uos. Omnia autem probate.) Autẽ, apud Græcos non additur, nec ad rem facit. Cæterum δοκιμάζειν, Græcis quoq; uerbum est anceps, quemadmodum Latinis probare, quod interdum est approbare, interdum explorare. cuiusmodi sit Vulgarius hoc loco interpretatur, probate, dijudicate. quemadmodum alibi, Probate spiritus, si ex deo sint. Audiendi prophetæ, sed cum iudicio. Miror quod exẽplar secutus Augustinus, legit hoc pacto, idq; in libello aduersus Adamantiũ. Spiritum nolite spernere, prophetiã nolite extinguere. Omnia legite, quæ bona sunt tenete. nisi quod arbitror scriptoris accidisse uicio. Aut certe sensum Pauli ad suum negocium accommodauit. Abstinere uos.) ἀπέχεσθε, id est, abstinete. Nec additur, uos.

Sanctificet

Sanctificet uos per omnia.) ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς, καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ &c. id est, sanctificet uos totos, & integer spiritus uester, & anima &c. Hieronymus in quæstionibus ad Hedibiam, ita citat hūc locum. Deus igitur pacis sanctificet uos per omnia, uel in omnia plenos siue perfectos. hoc enim magis sonat ὁλοτελεῖς. Ergo sensus est, Sanctificet uos per omnia perfectos, hoc est, & in spiritu, & in anima, & in corpore. In has enim partes hominem diuidit Paulus. Porrò ὁλόκληρον Hieronymus uidetur non legisse. nec mihi uidetur ad sensum pertinere, licet addatur ab Ambrosio. Non enim loquitur de integritate spiritus, quē nō diuidit, sed hominis, qui suis constat partibus. Tam etsi Didymus libro de spiritusancto tertio, planè legit, integer spiritus. siquidem colligēs hoc loco spiritū nō posse spiritum diuinū intelligi, Incredibile est, inquit, atq; blasphemū orare apostolum, ut spiritussanctus integer seruetur, qui nec immutationem potest recipere, nec profectum. Tres hominis partes.

Sine querela.) ἀμέμπτως, id est, irreprehensibiliter.

Epistola hæc.) Hæc, redundat apud nos. Additum est autem ad explicandam articuli uim, πλὴν.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM PAVLI PRIOREM AD THESSALONICENSES PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM, FINIS.

IN EPISTOLAM PAVLI AD THESSALONICENSES SECVNDAM, ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.

VT DIGNVM EST.) Inuenitur quidem & hoc apud Latinos, cæterum usitatius magisq; latinum est, ut par est, καθὼς ἄξιόν ἐστιν.

Vnusquisq; uestrum) ἑνὸς ἑκάστου πάντων. Addunt, omnium, ad uehementiam. Et Ambrosius, uniuscuiusq; omnium uestrum.

In exemplum.) ὑπόδειγμα, id est, exemplum, siue ostensionem. Præpositio in, redundat. Aut nominandi casu, ostensio, ut referatur ad illos qui affliguntur. id est, uos estis documentū, & ostenditis rectum esse iudicium dei, cum tanta passos remunerat regno suo. Supereſt.

In regno dei.) In, præpositio redundat, nec addit Ambrosius. Si tamē iustum est.) Ambrosius legit, siquidem, non si. Et Aquinas annotauit in nonnullis exemplaribus scriptum fuisse siquidem, pro si. tamen græca scholia exponūt hoc loco εἴπερ positum pro ἐπειδήπερ, id est, quandoquidem. affirmantis enim esse, non dubitantis. Quod si maxime siquidem ponatur pro si, tanto magis affirmabit, ueluti uerum inferens, de quo nefas sit dubitare. Supereſt.

Retribuere retributionem.) ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν, id est, retribuere affligentibus uos afflictionem. Et Ambrosius, Retribuere eis qui uos deprimunt pressuram. Proinde uidetur errore librariorum deprauatum in uulgatis exemplaribus, præsertim cum in peruetusto exemplari bibliothecæ Paulinæ extet, Retribuere tribulationem. Mendum apud nos.

Requiem.) ἄνεσιν, id est, remissionem, hoc est, refrigerium & refocillationem, siue relaxationem. ne quis accipiat de remissione peccatorum.

Virtutis eius.) δυνάμεως, id est, potētiæ. Dantis uindictam.) Dantis, ad dominū

refertur,nõ ad flammã.Nam ꝙuis apud Latinos anceps eſt ſermo,apud Græcos nõ eſt.

In flamma ignis.) ἐν πυρὶ φλογὸς;id eſt,in incẽdio ſiue igni flammæ.Atq; ita legit Ambroſius. Pœnas dabunt.) δίκην τίσουσιν,id eſt,pœnam luent,ſiue pendent.

In interitum.) In,redundat. ὄλεθρον αἰώνιον,ut addatur appoſitiue,& intelligamus non quàmlibet pœnã,ſed æternam. A gloria uirtutis.) ἀπὸ τῆς ἰσχύος,id eſt,roboris ſiue potentiæ.ne quis accipiat ἀρετῆς, id eſt, uirtutem,quæ pugnat cum uicio,ut ſæpius iam admonuimus. Admirabilis fieri.) θαυμασθῆναι,quod Ambroſius expreſſit, mirificari. Eſt enim Græcis uerbum paſſiuum,cum quis alijs redditur admirandus.

Quia creditum eſt teſtimonium noſtrum.) ὅτι ἐπιστεύθη τὸ μαρτύριον ἡμῶν.Ambroſius ut uitet amphibologiam,ſic explicat,quia fidem habuit teſtimonium noſtrum.Sed latinius poterat,quod fides habita ſit teſtimonio noſtro. In die illo.) Ambroſius hic addit,aduentus domini. In quo etiã oramus.) εἰς ὃ καὶ προσευχόμεθα,id eſt,in quod & oramꝰ,ſiue ad quod. Si refers ad ſuperiora,hic erit ſenſus,ut cũ primis fiat deprecatio, hoc eſt,ante omnia.Et in hanc ſententiam exponit Chryſoſtomus.Sin ad ſequentia,ſenſus erit,ut precationes fiãt ab omnibus. Sua uocatione.) τῆς κλήσεως, id eſt,uocatione.Nec additur ſua,apud Græcos, niſi quod articulus additus fermè tantundem efficit. itaq; nos addidimus iſta uocatione. Et dignetur, ἀξιώσῃ, Ambroſius uertit, dignos habeat. Omnem uoluntatem.) εὐδοκίαν, id eſt,beneplacitum ſiue bonũ propoſitum.

Bonitatis ſuæ.) ἀγαθωσύνης.Nam ſuæ,rurſus abundat. In uirtute.) ἐν δυνάμει, id eſt,potentia & robore. Clarificetur.) ἐνδοξασθῇ, id eſt,celebre fiat,aut nobilitetur.

EX CAPITE II.

PEr aduentum.) Græca ſic habent, ὑπὲρ τῆς παρουσίας, τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ᾽αὐτὸν.quorum ſententia ita reddi poterat, Nomine aduẽtus domini noſtri Ieſu Chriſti,& nomine aggregationis noſtræ in illum.Atq; in hunc ſenſum interpretãtur græca ſcholia. Obteſtatur enim eos,non ſolum hoc nomine,quod Chriſtus appariturus ſit in ſua potentia,ſed quod ipſi quoq; fideles illic ſint adfuturi,& adiungendi Chriſto.

Cito moueamini.) ταχέως σαλευθῆναι,quod eſt proprie fluctuãtis,& dimoti de loco.

A ueſtro ſenſu.) νοὸς, id eſt, mente ſiue intellectu. Tanq; per nos miſſam.) ὡς δι᾽ ἡμῶν,id eſt,tanq; per nos. Miſſam,additum eſt explicandi cauſa,etiamſi nonnihil mutat de ſenſu.Nam Paulus non uult eos cõmoueri,neq; per ſpiritum, tanq; à Paulo profectum,neq; per ſermonem,Pauli nomine allatum,neq; per epiſtolam,illius iuſſu aut nomine ſcriptam.atq; id ſonant uerba græca. Dies domini.) Pro domini Græcus habet Chriſti. Niſi uenerit diſceſſio.) ἀποστασία, quod Ambroſius uertit, defectionẽ. nempe cum aliquis deſciſcit à ſuo autore ſeu principe. Homo peccati.) ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας.Diuus Ambroſius ut explicaret uim articuli,legit,homo ille, ut acciperemus de certo homine dictum. Super omne quod dicitur.) Interpres legiſſe uidetur ἐπὶ πᾶν τὸ λεγόμενον, uerum Græci codices ſic habent, ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν, ἢ σέβασμα, id eſt,ſupra uel aduerſus omnẽ qui dicitur deus,aut cultus,ſiue ueneratio.Hieronymus in quæſtionibus citat ad hunc modum. Contra omne quod dicitur deus aut religio,propius accedens ad græca uerba.quanq; uideo quoſdã pro πάντα legere πᾶν τὸ λεγόμενον, id eſt, aduerſus omne quod dicitur deus aut religio. Nam σέβασμα proprie dicitur id quod adoramus,& ſumma reuerentia ueneramur,& quod maieſtate præcellit. idq; uerti poterat numen. Tanq; ſit deus.) ὅτι ὡς θεὸς,id eſt,quod ſit deus,hoc eſt, oſtentans ſe eſſe deum,cum non ſit.Paulus nõ abſoluit ſermonis ordinem,ſed uelut oblitus eorum quæ cœperat,interijcit,quæ ueniunt in mentem. Videbatur enim additurus, quoniã niſi uenerit defectio &c.non ueniet dies domini.

Diſceſſio ἀποστασία.

Sermo inabſolutus.

Non retinetis.) οὐ μνημονεύετε, id eſt, nõ meminiſtis. O ſtultam copiæ affectationem, etiam cum iniuria ſenſus. Vtrum,quæſo,iſtud eſt uertere diuinas literas,an potius in reſeria ludere? Hæc dicebã uobis.) Ambroſius,niſi codex mendoſus eſt,legit ad hunc modum,Non meminiſtis,quod me adhuc apud uos agente,hæc dicebantur uobis.

Vt reueletur

Vt reueletur in suo.) Deest,ille. εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι ἀυτὸν, id est,ut ille reueletur. Ille inquam aduersarius,de quo modo dictum est. Mysterium operatur iniquitatis.) Mysterium,eadem uox est quam aliàs uertit, sacramentum . Iacobus Faber putat ope/ Faber. ratur hic accipi passiue pro patratur.tametsi nihil est necesse, cum sit uerbum medium. & ἐνεργεῖν non est proprie patrare aut facere,sed agere,hoc est, uim suam exercere, sicuti spiritus dicitur operari in nobis,cum uim suam & efficaciam ostendit.Ita nũc Paulus di/cit Antichristum nondum apparuisse,sed tamen occulte iam illius spiritum ualere,& age re in his qui persequuntur Christianos.Græci interpretes arbitrantur hoc dictum in Ne-ronem. Tantum ut qui tenet nũc te.) μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως. Videtur in Græco codice deesse, ὁ κατέχων ἄρτι κατεχέτω,id est,is qui nũc obtinet,obtineat donec &c. nisi malumus aposiopesin esse,quæ plus significarit silendo,quàm si uerbũ explicuisset.Hunc locũ exponunt de imperio Rhomano, quo soluto sit uenturus Antichristus.Nõnulli de Nerone,quem putant aut resurrecturum,ac futurum Antichristum , & in hoc sublatum asseruari,ut suo tempore prodeat.Quidam de fictis Christianis.quibus de rebus accura tius differit Augustinus libro de ciuitate dei 20.cap.19.

Interficiet.) ἀναλώσει, id est, consumet. Illustratione aduentus.) τῇ ἐπιφανείᾳ, id est,apparitione.etiamsi Ambrosius legit,illustratione præsentiæ suæ. Augustinus,illumi-natione præsentiæ suæ,ut accipias claritate Christi aduenientis,obscuratũ iri Antichristũ.

Et prodigijs mendacibus.) ψεύδους,id est,mendacij.sic legit & Ambrosius.quanq; in-terpres si studio sic uertit,uertit eleganter,sin casu,feliciter.

His qui pereunt.) In his est græce,licet reclament latini. Charitatem ueritatis.) τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο,id est,dilectionem ueritatis non acceperunt.Atq; ita legit diuus Ambrosius. Ideo mittet.) ἢ διὰ τοῦτο.i.& ideo.Deest em̃ nobis copula.

Operationem erroris.) ἐνέργειαν πλάνης, id est , efficaciam seductionis uel impostu-ræ,ut referatur ad prodigia,quæ facturus sit Antichristus. nimirum agente in illo spiritu immũdo.Quãdoquidem diuus Hieronymus arbitratur Paulum hunc sumpsisse locũ ex Esaia,qui scribit,Dominus miscuit ei spiritũ erroris.Porrò spiritus est agere,uelut ignis.

Sed consenserunt.) ἀλλ' εὐδοκήσαντες, ἐν τῇ ἀδικίᾳ, quod ita uerti poterat, sed quibus placuit iniquitas.Aut,sed approbauerunt iniquitatem. Cõsentire,p probare.

Quod elegerit nos.) ὅτι εἵλετο ὑμᾶς,id est,elegit uos. Primitias in salutẽ.) ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν, id est, ab initio in salutem . Et Ambrosius legit , à principio. Apparet interpretẽ legisse ἀπαρχὰς,siue ἀπαρχήν,quod sonat primitias,ut sit sensus,illos inter pri/mos fuisse uocatos ex Thessalonicensibus.Sin legas ἀπ' ἀρχῆς,pertinet ad diuinam præde stinationem.quanq; ex ijsdem uerbis & hic sensus accipi potest,eripuit nos deus ab im-perio.Ex Vulgario nihil certum poterat colligi. Varia lectio.

In qua & uocauit.) εἰς ὅ, id est,in quod.Idq; potest uel accipi absolute, uel referri ad spiritum,ut dicas,in quem.Et ita indicant Græca scholia. Quas didicistis.) ἐδιδάχθητε,id est,quas docti estis,ut obiter magis commendet suum officium.

Exhortet̃ corda uestra.) παρακαλέσαι ὑμῶν τὰς καρδίας,id est,consoletur corda uestra. tametsi uerbum παρακαλέσαι ambiguum est,& apud Græcos sermo præcedit opus.

EX CAPITE III.

AB importunis.) ἀπὸ τῶν ἀτόπων,quod magis sonat, absurdis & prodigiosis. Ambrosius legit,ab iniquis. Fidelis autem deus.) Græce est dominus, πιστὸς δὲ ἐστὶν ὁ κύριος. Quoniam quæcũq;.) ὅτι,quod. Mira confusio coniunctionum. In charitate.) εἰς τὴν ἀγάπην, id est,in dilectionem.

Et patientiam Christi.) καὶ εἰς τὴν ὑπομονὴν τοῦ χριστοῦ, id est,in expecta/tionem Christi.ita legit Ambrosius,& recte.Cæterum ὑπομονὴ sonat perseuerantiam in re quapiam nõ sine molestia,sed rursum cũ expectatione præmij,aut certe finiendi mali. Patientia Christi ,p ea qua Christ⁹ expectatur.

Denunciamus autem.) Idem uerbum est quod uerterat præcipimus, παραγγέλλομεν.

Ambulantes inordinate.) ἀτάκτως,aut incomposite siue turbulente. Iam nouum non est,quod ambulare dixit pro uersari.

Non inquieti fuimus.) οὐκ ἠτακτήσαμεν, id eſt, non inordinati ſiue non incompoſiti fuimus. Ambroſius uertit, Non intemperāter uiximus apud uos. & ἀτάκτως item uertit, intemperanter. Miræ uero huius interpretis delíciæ, qui modo ἀτάκτως uertit, inordinate, nunc ἠτακτήσαμεν, uertit, fuimus inquieti, cum utríuſq; dictionis eadem ſit origo. Recte uertit Ambroſius, modo ſenſit intemperanter, idem eſſe quod turbulente, & intractabiliter. Siquidem latinis in ordinem cogi dicuntur, qui cōmuni legi aſtringuntur, nec ulla in re differunt à cæteris. Huíc diuerſum eſt, ſi quis contemptis legibus publicis, ſuo uiuat arbitratu. id enim uocat Paulus ἀτακτεῖν, præter ordinem uiuere.

Paulus gratis docuit.

Neque gratis panem manducauimus.) Ambroſius legit, edimus, ut appareat íllum legiſſe ἐφάγομεν, pro ἐλάβομεν. Cæterum quod nunc habetur in Græcis codicibus, magis quadrat cum eo quod ſequitur, à quoq;. In labore & fatigatione.) κόπῳ καὶ μόχθῳ. de quo ſuperius meminimus. uterq; uertit eodē modo. Quaſi non habuerimus.) ὅτι οὐκ ἔχωμεν, id eſt, quod non habeamus. & demus, non daremus, δῶμεν, hoc eſt, quod id nobis non liceat facere. Quo dícto ſimul & excuſat alios qui ſumebant, & ſuam temperantiam exaggerat, qui adeo nihíl exegerit præter ius, ut ne quod iuſtum quidem fuerat acceperit. Denūciabamus.) παρηγγέλλομεν, id eſt, præcipiebamus. Hic ubiq; oſtentat ſuam ineptam copiam, etiam antequàm nos de copia prodidiſſemus.

Audiuimus enim.) ἀκούομεν γὰρ, id eſt, audimus enim, ut ſit tempus inſtans.

Ambulare inquiete.) ἀτάκτως, quod paulo ſuperius uertit, inordinate, nunc uertit, inquiete. Rurſum Ambroſius intemperāter. Et hoc loco περιπατοῦντας aptius eſt, obambulantes, quæ eſt natiua huius uocis ſignificatio.

Nihil operantes, ſed cur &c.) Non ſeruauit interpres elegantiam Græci ſermonis μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους, id eſt, nihíl agētes, ſed curioſe agentes. quanquàm illud περιεργαζομένους ſignificat & ſuperuacua & inutília agentes. Hínc certe appareret aliud eſſe ἐργαζομένους & ἐνεργοῦντας, ἐργάζεσθαι & ἐνεργεῖν, cum utrunq; ſoleat eodem uerbo reddere. In domino Ieſu Chriſto.) διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν, id eſt, per dominū noſtrū.

Mendum.

Suum panem.) τὸν ἑαυτῶν ἄρτον, id eſt, ſuum ipſorum panem. idq; ἐμφατικώτερον, quaſi dicas, nō alienum, ſed ſuum. Per epiſtolam hanc.) Hunc, eſt græce, non hanc, hoc eſt genere maſculíno, non fœminino. ſicut & in emendatioribus latinorū exemplaribus. Vt cōfundatur.) ἵνα ἐντραπῇ, id eſt, ut pudefiat, & ut rubore ſuffundatur, cū uiderit ſe uitari ab omnibus. Cōfunditur & is qui alioqui perturbatur. Idcírco diuus Ambroſius, ut explicaret uim uerbi græci, uertit, ut reuerētia cōfundat. Quaſi inimicum.) ὡς ἐχθρὸν, id eſt, ut inimicū. Mira apoſtoli lenitas, qui ne íntractabilem quidem uelit pro inimico haberi. Corripite ut fratrem.) νουθετεῖτε. Ambroſius uertit, monete conſilijs. cui magis placuit uerbum lenius. Sempiternā.) διὰ παντὸς, id eſt, ſemper. In omni loco.) ἐν παντὶ τρόπῳ, id eſt, in omni modo. quanq; interpres uidetur legiſſe τόπῳ, pro τρόπῳ. & ad eundē modum legit Ambroſius, etiāſi græca ſcholia τρόπῳ legūt. Deus ſit cum om.) Dominus eſt, non deus. & ita legit Ambroſius. Et ſalutatio mea.) Mea, ablatiui caſus eſt, & refertur ad manu.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM PAVLI SECVNDAM AD THESSALONICENSES PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM, FINIS.

In epiſtolam

IN EPISTOLAM PAVLI
AD TIMOTHEVM PRIOREM, ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.

SECVNDVM imperiũ.) κατ' ἐπιταγήν. Aperti⁹ hic erat, iuxta iniunctionẽ, siue delegationem. nam ἐπιτάττειν est iniungere & mandare quippiã. Sentit eñ de munere apostolico, qd' nõ ipse sibi uindicarit, sed ab ipso Christo fuerit delegatum. Annotauit hoc Chrysostomus, indicãs plus esse ex delegatione ac iussu apostolum quam uocatum dici.

Dei saluatoris nostri.) Hic certe nemo poterit tergiuersari, quin pater dictus sit saluator, ut nihil agant, qui qd' est in epistola ad Titum, Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, uolunt ad filiũ referri. Et Christi Iesu spei nostræ.) τῆς ἐλπίδος ἡμῶν. Apertius erat, à Iesu, qui est spes nostra. Dilecto filio.) γνησίῳ τέκνῳ. i. germano filio. Et ita legit Ambrosius. atq; adeo Chrysostomus, aut quisquis fuit eius operis autor. licet interpres ubiq; infulserit suum charissimus. Cum eñ tot uerbis agit de similitudine filij patrẽ referẽtis, satis declarat se γνήσιον legisse nõ ἀγαπητὸν. Germanũ uocat, uerũ & ingenuũ non adulterinũ, qd' per omnia responderet spirituali patri Paulo, id qd' est filiorũ, referre parentẽ, & non degenerare. Sed de hac uoce aliàs dictum est. Gratia & misericordia.) Græci non addunt cõiunctiones hoc loco. sed gratia, misericordia, pax. & ad eum sanè modum legit Ambrosius. Christo Iesu domino nostro.) Græcanici codices iterant domini cognomen, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. i. à domino Iesu Christo, qui est dominus noster. quasi aliter sit dominus omniũ, aliter fidelium, quos peculiariter possidet. Quanq; dissentit & Ambrosius & uulgata æditio. Vulgarius contra nobiscum facit. Nos græcam lectionẽ non mutauimus, sed ita ut liberũ sit lectori, utram uolet sequi. Sicut rogaui te.) παρεκάλεσά σε. Quanq; græca uox anceps est, tamen hic magis quadrabat, hortatus sum, ut Vallæ placet. Tametsi Paulus eo uerbo nonnunq; usus est erga plebeios. Porrò quod Stapulensis admonet καθὼς potius uertendum fuisse sic, quam sicut, quid sibi uelit prorsus nõ intelligo. Neq; eñ, opinor, καθὼς accipi posse pro οὕτως. Vt remaneres Ephesi.) Oratio plenior græce q; latine, propterea qd' πρόσμεῖναι potest esse uel infinitiui modi uel imperatiui, quantũ ad sensum attinet. Sicut te rogaui manere, maneto. Atq; ita legisse uidet Ambrosius, qui legit, ut denunciares. qd' nõ quadraret, nisi accederet, maneto, aut simile uerbũ. Ne aliter docerẽt.) μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν. i. ne diuersa doceant, aut potius ne diuersis uterentur doctoribus. uerbo cõposito, ab ἕτερος alius, & διδάσκαλος doctor. ἑτεροδιδασκαλεῖν, qd' est, nunc his, nunc illis uti doctoribus. Quanq; Chrysostomus & hunc secutus Vulgarius, ἑτεροδιδασκαλεῖν interpretant diuersam inducere doctrinã, ut ad pseudapostolos pertineat. Interminatis.) ἀπεράντοις. i. quæ finẽ nõ habent, cuiusmodi ferè nunc sunt uulgariũ Theologorũ quodlibeta. nam quo plus est eiusmodi quæstiuncularũ, hoc plus etiã subscatet è calib⁹ nunq; finiendis, quorũ etiã si milies mille milia produxeris, plura tamẽ supererũt. Chrysostomus putat hunc locũ nõ esse accipiendum de historia ueteris testamenti. Sed Ambrosius palam de ea uidetur interpretari, cum ait. Ne oblectarentur fabulis quas narrare consueti sunt Iudæi de generatione suarum originum de Abraham & Isaac, & cæteris patriarchis, & de circumcisione, & de ijs quæ postea tradita sunt à Moyse, cæteraq; quæ sequuntur in hanc sententiam. Ac mihi sanè, ne hi quidem ad ueram Christianamq; pietatem magnopere uidentur facere, qui de Christi genealogia tam anxie tamq; penè dixerim iudaice disputant. Atq; in totum ex ueteris testamenti libris pro rei commoditate delibari quædam magis probarim, quam illorum

Pater seruator.

Dilecto, id est germano.

Fabri.

Quæstionũ examina.

Iudaicæ genealogiæ.

autoritatẽ æquari maieſtati euãgelicæ,imò penè anteferri. Quid em̃ aliud legit̃ in tẽplis? Quin etiã illos libros Iudæorũ recipimus in canonẽ noſtrũ, quos illi in ſuum recipere no luerunt,Chriſtiani propẽſiores in Iudæorũ libros,q̃ ipſi in ſuos.qui tamen ſua ſic amant, ut nulla gens inſanius . Porrò quod hic uertit,interminatis,Ambroſius uertit,infinitis.

Aberrantes.) ἀσοχήσαντες ,id eſt,cum aberraſſent . Et eſt uox propria his qui aberrant à ſcopo.Id ſubindicat & Chryſoſtomus. Conuerſi ſunt.) ἐξετράπησαν .Ego malim, deflexerũt.Et magis explicat græcã uocem,ueluti cum aberrans à ſcopo,aliò ſe deflectit.

In uaniloquium .) εἰς ματαιολογίαν . Quantum ad pronunciationem attinet,mataeologia,non multum abeſt à theologia,cum res inter ſe plurimum diſcrepent . Proinde nobis quoq; cauendum eſt, ne ſic ſectemur theologiam,ut in mataeologiam incidamus , de friuolis nugis ſine fine digladiantes.Ea potius tractemus,quæ nos tranſformentin Chriſtum,& cælo dignos reddant . Quorſum enim attinet decertare , quot modis accipiatur peccatum , priuatio duntaxat ſit , an macula inhærens animæ . Hoc potius agat Theologus,ut omnes horreant oderintq; peccatum. Totis ſeculis diſputamus,an gratia qua deus nos diligit ac trahit,& qua nos illum uiciſſim diligimus,eadem ſit gratia.Illud potius agamus,puris precibus,innocentia uitæ,prijs factis , ut eo munere nos dignetur deus.Digladiamur ſine fine,quid diſtinguat patrem à filio,& utrunq; à ſpiritu ſancto,res,an relatio, & qui conſiſtat,tres dici, quorũ nullus ſit qui alius,cũ ſint una eſſentia.Quanto magis ad rem pertinet, hoc modis omnibus agere , ut ternionem illum,cuius maieſtatem ſcrutari fas non eſt , pie ſancteq; colamus & adoremus , illiusq; concordiam ineffabilem , noſtra concordia quoad licet exprimamus,quo contingat aliquando & in illius adſciſci conſortium . Diſputamus qui fieri poſſit , ut ignis quo cruciabuntur impiorum animæ , cum ſit materialis,agat in rem incorpoream.Quanto magis referebat, huc totis uiribus eniti , ne quid in nobis reperiat ignis ille quod exurat. Atq; hæc ſi uel animi laxandi gratia , uel citra contentionem agitarentur,ferri poterat . Nunc tota ætas in huiuſmodi quæſtionibus conſumitur,& res uſq; ad clamorem,uſq; ad uera diſſidia,uſq; ad conuicia,nonnunquam uſq; ad pugnos procedit. Quot quæſtionum examina ſuſcitamus circa baptiſmum , circa ſynaxim,circa pœnitentiæ ſacramentum,quorum pleraq; ſunt eiuſmodi, ut nec ſcire magnopere referat,& ut aſſeuerari poſſunt, ita nec refelli , nec probari . Illud magis ad rem pertinebat,in hoc incumbere,ad hoc nos inuicem adhortari,ut uita Chriſto digna, baptiſmi ſacramento reſpondeamus , ut ad ſacras illas epulas frequenter ac pure accedamus, ut non multum ſit in uita,quod pœnitentiæ cauterio ſit exurendum . Quid autem nunc loquar de quæſtiunculis non ſolum ſuperuacaneis, ſed penè dixerim impijs , quas mouemus de poteſtate dei,de poteſtate Rhomani pontificis.An deus poſſit quoduis malum, etiam odium ſui præcipere,& omne bonum prohibere,etiam amorem & cultum ſui.An poſſit actu infinitum ſecundum omnem dimenſionem producere . An potuerit hunc mundum etiam ab æterno meliorem facere quam fecit.An poſſit producere hominem, qui peccare nullo modo queat . An reuelare poſſit alicui ſuum futurum peccatum , aut damnationem.Num poſſit aliqua diſtincte intelligere, ſi ad illa non habeat diſtinctas relationes rationis.An poſſit reſpectum producere ſine fundamento & termino.An poſſit naturam uniuerſalem producere & conſeruare ſine ſingularibus. An poſſit aliquo prædicamento contineri. An poteſtatem creandi poſſit communicare creaturæ . An poſſit ex facto facere infectum,ac per hoc ex meretrice facere uirginem . An quælibet perſona diuina poſſit quamlibet naturam aſſumere , quomodo uerbum humanam aſſumpſit . An tres perſonæ poſſint ſimul eandem naturam aſſumere . An unum ſuppoſitum creatum poſſit alteram naturam creatam aſſumere.An hæc propoſitio,deus eſt ſcarabeus, aut cucurbita,tam poſſibilis ſit,q̃ hæc,deus eſt homo.An deus aſſumpſerit indiuiduum humanum,an ſpeciem.An potius conueniat deo,non poſſe facere impoſſibile , an impoſſibile nõ poſſe fieri à deo. Vtrum prius cõueniat deo poſſe producere, an creaturæ poſſe produci . An in mente diuina ſint omnium rerum ideæ , & illæ practicæ ne ſint an ſpeculatiuæ . An doctrinæ Ariſtotelicæ & naturali rationi ſit conſentaneum . deniq; an ipſa res cogat fateri aliquem eſſe reſpectum ab omnibus rebus abſolute diſtinctum . An deus aliquo ab ipſo diſtincto ſit unus . An perſonæ diuinæ uero numero dicantur tres.

Quæſtiões Theologorũ curioſæ.

Quæſtiões pene impiæ de deo.

An per

An per relationes & distinguantur & constituãtur. an pater producat filium, & spiritum sanctum, ratione intellectus, an uoluntatis. Item an ratione essentiæ an attributi, naturaliter an libere. An hæc propositio sit possibilis, pater deus odit filium deum. An anima Christi potuit falli, an fallere, an mentiri. Iam uero de Rhomani põtificis potestate, penè negocioſius disputatur quam de potestate dei, dum quærimus de duplici illius potestate. Et num sit uniuersale caput totius ecclesiæ, & num sit superior generali concilio, & an possit abrogare quod scriptis apostolicis decretum est. An possit aliquid statuere, quod pugnet cum doctrina Euangelica. an possit nouum articulum condere in fidei symbolo, utrum maiorem habeat potestatem quam Petrus, an parem. an possit præcipere angelis, an possit uniuersum purgatoriũ quod uocant tollere. an possit arbitratu suo cœlo excludere etiam immerentes. Vtrum simplex homo sit, an quasi deus, an participet utranq; naturam cum Christo. An clementior sit quam fuerit Christus, cum is non legatur quenquam à purgatorijs pœnis reuocasse. sexcenta id genus disputantur magnis æditis uoluminibus, idq; à magnis Theologis, præsertim professione religionis insignibus. His serio occupantur Theologorum scholæ. His ætas rerum omnium fugacissima conteritur, cumpleraq; sint eius generis, ut doctius nesciantur quam sciantur, ut ridicule quærantur, temere definiantur. Breue tempus est, & arduum est negocium agere uere Christianum. Quin igitur omissis rebus superuacaneis, ea potissimum spectamus, quæ Christus nos scire uoluit, quæ prodiderunt apostoli, quæ proprie ad charitatem faciunt, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, quam unam Paulus appellat finem, & perfectionem totius legis. Tot iam annis cauillamur in scholis, quibus uerbis sit loquendum de Christo. Quin illud potius agimus, quibus rebus transformemur in Christum.

De potestate pontificis.

Neq; de his quæ loquuntur.) Græce est, quæ loquuntur, ἃ λέγουσι. Nec est geminum neq;, in pleriſq; Græcorum codicibus, in alijs additur μήτε.

Scientes hoc.) εἰδότες, id est, sciens. Mutat autem & alijs aliquot locis Paulus subinde numerum. quanquam referri poterat sciens, ad uerbum χρῆται, id est, utatur. Certe Ambrosius pro sciens, legit, certum habens, numero singulari.

Numerus subito mutatus.

Et non subditis.) ἀνυποτάκτοις, id est, qui subdi nolunt, nec ferunt imperium. Ambrosius uertit, inobsequentibus. Contaminatis.) βεβήλοις, id est, prophanis & arcendis à sacris. Porrò contaminati piaculo aliquo, à sacris arceri solent. In eundem ferè sensum sonat Græcis, ἀνόσιον. nam ὅσιος dicitur ab ἄζομαι τὸ σέβομαι. Vnde ἀνόσιον uocant, qui non ueretur nec deos, nec homines. & ideo subiecit prophanis, qui alieni sunt à sacris.

Homicidis.) ἀνδροφόνοις, id est, uiricidis, si quis ad uerbum uertat.

Plagiarijs.) ἀνδραποδισταῖς, id est, qui aliena mancipia subducunt furto, quod genus furti plagium uocatur apud Iureconsultos. Quemadmodum qui sacra furantur, sacrilegi. qui de publico aut principis fisco, peculatores. qui iumenta aliena abducunt, abigei. ita qui liberos aut seruos alienos, plagiarij. Id uero cum extet non solum apud Iureconsultos, uerum in omnibus penè bonis autoribus, quis non admiretur Lyrani uel imperitiam, qui hoc ignorarit. uel socordiam, qui non uestigarit. uel impudentiam, qui tam expedite sit interpretatus. Plagiarij, inquit, sunt assueti plagas & uerbera alijs inferre. Et hunc secutus Charrensis. Plagiarijs, inquit, qui plagas cuiuslibet generis inferunt proximis. Aquinas cum cætera fermè exponat, plagiarios prudens dissimulat, satis ipso silentio confitens, uocem sibi parum intellectam fuisse. Graeca uox à mancipio dicta est. ἀνδράποδον enim mancipium, ἀνδραποδιστὴς, quasi dicas, fur mancipiarius.

Lyranus.

Quæ est secundum euangelium.) Hæc duo uerba, quæ est, non inuenio in græcis codicibus, quanquam recte sunt addita explicandi causa. Ambrosius & interpres uulgatus legisse uidentur addito articulo, τῇ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, id est, quæ est secundum euangelium. Quod creditum est mihi.) Creditum, hoc loco commissum significet oportet, ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ. concreditum erat apertius. Inuitus, ita me deus amet, dissentio à uiris, quos animo ueneror, sed tamẽ prima debet esse publicæ utilitatis ratio, præsertim si citra cõtumeliam sanet error. Faber ꝓ eo quod interpres uertit, quod creditũ est, transtulit, cui creditus sum ego, nõ animaduertẽs græci sermonis idioma, sicut annotauimus & in Apologia nostra. Porrò quod adijcit in examinatione, in idem recidere, cui creditus sum ego,

Faber.

& quod

& quod creditum est mihi, quis non uidet longe secus habere? Nisi forte nihil interest, utrum dicas, commissus est mihi filius tuus, an commissus sum filio tuo.

Et gratias ago.) καὶ χάριν ἔχω, id est, gratiam habeo. Qui me confortauit in Supereſt. Christo Iesu.) In, redundat, nec est apud Chrysostomum, nec apud Ambrosium, nec in uetustis exemplaribus, τῷ ἐνδυναμώσαντί με χριστῷ, id est, qui me potentem reddidit Christo, ut Christo sit datiuus, & intelligas Paulum in Christi gloriam fortem ac potentem fuisse, non suam. Qui prius fui.) τὸν πρότερον ὄντα. licet & sic. cum prius essem, uel cum prius fuerim. Et contumeliosum.) ὑβριστήν, quod magis significat eum qui uim facit, hoc est, oppressorem seu uiolentum. nec enim hic ad libidinem referendum est. Siquidem apparet Paulus gradibus quibusdam exaggerare suum peccatum. si tamen hoc dicendum est peccatum, quod pio studio facias per errorem. Primus gradus est, maledicere. secundus, insectari. tertius, admouere uim. Nam potest insectatio citra uiolentiam consistere. Sed misericordiam.) ἀλλὰ καὶ, id est, sed &, quasi dicat, non solum ueniam consecutus sum, cum talis fuerim, sed & misericordiam, ut fierem apostolus. Nam & aliàs sese extenuans, autoritatem sibi traditam, dei misericordiam uocat, uelut in epistola ad Corinthios priore, cap. septimo. Consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus. Quanquam autem ab hac annotatione nostra non abhorret interpretatio Ambrosiana, tamen non potest liquido colligi, uel apud hunc, uel apud Chrysostomum, additam fuisse coniunctionem καὶ.

Fidelis, pro certus. Fidelis sermo.) Hac ceu præfatiuncula solet uti Paulus, rem certam & indubitatam dicturus, ut fidus ad rem quoq; referatur pro indubitato. Et acceptione, Græcis est, ἀποδοχῆς, quod & approbationem sonat. Non reijcitur enim quod approbatur.

In hunc mundum.) Hunc, redundat. In me primo.) ἐν ἐμοὶ πρώτῳ. Primo, hic nomen est, non aduerbium. Omnem patientiam.) μακροθυμίαν, id est, longanimitatem, si quis ad uerbum reddat. Ambrosius pro hoc uno uerbo, duo posuit, magnanimitatem & patientiam. Ad informationem eorum.) πρὸς ὑποτύπωσιν, quod Ambrosius uertit, ad exemplum. Est enim ὑποτύπωσις, cum res expressa subijcitur oculis. In Paulo igitur deus uelut exemplar proposuit quid sibi debeant sperare, quicunq; relictis moribus pristinis crediderunt in Christum. Immortali, inuisibili.) ἀφθάρτῳ, id est, qui corrupi non potest, quod recte uertit, immortali, præsertim cum de uiuo loquatur. Et ἄφθαρτος, immortalis. nos in epistola ad Rhomanos, capite secundo uertimus, ἀφθαρσίαν immortalitatem, pro incorruptionem, ne quis acciperet de libidine.

Soli deo.) μόνῳ σοφῷ θεῷ, id est, soli sapienti deo, ut soli sapienti coniungas, & deo referatur ad omnia, atq; hæc uox sapienti, interiecta inter, soli, & deo, dirimat ne cõiunctim accipiantur, atq; hinc ansam arripiant, qui cum Arianis sentiunt. Et ad eum quidem modum legit Chrysostomus, & hunc secutus Vulgarius, si modo non fallunt codices. Cæterum nec apud Ambrosium, nec apud Hieronymum, nec apud ullum præterea scriptorem antiquum reperio. Siquidem Ambrosius enarrat hunc locum huiusmodi uerbis. Hæc ad dei patris personam pertinent, quem immortalem ideo solum & inuisibilem appellat, quia omnis immortalitas ab ipso est. Ac mox, Simili modo & in Euangelio legitur domino dicente, Quia nemo est, inquit, bonus, nisi unus deus. Et iterum ipse dicit, Bonus homo de bono thesauro profert bona, nemo tamen nisi unus deus bonus est, quia ipse fons bonitatis est, ex quo cæteri potant ut boni sint. Ipse est & inuisibilis solus deus, qui nulli unquam uisus est. Omnia enim agit per filium, quem idcirco uisum dicimus, ut licet aliter quam est apparuisset, tamen illum significemus. Honorificentiam ergo & gloriam deo patri in ueritate pronunciat, cuius pietate & prouidentia Christus liberauit peccatores ex morte. Hactenus Ambrosiana recensuimus. Ex quibus satis, opinor, liquere, Sapienti, uidetur additum. sapienti, in huius exemplaribus additũ nõ fuisse. Adducit huius loci testimoniũ Augustinus aduersus Adimantũ, nec addit, sapiẽti. Rursus enarrãs psalmũ. 67. Iterũ psalmũ. 109. Quanq; nec ex interpretatione Chrysostomi satis liquet ab ipso additum, sapienti. Cum enim sic argumentatur, Ecce soli deo dixit, Num igitur filius deus non est? & soli immortali, non igitur & filius immortalis est. probabilius fit illum non legisse, soli sapienti, sed soli deo. Quanquam in calce epistolæ ad Rhomanos, additur sapienti, nec id dissimulat Ambrosiana

Ambroſiana interpretatio. Sed nihil eſt quod in his anxie torqueamur, Arianorũ hæreſi ſic radicitus emortua, ut ne ueſtigium quidem ullum ſuperſit. Nam ſiue nomen ſoli, refe/ras, non ad deum, ſed ad epitheta, immortali, inuiſibili, non deerit quod calumnietur im/pius lector. ut ſolus, inquiet pater, ſit inuiſibilis, certe non ſolus immortalis. Siue coniun/ctim ad deum, aut etiam diſiunctim, magis arripiet anſam calumniandi. Cæterum nobis quod ſolum addidit, non excludit filium aut ſpiritum ſanctum à conſortio patris, ſed à cõſortio falſorum deorum, qui opinione falſiſſima hominum dij erant. Aut iuxta diuum Ambroſium, ideo patrem ſolum uocat immortalem, quod hic fons ſit omnis immortali/tatis. Ad hanc rationem & filius immortalitatem habet à patre, à quo habet ut ſit deus. Nec impie ſenſurus ſit, opinor, qui patrem ita dicat ſolum eſſe deum, ut intelligat ſolum eſſe principium totius deitatis, quemadmodum loquit̃ Auguſtinus libro de trinitate. 4. Quod ſi iuxta Ambroſium, pater recte dicitur immortalis ſolus, quod ſolus ſit fons im/mortalitatis omnibus, ſolus ſapiens, quod ſit fons omnis ſapiẽtiæ diuinæ & humanæ, cur non aliqua ratione ſolus dici poſſit deus, unde filius habet ut deus ſit, unde ſpiritus ſan/ctus, unde ipſe. Verum ita fit in rebus humanis, ubi ſemel ſtudiorum pugna incaluit, non hoc agit quiſq; , quod ad concordiam faciat, ſed quod ad uictoriam. Chryſoſtomus & Vulgarius in hoc laborant, ut hæc omnia ſint filio cõmunia cum patre. Verũ id rarum eſt in literis apoſtolicis, Chriſto aut ſpiritui ſancto tribuere uocabulum dei, ſiue ad uitandũ offendiculũ quorundã, ſiue quod id ſuo tẽpori reſeruarẽt. Neq; enim ſtatim ab apoſtolis Chriſtus prædicatus eſt deus aut filius dei. Petrus eñ uirũ appellat in Actis, approbatũ à deo. & Paulus apud Epheſios, uirum uocat in quo ſtatuerat deus &c. imò ne in ſymbolo quidẽ, quod uulgus apoſtolorũ uocat, nominatim dei cognomẽ apponitur filio aut ſpiri tui ſancto. Et in Matthæo Chriſtus ipſe mittens primũ ſuos ad prædicandũ, uetat ne cui dicerent quod ipſe eſſet Chriſtus. Quo quidẽ in loco, admonet Origenes, quod nos mo do diximus. idem admonet Chryſoſtomus. Non eñ quiduis, quouis tempore, aut apud quoſuis dicendum eſt. Secundum præcedentes in te prophetias.) κατὰ τὰς πρ̃οα/γούσας ἐπί σε προφητείας, id eſt, iuxta præcedentes ſuper te, ſiue ad te prophetias. Atq; id quidem græcanica ſcholia referunt ad illud quod ſequitur, ut milites bonam militiam. Verum poteſt referri & ad id, quod præcedit, Hoc præceptum tibi commendo, hoc eſt, ſicuti ſpiritu prophetiæ admonitus feci te epiſcopum, ita iuxta eandem ꝓphetiam, nunc præcipio ut milites, ſecundum eandem prophetiam, & illi reſpondeas. In hanc fermè ſen tentiam Chryſoſtomus, neq; diſſentit Ambroſius.

Quomodo pater dicatur ſolus deus.

Non ſtatim Chriſtꝰ præ dicatꝰ deus.

In illis.) Subaudiendum prophetijs, nec aliud apud Græcos ſubaudiri poteſt, hoc eſt, milites ſecundum eas, & illis reſpondeas. Quod ridicule Hugo quidam à Charo expo nit de prophetis exponendis. Sed quorſum attinet in his unum aut alterum notare lo/cum, cum facilius ſit in hoc autorum genere, inuenire errata quam̃ effugere. Et tamẽ ſunt qui indigne ferant quicquam̃ in horũ ſcriptis repræhendi. in Charrenſi quod cardinalis ſit, ſeu potius quod prædicatoriæ gentis. in Lyrano non ob aliud, niſi quod minorita fue/rit. Tantum iſti tribui uolunt titulis ſuis ac cultibus.

Hugo & Charo.

Quam quidam repellentes.) Præteriti temporis eſt, ἀπωσάμενοι, id eſt, qua repulſa quidam, id eſt, contempta conſcientia. Circa fidem naufragauerunt.) ἐναυάγησαν, id eſt, naufragium fecerunt. Quis enim unquam̃ dixit naufragare.

Ex quibus eſt.) ὧν ἐστιν, id eſt, quorum de numero eſt.

EX CAPITE II.

OBſecro igitur.) παρακαλῶ, quod hoc ſanè loco rectius uertiſſet, adhortor ut fiant. Ambroſius legit, exhortare, ſecunda perſona, fortaſſe legit, παρακάλει.

Primum omnium.) Omnium, incertum eſt an referatur ad primum an ad obſecrationes. Et uterq; ſenſus tolerabilis eſt. Si refers ad ſuperiora, hic erit ſenſus, ut cum primis fiat deprecatio, hoc eſt, ante omnia. & in hanc ſen tentiã exponit Chryſoſtomus. Sin ad ſequẽtia, ſenſus erit, ut precationes fiãt ab omnibus.

Diſtinctio.

Obſecrationes, orationes, poſtulationes.) δεήσεις. Ambroſius uertit, deprecationes, & rectius. Quod hic uertit poſtulationes, ἐντεύξεις, uulgo uocant interceſſiones. idq; ſonat græca uox,

græca uox. quanꝯ hanc uocem interpres uarie reddit. Græcanicum ſcholium ita diſtinguit hæc tria, ut dicat, δέησιν uocari, qua rogamus ut liberemur à malis. quod ſi uerũ eſt, elegantiſſime Ambroſius uertit, deprecationes. προσευχὴν eſſe, qua precamur, ut nobis contingant bona. ἔντευξιν autem, cum querimur de his, qui nos lædunt. quod ſi uerum eſt, apte uertiſſet, interpellationes. Sed hiſce de rebus fuſius diſſerit Auguſtinus in epiſtola. 59. ad Paulinũ, ſi quis copioſius poſtulet edoceri. In ſublimitate.) τῶν ἐν ὑπεροχῇ, id eſt, his qui ſunt in dignitate. Ambroſius legit, Qui in ſublimiori loco poſiti ſunt.

δέησις προσευχὴ ἔντευξις

Quietam & tranquillam.) ἥρεμον καὶ ἡσύχιον, id eſt, placidam & quietam &c.

Et caſtitate.) καὶ σεμνότητι, quod uerbum latius patet, nempe ad omnem morum grauitatem & honeſtatem. Semetipſum redemptionem.) ἀντίλυτρον, id ſignificat precium, quo redimuntur captiui ab hoſtibus in bello, aut à piratis. Siquidem quæ uulgo uocant ranſonas, Græci λύτρα uocant. Deinde quo magis explicaret Chriſti commutationem, qui ſuo capite permutauit nos omnes, addidit ἀντίλυτρον, cum caput capite, uita redimitur uita. Cuius teſtimonium.) Cuius, pronomen quod non eſt in græcis codicibus. & confirmatum eſt, quod nec ipſum eſt apud Græcos, addita ſunt ab interprete quopiam, explicandæ ſententiæ cauſa. Nam græca ſic habent, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις, εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ, id eſt, teſtimonium temporibus ſuis, in quod poſitus ſum ego. Quanꝯ ad eundem modum legit Ambroſius, conſentiens cum uulgata æditione.

Prædicator.) κῆρυξ, id eſt, præco, ſiue nuncius, potius quam prædicator.

Veritatem dico.) Deeſt apud nos, ἐν χριστῷ, id eſt, in Chriſto. Tametſi nec apud Ambroſium additur, nec apud Chryſoſtomum. Puras manus.) ὁσίους, quod Ambroſius uertit, ſanctas. quanꝯ interpres hoc loco bene reddidit puras, quod in ſacris oporteat omnia eſſe pura. Cæterum hic puras non ſentit lotas, more Iudæorum, ſed puras à rapinis, puras à libidine, puras à pugnis & ſanguine.

Et diſceptatione.) διαλογισμοῦ. Quod Laurentius mauult uerti, hæſitatione, cunꝯ hac ſententia conueniunt græcanica ſcholia. Quanquam Stapulenſis haud abſurde trahit ad animum parum pacatum erga proximum, & in hanc ſententiam enarrat Chryſoſtomus. tametſi eandem uocem crebro uertit, cogitationem. Faber.

In habitu ornato.) ἐν καταστολῇ κοσμίῳ. Non ſatis tutum eſt hoc præcipere mulierculis, præcipue Britannicis, aut etiam Italicis, quæ ſua ſponte ſatis comuntur. imò Paulus iubet fœminas uti amictu modeſto, ut tegantur undiqꝯ, & habitus uitæ teſtetur integritatem, ac muliebrem uerecundiam, id enim ſonat κόσμιον. Quorſum enim attinet admonere mulierculas, ne cultu utãtur ſordido? Apparet Aquinatem hic nonnihil offenſum, & ob id philoſophatur de ornatu interiori mentis, qui requiratur à fœminis, quod alioqui corporis animiꝯ robore minus ualeant. Ornantes ſe.) κοσμεῖν ἑαυτὰς, id eſt, ornare ſeipſas. In tortis crinibus.) ἐν πλέγμασιν. Sententiam periphraſi reddidit.

Vel ueſte præcioſa.) ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ, id eſt, ueſtitu ſumptuoſo.

Promittentes.) ἐπαγγελλομέναις, id eſt, profitentes, ut uertit Ambroſius. Et profitentes, hic accuſatiui caſus eſt, hoc eſt, eo cultu utantur qui deceat mulierem, quæ ipſa re præferat pietatem. Nam non eſt mulierum docere, quod profeſſores dicantur doctores. Cæterum pietatem, quam hic θεοσέβειαν uocat, quæ uox cultum dei ſonat, ne quis de pietate in liberos accipiat, eam factis ipſis præſtari uult, non cultu promitti, quemadmodum hodie faciunt, quas monachas uocant.

Dominari in uirum.) αὐθεντεῖν ἀνδρός, quaſi dicas, autoritate uti in uiros, & illos ad ſuum affectum cogere. Ab hac uoce dicuntur authentica.

Si mãſerint. Si permanſerit.) ἐὰν μείνωσιν, id eſt, ſi manſerint, numero pluratiuo, ut referatur ad filios, ut palam teſtatur Hieronymus, exponens hunc locum aduerſus Iouinianum. In eandem ſententiam clariſſime diſſerit Chryſoſtomus, hac ratione ſeruari poſſe mulierem, ſi genuerit liberos, & eos curarit diligenter inſtituendos in fide Chriſti, caſtiſqꝯ moribus. Nec ab hac lectione ſimul & interpretatione diſſentit Ambroſius. Pudet autẽ uel ipſius nomine hoc loco referre, quæ Thomas Aquinas commẽtetur in hæc Pauli uerba, quam ſe torqueat, quot rimas quærat, quibus elabi poſſit. Qui uolet ipſe conferat, & intelliget, quid ſit ſcribere cõmentarios in nouum teſtamentũ, non conſultis græcis exemplaribus. Thomas lapſus.

Saluabitur

Saluabitur inquit, quantum ad ſalutem corporis, quia non priuabitur ſexu ſuo & facultate generandi. Saluabitur quoad ſalutem animæ, quia non priuabitur gratia. Ac mox poſt admixtã allegoriam, cui tamen non admodum fidit, redit ad literalem expoſitionem, ut ly, per, non declaret cauſam, ſed repugnantiam. ſitq; ſenſus, mulier ſaluabitur, etiamſi incedat per generationem, id eſt, ſi nubat. Cætera piget referre. Dicant mihi qui contemptis ueteribus, his tribuunt omnia, quid iſti potuiſſent in enarrandis ſacris uoluminibus, ſi coacti fuiſſent, rem ſuo, quod aiũt, Marte peragere, ueterum auxilio deſtituti? a quibus cum hauſerint fermè quicquid habent lectu dignum, uix uſq; tamen illos agnoſcunt autores. Hoc quo animo ſit ab illis factum, alij uiderint. Hoc ſanè loco mihi uelim reſpondeant, quibus impendio placet illa decantata de Thoma fabula. ubi nã erat hic Paulus ille, qui faſſus dicit, ſuas epiſtolas a nemine prius intellectas, q; Aquinas cõmentarijs ſuis eas illuſtraret? Cum ſobrietate.) μετὰ σωφροσώνης, quod Hieronymus aduerſus Iouinianum uoluit uerti, pudicitiam magis q; ſobrietatem. Et hic interpres modo uertit pudicitiam, atq; ita legit & Ambroſius. Quanq; Græca uox anceps eſt, magis tamen ſobrietatem ſonans & ſanitatem mentis, q; pudicitiam. Sed ut dictum eſt, Hieronymus illic uirginitatis agit patronum. σωφροσύνη.

EX CAPITE TERTIO.

FIdelis ſermo.) πιστὸς ὁ λόγος. Et hoc loco diuus Ambroſius uertit, humanus ſermo. unde coniicere licet illum pro πιστὸς legiſſe χρηστὸς. Chryſoſtomus & Vulgarius referũt ad ſuperiora, quæ Paulus uoluerit indubitata eſſe, quod dixit mulierem ſeruari gignendis, & recte inſtituendis liberis. Fidelis, pro quo Ambroſius humanus.

Si quis epiſcopatum deſyderat.) ὀρέγεται, id eſt, appetit, ſiue expetit. Et præclarum opus eſt potius q; bonum, καλοῦ ἔργου. Id uerum erat eo ſeculo. At his temporibus, qui epiſcopatum expetit, præclarum cenſum expetit, præclarũ imperium expetit. ut ſunt hodie complures epiſcopatus. Cæterum quanq; interpres bis poſuit deſyderat, Græcis tamen duo ſunt uerba, ὀρέγεται, & ἐπιθυμεῖ. *Ex Erasmus Vide Hieron: To ad oram fo. 171.*

Oportet enim.) δεῖ οὖν, id eſt, oportet igitur. Prudentem.) σώφρονα, id hoc loco Ambroſius uertit pudicum, id quod impendio placet Hieronymo.

Vnius uxoris uirum.) μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. Id nunc nimium dure, ne dicam ridicule, torquent ad unam eccleſiã. At Chryſoſtomus interpretatur de unica uxore, quam habeat epiſcopus, addens tamen eſſe nonnullos qui ſic exponant, unius uxoris uirum, qui fuerit ſemel duntaxat maritus. Et periclitatur Chryſoſtomus, ne Paulus exigere uideatur ab epiſcopo, ut uxorem habeat. At nunc non ſolum a tot preſbyteris exigitur caſtitas, uerũ etiã matrimoniũ ab hypodiaconis cõtractum dirimit. Quin id quoq; uehementer aſtringũt, quod eo ſeculo, quo ſumma erat ſacerdotũ raritas, inſtituit Paulus ſeruandũ in epiſcopis, ut non adiret hunc honorem digamus. Iam enim, cum tot ſint ſacerdotum ubiq; milia, excluduntur a ſacerdotio, qui uel imprudentes duxerint corruptam. imò qui ante baptiſmum habuerit uxorem, & a baptiſmo duxerit alteram priore defuncta, arcetur a ſacerdotio. licet hac in parte gnauiter reclamante Hieronymo. Quin illud magis mirum, cũ tot egregias dotes requirat Paulus in epiſcopo, cæteris prætermiſſis, ſolius uxoris habetur ratio. Admittitur inceſtus, admittitur homicida, admittitur pirata, admittitur ſodomita, ſacrilegus, parricida. deniq; quis nõ? ſolus digamus excluditur ab hoc honore, qui ſolus nihil admiſit. Mirũ eſt aũt ut quædã urgemus, ac pluſq; mordicus tenemus, ad quædam prorſus conniuentes. Si quis perpendat horum temporum ſtatum, quotam hominum portionem monachorum greges occupent, quotam ſacerdotum & clericorum collegia. deinde perpendat, quam pauci è tanto numero uere ſeruẽt uitæ caſtimoniam, in quæ libidinum genera quam innumeri deuergant. quanto cum probro complures palam inceſti ſint & impudici. fortaſſis iudicabit magis expedire, ut iis qui prorſus non continent, ius fiat publici matrimonij, quod abſq; mala fama, pure ſanctéq; colant, potius q; infeliciter ac turpiter libidinentur. Sed etiam atq; etiã uereor ne cenſus eccleſiaſtici caſtrent hodie clericos uerius quam pietas, dum metuimus, ne quod tenemus intercipiatur, aut certe nihil accedat. Verum hæc non ſunt huius inſtituti. Sacerdotibꝰ interdictum matrimoniũ. Digamus qui corruptã inſciens duxerit.

R Ornatum.)

Ornatum.) κόσμιον, id est, compositũ, siue bene moratum, aut modestum. Idem uerbum quod uertit, in habitu ornato.

Doctorem.) διδακτικόν, id est, docibilem, siue appositum ad docendum. Id eñ sensit Paulus, atq; id est præcipuũ episcopi munus. Hieronymus aduersus Iouinianum, reprehendit uulgatam æditionem, quæ habeat docilem, appellans latinam simplicitatem, & uertit, qui docere possit. Non uinolentum.) πάροινον, quod Ambrosius uertit, uino obnoxium. uinosum dicere poterat.

Hieronymꝰ taxat hanc æditionem.

Non litigiosum.) ἄμαχον, id est, alienũ a pugna, quod Hieronymus aduersus Pelagiũ uertit, absq; iurgio. Et illud, non percussorẽ, μὴ πλήκτην, non pertinet ad uiolentiam manuum, sed acerbitatẽ linguæ, ne sæuus & improbus sit obiurgator. Id annotauit & diuus Hieronymus. Quid enim magni sit si episcopus temperet manibus? Hieronymi sententiæ subscribit Chrysostomus. Ambrosius uertit pro percussore, uerberatorẽ. Et apud Horatiũ legimus, Verbera linguæ. Item apud Ciceronem, Verberat̃ Tyro, tacito duntaxat cogitationis conuicio.

Percussor, qui lingua sæuiat.

Non cupidum.) ἀφιλάργυρον, id est, ab argenti cupiditate alienum. Hieronymus aduersus Pelagium uertit, non auarum.

Domui suæ bene præpositum.) προϊστάμενον, id est, qui bene præsit, ut mox uertit, Qui domui suæ bene præesse nescit προϊστᾶναι. Cũ omi castitate.) Non est hoc loco σωφροσύνης, quod aliquoties sonat pudicitiam, nonnũq; sobrietatem ac modestiam, de quo paulo ante dictum est, sed σεμνότητ☞, quod multa significat apud Græcos, pudorem liberalem & ingenuum, grauitatem, reuerentiam. Hieronymus dũ undiq; captat præsidia tuendæ & ornandæ uirginitatis, hic quoq; transtulit pudicitiam. Nos maluimus reuerentia, quod præcesserit subiectio, ut accipias liberos patri morigeros, & liberali præditos pudore. Idẽ apparet sensisse Chrysostomum. Alioqui quid est, cum omni castitate? Cæterum hæc uarie leguntur, primum sic habent Græca, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μηδὲ αἰσχροκερδῆ, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον. &c. Non uinosum, non percussorem, & turpi lucro deditum. sed humanum, abhorrentem à pugnis, alienum ab auaricia. Ambrosius ita legit, Non obnoxium uino, non uerberatorẽ, sed modestum, non litigiosum, non asperum. Porrò quod Græce dicitur αἰσχροκερδῆ, diuus Hieronymus in epistola ad Heliodorum uertit, turpilucrum, Græcam imitatus compositionem. Etiamsi non me clam̃ est, hunc locum, ut innumeros alios in uulgatis codicibus deprauatum esse.

Pudicitia σεμνότης.

Diligentiam habebit.) ἐπιμελήσεται, id est, curam aget.

Non neophytum.) νεόφυτ☞, nuper natus, aut nuper insitus. Sic enim Paulus uocat recens baptizatum, quod à baptismo censeantur Christiani. Cæterum hoc loco diaboli, fortassis non male uerti poterat calumniatoris. Requirit enim Paulus ab episcopo non solum, ut ipse uacet omni culpa, uerum etiã ne sit obnoxius calumnijs, aut suspicioni. Proinde uult mores ac uitam illius in christianismo diu spectatam esse, ne quisq; uel calumniari possit. Id autem iam tum Hieronymianis temporibus adeo non obseruabatur, ut ea tũ fuerit summa episcopi commendatio, si statim à baptismo raperetur ad hoc honoris. Ad hunc sensum facit quod præcessit, in opprobriũ. Nos pro neophyto, uertimus nouiciũ.

Neophytus.

Bilingues.) διλόγους, id est, duplices in sermone.

Et sic ministrent.) εἶτα, id est, deinde. Nullum crimen habentes.) ἀνέγκλητοι ὄντες, id est, eiusmodi, ut nemo possit eos criminari. Id quod indicat Hieronymus aduersus Pelagium. Nam ἐγκαλεῖν, est in ius uocare, & crimen imponere. & ἔγκλημα atrox est iniuria, ob quam aliquis in ius uocari possit. Porrò ἀνέγκλητ☞ is dicitur, cui nullum crimen possit impingi, non solum qui nullum habeat crimen. Siquidem multarum pudicitia fuit infamis. Et Catonis innocentia non fuit ἀνέγκλητ☞, cum legatur sæpenumero uocatus in ius, sed semper absolutus. Mulieres similiter pudicas.) Cum ipse sermonis tenor palã declaret eum loqui de uxoribus episcoporum ac diaconorum, rectius uertisset uxores q̃ mulieres, qñquidẽ Græcis est γυναῖκας. deinde σεμνούς, eadẽ uox, qua in liberis episcopi requirebat reuerentẽ uerecundiã. Nõ detrahentes.) μὴ διαβόλους. i. non calumniatrices.

Diacones.) διάκονοι, id est, ministri. & diaconi, non diacones.

Acquirent.) περιποιοῦνται, id est, acquirunt, tempore præsenti.

Hæc tibi

Hæc tibi ſcribo fili Timothee.) Duo hæc uerba, fili Timothee, nõ reperio in quibuſdã Græcis codicibus, nec Ambroſius addit, ne Chryſoſtomus quidem in ipſis cõmentarijs. Nam cætera ex uulgata æditione ab alio quopiam ſunt aſſcripta.

Columna & firmamentũ ueritatis.) στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. Hæc ad eccleſiã referenda ſunt, non ad Timotheum, ſicut quidam opinantur. Nam illam uocat columnam & baſim ac ſedem ueri. Ac in eum ſanè ſenſum citat locum hunc Auguſtinus, exponens pſalmum quadrageſimum ſeptimum. Eccleſia baſis ueri.

Et manifeſte.) ὁμολογουμένως, id eſt, confeſſe, ſiue citra controuerſiam. Ambroſius ſic explanauit περιφράσει, Et quidem omnium confeſſione magnum eſt myſterium. &c. Itẽ ſacramentum, hic eſt myſterium, hoc eſt, arcanum.

Quod manifeſtum eſt in carne.) Græce ſecus eſt, θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί .i. deus manifeſtatus eſt in carne. & quæ ſequuntur, ad deũ referenda ſunt. Ambroſius & uulgatus interpres legerũt pro, θεὸς, ὃ .i. quod. Secus legunt Chryſoſtomus & Vulgarius, quos ſi ſequi uolumus, genera participiorũ mutãda ſunt, iuſtificatus, prædicatus, creditus, aſſumptus. Cæterũ utra lectio ſit uerior, ambigo nonnihil. Offendit Laurentiũ quomodo myſteriũ dicatur aſſumptũ in gloriam. At cur non magis offendit, quod deus dicitur iuſtificatus? Id quod ne in Chriſtum quidem prima fronte ſatis congruit. ſiquidem de Chriſto interpretatur Ambroſius. Mihi ſubolet, deum additũ fuiſſe aduerſus hæreticos Arianos. Cæterũ mea quidẽ ſententia ſimpliciſſima fuerit interpretatio, ſi quis myſteriũ intelligat prædicationẽ euangelij, quod ſæpe aliàs myſteriũ uocat, prius occultum & ignotũ, nũc manifeſtatum uniuerſo mũdo. Iam enim agit aduerſus eos, qui pro gratia Chriſti, ceremonias legis Moſaicæ conabantur inducere, nec alia conditione recipiebant ethnicos. Pietatẽ igit uocat legem Chriſti, uacuã ceremonijs, cuius myſteriũ magnum eſt, ſed quod iam ſit manifeſtatum per Chriſti humanitatem, quod iuſtificatum in ſpiritu & uirtute dei. Iuſtificatum aũt dicit, ob uim iuſtificandi datã Chriſto, per fidem ſine lege Moſaica, quod uiſum eſt angelis, qui canebant, Gloria in excelſis deo. quod prædicatum eſt gentibus, cum ſoli Iudæi expectarent. quod creditum eſt non ſolum Iudæis, ſed uniuerſo mundo. Denique poſt reſurrectionem receptum eſt in cœlum, unde fuerat profectum. Diuerſa lectio. Expoſitio dilucida.

Apparuit angelis.) ὤφθη. Cur nõ potius uiſus eſt, ſiue conſpectus eſt? Et, creditũ eſt in mundo. Sermo Græcus ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, non uacat amphibologia, poteſt emẽ utrum libet intelligi. Cõmiſſum eſt hoc myſterium in mũdo, data apoſtolis & epiſcopis autoritate prædicandi. Aut, habita eſt illi fides, & perſuaſum eſt in mũdo hominibus, quod iuxta naturæ ordinem uidebatur incredibile. Poſteriorem ſenſum ſequitur Chryſoſtomus. Duplex ſenſus.

EX CAPITE QVARTO.

Spiritus manifeſte dicit.) ῥητῶς, quaſi dicas præſcripte, ſiue præciſe, & certo. nam ῥητὰ dicuntur Græcis certo præſcripta & præfinita. In nouiſſimis temporibus.) ὑστέροις .i. poſterioribus ſiue ſequẽtibus. neq; emẽ eſt ἐσχάτοις. Diſcedent.) ἀποστήσονται. id eſt, deficient, ſiue deſciſcent.

Spiritibus erroris.) πνεύμασι πλάνοις .i. ſpiritibus ſeductoribus, ſiue deceptoribus, aut fallacibus, ut uertit Ambroſius. Auguſtinus aduerſus Fauſtũ li .15. cap.10. legit ſpiritibus ſeductoribus. Sed interpres legiſſe uidetur πλάνης, nõ πλάνοις, unde per η nõ per οι diphthongũ. Tãetſi id ad ſenſũ nihil habet momẽti. In hypocriſi.) ἐν ὑποκρίσει. i. in ſimulatiõe, ut Ambroſius, ſiue in fictiõe. & mirũ eſt Chriſtianos hac Græca uoce tantopere delectatos. Et ψευδολόγων, Ambroſius elegantius uertit falſiloquorũ, uoce itẽ cõpoſita, ut eſt apud Græcos. Cauteriatã habẽtes.) κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν. i. quibus cõſcientia cauterio notata eſt. Nã ferro candẽti notabant malefici, ſtigmatis impreſſis cuti. At iſti non corpus, ſed animũ habẽt ſtigmaticũ ob uitæ dedecora, quorũ ipſi ſibi conſcij ſunt. Doctrinis dæmoniorũ.) δαιμονίων, poteſt hoc loco adiectiuũ eſſe a δαιμόνιον qđ recte uerti poterat diuinorũ, propter ea quæ ſequuntur cauteriatã, & cætera, quæ in dæmonia non quadrant, ſed in diuinos, qui fingunt ſe cũ ſpiritibus habere cõmercium, idcirco adiecit in ſimulatione falſiloquorũ. Quæ nunc eſt & futuri.) τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης, quod Ambroſius apertius, præſentis & futuræ. unde non male quadrat promiſſiones, ut habent Græci. Et maledicimur.) ὀνειδιζόμεθα, id eſt, probris afficimur. Ambroſius legit, perſecutiones Cauteriati. Dæmonij diuini

perſecutiones patimur,miror quod nam ſecutus exemplar.

Nec proponens.) ὑποτιθέμενος,id eſt,ſuggerens ſiue admonens. Enutritus uerbis.) Poteſt & actiue legi,educãs illos uerbo fidei.nam participium eſt medium,præſentis tem poris ἐντρεφόμενος.atq; ad id facit,quod mox ſequitur,quam aſſecutus es,hoc eſt, trade aliꝭ quod a nobis didiciſti. Quã aſſecutus es.) ᾗ παρηκολούθηκας, id eſt,quã uſq; ſecutus es.Neq; em̃ hic aſſecutus, accipiendũ eſt eo ſignificatu,quo rhetores accipiũt.Et aſtipu lantur græca ſcholia,quæ ſic exponũt,cuius es alumnus,hoc eſt,in qua es educatus, & ab adoleſcentia uerſatus. Latinis em̃ qui ob rei difficultatẽ non attingunt id, ad quod ten dunt,negantur aſſequi, quod Græci dicũt, ἐφικνεῖσθαι, ſiue ἐπιτυχεῖν, cui diuerſum eſt ἀτυ χεῖν, latinis fruſtrari. Cæterum qui ſeriem omnem rei totius ordine ſequunt̃,nihilq; præ tereunt, παρακολουθεῖν dicuntur. Ad eũ modũ uſus eſt & Lucas in præfatione hiſtoriæ euangelicæ, ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσι, ſentiens alios carptim attigiſſe Chri ſti uitam, ſe uero ſeriem omnẽ perſequi uelle. Et Athenæus libro primo, τούς τε παρὰ κίρ κην λέοντας ποιεῖ καὶ λύκους, ταῖς ἡδοναῖς παρακολουθήσαντας, nimirum eos notans, qui per omnẽ uitã uoluptatibus fuiſſent addicti.Porrò ridiculũ fuerit,ſi quis hic interpretari ue lit eos uoluptates aſſecutos. Ineptas aũt.)βεβήλους, id eſt, prophanas.

Aſſecutus, pro,aſſecta tus.

Deuita.) παραιτοῦ,quod Ambroſius uertit,abnue.Eſt aũt παραιτεῖσθαι,deprecari, & reiꝭ cere,& non admittere. In hoc enim laboramus.) Græce eſt, & laboramus.

Quia ſperamus.) ὅτι ἠλπίκαμεν, id eſt,quod ſperauimus.Niſi quod in huiuſmodi uet bis affectus,Græci nonnunq; præteritum tempus uſurpant pro præſenti. Nec eſt, in de um,ſed in deo. Sed exemplum eſto.) τύπον,quod aliquoties uertit formam.

In charitate.) Græci ſic habẽt,ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ,ἐν ἀγάπῃ,ἐν πνεύματι,ἐν πίστει,ἐν ἁγι νείᾳ, id eſt,in ſermone,in conuerſatione,in dilectione, in ſpiritu, in fide, in puritate. Nec opus eſt admonere,in ſermone,dictum pro,per ſermonem.

Negligere gratiam.) χαρίσματος,id eſt,donum.

Preſbyteri, pro, preſbyteriꝭ.

Manuũ preſbyteri.) Sic quidã habent codices.uerum antiqui conſentiunt cũ Græcis, apud quos eſt πρεσβυτερίου, id eſt,preſbyteriꝭ,non preſbyteri. Et ita legit Ambroſius. Il lud aũt dicit.Habes non ſolum prophetiæ donũ,uerũ etiam efficaciã impoſita manu dan di ſpiritũ & aliꝭs,idq; ex officio preſbyteriꝭ tui,nimirum epiſcopus. Nam antiquitus nihil intererat inter preſbyterum,ſacerdotem & epiſcopum,ut teſtatur & diuus Hieronymus. Deinde propter ſchiſma,è multis delectus eſt epiſcopus.Porrò quo minus hic ſenſus acci pi poſſit, & preſbyteriũ,quod impoſitis tibi manibus accepiſti, obſtat Græca præpoſitio μετὰ, quæ comitẽ ſignificat,non inſtrumentũ.Alioqui probe quadraret cum eo quod di xit in proxima epiſtola, reſuſcita donũ dei,quod eſt in te per impoſitionẽ manuũ mearũ. Atq; haud ſcio an hic quoq; fatendum ſit Paulum Græci ſermonis elegantiam neglexiſſe, præſertim cũ in hanc ſententiam interpretetur Chryſoſtomus,ut prophetia ſit donum & autoritas docendi,deinde per impoſitionẽ manuũ factus ſit epiſcopus.

Hæc meditare.) ταῦτα μελέτα,quod interpres eleganter uertit. Sed Hugo Cardinalis non intelligens hoc uocabulũ,ad hunc exponit modum. Verſa in corde per iugẽ memo riam.O matæologum,hoc eſt pluſq; theologũ.q;q; ab hac interpretatione non abhorret Thomas,quẽ miror nõ ſaltẽ Ambroſium cõſuluiſſe.Eſt autẽ meditari, exerceri in re qua piam.Id ſatis aperit Ambroſius,interpretans de exercitatione ſacræ doctrinæ,ut uita quo que præſtet quod docet. Manifeſtus ſit omnibus.)ἐν πᾶσιμ,id eſt,in omnibus.

Carrenſis.

Thomas.

EX CAPITE QVINTO.

Seniorẽ ne increpes.) πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς.Hic ſenior ad ætatẽ refertur, propterea quod ſequitur iuniores. & comparatiua poſita puto loco poſiti uorum. Cæterum non eſt ſimpliciter increpa,ſed ἐπιπλήξῃς, quod ſignificat plagam infligere, & tranſfertur ad id quod eſt aſpere,ſæuéq; obiurgare. Ita Flaccus in Odis,Metuentis patruæ uerbera linguæ.Et ſuperius nolebat epi ſcopũ πλήκτην,hoc eſt,acrẽ obiurgatorẽ. Sed obſecra ut patres.) Valla mauult hoc loco exhortare,quod παρακάλει ſit anceps ad tria,ad hortandũ,ad obſecrandũ, & conſolandũ, quæ tamẽ oĩa inter ſe finitima ſunt. Verũ illi parũ uideť è dignitate epiſcopi,ſi obſecret, præſertim peccantem,maxime iuniorẽ,aut adoleſcentulũ. Certe Ambroſius legit, exhor tare, &

tare.& in eam ſententiam interpretantur Chryſoſtomus & Vulgarius.

In omni caſtitate.) ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ, cum omni puritate.licet caſtitatis uerbum non diſpliceet. ſic enim uideo Chryſoſtomum interpretari, ut abſit ſuſpicio impudicitiæ. nimirum hanc clauſulam proprie referens ad id quod proxime præceſſit. Ambroſius ita ſilet de caſtitate,ut non uideatur legiſſe.Mea ſententia referri poterat ad omnes partes ſuperiores, ut ſiue cum ſenioribus agat,ſiue cum iunioribus,ſiue cum puellis,purus ſit ab omni ſpecie, uel ſæuiciæ,uel contumaciæ,uel auariciæ,uel odij.

Quæ ueræ uiduæ ſunt.) Hoc eſt,deſtitutæ,ac deſolatæ.Nam χήρα Græcis dicitur a χήρω, quod eſt deſolo,ac deſtituo,ſiue orbo. Vnde & latinis uidua dicitur, a uiduando, hoc eſt orbando. hinc uiduertas pro deſolatione & ſolitudine. Palam enim Paulus alluſit ad etymologiam Græcæ uocis, id quod paulo inferius explanatius dicit, ἡ δὲ ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη, id eſt, quæ uere uidua eſt ac deſolata. Diſcat primũ domum ſuam.) μανθανέτωσαν, diſcant numero multitudinis, ut hoc præceptum ad filios & nepotes pertineat, qui ſic inſtituendi ſunt a matre ſeu auia,ut pij ſint erga parentes. hoc enim uocat εὐσεβεῖν, quod Vulgarius interpretatur γηροκομεῖν, quod & γηροβοσκεῖν appellant Græci. Cæterũ Chryſoſtomus uariat in huius enarratione loci.Ambroſius uidetur magis ad uiduam referre,qui fortaſſe legit μανθανέτω,id eſt,diſcat.& haud ſcio an Chryſoſtomus quoque,cũ addit, hoc eſſe reddendum in nepotibus,quod in defunctis parẽtibus uidua non poſſit. Vulgarius ſine controuerſia legit,diſcant, iuxta priorem interpretationem.

Vidua unde dicta.

Varia lectio.

Domum ſuam regere.) εὐσεβεῖν,id eſt,pie tractare,ut uertit diuus Ambroſius. Atq; itẽ Auguſtinus quæſtionum in Deuteronomium quadrageſimatertia.

Mutuam uicem.) ἀμοιβὰς, quaſi dicas,taliones.alludit ad ἀντιπελάργησιν.

Hoc acceptum.) Græce eſt bonum & acceptum, καλὸν καὶ ἀπόδεκτον, ſiue honeſtum & acceptum. Speret in deo.) ἤλπικεν, id eſt, ſperauit,ſiue ſperat,ut legit & Ambroſius,indicandi modo,non imperandi. Nam in huiuſmodi uerbis nonnunq; præteritum pro præſenti uſurpatur.Et Paulus hic non præcipit,quid uelit facere uiduas, ſed explicat deſcriptione,quas uere uiduas dixerit. Cæterum nihil erat,cur Vallam offenderet temporis ratio. Et inſtet.) Et inſtat Græce eſt,καὶ προσμένει, id eſt, perſeuerat, ſiue aſſidua eſt, &c.Perſeuerat,legit Ambroſius,indicandi modo.

Modus pro modo.

Quæ in delicijs eſt.)Ita diſtinguũt Græci,ut duo contraria coniungant, uiuens mortua eſt, ζῶσα τέθνηκεν, quaſi dicas,uiuens non uiuit.quanquam participium utrouis referri poteſt. Verum ſenſus argutior eſt,iuxta Græcam diſtinctionẽ. Adde quod hæc lectio multo mollior eſt,ad quam legit & ediſſerit Chryſoſtomus.Auguſtinus item quæſtionum in Deuteronomium quadrageſimatertia, refert hunc ad modum. Quæ autem in delicijs agit,uiuens mortua eſt,ſuffragantibus & uetuſtiſſimis exemplaribus latinis,in quibus addita hypodiaſtole ſubiecta uerbo eſt, ſeparat eam orationis partem ab illa quæ ſequitur, quæ uero in delicijs eſt, uiuens mortua eſt.

Diſtinctio.

Si quis autem ſuorum.) εἴ τις. rectius ſi qua.nam hæc de uidua loquitur Paulus.Admonent & Græca ſcholia.Itaque interpretatur Ambroſius,nempe de uidua.

Curam non habet.) οὐ προνοεῖ, id eſt,non proſpicit, ſiue prouidet ſuis.

Fidẽ abnegauit,& infideli deterior eſt.) Hoc uidetur eſſe durius dictũ,& ob id Aquinas diſtinctione nodum explicat.Ad eum enim modum explicat quod dixit Paulus.Fidem abnegauit,factis,inquit.Recte quidem Aquinas.etenim qui quod fides Chriſtiana quæ naturæ doctrinam non abrogat,ſed perficit,non præſtat,is hac parte deſciuit a fide. Nec eſt ſimpliciter deterior infideli, ſed hac parte deterior eſt, qui hoc officij non præſtet ſuis,quibus naturæ uinculo iungitur, quod ethnici quoq; inſtinctu naturæ præſtant. At hodie ſumma habetur pietas, ſi quis domi relictis liberis & uxore, aut etiam grandæuis parentibus,uel Hieroſolymas abeat,uel in monaſterium abdat ſeſe,ſibi uicturus, aut fortaſſis etiam uentri.

Si filios educauit.) Græce iucundius eſt dictione compoſita, ἐτεκνοτρόφησεν, ſi liberos educauit,ut filias quoq; complectaris. Item quod ſequitur, hoſpitio ſuſcepit, compoſita uox eſt ἐξενοδόχησεν, quod nos uertimus,ſi fuit hoſpitalis.

Si omne opus bonum ſubſecuta eſt.) εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησεν. Significat eã

quæ in nullo bono opere defuerit,& omnibus pietatis officijs semp adfuerit.Hieronymus in Zachariã pro subsecuta est, dixit prosecuta est. Nos uertimus,si in omni opere bono fuit assidua. Quæ Carrensis philosophatur in subsecuta est, quasi subsequatur, quæ se putet non apprehendisse, legat si quis est φιλόγελως.

Carrensis.

Adolescentiores autem.) νεωτέρας δέ. Malim iuniores. Neq; enim est comparatiuum loco positiui positum,sed refertur ad id,quod modo dixerat,non minor sexaginta annis. uerũ quæ infra hos annos sunt,reijce,hactenus duntaxat,ne cibo ecclesiæ pascant ociosæ.

Deuita.) παραιτοῦ, de quo superius dictum est, id est, reijce,& refuta, hoc est, ne recipias alendas. Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo.) ὅταν γαὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ χριστοῦ. Id interpretatur Hieronymus in epistola ad Geruntiam. Propter has inquit, igitur quæ fornicatæ sunt in iniuriam uiri sui Christi,hoc enim καταστρηνιάσωσι Græcus sermo significat.Nam στρηνιᾶν lasciuire significat,siue ferocire,quod deductum putant a uerbo στρεῦν,ceu metaphora sumpta a iumentis, quæ cum pabulo ferociunt,auellunt habenas, & suopte arbitrio feruntur.Alij rursum dictum putant a στρηνὸν, quod est durum. Vnde Hesychius στρηνὲς βοᾶν interpretatur, τὸ σκληρὸν βοᾶν, id est,dure siue ferociter clamare. στρηνὲς enim Græcis sonare σαφὲς, ἰσχυρὸν, τραχὺ, συγνὸν, ἀνατεταγμλνον, id est,manifeste,ualide, aspere,odiose, pertinaciter.denicq; idem esse quod στρηνὸν.Porrò στρηνιῶντες interpretatur hoc pacto, πεπλεγμλνοί, contorti,addens nonnunq; idem ualere στρηνιᾶν, quod διὰ πλοῦτον ὑβρίζειν, id est, ob diuitias ferocire, & βαρέως φέρειν. i. grauiter ferre. Sophilus apud Athenæum libro tertio,uidetur uti pro deliciari, siue lasciuire. γαστρισμὸς ἔσαι δαψιλὴς, τὰ προοίμια ὁρῶ· χορταδήσομαι πᾶσιν ἀγαθοῖς,νὴ τὸν διόνυσον ἄνδρες,ἤδη στρηνιῶ. Ea si quis ad uerbum reddat,ad hunc habent modum. Ingluuies erit opipara,proœmia uideo. saturabor omnibus bonis,per Bacchum uiri,iam lasciuio. Rursus eodem in libro, ἐστρηνίων πῶς κατὰ βεβρωκὼς σιτία, ἴσως ἐλεφάντων τεττάρων, id est, lasciuiebam deuoratis cibis, quatuor fortassis elephantorum. Proinde καταστρηνιᾶν dicuntur, qui iam minus audientes sunt dicto. Vulgarius καταστρηνιῶσιν interpretatur ἀκκιδῶσι καὶ θρύπτωνται, id est,accissaue rint, & deliciari cœperint. priore uerbo dicto a moribus petulantissimæ mulieris,cui nomen fuit Acco, quemadmodum in Chiliadibus nostris explicuimus. Porrò κατὰ, præpositio significat contra, & in malam partem cum habet genitiuum casum. ergo καταστρηνιᾶν τοῦ χριστοῦ, est in iniuriam Christi lasciuire. sic enim mihi uisum est interpretari. Et in hanc sententiam enarrant Chrysostomus & Vulgarius. Siquidem uidua quæ recipitur alenda, quodammodo se deuouet sponso Christo, in cuius contumeliam rursus de marito nouo cogitat. Non satis intelligo, quid hoc loco sibi uelit Faber,qui primum quod Paulus adolescentiores uiduas dicit, iubet intelligi de morum inconstantia, cũ paulo ante palam expresserit sexaginta annos in grandioribus, atq; hac ætate minores reijci iubet. Deinde quas ille prohibet recipi stipe ecclesiæ alendas, hic addit per pontificem uel inuitas in monasterium retrudendas, si id petierint parentes. Ad hæc miratur, si quid aliud significet luxuriari quam fornicari. Et ob id insulse dici, luxuriatæ Christo, dicendũ aũt deliciatæ Christo. Atqui si de uicijs delicijs agit hic Paulus,ut agere certũ est,qui minus insulse dicat, deliciatæ Christo,quam luxuriatæ Christo? Aut quid omnino significat deliciatæ Christo? Quanq; in emendatis exemplaribus habetur, luxuriatæ in Christo. Quod si qui codices reperiuntur,in quibus distinctio,uerba hæc, in Christo, semouet a superioribus,& connectit his quæ sequunt, certe nullus interpretũ alicuius momenti in eũ interpretat modũ. Secus aũt distinguit Hieronymus, secus Ambrosius,secus Thomas Aquinas. Equidem non possum non admirari, quid acciderit ei uiro, tum ut opinor,pio,tum erudito,ut ad hunc modum lasciuire uoluerit in Paulinis literis, quasi in re ludicra uersaret,præsertim post tot egregios ac probatos interpretes. Denicq; sic ista tractans,ut nõ addubitet, sed mera decreta nobis præscribat. Inuitus hæc admoneo,sed hoc exigit diuinarum literarum autoritas,exigit utilitas publica, ut tantisper leuis sit amici ratio,maxime cũ is adiuuetur potius q̃ lædat. Neq; recuso talionẽ, modo absit procacitas. Admonitus,ingenue fatebor errorem, ac mutabo si minus queam tueri,quin insuper gratiam habebo. Sed de his paulo accuratius diximus in scholijs, quæ conscripsimus in epistolas diui Hieronymi. Ambrosius legit, Cum enim in delicijs egerint. Et diuus Thomas

Luxuriari καταστρηνιᾶν

Faber.

mas indicat hic luxuriam nõ esse proprium libidinis uicium, sed immodicum usum, & copiam rerum quarumlibet. Habentes damnationem.) κρῖμα, id est, iudicium. Quanꝯ interpres recte expressit sensum. Irritam fecerunt.) ἠθέτησαν, id est, repulerunt, aut reiecerunt, aspernatæ sunt. tametsi significat hoc quoq; quod uertit interpres. Reijcimus enim quod desijt apud nos ualere. Non solum ociosæ.) Deest autem. Non solum autem οὐ μόνον δέ, ac coniunctio ad epitasin facit, eã euidentius explicat imò. Verbose.) φλύαροι, id est, nugaces, siue inepte loquaces. Loquentes quæ.) λαλοῦσαι, quod aliquoties significat garrire. Volo autem.) Volo igitur, βούλομαι οὖν.

Matresfamilias esse.) οἰκοδεσποτεῖν, id est, familiam administrare. ne quis accipiat de liberis progignendis, de quo modo dixerat, sed de gubernatione familiæ. quod Græca uox euidentius declarat, dicta à domo & dominio. Et quod proxime præcessit τεκνογονεῖν, græce festiuius dictum est uoce composita, ꝯ latine, filios seu liberos procreare. οἰκοδεσποτεῖν. τεκνογονεῖν.

Retro post satanam.) ὀπίσω τοῦ σατανᾶ, id est, post satanam, nec opus est retro. Deinde quod hic uertit, conuersæ sunt, Ambrosius legit, deerrauerunt ἐξετράπησαν. i. deflexerunt. de quo supra meminimus. Sensus est autem, illas desciuisse à Christo, & secutas satanam. nam hoc uocat post satanam. Si quis fidelis.) Græce est, si quis fidelis, aut si qua fidelis, εἴ τις πιστὸς ἢ πιστή. Atq; ita legit Ambrosius. Vt non grauetur.) Et non grauetur, ἵνα μὴ βαρεῖσθω, id est, sumptibus suis alant, & non onerent ecclesiam. Deest apud nos.

Quæ ueræ uiduæ sunt sufficiat.) ἐπαρκείσθω, id est, sufficiat, subaudi ecclesia, id est, ut satis esse possit, & idonea ad alendum, ut suppeditet. Qui bene præsunt presbyteri.) Presbyteri hic episcopi uocabulum est non ætatis. Et honorem subsidium significat, non uulgarẽ istum honorem, decedere de uia, aperire caput, flectere genu, quemadmodum non uno in loco annotauit & diuus Hieronymus. Siquidem in alijs eleemosyna dicitur. cæterum in ijs quos ætas, aut dignitas, aut alioqui meritum uenerandos reddit, honos appellatur præstitum officium. Et latini munus honorarium uocant. Honor pro subsidio.

Non alligabis os.) οὐ φιμώσεις, quod Ambrosus uertit, non infrenabis. Cæterum locus quem citat, extat Deuteronomij capite uicesimo quinto. Mos autem est apud nonnullos circumacto iumento triturare facere, cum apud nostrates flagellis excutiant. Annotãdus hic locus ijs qui tantis clamoribus, tãtaq; tyrãnide decimas, & pluscꝯ decimas extorquẽt, à pauperrimis quoq; laicis, nec intelligũt, legẽ uetare, ne quis obliget os boui, sed trituranti, hoc est, docenti, monẽti, exhortanti, sacrificãti, ac cæteris sacerdotalibus officijs fungenti. Quid autem hoc ad istos quosdã, qui non solum in ocio, sed in sardanapalicis delicijs uitã omnem transigunt? Quanꝯ aliud est laborare ore non infrenato, aliud explere scrinia sanguine pauperum. Atq; hæc dixerim, non quo laici segniores sint ad beneficentiam erga sacerdotes suos, quibus si boni sint, nulla par gratia rependi potest, sed ut nos uicissim nostri meminerimus officij. Aduersus presbyterum.) Incertum an de seniore loquatur, an de episcopo. Rursum quod sequitur, Peccantes autem coram omnibus argue. si superiora ad presbyteros referas, ad eosdem pertineat oportet. ut sit sensus, crimen non facile recipiendum, nisi sint idonei testes. Quod si constiterit, palam esse arguendum in exemplum omnium. Vulgarius utrunq; de grandæuis exponit. Honor pro subsidio. Sacerdotes nihil aliud ꝯ decimatores

Sine præiudicio.) χωρὶς προκρίματος, sine præiudicio, Præiudicium hoc loco non significat, quod apud iureconsultos, rem prius iudicatam, sed præcipitatum iudicium, cum ex concepta temere opinione quippiam agitur, & iudicamus ipsi apud nos anteꝯ compertum habeamus. Ad hunc modum interpretantur græcanica scholia. Præiudiciũ aliud apud Paulum.

In alteram partem declinando.) μὴ πρόσκλισιν. Interpres legisse uidetur πρόσκλισιν per iota, non per ita, id est à uerbo προσκλίνω, non προσκαλῶ. atque ita legit diuus Ambrosius, apud quem est, In aliam partem declinans. Et diuus Basilius in principio prouerbiorum, citantibus græcanicis scholijs. Neque secus legunt & interpretantur Chrysostomus & Vulgarius. At Clemens legit, ut nunc habent Græcorum exemplaria, nisi quod mihi legendum uidetur πρόκλησιν, non πρόσκλησιν, hoc est, prouocationem, non aduocationem. si cui tamẽ placet per ita, scribere. Varia lectio.

Noli adhuc aquã.) μηκέτι. i. ne posthac aquã biberis. Significat eũ usq; ad id tempus, aquam potitasse, ut ratiocinatur diuus Hieronymus. & græcis unica dictio est ὑδροποτεῖ.

Frequẽtes tuas infirmitates.) ἀσθενείας, infirmitates intellige nõ morbos,ac graues ægrotationes,ſed corporis debilitatẽ. Manifeſta ſunt.) πρόδηλοι .i. præmanifeſta,hoc eſt, per ſe manifeſta,etiã priuſq; damnẽtur cuiuſq; iudicio. Præcedentia ad iudiciũ.) πρὸς γνῶσιν εἰς κρίσιν. Iam eñ illa cõdemnata ſunt priuſq; is qui admiſit adductus ſit in iudiciũ.

Quorundã autẽ.) Quoſdam aũt eſt Græce,atq; ita legit Ambroſius, τισὶ δὲ ἐπακολουθοῦσιν .i. quoſdam autem etiam ſubſequuntur. Bona facta manifeſta ſunt.) πρόδηλα. Nam illud præ refertur ad extremũ iudicium.loquitur enim de palam malis,ac palam bonis . rurſus de occulte malis ac bonis.

EX CAPITE VI.

NE nomen do.) Græce eſt,nomen dei, τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ. Atq; ita legit & Chryſoſtomus,cumq; hoc Ambroſius , ut colligere licet ex interpretatione.

Varia expoſitio.

Quia beneficij participes ſunt.) οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι .i. ij qui beneficentiæ participes ſunt,ſiue qui beneficentia iuuantur.refertur autẽ ad ſeruos,non ad dominos.Quanq; Vulgarius bifariam exponit.Chryſoſtomus licet ambigue loquatur,tamen uidetur hunc ſequi ſenſum.hoc diligentius ſeruiendũ dominis Chriſtianis,quod in eos officium collocatur, qui ex ſupercilio dominorũ tranſierunt in affectum parentum,& pro formidatis dilecti eſſe cœperunt.Ait enim, non contemnant,quia fratres ſint,ſed magis ſeruiant quoniam fideles ſunt atq; dilecti, qui beneficium ſumunt. In eandem ſententiam interpretatur Ambroſius.

Si quis aliter docet.) ἑτεροδιδασκαλεῖ .i.diuerſa docet.Eſt autem Græcis unica dictio cõpoſita,de quo ſuperius admonuimus. Et non acquieſcit.) προσέρχεται .i. accedit,ita ſonat Græce,& apte reſpondent latina. Superbus eſt.) τύφωται .i. inflatus eſt.Ambroſius legit,ſuperbit. Cyprianus in epiſtola quadã legit,ſtupore elatus.ſuſpicor ab ipſo ſcriptũ fuiſſe,tumore elatus. Sed languens.) νοσῶν, id eſt, ægrotans, quod apud Græcos ſæpius ad animum refertur,ut νοσεῖν dicantur,qui deſipiunt ac delirant,hoc eſt,animi morbo laborãt.Quod uerbi mire quadrat in iſtos ſophiſticos theologos, qui contemptis ijs, quæ neceſſe eſt diſcere,in ſtultiſſimis illis ſuis argutijs, & nihili labirynthis,ætatem uniuerſam conterunt miſeri.Quod tamẽ nolim ita dictum accipi,ut quod nonnulli ſolent,in ordinis contumeliam detorqueatur , quod in paucos dicitur, honeſtiſſimo indignos ordine,perpetua friuolarum quæſtionũ ſcabie prurientes,neq; prorſus aliud agẽtes per omnẽ uitam.Eleganter autem Paulus unico uerbo dixit pugnas uerborum λογομαχίας, cũ iſti iactent ſe totos in rebus eſſe. Ex quibus oriuntur.) Paulus inuidiã & contentionem ſingulari numero poſuit . atq; item Ambroſius. Malæ conflicta .) παραδιατριβαί. Malæ, Græci referunt ad ſuſpiciones.Nam quod ſequitur παραδιατριβαί, per ſe ſonat in malã partem,propter præpoſitionem παρὰ, quæ ſæpius id efficit,ut in παραφρονεῖν & παραφέρεσθαι. Dicuntur autem congreſſus & diſputationes philoſophorum diatribæ Græcis,quas hic addita præpoſitione inutiles facit,& nihil ad rem pertinentes.Scholia græcanica admonẽt me taphoram ſumptam à ſcabioſis,qui mutuo conflictu , contactúq; morbum communicãt. Sic & Vulgarius ait, παραδιατριβαὶ τουτέστι , χολαὶ μάταιαι. διατριβὰς γὰρ τὰς χολὰς ἔθος καλεῖν. ἢ ὅτι καθάπερ τὰ ψωραλέα τῶν προβάτων παρατριβόμενα νόσου πλῆρες ἢ τὰ ὑγιαίνοντα. οὕτως ἢ οὗτοι παρατριβόμενοι ἑτέροις διαφθείρουσιν αὐτούς, id eſt, Paradiatribæ, id eſt, ſcholæ ſuperuacaneæ.nam mos eſt ſcholas uocare diatribas.ſiue quod ſicut ſcabioſæ oues, dum affricant ſeſe,morbo implent & ſanas . ita iſti quoque dum alijs affricant ſe, corrumpũt eos. Veritate priuati ſunt.) ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας. Ambroſius uertit,& qui ueritate caruerunt.Græce ſonat efficacius,quibus adempta eſt ueritas,iuxta illud Publij. Nimium altercando , ueritas amittitur.

Languens νοσῶν.

λογομαχία.

παραδιατριβαί.

Quæſtum eſſe pietatẽ.) Poſt hæc uerba reperio apud Græcos, ἀφίσασο ἀπὸ τῶν τοιούτων, id eſt,abſtine à talibus.Item Ambroſius,diſcede ab huiuſmodi. Atqui id in uulgatis latinorum codicibus non habetur , ne apud Chryſoſtomum quidem.

Cum ſufficientia.) μετ' αὐταρκείας,ea uox ſignificat cum quis ſua ſorte contentus eſt,nec aliud deſyderat. Haud dubium quia.) δηλονότι, quod eſt affirmantis.Et plenius reddidiſſet græcarum uocum affinitatem εἰσενεγκεῖν & ἐξενεγκεῖν, ſi uertiſſet inferre & efferre.

In hunc

In hunc mundum.) Addidit ſuo more hunc, quod non eſt apud Græcos.

His contenti ſumus.) ἀρκεθησόμεθα .i. contenti erimus. Interpres legit ἀρκεθησώμεθα per ω mega. Et in laqueũ diaboli.) Diaboli apud Græcos non eſt, nec additur apud Ambroſium. Vnde conſentaneum eſt adiectum à quopiam, qui locum uoluerit interpretari. Supereſt.

Et inutilia.) Copula redundat. Nec eſt apud Græcos inutilia, ſed ἀνοήτους, id eſt, ſtulta. Quanq̃ interpres legiſſe uidetur ἀνονήτους, atq; item Ambroſius.

Quæ mergunt.) βυθίζουσι .i. demergũt in profundũ. Et cupiditas.) ἡ φιλαργυρία .i. pecuniæ ſtudium. Ambroſius legit, auaricia. Alioqui cupiditas aliarũ itẽ rerum eſt, ut gloriæ, imperij, uoluptatũ, uindictæ. Errauerunt à fide.) ἀπεπλανήθησαν .i. aberrarunt.

In qua uocatus es.) In quã, εἰς ἣν. Ad quam, Ambroſius. Græci addunt ἡμᾶς, in quam & uocatus es. Sine macula.) ἄσπιλον. i. immaculatũ. & refertur ad ipſum Timotheum, nõ ad mandatũ, id eſt, ut ſerues mandatum immaculatus, irreprehenſus. Etiamſi Ambroſius refert ad mandatum, ſi modo codex uacat mẽdo. conſimiliter & Chryſoſtomus, licet anci piti ſermone diſſerens hæc. Quanq̃ ſermo græcus non uetat, quo minus adiectiuũ referatur ad præceptum. Vſq; in aduentum.) μέχρι τῆς ἐπιφανείας .i. uſq; ad apparitionem.

Quẽ ſuis temporibus.) Quẽ refert aduentum, non Chriſtũ, id quod liquet ex Græcis.

Solus potens.) μόνος δυνάστης, id proprie dicitur de principe, aut magiſtratu. unde & δυνάσεια. Rex regũ.) Græce eſt regnantiũ, τῶν βασιλευόντων. regnant em̃ quidã potius q̃ ſunt reges. In ſempiternũ.) In, ſupereſt. Et κράτος, poteſtatem quoq; ſignificat, ut imperiũ. Proinde Ambroſius pro imperio legit poteſtas. Diuitibus huius ſeculi.) τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι .i. ijs qui ſunt diuites in præſenti ſeculo. Non ſublime ſapere.) ὑψηλοφρονεῖν, quod Ambroſius uertit ſuperbe ſapere. ſignificat autem elato eſſe animo & arroganter de ſeipſo ſentire. In incerto diuitiarum.) ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι .i. in diuitiarum incertitudine. Nobis omnia abunde.) πλουσίως. Rurſum interpres non reddidit iucunditatem, quæ eſt in uocum affinitate πλοῦτος & πλουσίως, quaſi dicas, diuitiarum & diuitialiter, ſiue opulẽtiæ & opulente. Bene agere.) ἀγαθοεργεῖν, dictio cõpoſita eſt ex bono & opere, quaſi dicas, bene operari. Demiror quid legerit diuus Ambroſius qui reddidit hũc locum hoc pacto, In uoluntate bonorum operum. Facile tribuere.) εὐμεταδότους εἶναι, id eſt, faciles eſſe ad impartiendum. Ita legit Ambroſius, niſi quod omittit eſſe.

Theſaurizare.) ἀποθησαυρίζοντας, id eſt, reponentes ſiue recondentes ſibi.

Et ueram uitam.) Græcis eſt æternam uitam. Ambroſius tamen legit atq; interpretatur ueram uitam. Contra Chryſoſtomus legit æternam, nihil tamen adijciens in interpretatione, unde certo liqueat quid legerit, licet hoc non magni referat, quando non eſt alia uera uita, niſi uita immortalis. Nam uita impiorum mors eſt, & hæc uita breui finienda, curſus eſt ad mortẽ. Depoſitũ cuſtodi.) παραθήκην .i. quod tibi cõmiſſum eſt. Sentit autẽ hanc doctrinam quam illi & in initio commendarat. Et ita exponunt græca ſcholia. Diuerſa lectio.

Vocum nouitates.) κενοφωνίας, id eſt, uocum inanitates. Ambroſius & interpres legiſſe uidentur καινοφωνίας. quanq̃ græca ſcholia per ε legunt. Nec enim hic agit de nouandis uocibus, ſed de diſputationibus ſuperuacaneis. Ex interpretatione Chryſoſtomi non liquet, quid legerit. Falſi nominis.) ψευδωνύμου, quaſi dicas, falſõ nominatæ ſcientiæ. Et hæc omnia mire quadrant in hos quoſdam ſpinoſos theologiſtas. Et apte dixit, ἀντιθέσεις, oppoſitiones, quod omnibus de rebus inter iſtos mira ſit digladiatio.

Promittentes.) ἐπαγγελλόμενοι, Cur non potius profitentes?

Circa fidem exciderunt.) ἠστόχησαν, id eſt, aberrarunt, ſicut antea uertit. Ductum autem ab ijs, qui aberrant a ſcopo.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM AD TIMOTHEVM PRIOREM, PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM, FINIS.

IN EPISTOLAM PAVLI

AD TIMOTHEVM SECVNDAM, ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.



RATIA & miſericordia.) In græcis codicibus abſunt coniunctiones. Gratia, miſericordia, pax.

Gratias ago.) χάριν ἔχω .i. gratiam habeo. Nam ita mauult Valla. Et ad eum modum legit Ambroſius.

A progenitoribus meis.) ἀπὸ προγόνων .i. à progenitoribus, ſiue à maioribus. Ambroſius legit, à proauis. Significat eṁ Paulus ſe natum ex ijs, qui longa retro ſerie fuerint cultores dei. Nam meis pronomen, redundat. Et ſeruio nō eſt δουλεύω, ſed λατρεύω, id eſt, quem colo.

Fidei quæ in te eſt non ficta.) Melius Ambroſius, Eius quæ in te eſt ſynceræ fidei.

Recordationem.) ὑπόμνησιν, id eſt, commonitionem, cum aliquid ſuggeritur memoriæ, ne ueniat in obliuionē. Matre tua Ethnice.) Eunice, ut habetur & in noſtris exemplaribus uetuſtiſſimis, uel potius Eunica, à uictoria dictum uocabulum. eſt autem nomē meretriculæ apud Theocritum. Carrenſis homo diligens, interpretatur Etnicem Græcis ſonare fortunatam. Is qui ſic primum interpretatus eſt, legit Eutyche. Carrenſis.

Certus ſum autem quod & in te.) πέπεισμαι δέ, ὅτι καὶ ἐν σοί, id eſt, perſuaſum autē habeo, quod & in te, ſcilicet eſt ea fides. Quod & in te.) Hic græce colon eſt.

Admoneo te.) ἀναμιμνήσκω, id eſt, commonefacio, ſeu potius redigo in memoriam.

Reſuſcites.) ἀναζωπυρεῖν, quod eſt proprie ignem iam conditum, ac ſopitum ſuſcitare: Ambroſius legit, ut recrees donum dei. Sed uirtutis eſt.) δυνάμεως .i. potentiæ & roboris, & fortitudinis. Et quod modo uertit timoris, Græce eſt δειλίας, quod & ignauiam ſonat, animiq; imbecillitatem. Gratiam dei.) χάρισμα .i. donum. Et ita Ambroſius.

Collabora.) συγκακοπάθησον .i. ſimul affligere cū euangelio, & particeps eſto afflictionum quæ prædicationem euangelij comitantur. Qui nos liberauit.) τοῦ σώσαντος, id eſt, qui nos ſaluos fecit. Ita & Ambroſius.

Vocatione ſua.) Sua, non eſt in Græcis codicibus, ne in uetuſtis quidē exemplaribus, nec apud Ambroſiū, nec apud Chryſoſtomū in interpretatiōe, tantū eſt, uocatiōe ſancta.

Ante tempora ſecularia.) αἰωνίων .i. æterna. ſic eṁ notat uniuerſum tempus, quod cœpit ab orbe cōdito. Mirum eſt quē autorē ſecutus Aquinas, dicat ſeculum eſſe mille annorum, cū ludi ſeculares centeſimo quoq; anno ſoliti ſint inſtaurari. & addit mille annos eſſe hominis ætatē, quod tam diu uiuere dicatur homo q̄ diu durat illius memoria, ſed illā nō porrigi ultra mille annos. At quot milia ſunt hominū, quorū nunc memoria celebrior eſt, q̄ ante mille annos fuerit illorum uita? Aquinas expenſus.

Per illuminationē.) διὰ τῆς ἐπιφανείας .i. per apparitionem, quod ſuperius uertit aduentum. Quanq̄ epiphania nōnunq̄ illuſtrationem ſonat, ut & ἐπιφανὴς, illuſtris. Atqui interpres non reddidit græcarum uocum affinitatem φανερωθεῖσα & ἐπιφανείας, quaſi dicas, illuſtrata eſt per illuſtrationem Ieſu Chriſti.

Deſtruxit quidē mortē, illuminauit autē uitā.) καταργήσαντα .i. qui aboleuit, & oblitterauit. & φωτίσαντα .i. in lucē produxit, Nā hæc duo inter ſe compoſuit ueluti pugnātia.

In quo

In quo.) ἐις ὅ, id est, in quod, nempe euangelium.
Prædicator.) κῆρυξ, id est, præco, potius quàm prædicator.
Magister gentium.) διδάσκαλος, id est, doctor.
Non confundar.) οὐκ ἐπαισχύνομαι, id est, non erubesco, siue non pudet me.
Scio enim cui credidi.) Non est sensus Græci sermonis, Paulum nō ignorare, cui confi sus esset. uerum hæc est sententia, Scio quod is cui credidi, potens est seruare depositum meum, οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι, ὅτι δυνατός ἐστιν. nam si prior esset sensus, non diceret ᾧ, sed τίνι. Quanctꝫ potest & hic esse sensus, Noui enim eum cui credidi, & certus sum quod potens sit. Formam habens.) ὑποτύπωσιν ἔχε, id est, formam habe, siue exemplar habe, hoc est alijs formam propone pie uiuendi.

Ver⁹ sensus

Sanorum sermonum.) ὑγιαινόντων. Quicquid probant id Græci uocant ὑγιές. unde & prouerbium, ὑγιὲς οὐδὲ ἓν, cum omnia displicent. Contra, cum res cum uicio cōiuncta est, aiunt, τὰ πάντα νοσεῖν. Scis em̄ hoc.) Enim, redundat. Auersi sunt à me.) ἀπεστράφησάν με. i. auersati sunt me, hoc est, aspernati sunt. Ambrosius legit auersati, non auersi. Et nemo dicit, auersatus est à me. unde suspicor præpositionem à librario adiectam.

Sanum ægrotare Græcis q̄d.

Omnes qui in Asia sunt.) πάντες οἱ ἐν τῇ ἀσίᾳ. Potest legi & erant. nam tempus nō exprimitur Græcis uerbis. Philetus.) φύγελλος. i. phygellus, atq; ita legitur in peruetustis exēplaribus latinis. itáq; citatur à diuo Hieronymo in epistola de uestibus Aaron. Et ita legit Ambrosius. Cum Rhomā uenisset.) γενόμενος ἐν ῥώμῃ, id est, cum esset Rhomæ. Atque ita legit Ambrosius.

Philetus .p phygellus.

Sollicite.) σπουδαιότερον. i. studiosius.
Et quanta epheſi.) καὶ ὅσα, id est, & quæ, siue quæcunq;, aut potius in quibuscunq;.

EX CAPITE II.

Confortare.) ἐνδυναμοῦ, id est, fortis aut robustus esto.
Labora sicut.) σὺ οὖν κακοπάθησον, id est, tu igitur feras afflictiones. nam hoc significat κακοπαθεῖν, ut modo admonuimus.
Nemo militans deo.) Deo, redundat. etiamsi additur apud Ambrosiū, non tamen in interpretatione. Apud Chrysostomum in primo cōtextu nō additur deo, nec apparet ex interpretatione quod addiderit. Adhibet enim Paulus hoc simile à militibus, quorum nemo curat rem domesticā, posteaq; sacramēto fuerit addictus militiæ, sed imperatoris sui negocium agit. Multomagis id cōuenit facere eum, qui militat euāgelio. Porrò has ceu parabolas adhiberi, planissime testatur interpres Chrysostomus.

Supereſt apud nos.

Implicat se.) ἐμπλέκεται, id est, implicatur. Quanctꝫ huiusmodi passiua subinde uertit per pronomina reciproca. Sed deprauatius qui legunt implicet imperādi modo. non em̄ iubet ne se implicent, sed negat eos deo militare qui sese inuoluunt.
Negocijs secularibus.) ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, id est, uitæ negociationibus, aut occupationibus. Porrò βίος uictum magis sonat quàm uitam. Et apud iureconsultos uictus nomine continetur & uestis. Qui militat, non est sollicitus de uictu, rem uictoriæ agit, de uictu prospicit imperator.

Victꝰ quod ad uitæ pertinet necessitatem.

Vt ei placeat, cui se probauit.) ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ, id est, ut ei qui se militem delegit placeat, hoc est, ei cuius spiritu delectus est & ascriptus ad hanc militiam. Fortassis interpres uertit, ei qui se probauit, licet Ambrosus legit atque etiam interpretatur, cui se probauit, id sentiens ut apparet, cui se concredidit. Chrysostomi interpres legit, qui se elegit. Nam & qui certat in agone.) ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, id est, si uero & certet aliquis. Verbum est unde dicuntur athletæ. nam ab ijs quoq; ducit simile.

Diuersa lectio.

Non coronabitur.) οὐ στεφανοῦται, id est, nō coronatur, suffragante Ambrosio, hoc est, non sat est quomodocunq; certare, sed ita certandum ut uincas.
Laborantem agricolam.) Video græcos etiam interpretes nōnihil hærere hoc in loco, sed mea sentētia sermonis ordo paulo perturbatior, obscuritatem adduxit orationi. ea tolletur, si κοπιῶντα sit præteriti temporis, & ab eo pendeat aduerbium πρῶτον. i. prius, & nō ad infinitum uerbum quod sequitur λαμβάνειν. Et sententiam ad hunc ordinemus modū. Oportet agricolam accipere fructus, sed si prius laborarit. Tres enim adhibuit parabolas,

militis

milítis,athletæ,& agricolæ,quorum unuſquiſq; cæteris curis omiſſis, ſuum munus gnauiter obit. Neq; deeſt præmiũ,ſi ſuo quiſq; prius functus fuerit officio. Equidẽ opinor hoc ſẽ ſiſſe Paulum,licet diuerſam ſentẽtiam ſequatur Ambroſius,interpretãs,eum primum debere ſumere qui primus eſt,ac deinde diſtribuere reliquis. Chryſoſtomus bifariam interpretatur. Cæteri athletæ nõ capiunt præmium,niſi parta uictoria. Agricola & dũ colit terram nonnihil interim fructus percipit, expectans in poſterum copioſiorem prouentum. Aut agricolæ,quoniam cum diuite fideliq; terra commercium habet,nõ interuertitur ſuũ præmium,ipſe primus capit,qui colit.

Dabit,p det.

Dabit enim tibi dominus.) Græce non eſt dabit,ſed δώῃ, id eſt,det,quod eſt imprecãtis. Ad eum modum palam enarrat hũc locum Chryſoſtomus,cum dicat Paulum paterno affectu non deſinere precari bona Timotheo,ceu timẽtem filio chariſſimo. tametſi interpres noſtram ſecutus æditionem,uertit dabit,pro det.

In quo laboro.) κακοπαθῶ, id eſt, afflígor,quod ſuo more ferè tranſfert laboro. Quãquam non ſum neſcius,& apud latinos laborare aliquoties ſic accipi , ut ſit idem quod in rerum difficultatibus uerſari. Quaſi male operans.) ὡς κακοῦργος .i.ut maleficus,aut facinoroſus.Miror quod exemplum ſecutus Ambroſius uerterit,quaſi latro . Nihil enim ſimile in κακοῦργος & λῃςὴς, quod magis ſonat facinoroſum. Quanq; in euangelio conſtãter hic interpres κακοῦργους uertit latrones,ut illic indicauimus.

Latro κακοῦργος ſic & in euangelijs.

Non eſt alligatum.) οὐ δέδεται,id eſt,non fuit alligatum.Eſt autem alluſio feſtiua in græcis uocibus δεσμῶν & δέδεται, id eſt , uincula & uinctum fuit.

Cum gloria cœleſti.) αἰωνίου .i. æterna.Interpres & Ambroſius legiſſe uidentur οὐρανίου.

Fidelis ſermo.) Rurſum eſt πιστὸς ὁ λόγος, quæ uerba Paulus ſuo more præmittit , dicturus rem certam & indubitatam. quanq; Ambroſio non adduntur hoc loco.

Si negauerimus.) εἰ ἀρνούμεθα .i. ſi negamus , in quo modo pronunciauit & ſuperiora.

Si non credimus ille fidelis eſt .) Nec hoc loco ſeruata eſt Græcarum uocum affinitas, ἀπιστοῦμεν, πιστὸς, id eſt,diffidimus,fidelis ſiue fidus.

λογομαχεῖν. Noli contendere uerbis.) λογομαχεῖν,dictione compoſita,id eſt,pugnare uerbis.uerbũ cognatum ei nomini quod ante uertit pugnas uerborum.

Nihil enim utile eſt.) εἰς οὐδὲν χρήσιμον, id eſt,ad nullam utilitatẽ.Iam enim nouum eſſe non debet,adiectiuum uſurpari loco ſubſtantiui,niſi malis hanc particulam per parentheſin interſeri. Niſi ad ſubuerſionem.) Et niſi,redundat.& ad ſubuerſionem refertur ad illud ſuperius,noli pugnare uerbis, ſiue ut Apuleius loquitur uerbigerari , ut illud,ad nihil utile,per parentheſim interſeratur,ſi ſubaudiatur uerbum ſubſtãtiuum eſt. Quanq; interpres & Ambroſius quo ſenſus eſſet dilucidior , unum & alterum uerbum de ſuo addiderunt.Sic autem ordinandus eſt ſermo.Hæc admone,conteſtãs coram domino,ne uerborum pugnas ſequantur (nulla utilitas) ad ſubuerſionem audientium.Cæterum infinitum quod interpres retulit ad Timotheum , haud ſcio an rectius accommodetur ad cæteros oms,ut hoc ipſum ſit,quod illos admonet per Timotheum,ne inter ſe friuolis quæſtiunculis depugnent, cum Chriſtiana philoſophia non ſit ſophiſtica diſputatio , ſed uita pura & Chriſto digna. Sollicite autem cura .) σπούδασον ἑαυτὸν, id eſt,ſtude teipſum &c. Nec eſt autem,uel apud Græcos,uel apud Ambroſium.

Ordo.

Probabilem exhibere.) δόκιμον, id eſt,probatum.

Operarium inconfuſibilem.) ἀνεπαίσχυντον .i. qui non pudefiat,ſiue erubeſcat. Quanq; Ambroſius legit,non impudoratum. Porrò impudoratos uocari, qui contentionibus nituntur,uelut hoc pertineat ad diſputationes contẽtioſas,quas pugnas uerborum appellat, quod in his nemo uelit cedere , ſed ſua quiſq; pertinaciſſime tueatur,& alius aliũ cõſpuat.

ὀρθοτομεῖν. Recte tractantem.) ὀρθοτομοῦντα, ſonat quaſi dicas,recte ſecantem.Et ſcholia Græcorum admonent metaphoram ſumptã à ſecuri aut gladio,quo reſecantur inutilia & ſuperuacanea. Eſt prouerbium de Tenedia bipenni,quod ſi quis legat, melius intelliget huius loci ſenſum. Incidit enim ſermo ueritatis,cum in huiuſmodi diſputationibus ueritas amittatur,& ſpinis quibuſdam inuoluatur. Prophana autem.)βεβήλους,quam uocẽ ſuperius uertit inepta. Et uaniloquia.) Copula &,redundat. κενοφωνίας .i. inanes uoces.eadẽ uox quã ſuperius uertit uocũ nouitates.& hoc quoq; loco Ambroſius ita legit καινοφωνίας, id eſt,

id est,nouitates,cõsentiẽte & Chrysostomo. Cæterũ κενοφωνίας uerti poterat,inaniloquia.

Deuita.) περιΐσασο ,qd' tametsi significet abcide,tamẽ quoniã græca præpositio ancipitis est naturæ , melius hoc loco uertas,supersedeto,siue prætermittas.Græca scholia bifariam exponunt,aut reijce,aut insta uehemẽter,ut coerceantur.Opponit' em̃ quod modo dixerat ὀρθοτομοῦντα,recte secantẽ & dijudicantẽ,reiectis & recisis altercationibus supervacaneis,quibus lites nõ finiuntur,sed aluntur ac augent'.Dictu mirum quo spiritu Paulus præsenserit,& q̃ graphice depingat inextricabiles Theologistarũ quæstiones . Et admonet Ambrosius Christianorũ disputationes collationes esse debere, nõ altercationes. Et Chrysostomus ubiq; destomachatur in hoc hominũ genus,& tamẽ ille nõdum audierat nostras disputationes de filiationibus,de relationibus,de instantibus. Anxiæ quæstiones.

Proficiunt ad impietatẽ.) προκόψουσι,id est,proficient,futuri temporis,& ita legit Ambrosius.Nec tam est multũ,q̃ amplius.Porrò quod dicit,inaniloquia proficere ad impietatem,nõ om̃ino id sentit Paulus,quod fortasse uerba latina sonant,huiusmodi disceptationes adducere nos ad impietatẽ . uerũ id sentit , disceptationes huiusmodi quo magis admittunt', hoc magis serpere & crescere ad maiorẽ impietatẽ,gliscentibus indies contentionibus ambitiosis.ἐπὶ τὸ πλεῖον ἀσεβείας ,id est , ad maiorem impietatem. Atq; in hunc modum græcanica scholia interpretantur , & optime congruunt ea quæ sequuntur. Verꝰ sensus.

Vt cancer serpit.) Cancer hoc loco morbus est γάγγραινα,ne quis animal hoc loco putet esse. Serpit.) νομὴν ἕξει ,id est,pastionem habebit,ut conueniat cum uerbo proficiet, quod est futuri temporis.Porrò morbus is depascitur locum quẽ occupauit . unde statim arcendus. Cancer morbus.

Qui à ueritate exciderunt.) περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν ,id est,circa ueritatem aberrarunt,de quo uerbo superius admonuimus . Nam ἀστοχῶ qui non attingit,qd' destinabat attingere,ueluti scopum,aut aliud simile. Cognouit dominus.) Hoc additum apparet . uelut exemplum signaculi, quod palam̃ declarat Chrysostomus hunc enarrans locum.unde minus quadrat,quod legitur in Ambrosianis codicibus, Cognouit enim dominus. Quanq̃ ad eundẽ modum refert Augustinus libro de Catechizandis,ca.11. Et Chrysostomus putat testimoniũ hoc desumptũ ex libro Deuteronomij. Enim, super est.

Et subuerterũt.) ἀνατρέπουσιν ,id est,subuertunt. Qui sunt eius.) τοὺς ὄντας αὐτοῦ , id est , qui sunt sui . Atq; ita citat diuus Hieronymus in Zachariam. Tolerabile est quod legit Ambrosius epistola prima,Cognouit dominus,qui sunt ipsius.qd' ipse, ad reciproci pronominis naturam proxime accedit. Et discedit.) Discedat ἀποστήτω .Atq; ita legit Ambrosius,atq; ipse etiam Aquinas,consentientibus uetustis exemplaribus. Discedit, p discedat.

Qui inuocat nomẽ.) ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα ,id est,qui nominat nomen.quemadmodum habent & antiqui codices.Siquidem in exemplari Paulino euidens rasura testatur, aliud fuisse scriptũ.Augustinus, loco quẽ modo citauimus,refert,Qui inuocat nomẽ domini. Tametsi in quibusdam Græcorũ exemplaribus additum erat χριστοῦ ,atq; ita legit Chrysostomus. Et alia quidem in honorẽ.)Dilucidius erat,hæc quidẽ in honorẽ,illa uero in ignominiam.ut hæc referat proxima, nempe lignea ac testacea , illa aurea & argentea. Carent enim Græci huiusmodi pronominũ proprietate.Quod si schematis decus uoluisset interpres reddere,dicendum erat, in decus ac dedecus τιμὴν , ἀτιμίαν .

Et utile domino.) Et,redundat.εὔχρηστον ,quod sonat accommodum usibus domini.

Ad opus bonum paratum.) Paratum,hoc loco participium est ἡτοιμασμένον , ut intelligas non promptum , sed à domino in hunc usum præparatum. Fidem, spem.) Spem,nec est in græcis,nec in antiquis Latinorũ codicibus, nec est apud Ambrosium.

Et pacem.) Et copula,redundat. Sine disciplina quæstiones.) ἀπαιδεύτους ζητήσεις, id est, inerudítas quæstiones.Atq; ita uertit Ambrosius.Et rursum deuita est παραιτοῦ ,in quo mirũ illum nõ meminisse suæ copiæ . sonat autẽ reijce,& aspernare , nec admitte.

Generant lites.) μάχας ,id est,pugnas . Eleganter autẽ huiusmodi disputationes rixosas,pugnas uocat. Non oportet litigare.) μάχεσθαι ,id est,pugnare.Et rursum paulo post, μάχεσθαι uertit,litigare. Tametsi non admodum mutatur sententia , tamen perit emphasis metaphoræ. Docibilem esse.) διδακτικὸν , id est , idoneum ac paratũ ad docendum,magis q̃ imperiosum . nunc cogere malumus q̃ docere. Patientem.) ἀνεξίκακον,id est,tolerantẽ malos siue mala.Plus enim significat uox græca q̃ tolerantẽ.

Cum modestia.) ἐν πραότητι, id est, in mansuetudine seu lenitate. Potest enim utrouis referri, uel ad superiora, tolerantē malorū in lenitate, uel ad inferiora, erudientē in lenitate. quanq; nō inficias eo παιδεύειν nōnunq; sonare corripere. Qui resistunt ueritati.) Veritati, redundat, nec est apud Ambrosium. nam is quidem ad hunc legit modum, Corrigentē eos qui diuersa sentiūt. Ne forte det.) μήποτε δῷ, nequādo det. Quanq; si latine loqui uoluisset interpres, dixisset, si quando, quod μή apud Græcos nō semper est negantis aut ꝓhibētis, sed nōnunq; dubitantis, ut apud nos, num aut si. Sensit orationis incōmodū Augustinus. proinde libro quē inscripsit de singularitate clericorū. 1. cap. 14. interpretat', ne quādo det, ut aliquando det. Et resipiscant.) ἀνανήψωσιν, id est, redeant ad sobrietatē, uel expergiscantur. utrunq; eñ significat νήφειν. Diaboli laqueis.) Est laqueo, numero singulari. A quo captiui tenent'.) ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτου. significat autē ꝓprie uiuum capi in bello. nam hinc græca uox cōposita est, sicut & aliàs admonuimus.

Supersest in nostris.

Ne quando, ꝓ si quando

EX CAPITE III.

ERunt.) Erunt eñ, ἔσονται γάρ. Seipsos amantes.) φίλαυτοι, id est, sui amantes, & sibi placētes, hoc est, suis cōmodis studentes. Vnde dicta φιλαυτία, cæcus, ut inquit Flaccus, amor sui. Id Ambrosius ita reddidit, Erunt homines sui tantū amatores. Nos super hac dictione φίλαυτος copiosius disseruimus in Chiliadibus nostris. Hugo Charrēsis planè theologice explicuit hanc uocem, cuius equidē uerba suo flore subscribam. Sicut, inquit, solet dici de ribaldo, qui quando magnum frigus est, amplectit' se brachijs, ut sic calefaciat se quoquo modo, & dicitur derisorie, iste ribaldus multū diligit se, qui sic se amplectit' brachijs. An non flagitiū fustuario dignum, sic nugari in adorandis literis, idq; tam indocte, nō solum impie? Et tamē hæc legunt attoniti qui Moriæ lusum ferre nō possunt. Cupidi.) φιλάργυροι, id est, cupidi pecuniæ. auari legit Ambrosius. Elati.) ἀλαζόνες, id est, glorioſi, ut ipse interpretatus est Plautus. Ambrosius legit, insolentes. Hieronymus in Micheam legit, fastidiosi. At suspicor scriptum fuisse, fastuosi. Parentibus nō obedientes.) ἀπειθεῖς, id est, immorigeri, siue intractabiles. Scelesti.) ἀνόσιοι, quod Ambrosius uertit, impij.

Hugo Charrensis.

Sine affectione.) ἄστοργοι, quod proprie significat eos qui nullo affectu sunt in suos, puta filios, aut famulos, aut uxorem. Sine pace.) ἄσπονδοι, quod Ambrosius uertit, sine fide. σπονδή fœdus significat & amicitiam, quod refertur ad alienos, & non domesticos, cum quibus boni, fœderibus & amicitiæ uinculis copulant', quibus natura coniuncti non sunt. Criminatores.) διάβολοι, id est, calumniatores siue delatores.

ἄσπονδοι, fœdifragi.

Sine benignitate.) ἀφιλάγαθοι, quod ita sonat, quasi dicas, non amici bonis. sic interpretantur græcanica scholia. Ambrosius uertit, bonorū inimici. Cyprianus, bonū nō diligentes. Proditores.) προδόται, id est, desertores amicitiæ & sodalitatis. Proterui.) προπετεῖς, id est, præcipites, siue temerarij. Tumidi.) τετυφωμένοι, id est, inflati. Quanq; haud male interpres uertit. eosdē & turgidos uocamus. ipsum esse suspicor, qd' Cyprianus aliquoties reddit, stupore elati. Cæci.) Cæci, nec est in Græcis, nec in latinis exēplaribus antiquis, nec apud Chrysostomū, nec apud Ambrosium. Opinor hanc uocem sic irrepsisse, quod sciolus aliquis in margine adscripserit, ueluti corrigens, pro τετυφωμένοι, τετυφλωμένοι, quorū prius sonat elatos, posterius cæcatos.

Supersest in nostris, cæci

Et uoluptatum amatores.) φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι. Longe uenustius dixit græce, dictionibus cōpositis, id est, uoluptatū amantes, magis q̄ amantes dei. Cyprianus legit, uoluptatē magis q̄ deum diligentes. Speciem pietatis.) μόρφωσιν, quasi dicas, formationē. Notat eñ eos, qui dictis norunt alijs præscribere, quomodo debeant pie uiuere, cum ipsi diuersa sequantur. Cyprianus legit, deformationē religionis. Virtutē autē.) δύναμιν, id est, uim hoc loco melius uertisset, ut opponatur speciei. Abnegantes.) ἠρνημένοι, id est, inficiati, nam præteriti temporis est, id est, qui abnegarunt. Et hos deuita.) ἀποτρέπου, id est, auersare, quod est plus q̄ deuita, neq; enim est illud παραιτοῦ, qd' solet uertere, deuita. Qui penetrant.) ἐνδύνοντες, id est, qui subeunt. Ambrosius legit, qui irrepunt. uerum hoc non male uertit interpres. Oneratas peccatis.) σεσωρευμένα, quasi dicas, accumulatas, & aceruo peccatorū obrutas. Ad scientiam ueritatis peruenientes.) εἰς ἐπίγνωσιν ἀλήθειας, id est, uenire potentes. Iamnes & Mambres.) Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς, id est,

id est, Iannes & Iambres, quos Chrysostomus ait fuisse duos magos Aegyptiorum, qui portentis ædendis certarint cum Mose, quanꝯ in Exodo nō addantur illorū nomina, sed quæ Paulus acceperit ex traditione Iudæorū, quā ἄγραφον uocant, aut certe à spiritu sancto. quasi uero hoc tantopere retulerit scire magorū nomina. In hebraicorū nominū interpretatione legimus utrūq; Mambres & Iambres similiter expositū, quasi nihil interſit Iambres sones aut Mambres. Iambres Mambres

Sed ultra nō proficiēt.) οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πλεῖον. Ambrosius legit, nō proficient amplius. Assecutus es.) παρηκολούθησας, qđ nō ꝓprie significat assecutus es, hoc est, adeptus es. Alioqui qui quadrabit qđ consequit persecutiones & passiones. Nam hæc nemo dicit assequi. Vnde magis intelligendū est, à principio usq; ad finem adfuisti, & testis es omniū. id em̄ significat παρακολουθεῖν, ut admonuimus & aliàs. Qualia mihi facta sunt.) ὁῖα μοι, id est, quæ mihi. nam ὁῖα pro ἃ Græcis usurpare mos est. Antiochiæ.) ἐν ἀντιοχείᾳ. i. in Antiochia. nisi de ciuitate loquatur, ac de ciuitate, opinor, accipiendū. Seductores.) γόητες. i. impostores. Ambrosius legit, deceptores. Errantes & in errorem.) πλανῶντες καὶ πλανώμενοι. i. seducentes & seducti. Quod ita reddidit Ambrosius, ipsi errantes, atq; alios erroribus inuoluentes. Quæ te possunt instruere.) σοφίσαι. i. erudire, siue sapientē reddere. Diuinitus inspirata.) θεόπνευστος, quod uerbo cōposito iucundius dixit Paulus. Vtilis est.) Et utilis, addita cōiunctiōe καὶ ὠφέλιμος. Apparet subesse tacitā uim argumētandi in cōiunctione. Scriptura ut est diuinitus inspirata, ita & efficax est ad multa, cum humana doctrina sit inefficax. Vis tacita in καὶ.

Ad corripiendū.) πρὸς ἐπανόρθωσιν. i. ad correctionē. Ad corripiendū.) Hoc loco diuus Ambrosius addit ad redintegrationem, καταρτίωσιν, quo uerbo Paulus est & aliàs usus. Quanꝯ id nec in nostra uulgata æditione, nec in græcis reperio codicibus. Verū ex ipsius interpretatione cōiicio, in Ambrosianis codicib⁹, ad correptionē, à librarijs additū esse, cū ille græcā uocē ἐπανόρθωσιν uerterit, redintegrationē. sic em̄ exponit. Manifestum est, quia omnis scriptura cuius deus autor ostendit, utilis est, ad hoc em̄ data est, ut proficiat imperitis, & instauret deformes, attrahens iniquos ad iustitiā, ut homo dei in omni opere bono perfectus sit. Hactenus ille. Iam qđ Paulus dixit, ad doctrinā, hic exponit, ut proficiat imperitis. quod ait ad correctionē, hic, ut instauret deformes. Deniq; qđ ad eruditionem quæ est in ipsa iustitia, hic interpretatur, attrahens iniquos ad iustitiam.

Vt perfectus sit homo.) ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος. i. ut perfectus siue integer sit is, qui est homo dei. Instructus.) ἐξηρτισμένος. i. consummatus & perfectus. Atq; ita legit Ambrosius.

EX CAPITE IIII.

Testificor coram.) διαμαρτύρομαι οὖν ἐγώ. i. testificor igitur ego. Et per aduentum.) κατὰ τὴν ἐπιφανείαν, id est, in aduentu, siue iuxta aduentum.

Oportune importune.) εὐκαίρως, ἀκαίρως. i. tempestiue & intēpestiue.

In omni patientia.) μακροθυμίᾳ. i. longanimitate. aut si hoc uerbū uidetur parum latinum, lenitate. est enim Græcis uirtus quæ opponitur ὀξυθυμίᾳ.

Magistros prurientes.) διδασκάλους. i. doctores. & prurientes hic nominandi casu est accipiendū. κνηθόμενοι. i. qui titillant̄ & pruriunt auditu, unde quærunt, qui scalpant aures uoluptate orationis, nō qui radant ueritate. Prurientes auribus.

Tu uero uigila.) νῆφε. i. sobrius esto, siue uigila. Labora.) κακοπάθησον. i. feras afflictiones. Sobrius esto.) Quo loco qđ quidam antiqui codices habent, uigilans esto, in græcis codicibus nō inuenio, nec apud Ambrosium, ne apud Chrysostomū quidē, imò nec in optimæ fidei codice Paulinæ bibliothecæ. Suspicor autē hac occasione irrepsisse, qđ νῆφε utrunq; significat, sobrius esto, & uigilans esto. Proinde fieri potest, ut doctus aliquis annotarit, sobrius esto, id post in cōtextum traductum est. Iam delibor.) σπένδομαι. i. immolor. Et tempus meæ resolutionis.) ἀναλύσεως. Cyprianus in epistola quadam legisse uidet̄ ἀναλήψεως, sic adducens huius loci testimoniū, Ego iam delibor, & tempus instat assumptionis meæ. Origenis interpres cū aliàs tū in homilijs in Numeros, indicat duplicē hui⁹ loci fuisse scripturā, resolutionis & regressionis. Regressionis uerbū quid sibi uelit, nō satis intelligo, nisi quod græcis ἀνάλυσις utrunq; sonat resolutionē & reuersionē. ut em̄ qui discedit soluere dicitur, ita reditus resolutio. Certamen bonū.) τὸν καλὸν, qđ nō sonat simpliciter bonū, sed præclarū & egregiū. In reliquo.) λοιπὸν. i. qđ superest, atq; ita uertit Ambrosius. hic interpres uertere cōsueuit, de cætero. Sed & his.) ἀλλὰ καὶ πᾶσι. i. sed & omnibus. ἀνάλυσις resolutio & reditus.

Qui diligunt.) τοῖς ἠγαπηκόσι.i.qui dilexerunt. licet in uerbis affectuũ abutant Græci præteritis. Festina ad me.) σπούδασον.i.stude,siue da operam. Alioqui quæ sermonis figura est,festina cito,hoc est, ἥκομαι ἢ κατέρχομαι ,quẽadmodũ iocatur Aristophanes. Diligens hoc seculũ.) ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα.i.postq̃ dilexit præsens seculum, siue amplexus præsens seculum. Crescens in Galatiam.) κρίσκης,i.Crisces,sed græcus sermo deflexit uocẽ latinã. In ministerio.) εἰς διακονίαν.i.ad ministeriũ. Penula.) Græce φαιλόνην,qd̃ est pallij genus,nõ cõsularis,ut quidã putant,sed quo tegimur ab hymbribus,pelliceum,ut putat Hesychius.quanq̃ idẽ addubitat num sit scriniolũ.alij putant esse thecã librorũ.Ita græcanica scholia.Hieronymus in tertio aduersus Pelagiũ dialogo,uertit lacernã siue penulam. Tametsi in plerisq̃ codicibus ꝓ lacerna,deprauatũ erat lucerna, à lucernario quopiã. Et membranas.) Et,redundat. μεμβράνας.Hic latinã uocẽ Paulus usurpauit.O supellectilẽ apostolicã,penulã quæ defendat ab hymbribus,& libros aliquot,haud dubie sacros.Nunc quantũ est caballorũ, quantũ bombardarũ,quantũ aliarũ rerum,quas referre nõ libet. Aerarius.)χαλκεὺς.i.faber ærarius,ne quis de quæstore ærarij,aut custode æris accipiat, ut interpretati sunt quidam. Multa mala mihi ostendit.) ἐνεδείξατο.i.multis malis me affecit. Annotauit & Augustinus libro de locutionibus Geneseos primo, in sacris literis ostendere frequẽter usurpari ꝓ facere. Reddet illi dominus.) Græce est,reddat ἀποδώῃ,ut sit imprecantis. Etiãsi Augustinus in explanatione sermonis in monte habiti,legisse uideri poterat,reddet futuri temporis, ita dissoluens ꝓpositã ab ipso quæstionẽ.Paulũ nõ imprecari malum ei qui læserat, sed prædicere quid euenturũ esset.qd̃ idem tractat libro aduersus Faustum.16.cap.22. quo quidẽ & ipso loco in uulgatis exẽplaribus,reddet scriptũ legitur. quanq̃ eodem mox loco adducit illud Pauli,utinã & abscindant̃,qui uos cõturbant,qd̃ certe prædicẽtis esse nõ potest.Præterea quid opus erat excusari,qd̃ imprecationes in sacris literis inuenirent̃, si hæc dicta sunt uerbis futuri tẽporis,cõsentiẽtibus & exẽplaribus latinis? Atq̃ adeo Chrysostomus ipse legisse uidetur ἀποδώσει,nõ ἀποδώῃ,quantũ ex eius interpretatione colligere licet. Vulgarius ingenue testat̃ se legisse ἀποδώῃ uerũ id ait positũ ꝓ ἀποδώσει. Atqui si parũ est apostolicum,pertinaciter obsistentibus euangelio imprecari uindictam diuinam,qui cõuenit ut nunc omni malorũ genere persequant̃, qui maiestatẽ illam uel leuiter attigerint.

Supellex Pauli.

Ostendere, pro facere.

Paulus imprecatur uindictam.

Et tu deuita.) φυλάσσου.i.obserua,siue caue. Resistit.) Restitit ἀνθέστηκε. Et liberauit.) ῥύσεται.i.liberabit,futuri temporis. Prædicatio impleat̃.) πληροφορηθῇ.i.ad plenum persuaderet̃,& certã haberet fidẽ. Cui gloria.) Græcus codex addidit,& imperium ᾧ κράτος. Eubolus.) Εὔβουλος.Eubulus penultima producta,nomẽ à bono consilio dictũ. Et prudens.) ᾧ πούδης.Ambrosius & antiqui codices habẽt,Pudẽs.Rursum uoce latina nõnihil detorta à græcis. Et fratres eius.)Nõ eius,sed omẽs,est apud Græcos.Et ita legit diuus Ambrosius,cõsentiẽte Chrysostomo,deniq̃ & exẽplari Paulino. Recensitis em̃ nominatim aliquot ex suis,reliquos generali nomine cõplectit̃.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM PAVLI AD TIMOTHEVM SECVNDAM, FINIS.

IN EPISTOLAM PAVLI AD TITVM ANNOTATIONES DES. ERAS. ROT.

IN spem.) ἐπ' ἐλπίδι.i.in spe &c. Qui nõ mentit̃.) ὁ ἀψευδὴς, quasi dicas,immẽtiens aut immẽdax,& à mẽdacio alienus. nõ mẽdax legit Ambrosius,& itẽ Hieronymus. Ante tẽpora secularia.) πρὸ τῶν χρόνων αἰωνίων.i.ante tẽpora æterna. Ita legit Hieronym⁹. Augustin⁹ aduersus Priscillianistas, cap.6.legit hic quoq̃, ante tempora æterna. Cæterũ æterna uocari,nõ quæ nullũ habuerint initiũ,cũ aliqd̃ sit mũdi cõditi initiũ,sed ante quæ nulla fuerint tẽpora. Aquinas hic nihil meminit de mille annis,& admonet alterã scripturã habuisse,ꝓ secularia,æterna.i.antiqua.

Faber.

Quæ credita est mihi.) ᾧ ἐπιστεύθην ἐγώ,qd̃ Faber Stapulensis ita uertit, Cui cõmissus sum.quasi nihil referat,utrũ dicas,filius tuus cõmissus est mihi,an cõmissus sum filio tuo.

Demiror

Demiror autē ei uiro,tam profundū obrepsisse somnū, ut nō agnosceret figurā græci ser-
monis,qua ita loquunt,hanc rem ego cōmissus sum,quoties sentiunt,hæc res cōmissa est
mihi.præsertim cū hæc loquēdi formula toties sit obuia in Paulo.At cōijcere mihi uideor
quid imposuerit Fabro nostro,nimirū ᾧ articulus postpositiuus,dandi casu positus,cū ac-
cusandi casus magis conueniret. Verū id factum est ob nomē quod antecessit eodē casu
κηρύγματι,cum quo cōcordat ᾧ,iuxta græci sermonis idioma,dissidēs à suo uerbo.sic em
legit,fateor,in nōnullis exēplaribus,cū in emendationibus habeat ὃ ἐπιστεύθην,atq; adeo sic
ipse Faber scribit in examinatione sua. Secundū præceptū.) Rursum græce est κατ'
ἐπιταγήν.i.iuxta iniunctionē.Nos uertimus,delegationē.sentit em sibi munus hoc prædi-
candi delegatū à domino. Tito dilecto filio.) γνησίῳ τέκνῳ.i.uero,legitimo,proprio
ac germano filio . atq; ita legit Ambrosius.quasi dicas,uere filio & nō notho, neq; dege-
neri à patre. Notat elegantiā huius uerbi & diuus Hieronymus hunc enarrans locū , ad-
dens græcæ uocis proprietatē non exprimi posse Latinis. licet uero , germano, ingenuo
ppemodū explicare uideat. Gratia & pax.) χάρις,ἔλεος,εἰρήνη.i.gratia, misericordia,
pax. etiāsi misericordiā,nec Hieronymus, nec Ambrosius addit. Reliqui te cretæ.)
ἐν κρήτῃ.i.in Creta. Græci & urbiū nominib⁹ apponūt præpositionē,id qd' apud Latinos
rarissimū est.At interpres,ab insulæ uocabulo sustulit græcā præpositionē,qd' prorsus est
intolerabile. Quæ desunt corrigas.) ἐπιδιορθώσῃ.i.supercorrigas, ut explicandi gratia
sic loquamur.Sentit autē se prius correxisse quædā.eadē nondū ad plenū correcta, iubet
à Tito corrigi.Emphasim græcæ uocis,notauit Hieronymus,præsentē explicans locū.Et
in eandē sententiā liquido interpretat Chrysostomus,cuius interpres uertit , supercorri-
geres.proinde nos uertimus,pergas corrigere. Per ciuitates.) κατὰ πόλιν.i.in ciuita-
te,siue per ciuitatē.i.in singulis ciuitatibus. Sine crimine.) ἀνέγκλητος,qd' non ita so-
nat,quasi dicas , uacantē omni culpa,sed quē nemo possit accusare,siue criminari, & uo-
care in ius ob crimē aliquod.Sic em interpretat & Chrysostomus.plus em est ἀνέγκλητον
esse q; uacare crimine. propterea quod integritas non raro sit obnoxia crimini, ob speciē
probabilē culpæ.At ne hanc quidē Paulus patit in sacerdote. ἐγκαλεῖν em est intento cri-
mine uocare in ius.& ἔγκλημα cōmissum,ob qd' aliquis in ius trahi possit.ἀνέγκλητος,qui
nō possit ad hunc modū accusari.Atq; idem repetit paulo post,Oportet episcopū sine cri
mine esse. In accusatione luxuriæ.) ἀσωτίας.i.luxus.ne luxuriā pro libidine accipias.
Non superbū.) μὴ αὐθάδη.i.nō præfractum,qd' Hieronymus & Ambrosius legunt,nō
proteruū,& recte sanè.nos uertimus,præfractū.i. durum,& sui sensus plus satis tenacem.
Nō percussorē.) μὴ πλήκτην .Hoc Hieronymus putat nō pertinere ad pugnos,sed ad
linguā contumelioſam & iurgioſam. Vnde & Horatius in Odis,Patruæ uerbera linguæ.
quēadmodū & in superioribus annotatū est. Nō turpis lucri cupidū.) μὴ αἰσχροκερδῆ.
Græcā uocē unicam tribus circūlocutus est interpres , quasi dicas,turpilucrū. Sentit autē
Paulus,omne studiū lucri fœdum esse sacerdoti. At Charrensis festiuiter exposuit,turpis
lucri.i.secularis.quasi sit aliud genus quæstus ecclesiasticū honestum.Sensit,opinor,de ca
ptandis testamētis,& auertendis ad se rebus male partis,de inuolandis,religionis defen-
dendæ prætextu,alienis facultatibus,de inescandis sacerdotijs, de emungēdis deliris ani-
culis,de compilandis crassis negociatoribus . nam nonnullis eius generis histrionibus,is
quæstus nunc multo est uberrimus. Benignū.) φιλάγαθον ,quasi dicas,studiosum bo
narum rerum,aut amantē bonos.Superius dixit ἀφιλάγαθον.Hieronymus hoc loco pro
φιλάγαθον,legit bonorū operū amatorē. Sobriū.) σώφρονα , qd' Hieronymus uertit,
castum.Ambrosius,prudentem.atq; hæc omnia significat σώφρων,nisi qd' sobrius,omnia
fermè cōplectit.Notat autē diuus Hieronymus ueterē interpretē, qui uerbi ambiguita-
te deceptus,p pudico uerterit,prudentē.Atqui ut interpreti nōnihil patrociner, si græca
uox ambigua est,nimirū utrunq; significans,prudentē & pudicum,quomō deceptus est
uertens prudentē? An prudētia nō cōgruit episcopo? Verū ut aliàs admonui,diuus Hie
ronymus studio tuendæ uirginitatis,undiq; colligit & ascisit præsidia,& quicquid potest
ad suas pertrahit copias.Quanq; σώφρων græcis nō tam prudentē sonat,q; sobriū & sanæ
mentis,ut intelligamus animū sibi præsentē,& nullis temulentū cupiditatibus.Siquidem
hæc duo cōponit inter se Euripides,in Iphigenia Aulidensi,συνσωφρονεῖν σοὶ βούλομ' ἀλλ' οὐ
σωνοσεῖν. Iustum sanctū.) ὅσιον,qd' ita interpretat Hieronymus,ut dicat significare

Gręcismus, fabulosa figura Gal. 2

Articulus a suo uerbo discrepans.

γνήσιος.

Supercorrigere.

ἀνέγκλητος.

Charrensis.

Captatores.

Expensa Hieronymi annotatio.

ſanctitatē mixtā pietate, quæ ad deum refert. Nam ἅγιος, ſanctus, hoc eſt, purus à uicijs.

ἐγκρατὴς. εὐσεβὴς, pius in deū. Cōtinentē.) ἐγκρατῆ. i. tēperantē, qđ ut indicat diuus Hieronymus quidā haud recte, ad ſolam referūt libidinē, cū ad oēs pertineat affectus, iram, auaritiam, ambitionē, inuidiā, timorē, ut oībus his ſit ſuperior epiſcopus. Mire id perſpexit Paulus, nō poſſe ꝓſpicere alijs, qui ipſe ſit obnoxius affectibus. Ego nullā ſpem uideo rebus publicis, niſi princeps cōtingat, liber ab omnibus uulgi cupiditatibus. At hodie haud ſcio, an ullum hominū genus magis ſeruiat oībus affectibꝰ, ſiue ꝓphanos ſpectes principes, ſiue ſacros. Hæc una res eſt quæ leges Cæſareas, quæ pōtificias, quæ ſcholas theologicas, quæ cōciones eccleſiaſticas miſere uiciauit. Adeo ut ſi pergat, nihil magis ſit futurū hæreticū, cꝫ ſi qs Chriſtū ingenue puréq; doceat. Amplectentē.) ἀντεχόμενον, qđ Ambroſius uertit, tenacē, diuus Hieronymus, obtinentē. Ambroſius elegantiſſime expreſſit græcā uocē. nā ἀντέχεσθαι dicit ꝓprie, qui adhæret alicui, uelut unguibꝰ affixus, nec ſe ſinit auelli. Fidelē ſermonē.) πιστοῦ λόγου, qđ aliàs Ambroſius uertit, humanus ſermo. ſignificat autē ſermonē certū & indubitatū, ut certa reſpōdeat, & quæ ipſam ueri faciē præ ſe ferant. Vt potēs ſit exhortari.) Græce eſt, & exhortari. Hieronymus uertit, conſolari. Et in doctrina, dictū eſt ꝓ per doctrinā. Doctrina nō tantū ad hoc cōducit epiſcopo, ut doceat indoctos, uerū etiam ut cōſoleť afflictos, aut exhortet extimuletq; ceſſantes.

Inobedientes.) ἀνυπότακτοι, qđ diuus Hieronymus legit, nō ſubditi. ſonat autē, quaſi dicas, qui in ordinē cogi nō poſſint. Deceptores.) φρεναπάται, Græcis eſt dictio compoſita quæ perinde ſonat, ac ſi dicas, mentiū deceptores. & ad hunc modum interpretať diuus Hieronymus, Peſſimū autē & pernicioſiſſimū genus decipiēdi, ubi quis mentem omniū actionū fontē, prauis inficit opinionibus. nā hac uia fit, ut nō ſolum nō pudeat malefactorū, uerū etiā ex his laudē petamus. Cæterū uaniloqui, græce eſt ματαιολόγοι, qđ nō ſonat mēdacē, ſed inania friuolaq; loquentē. nam uanus ꝓprie Latinis dicit mendax.

ἐπισομίζειν. Quos oportet redargui.) ἐπισομίζειν. i. occludere, ſiue obturare os. Hieronymus legit, ſilentiū indici. Hoc ex loco palā eſt Laurētiū in euāgelio Lucæ legiſſe, aut certe ſomniaſſe ἐπισομίζειν ꝓ ἀποσομίζειν, de quo qđ tum ſuccurrebat illic diximus. Hic obiter annotandū ſemꝑ quæſtus notari, qui urgent & infulciunt ceremonias. Proprius eorū ꝓpheta.) ἴδιος αὐτῶν προφήτης. Prophetā uocat poetā, qui quaſi præſenſerit futura. Propriū autē uocat, qđ Cretenſis fuerit ipſe qui hæc de Cretēſibus ſcripſerit. ſiue qđ ꝓ ironiā ꝓphetā uocauit, quaſi talibus Chriſtianis, tales cōgruerēt prophetæ. ſiue ꝙ is Epimenidis liber unde uerſiculus hic ſumptus creditť, titulum habeat, περὶ τῶν χρησμῶν. i. de oraculis. Tametſi nō deſunt qui teſtimoniū hoc ad Callimachū referant, apud quē initiū huius carminis inuenitur κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, qđ Iouis ſepulchrū apud ſe eſſe cōfinxerint, cum is iuxta uulgi opinionem fuerit immortalis. Extat & ꝓuerbiū Græcis, Cretēſium teſtans uanitatē, κρητίζειν πρὸς τὸν κρῆτα. Verū hac de re qui uelit plenius cognoſcere, legat Miſcellanea Angeli Politiani, aut noſtras Chiliades. nā hic, qm̄ annotationes ſcribimus, breuitati, quoad licet ſtudendū. De occaſione huius carminis teſtanť & græcanica ſcholia. Eſt autē uerſus integer heroicus apud Epimenidē Cretēſem. In quo ſanè demiror Stapulenſem laboraſſe, ut carmen carmine redderet, idq; ad hunc modum, Gnoſius uſq; loquax, mala beſtia, uiſcera pigra. nec em̄ idē eſt loquacē eſſe & mēdacē. & ut hominē cibo deditū, uentrē dicimus, nō itē uiſcera dicimus, ut donemus Gnoſium poſitū ꝓ Cretēſi, & uſq;, ꝓ ſemper. Malæ beſtiæ.) θηρία, qđ nō ſimpliciter beſtias, ſed & feras ac ueneno noxias beſtias ſignificat.

Ventris pigri.) Vētres legēdū eſt, γαστέρες ἀργαί. nā ipſos uētres appellat homines abdomini deditos. quēadmodū & Lucilius uentri deditos, uentres appellat. & Terētius in Phormione, pugnos, inquit, in uentrē ingere, paraſitū indicans. Increpa illos dure.) ἀποτόμως. i. ad uiuum & ſeuere. nec eſt increpa, ſed argue, ἔλεγχε, hoc eſt, refelle. Vt ſani ſint.) ἵνα ὑγιαίνωσι. Illud admonēdus eſt lector, Paulum frequētius uſum hoc uerbo, quo Græci ſignificant, quicquid ꝓbandū eſt. Vnde illud, μηδὲν ὑγιὲς. i. nihil ſanū, cū oīa diſplicēt. Hic igiť ut ſani ſint, nihil aliud eſt, cꝫ ut recte ſe gerant. Vt rurſum νοσεῖν. i. ægrotare dicit apud illos, q nō recte eſt affectus. Auertētiū ſe à ueritate.) ἀποστρεφομένων τῆς ἀληθείας. i. auerſantiū ueritatē, hoc eſt, abhorrentiū à ueritate. Coinquinatis autē.) μεμιασμένοις, qđ magis ſonat, impiatis, & piaculo aliquo ꝓphanatis, ut ſint arcēdi à ſacris. Quin & illud omnia munda mundis, rectius erat, omnia pura puris. Quandoquidē his

Cretenſes.

Faber.

uerbis

uerbis utuntur, cum de castitate sacrorũ agunt. Extat enim lex apud Senecam. Sacerdos sit casta castis, pura puris. Vides ut Paulus in nullos incandescat acrius, & in eos qui Mosaicis ceremonijs, Christum tendebant abolere, & hoc prætextu tyrannidẽ in Christianã plebẽ occupare. Ceremoniæ

Abominati & incredibiles.) βδελυκτοὶ ὄντες καὶ ἀπιθεῖς, id est, abominabiles cum sint & increduli. Ambrosius & Hieronymus legũt, execrabiles & inobedientes, pro quo nõ male quadrabat, intractabiles aut impersuasibiles. Cæterum profitentur magis congruebat hic quàm confitentur, ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, id est, profitentur se scire. Nam hoc quoq; significat ὁμολογεῖν.

EX CAPITE II.

Obrios.) νηφαλέους, quã uocẽ Hieronymus admonet ambiguã esse, significantem utrũq; & sobriũ, hoc est, non temulentũ & uigilantẽ. quandoquidẽ & uerbũ νήφω anceps est. Pudicos.) σεμνοὺς, quod aptius Ambrosius uertit, graues, hoc est, seueros, & honestatẽ præ se ferentes. Prudẽtes.) σώφρονας. i. moderatos siue modestos. qđ rursum diuus Hieronymus uertit, pudicos, suo more. Et ne uideaẽ absurde senibus præcipi pudicitia, addit, ne in aliena ætate turpiter libidini uacare uideãtur. Adeo etiã in sanctissimis uiris deprehendere licet uestigiũ aliquod humani affectus. Chrysostomus σώφρονας interpretatur, ob animi moderationẽ, quod ea ætas ob mẽtis imbecillitatẽ soleat immoderatius excãdescere. Quẽadmodum iubet νήφω, quod somniculosi tardiq; sint senes, tum σεμνοὺς esse uult, qđ ferè dum repueraſcũt, ineptiant. Deniq; sanos esse iubet, quod desipiscat senũ uulgus. σώφρονας.

In habitu sancto.) ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, qđ perinde ualet, ac si dicas, eo amictu, eóq; incessu & corporis motu, qui deceat sacras matronas, ac deo dicatas. Admonet ita diuus Hieronymus. Ambrosius uertit, in statu religione digno, uelut explicans compositã uocẽ, ἱεροπρεπῆς. & κατάστημα referens nõ solum ad uestitũ, sed ad omnẽ corporis habitũ ac gestũ. sic enarrat & diuus Hieronymus. ἱεροπρεπεῖς.

Nõ criminatrices.) μὴ διαβόλους. i. nõ calumniatrices. In Hieronymo legimus, incẽtrices, haud scio an mẽdose. etiãsi idẽ exponit, accusatrices. διαβόλους.

Multo uino seruientes.) πολλῷ οἴνῳ δεδουλωμένας. i. multo uino deditas, siue addictas. Solent autẽ anus huic uicio affines esse. Bene docentes.) καλοδιδασκάλους. i. honesta docentes. Opinor quod quædã illis annis lenæ sint, alienæ nequitiæ ministræ. Vt prudentiã doceãt.) ἵνα σωφρονίζωσι. i. ut sobrias siue pudicas reddant. quod posterius Hieronymus legit, ut ad castitatẽ erudiant, suo more torquens quicquid potest ad uirginitatẽ. cui fauit, nõ sine suspicione, nec sine calumnia. Ambrosius legit, ut instituãt. σωφρονίζωσι. Adolescentulas.) Hunc accusatiuũ Græci referunt ad σωφρονίζωσι, ut intelligas mãdari matronis natu grandioribus, ut doceant puellas amare maritos. Prudentes.) σώφρονας, quod rursus Hieronymus legit, castas. Sed quia sequit castas siue puras, ἁγνὰς, fortassis quadrabat hic, sobrias aut prudentes. Domus curã habentes.) οἰκουρούς, qđ sonat, domus custodes, ut assidue domi sint, & rem domi curent. quæ præcipue mulierũ laus. Vnde ueteres, autore Plutarcho, pingebant Venerẽ testudini insistentem, quod id animal nunq; à domo discedat. symbolũ probæ matrisfamilias. οἰκουρούς. Vt sobrij sint.) σώφρονες. Et hic Hieronymus legit, pudici, sui similis. Teipsum præbe.) Præbens, παρεχόμενον. & ita legit Ambrosius, Græcis cõsentiens. Exemplũ.) τύπον. i. formã aut exemplar potius q̃ exemplũ.

In doctrina, in integritate.) Græce sic habet, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, ἀδιαφθορίαν, σεμνότητα, ἀφθαρσίαν, λόγον ὑγιῆ. i. in doctrina, integritatẽ, grauitatẽ, incorruptionẽ. Ad eũ modũ legit fermè Chrysostom⁹. nisi qđ parũ liquet, unde illi sit dictio, copiã, nisi forte ille p ἀδιαφθορίαν scriptũ repperit, εὐπρέπειαν. Sic em̃ illius uertit interpres. In doctrina, inquit, copiã, honestatẽ, sermonẽ sanũ, irreprehensibilẽ. Porrò in nõnullis codicibus addit ἀδιαφθαρσίαν, cũ præcesserit ἀδιαφθορίαν. Nihil est aũt qđ utrisq; respõdeat, nec apud Ambrosiũ, nec apud Hieronymũ, nec apud Chrysostomũ. Atq; hoc quoq; nomen ἀδιαφθορίαν, Hieronymus torquet ad uirginitatẽ, cũ mea sentẽtia magis declaret integritatẽ animi, nullis cupiditatibus corrupti, non ira, nõ ambitione, nõ auaricia. Verbũ sanũ est λόγον ὑγιῆ. de quo diuus Hieronymus nõnihil admonet, nẽpe quæ sequunt, ad integritatẽ doctrinæ posse referri, sed obstare quod sequit, sermonẽ sanũ. At mihi nõ uidet esse causa, cur hic offendamur. Varia lectio.

Quãq; em̃ nemo docet, nisi loquat, tamẽ refert nõ paulũ, quõ loquaris. Irreprehensibile.) ἀκατάγνωστον, qđ & ita sonare potest, qđ cõtẽni nõ possit, hoc est, ut cũ autoritate doceat.

Vereatur.) ἐντραπῇ.i.pudefiat.quod ſæpius iam uertit,cõfundatur. Ambroſius & Hieronymus legunt,reuereatur. Nihil habens dicere.) μηδὲν ἔχων λέγῃ.i.nihil potẽs dicere,ſiue nihil habens qđ dicat.Nã ἔχῃ cũ infinito uerbo,ſignificat poſſe apud Græcos.

Subditos eſſe.) Diuus Hieronymus admonet hunc locũ bifariã legi. Altero modo, ut accipias,ſeruos ſubditos eſſe debere dominis in omnibus,ut hæc particula ἐν πᾶσι refe ratur ad uerbũ præcedẽs.Altero,ut intelligas ſeruos cõplacentes eſſe debere in oẽibus, ὑποτάσσεσθαι,ἐν πᾶσιν εὐαρέσους εἶναι.Atq; ita quidẽ habent Græci codices huius tempeſta/ tis.etiamſi Hieronymus , indicat Græcos ſecus diſtinguere, nempe iuxta priorẽ ſenſum. etiamſi iuxta poſteriorẽ diſtinguũt hodie,quos ego uiderim codices. Porrò εὐαρέσους interpretatur,nõ qui ſatisfaciant ac placeant dominis,ſed ſibi nõ diſpliceant, & ſuã fortunã, qualiſcũq; eſt,boni conſulant. Quæ quidẽ interpretatio,haud ſcio an ſit coactior.Nam & ſuperius εὐάρεστον dixit Paulus,quod gratũ eſſet & placeret.licet Græci δυσάρεστον appellãt, cui nõ facile fiat ſatis,cui diuerſus ſit εὐάρεστος.Mirũ eſt autẽ,unde Ambroſius legerit,optimos.niſi mendũ eſt,aut niſi codex illius habebat εὐαρίσους. Non contradicentes.) μὴ ἀντιλέγοντας,quod eleganter reddidit Ambroſius,reſponſatores. Non fraudãtes.) μὴ νοσφιζομένους,quod Hieronymus legit,furantes. Eſt eñ νοσφίζω, aliquid decerpere ac furtim detrahere,cum totã rem nõ auſis tollere,quod ſerui ſolent. Sed in omnibus.) Sed fidem omnẽ,πίστιν πᾶσαν.Et Hieronymus legit,fidem omnẽ.& huic cõſentiẽs Ambroſius. Apparuit eñ.)ἐπεφάνη,quod Hieronymus & Ambroſius uertunt, illuxit. Apparet eñ quod uidetur,etiamſi nõ ſit.at ἐπιφαίνεται,quod fit conſpicuũ & illuſtre. Nã ante uidebatur apud Iudæos in anguſto latere,nunc uſq; ad ſeruorũ genus illuſtrata eſt.

Dei & ſaluatoris.) Græca ſecus habẽt, ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σωτήριος.i.gratia dei ſalutaris uel ſalutifera.etiamſi Hieronymus & Ambroſius aliter legunt,atq; etiã Chryſoſtomus.Minimũ autẽ diſcrimen eſt inter σωτῆρος & σωτήριος. Abnegantes.)ἀρνησάμενοι,participiũ eſt præteriti temporis.poterat uerti,abnegatis ſecularibus deſyderijs,ut legit Ambroſius. Abnegata impietate & ſecularibus deſyderijs. Secularia deſy.) κοσμικὰς ἐπιθυμίας.i. mundana deſyderia.Alioquí Latinis ſeculare dicitur,quod centeſimo quoq; anno inſtauratur.ut ludi ſeculares.Neq; enim eſt ab eo quod ſequitur,ἐν τῷ νῦν αἰῶνι,in hoc ſeculo.

Sobrie.) σωφρόνως,quod hic quoq; Hieronymus uertit,pudice,ſuo more,ne parũ uideatur cõſtans. Et aduentũ.) ἐπιφάνειαν.i.apparitionẽ ſiue illuſtrationem.ut & aliàs uertit.quanq; eadem uox & aduentũ ſignificat,ſed cũ ſplendore, ueluti cum emergit ſol.

Magni dei & ſaluatoris.) τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος.Id ita legi poteſt,ut utrunq; pertineat ad Chriſtum,dei & ſeruatoris.aut prius pertineat ad patrẽ,poſterius ad Chriſtum. Chryſoſtomus utrũq; tribuit Chriſto,& itẽ Hieronymus,exultantes aduerſus Arianos, ceu uictores,cũ ſermo planè ſit anceps.imò magis p illis faciat q; pro nobis. Populũ acceptabilẽ.) περιούσιον.i.peculiarẽ. Diuus Hieronymus in cõmentarijs huius loci,negat ſe à quopiã ſecullariũ perito literarũ potuiſſe diſcere,quid eſſet περιούσιον, uerum ex Deuteronomio collegiſſe.unde Paulus hunc locũ ſumpſiſſe uidetur, Vt eſſes ei in populũ acceptabilem ex omnibus populis. Rurſum in pſalmo 24. Elegit ſibi dominus in poſſeſſionem ſibi.quod dictum eſt in poſſeſſionẽ,Septuaginta ac Theodotion tranſtulerũt περιουσιασμόν. Aquila & quinta æditio περιούσιον,ſyllabæ cõmutatione facta,nõ ſenſus.Symmachus p eo quod eſt in Græco περιούσιον,in Hebræo סְגֻלָּה,expreſſit ἐξαίρετον,hoc eſt, egregiũ uel præcipuũ,pro eo quod idẽ in alio uolumine, latino ſermone utens,peculiarẽ interpretatus eſt.Putat eñ Hieronymus minimũ intereſſe inter περιούσιον & ἐπιούσιον. Porrò uarietas hæc naſcitur ex ambiguitate præpoſitionis περὶ & ἐπί.Eteñ qui uertũt poſſeſſionẽ & peculiarẽ,huc ſpectarũt,qđ οὐσία ſignificat ſubſtantiã,hoc eſt,facultates & poſſeſſiones,& περί,circum.ut qđ in bonis noſtris ſit,& in noſtro,ut aiũt,ære,id peculiare dicimus.Rurſum q uerterũt,egregiũ,huc reſpexerũt,qđ περί ſignificat aliquoties eminentiã, & οὐσία eſſentiã,quaſi dicas,reliquas ſubſtantias antecellentẽ. Exiſtimat in eundẽ ſenſum accipí poſſe,quod eſt in precatione dominica,Panẽ noſtrũ,ἐπιούσιον,id eſt,nõ uulgarem, ſed eximiũ illum,qui de cœlo mittitur.qua de re & ſuo loco nõnihil attigimus.Porrò qđ addit Faber,Hieronymo idẽ eſſe περιούσιον & γνήσιον,miror unde ſumpſerit.niſi forte idẽ eſſe putat peculiare & ingenuũ aut uerum . quẽadmodũ Symmachus,ut dixi,peculiarẽ uertit. Sectatorẽ bon.) ζηλωτὴν.i.æmulatorẽ.& ita Ambroſius. Cũ omni imperio.)

Diſtinctio uaria.

Ambroſius diuerſe legit

περιούσιος nouũ uerbum

ἐπιούσιος.

Seculare,p mundano.

Faber.

rio.) μετὰ πάσης ἐπιταγῆς. Nō quod iubeat illum esse imperiosum, sed quod uelit hæc dili genter mandari atq; iniungi populo. Nemo te cōtemnat.) μηδείς σου περιφρονείτω. Di uus Hieronymus admonet hic nō esse idem uerbū, quo usus sit Paulus scribēs ad Timo theum, Nullus adolescentiā tuā contemnat, illic em̄ esse καταφρονείτω. καταφρονεῖν em̄ dici, qui despicit ac nihili facit. quod & in bonā partē accipi possit, ueluti si quis pro Christo cōtemnat cruciatus aut mortē. At περιφρονεῖν, qui fastu quodā sibi uidet alio melior ac sa pientior. citatq; illud Aristophanicū, ex Nebulis, ubi Socrates sic inducitur loquens, ἀερο βατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, interpretās ad hunc modū, Scando per aerē, & pluris me noui esse q̄ solem. Vult igit̄ Paulus Titū ita uiuere, ut nemo sit qui sibi melior uideri possit, quanq; ipse sit episcopus. περιφρονέω. καταφρονῶ.

EX CAPITE III.

Dicto obedire.) πειθαρχεῖν, quod est ꝓprie magistratibus parere. Non li tigiosos.) ἀμάχους. i. non pugnaces, hoc est, non iurgiosos & contentiosos. πειθαρχεῖν.

Increduli.) ἀπειθεῖς. Ambrosius, inobsequentes, Hieronymus legit, inobe dientes. Et humanitas.) καὶ ἡ φιλανθρωπία. i. amor erga homines, non ἀν θρωπότης. Nam quidā hoc loco humanitatē, interpretātur incarnationē Chri sti. At Paulus hic loquit̄ de patre Iesu. Et ἐπεφάνη, Hieronymus uertit, illuxit, hoc est, pa làm facta est per filiū incarnatū. Nec em̄ locū habet distinctio Thomæ, quā hic inducit, quod græca uox qua usus est Paulus, nihil aliud significare potest, q̄ studiū & amorē er ga homines, cui diuersa est μισανθρωπία. Et quod deum saluatorē uocat, magis ad patrem referendū uidetur, q̄ ad filium. Non ex operibus iusticiæ.) οὐκ ἐξ ἔργων τῶν δικαιο σύνης. i. non ex operibus, quæ sunt in iusticia. Sentit aūt de operibus legis Mosaicæ, de qui bus multa scribit Rhomanis. Abunde.) πλουσίως, q̄d' Hieronymus uertit, opulenter. Thomas.

Volo te confirmare.) βεβαιοῦσθαι, quod anceps est uerbum. potest em̄ esse confirmari.

Vt curēt bonis operibus præesse.) ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐσασθαι. Ambrosius ita reddidit, ut solliciti sint ad effectum bonorū operū. Ea potissimū inculcanda, quæ faciunt ad uitæ pietatē. Bonis operibus.) Hic, datiuus est, & respondet præpositioni præ.

Qui credunt.) οἱ πεπιστευκότες. i. qui crediderunt. Ita legit Ambrosius. Pugnas le gis.) μάχας νομικὰς. i. pugnas legales, quod Hieronymus explicans, quæ ueniunt, inquit, ex lege. Deuita.) παραίτου, de quo superius diximus. Post unā & secundam.) Latinius erat, post unā & alterā. & ita legit Hieronymus. Ambrosius legit, post primā, interpretans illos semel duntaxat admonēdos, ne si sæpius id fiat, cōfirmatiores reddātur in malo, sed deuitandos, ut sibi relicti aut frigeant nemine obsistente, aut soli pereant. Am brosianā lectionē hodie sequimur, qui hæreseos semel cōuictum, si relabatur, non deuita mus, sed incendimus. Et genealogias.) γενεαλογίας, quod Ambrosius reddit, originū enumeratiōes. Et, admonitionē melius q̄ correptionē, ut indicat idem. Cæterū hæreticū appellat, non qui dissentiat à quibuslibet conclusionibus magistrorū nostrorū, sed factio sum. licet ei factiosus sit q hæreseos autor est. Deuita.) παραίτου. i. reijce. nō est παραίτησαι, quod mox eodē uerbo expressit. Hic locus est, quē senex quidā theologus, & imprimis seuerus, in concilio produxit. Cum uenisset in quæstionem, num quis esset locus in literis canonicis, qui iuberet hæreticum affici supplicio capitis, Deuita deuita inquit, putans de uitare Latinis esse de uita tollere. Eamus nūc & negemus periculosum esse errare in uer bis. Sic iureconsulti furem suspendunt, quod lex latronem plecti capite iubet, & Gallo rum uulgus furem latronem appellat. Sic medici frequenter errant, magno capitis nostri periculo. Proprio iudicio condemnatus.) αὐτοκατάκριτος, uoce composita, per se condemnatus, qui pertinaciter dissideat ab omnibus. Cyprianus in epistola primi libri tertia, legit, à semetipso dānatus. Cæterū illud subuersus est, græce est ἐξέστραπται, quod & ita potest accipi, excidit à uia, siue deflexit. Et ἁμαρτάνει potest uerti, errat. sed ita errat, ut sit per se condemnatus, etiamsi nemo illum condemnet, ut qui semel atq; iterum admoni tus noluerit resipiscere. Legis peritū.) νομικὸν. Hieronymus legit, legis doctor. Stu diose præmitte.) πρόπεμψον, imò deducito, siue prosequere. q̄d' officiū solemus hospitibus exhibere. Atq; in hūc sensum interpretat̄ diuus Hieronymus. Discant autē & uestri.) Nostri, prima persona legitur tum in Græcis codicibus, tum in Latinis antiquis. Et in uerbis errare peri culosum. Præmitte, ꝓ deducito.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAAM PAVLI AD TITVM, FINIS.

In epistolam

IN EPISTOLAM PAVLI
AD PHILEMONEM, ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.

ILECTO adiutori.) ἀγαπητῷ καὶ συνεργῷ, id est, dilecto & adiutori, siue cooperario. Atq; ita legitur in uetustis codicibus latinorũ, in Hieronymo, Ambrosio, & Chrysostomo. quorum Ambrosius ita circũloquitur, καὶ συνεργῷ, & laborũ nobis participi. Nã dilecto, hic nomẽ est, non participiũ, cuius admonet & Hieronymus in cõmentarijs, quibus hanc explicat epistolã, censens ἀγαπητὸν magis sonare diligibilẽ q̃ dilectum. atq; in re ipsa hoc interesse, quod ἠγαπημένος, id est, dilectus esse possit qui nõ sit ἀγαπητὸς, id est, dignus qui diligatur. uelut cũ inimicos ex præcepto Christi diligimus. sunt quidẽ nobis ἠγαπημένοι, id est, dilecti, at non ἀγαπητοί. Et Appiæ sorori charissimæ.) καὶ ἀπφίᾳ τῇ ἀγαπητῇ, id est, & Apphiæ dilectæ.

ἀγαπητὸς καὶ ἠγαπημένος.

Ecclesia familia.

Quæ in domo tua est ecclesiæ.) καὶ τῇ κατ' οἶκόν σου ἐκκλησίᾳ. De familia sentit opinor. proinde nos uertimus, congregationẽ. Indicat hoc haud obscure Chrysostomus, hunc enarrans locũ. Cæterũ quando hæc epistola scribitur ad plures, incertũ erat quo referret pronomẽ tua, ad Philemonẽ, an ad Archippum, qui proxime præcessit in ordine recẽsionis, nisi mox totũ sermonẽ uerteret ad unũ Philemonẽ. quod ante nos indicauit Hieronym⁹.

Amphibologia.

Semper memoriã tui faciens.) Aduerbiũ ἀεὶ, potest utrolibet referri, uel ad superiorem partẽ, uel ad insequentẽ. Nec ad sensum magnopere refert, an intelligamus semp agentẽ gratias, an semper memorẽ in deprecationibus ad deũ. Admonuit & hoc Hieronymus.

In domino Iesu, & in omnes sanctos.) Mirũ cur casum mutarit, cũ Græcis sit utrobiq; casus accusandi, in dominũ Iesum, & in omnes sanctos. quẽadmodum legit Ambrosius, cumq; hoc Chrysostomus. Euidẽs fiat.) Græci legunt ἐνεργὴς, id est, efficax. Nã ἐναργὴς per alpha, significat euidẽs. Ita legisse uidet interpres. Hieronymus admonet in græco melius haberi ἐνεργὴς, qd' exponit, efficax, siue operatrix, ut accipiamus fidẽ ipsis factis præstitã & cõprobatã. Et in hunc sensum enarrat Chrysostomus. Mirũ autẽ quid secutus

Ambrosius diuersa legit.

Ambrosius, pro euidens & efficax legerit, accepta. Omnis operis boni.) Operis, redundat. nec inuenit uel in Græcis, uel in antiquis codicib⁹ latinorũ. ad hæc nec apud Hieronymũ, nec apud Ambrosiũ, nec apud Chrysostomũ. In Christo Iesu.) Ante hæc uerba reperio in Græcis codicibus, ὃ ἐν ὑμῖν. i. quod est in uobis. idq; legit apud Chrysostomũ, & apud Hieronymũ. Ambrosius legit, quæ est in nobis, ut agnitionẽ referat, non bonũ. Et dilucidius est, erga Christũ Iesum, ut hæc particula referat ad efficax, ut cõmunicatio fidei tuæ sit efficax, erga uel in Christũ Iesum, ad cuius gloriã spectat fidei tuæ communicatio. Siquidẽ in plerisq; Græcorũ codicibus scriptũ cõperio, εἰς χριστὸν ἰησοῦν. Quod si legamus ἐν χριστῷ, uertendũ erat, p Christũ Iesum, ut intelligas agnitionẽ boni, siue bonũ esse in nobis, beneficio Christi, nõ nostro merito.

Agnitio

Gaudiũ em̃ magnũ habui, & consolationẽ.) Græce est χάριν ἔχομεν πολλὴν, ἐπὶ τῇ ἀγάπῃ σου. i. gratiã habemus multã, in dilectione tua. Interpres legit χαρὰν, eaq; lectionẽ secuti uident Hieronymus & Ambrosius, cũq; his Chrysostomus, & germanã ac uerã arbitror, quod in huiusmodi uocũ affinitatibus passim labi cõperiamus notarios. Et tamẽ aliàs annotatũ est à nobis, χάριν accipi p χαρὰν apud Paulũ. Requieuerũt.) ἀναπέπαυται. i. refocillata sunt. Multã fiduciã.) παῤῥησίαν, de quo sæpius admonui. Quod ad rẽ ptinet.) τὸ ἀνῆκον. i. decẽs siue cõueniẽs.

Sentit

Sentit em̃ illius esse officij, quod tamen sic ab eo petit, quasi sit gratuitũ aut præter officiũ.

Cum talis sim ut Paulus.) Græce sic habet, μᾶλλον παρακαλῶ, τοιοῦτος ὢν, ὡς παῦλος πρεσβύτης, id est, magis autem hortor, cum talis sim, ut Paulus senex. Sentit enim se cum id quod æquum erat, suo iure potuisset imperare Philemoni, nempe Paulus & senex, postremo uinctus Iesu Christi, maluisse tamen uti precibus, memorẽ charitatis potius, quàm autoritatis.

Illum ut mea uiscera.) αὐτὸν τοῦτ' ἔστι τὰ μὰ σπλάγχνα, id est, ipsum, hoc est, mea uiscera.

Sine consilio.) χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης, id est, sine tua sententia.

Ad horã.) πρὸς ὥραν. Recte monuit Hieronymus hic horã pro tempore positam, nisi quod hora breuiculum tempus magis indicat. quanquàm quod Græci usurpant horam pro tempore, id propemodum imitatus est Horatius.

Hora, pro tempore.

Qui purgor bilem sub uerni temporis horam.

Vt in æternum.) ἵνα αἰώνιον, id est, æternum, hoc est, ipsum iam non temporarium ministrum, sed perpetuo tecum uicturum. Atq; ita legit Ambrosius, simulq; Hieronymus.

Sed pro seruo.) Græce est ὑπὲρ δοῦλον, id est, supra seruum. Quidam legisse uidentur ὑπὲρ δούλου.

Ego reddam.) ἀποτίσω, id est, dependam siue resoluam. Est enim sermo fideiubentis pro Onesimo, & sese illius uice obstringentis. Diuus Hieronymus ex hoc loco ratiocinatur, Onesimum non sine furto profugisse à domino suo. quod idem testatur Theodoretus in Græcorum scholijs. In ijsdem reperio Philemonem Phrygem fuisse. Apud hos autem ingens erat mancipiorũ prouentus, unde & prouerbium, Phrygem plagis emendari. & tamen produnt hunc Onesimum postea Rhomæ martyrij lauream meruisse.

Philemon Phryx.

Ita frater.) Ita, hic affirmantis aduerbium est, ναὶ. Est autem uox obtestantis fratrem aut filium, quẽ optamus nobis esse uoluptati, quasi nihil sit nobis illius fruitione dulcius. Per eam igitur adiurat Philemonẽ. Hieronymus ναὶ uult esse blandientis, quemadmodum apud Hebræos est, ana. Est autem allusio ad nomen serui, quẽ commendat. nam Onesimus græce utilis est. Ad quod alluſit & superius, cũ diceret, Qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis, hoc est, nunc id, est quod dicitur ὀνήσιμος. Declarat autem hæc epistola, quàmlibet breuis, Paulum hominem fuisse singulari quadam præditum humanitate, qui tanto studio seruum fugitiuum commendauerit, & ei commendauerit, obsecrans & obtestans, cui pro sua autoritate próq; meritis in illum poterat imperare quod rogat. Deinde quid festiuius etiam dici poterat, uel ab ipso Tullio in huiusmodi argumento? nisi quod quidam nomine duntaxat Christiani, animo infensissimi Christo, nihil eruditum putant, nihil elegans, nisi quod idem sit ethnicum. Et uniuersum sermonis florem semel perijsse existimant, si quid de Christo fuerit admixtum, quod illius sapiat doctrinam, cum ea uel prima sit eloquẽtiæ pars, sermonem rebus accommodare. Quo magis etiam admiror, ullos de hac epistola dubitasse, num Pauli esset, cũ pro ratione modoq; argumenti, nihil esse magis Paulinum possit.

Onesimus græce utilis.

Humanitas Pauli.

Do uobis.) χαριοῦμαι ὑμῖν, id est, donabor uobis. Et ita legit Ambrosius.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM PAVLI APOSTOLI AD PHILEMONEM, PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM, FINIS.

In epistolam

IN EPISTOLAM PAVLI

AD HEBRAEOS, ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.



OQVENS.) λαλήσας, id est, locutus, præteriti temporis. Olim locutus in prophetis, proximis temporibus locutus est nobis in filio. Interpres illud fugisse uidetur, ne bis diceret locutus, cum Paulo utrobiq; sit dictio consimilis λαλήσας & ἐλάλησεν. Splendor gloriæ.) ἀπάυγασμα, id est, refulgentia, siue relucentia, quod ex alio resplendet. Et figura.) χαρακτὴρ, quam dicere possis, formā expressam ex alio, siue notam rei cuipiam impressam, uelut in cera. Vox dicta à uerbo χαράπω, quod est insculpo siue notam imprimo. Hieronymus adducēs hunc locum in commentarijs Esaiæ legit, forma. Nihil autē propius exprimit archetypum quàm imago impressa sigillo. Et substantiæ, ὑποστάσεως, non est οὐσία, quam essentiam uertit Quintilianus. ὑπόστασις à subsistendo dicta est, quæ Græcis aliquādo accipit̄ pro psona. Ex hoc uerbo nata est magna digladiatio, quod Ariani exigerēt treis hypostases, & uerbū homousij nō reciperent. Res indigna, meo sanè iudicio, ob quā oriens & occidens exitiabili bello inter se conflictarētur, & orbis cōcordia turpiter scinderetur.

Ob duo uerba totꝰ orbis sectus est.

Portansq; omnia uerbo uirtutis suæ.) φέρων τε τὰ πάντα. Meo quidē iudicio, φέρων hoc loco non significat idem quod portans siue baiulans, sed agens potius, siue mouēs ac moderans. Nam φερόμενα dicuntur Græcis, quæ impetu quodam aguntur. unde & φορὰν impetum uocant. & ἄγειν καὶ φέρειν dicitur, qui suo arbitratu moderatur aliquē. Sentit enim Paulus, aut quisquis fuit autor epistolæ, non solum mundum hunc conditum per filium, quemadmodum modo dixerat, per quem fecit & secula, uerum cōditum regi & administrari. idq; non studio curaq; & industria, sicut administrant homines, sed uerbo, hoc est nutu suæ potentiæ. Nam quod principi uerbum est, quo iubet aliquid fieri, hoc illi est uelle. In hanc sententiam interpretatur & Chrysostomus, annotans emphasin huius participij φέρων. Gubernat enim aliquis cū negocio. Fert, qui sine negocio mouet quo libet. proinde nos uertimus, agat. Thomas licet non senserit emphasim huius uocis, tamen haud multum aberrat à scopo.

Portans, pro moderans.

Purgationem peccatorū faciens.) Græci addunt δι' ἑαυτοῦ, id est, per seipsum purga. pec. fa. Et faciens apud Græcos præteriti temporis est, unde trāsferre poterat, purgatione peccatorū facta, ne sedendo uideatur purgare. Prius enim purgauit morte sua, deinde consedit. Sedet.) Sedit, præteriti temporis est apud Græcos, ἐκάθισεν, quasi dicas, consedit. Ad dextram &c.) Græca aliquanto secus habent, ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης, id est, in dextra throni maiestatis. quanq; hic exemplaria Græcorum uariant. Atq; hic uere maiestas est, non δόξα. Tanto maior angelis factus.) Vel hunc explicent locum, qui contendunt nullo modo Christum fuisse angelis minorem. Quomodo dicetur maior factus, qui nunq; fuerit minor? nisi forte sophistarū more libebit argutari, ex æquali factum maiorem. Differētius.) διαφορώτερον, id est excellentius. quod διαφέρειν duo Græcis significat, differre & præeminere. Hæreditauit.) κεκληρονόμηκεν, id est, hæreditate accepit, siue sortitus est. Ego ero illi in patrē.) Licet aliàs quadrabat, loco patris & loco filij, tamen hic malui, Ego ero illi pater, ille mihi filius,

Christus aliquo modo fuit minor angelis.

filius.ne quis imaginetur adoptionē. Et cū iterū.) ὅταν δὲ πάλιν .i. cum autem iterum.
Et ad angelos quidē suos.) Suos, supereſt. Flāmā ignis.) πυρὸς φλόγα .i. ignis flāmā.
Sedes tua deus.) ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς. Incertum eſt, an hic ſit ſenſus, ò deus ſedes tua eſt in ſeculum ſeculi. an hic, Ipſe deus eſt tibi thronus in ſeculum ſeculi. nam ſermo Græcus anceps eſt. Sed priorem ſequūtur interpretes. Ipſi peribunt tu autē permanebis.) Græcis uerba ſunt præſentis tēporis, pereūt & permanes, ἀπολοῦνται, διαμένεις. Quanq; pereūt ambiguū eſt. Mutabis eos.) ἑλίξεις αὐτούς .i. uolues, ſiue uertes eos. Atq; id uerbi magis quadrat in cœlos, aut etiā in ueſtē. Atq; in eū ſenſum uſus eſt hoc uerbo Petrus. Interpres legiſſe uidet, ἀλλάξεις. Et apud Hebræos eſt תַּחֲלִיפֵם trāſitiuū ſecūdū, à uerbo חָלַף, quod eſt, mutauit, quēadmodū mutat amictus. Vnde & mutatoria dicunt, annotāte Capnione noſtro. Græci conſtanter legunt ἑλίξεις, nō ἀλλάξεις, atq; ita interpretatur Chryſoſtomus & Vulgarius. Proinde quid legendum ſit, eruditis expendendum relinquo.

Duplex lectio.

In miniſterium miſſi.) Miſſi apud Græcos præſentis eſt tēporis, ἀποστελλόμενα, id eſt, qui mittuntur. Et capient, non capiunt, hoc eſt, futuro tempore, non præſenti.

EX CAPITE II.

Pereffluamus.) Valla mauult præterfluamus παραῤῥυῶμεν. Chryſoſtomus interpretatur pereamus, ſumptumq; putat ex prouerbijs Solomonis. Fili mi ne effluas, τέκνον μὴ παραῤῥυῇς. prorſus em̄ & irreparabiliter perit, quod dilabit. prouerb. 3 v. 21.

Quæ cū initiū accepiſſet enarrandi.) Enarrari legitur in uetuſtis exemplaribus, nominatim in Paulino, Græce eſt, λαλεῖσθαι, hoc eſt, quæ primū dicta fuit à domino. De quo loquimur.) Quo, refert orbē terræ, non deum. id quod ex Græcis palam eſt. Quis dicens.) τις .i. quidam. Minuiſti eum paulominus ab angelis.) Admonet hoc loco Iacobus Faber Stapulenſis, apud Hebræos haberi, minuiſti eum paulominus à deo. Atq; ita prorſus indicauit Hieronymus pſalmo octauo, pro angelis qui illis uocantur מְלָאכִים Malachim, haberi אֱלֹהִים Eloim. Thomas refert hunc locum ad humanitatem Chriſti, qui minor angelis factus ſit, non iuxta animam, ſed iuxta corpus aſſumptum, per quod mortalis & doloribus obnoxius erat, cum angeli nullis malis attingi poſſint. Cuius equidem ſententiā non reijcio, niſi quod prudenter accipiendum eſt, quod dixit Chriſtum ſecundum animam humanam non fuiſſe inferiorem angelis. Nam ſi nullus doloris ſenſus ad ullam animæ partē pertinebat, non potuit eſſe acerbiſſimus in Chriſto dolor, quē ipſe tamen Thomas uult proximum fuiſſe cruciatibus damnatorum apud inferos. At Faber hoc loco diſſentiens à Thoma, multis argumentis contendit, à deo legēdum eſſe, non ab angelis, quæ recenſere longius ſit, nec admodum neceſſarium, cum liber extet formulis ſemel, atq; iterum excuſus. Verum ſiue legas à deo, ſiue ab angelis, uidetur idem manere ſcrupus. Etenim ſi de aſſumpto intelligas homine, quemadmodum neceſſe eſt, non paululum fuit imminutus à deo, imò infra abiectiſſimos etiam homines, quemadmodum ipſe de ſe teſtatur in pſalmis, Ego autem ſum uermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Nulla enim proportio naturæ humanæ ad diuinitatem. Ne ab angelis quidem paululum fuit diminutus, qui uſq; ad famem ac ſitim, uſque ad flagra, ad crucem, uſq; ad mortem deniq; deſcenderit. Proinde mihi uidetur illud, paulominus, quod Græce eſt βραχύτι, non ad dignitatis imminutæ modum eſſe referendum, ſed ad temporis modum, quo uerſatus eſt Chriſtus in terris, quaſi dicas, ad breue tempus diminutus eſt ab angelis. quēadmodum interpretatur Chryſoſtomus & Vulgarius. Neq; uero refellit huius partis ſenſum, id quod ſequitur, Gloria & honore coronaſti eum, omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues & boues &c. Siquidem prius illud pertinet ad Ieſu uitā actam in terris & paſſionem, hoc poſterius ad glorificationem, ad quam ut homo ſubuectus eſt. Neq; uero prorſus hoc fefellit Aquinatem, qui indicat paulominus, bifariam accipi poſſe, uel ut pertineat ad quantitatem, ſic enim loquitur, uel ut pertineat ad durationē. Stapulenſis in ius trahit interpretem epiſtolæ, qui quidē quis nam fuerit, incertum eſt. Vt parum probabile ſit ipſam epiſtolam à Paulo fuiſſe conſcriptam. ſanè ſunt qui Lucam putent interpretem fuiſſe. Quam opinionem ſi recipimus, is interpres in ius uocari non poteſt, præſertim cū apud Hebræos hæc uox אֱלֹהִים eloim πολύσημον habeatur, quippe quæ utrouis numero, ſingulari aut plurali, deum, aut deos declaret, nonnunq; angelos aut homines

Fabet.

Thomas.

A deo, nō ab angelis.

Græcꝰ interpres huius epiſtolæ incertus.

Eloim Hebræis multa ſignificat.

homines etiam admiratione dignos. Interdum principes aut iudices. ut illic, Principi populi tui non maledices. Et Exodi capite uicesimo primo, Offerat eum dominus dijs, & applicabitur ad hostium. Quo loco Hebræi dijs, interpretantur iudicibus. Et Chaldaica interpretatio sic extulit, Adducat eum magister suus ad iudicem. quemadmodum annotauit & Capnion noster in Rudimētis Hebraicis. Verum hæc ad præsens institutum proprie non attinēt, nisi quatenus exigit lectionis ratio. Proinde paucis indicasse sat esse duximus. Alioqui erant in hac epistola diligentius excutienda permulta, quæ non nisi uerbosa disputatione possint explicari. Vnum illud addam, Hieronymum uideri non admodum probasse, quod hæc proprie tribuantur Christo, cum hunc enarrans psalmum ait. Hūc locū Apostolus in epistola ad Hebræos super Christo interpretatur. Et de autore eius adeo fuit dubitatum, ut sero recepta sit à Rhomana ecclesia . quandoquidē in hanc unā omnium nihil commentatus est Ambrosius. Et Hieronymus ait à nonnullis non fuisse receptā, ob id quod in ea nonnulla citarentur, quæ apud Hebræos non inueniantur. Ex hoc loco Faber Stapulensis, uir cum primis probus ac doctus, ansam arripuit conflictādi mecum, siue id fecit instinctu alieno, siue quo meū animum exploraret, siue affectu quodā humano, ut nullus adhuc hominū extitit, qui oībus horis sapuerit. Sed quoniā illius insectatio cōmentarijs intermixta passim legit, neq; cōmodū est uisū nostrā apologiā, qua illi copiosius respondeo, in hunc insulcire locū, capita rerum duntaxat annotabo lectori.

Capnion.

Faber ab Erasmo dissentiens.

Primum, quod facit me reijcientem suam sententiam, ac Hieronymianam interpretationem, res ipsa declarat lōge secus esse, cum utranq; recenseam, nec hanc, nec illam reijciens, sed tantū indicans scrupulum, qui uideatur in utraq; lectione obstrepere, eumq; conor amoliri, per hoc & Fabri parteis adiuuans, nam is scrupulus grauius obstabat, si legamus eum paulum diminutum à deo cū ab angelis.

Deinde quod hanc disputationem mecum susceptam, uocat propheticæ intelligentiæ defensionem. ad me certe non pertinet, cum ego propheticam intelligentiam pro uirili adiuuem, nō impugnem. Nec hic sine contumelia me facit intelligentiæ propheticæ aduersarium, etiamsi constaret prophetam hoc sensisse quod ille uult, cum nec Fabro aduersor, & Hieronymianam annotationem nominatim etiam adducam.

Deinde quod dixeram illum hac in parte à Thoma dissentire, id ita defendit, quasi criminis uice intētarim, cū nihil tale sit in scriptis meis. Solus Hieronymus admonuit de Eloim, cæteri oēs tum Græci, tum Latini legunt ab angelis, cum his consentit Thomas: nisi quod addit distinctionem de corpore & anima Christi. Id quoniam habebat peculiare, nominatim illius feci mētionem. Quid enim magni erat si dixissem Fabrum hic dissentire a Thoma, ubi dissentit ab oībus orthodoxis, imò ab ipso Paulo, quem putat huius autorem epistolæ, & a publica ecclesiæ lectione, tot seculis recepta comprobatāq;

Quarto loco sic mecum argumentatur, quasi iam constaret, ac definitum esset, legendū a deo, nō ab angelis, cum id uersetur in quæstiōe, imò maxime uertatur in dubium, quod ille ueluti certum & confessum assumit, an legendū sit a deo, quod semel duntaxat annotauit Hieronymus, & unus & paucis uerbis, nec improbans tamen receptam lectionem, & alijs locis adducens hunc psalmum iuxta id quod nos uulgo legimus.

Quinto loco, uelut impie dictū, reijcit ac refutat, quod obiter scripserim id quod in psalmo legitur, Minuisti eum paulominus ab angelis, de homine assumpto intelligendū, perinde quasi his uerbis distraxerim Christi hypostasim, aut quasi Christi uocabulū, pro una duntaxat natura usurparim, cum nihil tale sermo meus habeat. qui neque a latinæ linguæ consuetudine, nec a ueterum scriptis, nec a sacris literis abhorret, nisi palam calumniari uelis. Quod diminutus dicitur Christus, utiq; pertinet ad naturam humanam assumptam, iuxta quā diminutus est . Et tamen ostēdo ex superuacuo nō absurde aliquid posse enunciari de altera naturarum quæ sunt in Christo. Sed hæc copiosius differuntur in Apologia. nam paucis annotari non possunt.

Sexto , quod ille uelut absurdum execratur , Christi uocabulum pro una accipi natura, demonstro recte accipi iuxta uulgatam scholarum opinionem, nempe pro diuina unita humanæ, etiamsi negem id a me factum, idq; doceo clarissimis argumentis.

Septimo , quod ille toties insulcit , homo assumptus fuit imminutus a deo , constat

Fabri

Fabri ſermonem eſſe non meum.

Octauo, quod diximus Chriſtum, non ſolum infra angelos deſcendiſſe, ſed infra abiectiſſimos etiam homines, Faber atrociter eum ſermonem refutat, tanquam impium & Chriſto deóq; indigniſſimum, tanq; ſpiritui aduerſantem, & literæ quæ occidit adhærentem, tanq; prophetæ repugnantem, cum ego multis modis demonſtrem, hunc ſermonem cum primis eſſe pium, concinentem oraculis prophetarum, congruentem cum interpretatione orthodoxorum, cum primis conſentientem cum uerbis Pauli. præſertim ſi modum deiectionis, æſtimemus non iuxta naturam hominis aſſumptam duntaxat, uerũ etiam iuxta naturæ corruptæ iniurias pleraſq;. Potiſſimum autem iuxta ſpeciem hominis nocẽtis, quam noſtra cauſa geſſit ad tempus, iuxta quam crucifixus eſt inter duos facinoroſos, uelut & ipſe damnatus ob ſcelera ſua. Nam iuxta hunc ſenſum potiſſimum placet Ambroſio, intelligi quod ad Philippenſes ſcribit Paulus, Exinaniuit ſemetipſum &c.

Nono, quod inibi ratiocinatur Faber, Si propter naturã humanã aſſumptam, paulũ eſt imminutus à deo, cũ deus eſſe perſeuerarit, nõ conſiſtit, abiectũ fuiſſe infra abiectiſſimos homines. palam eſt omnibus nõ agere Fabrũ dialectice, dũ aſſumit aduerſũ me, ἐφαχύλα hic referri ad modũ dignitatis, ut opponat multũ, cũ ego doceã referri ad tẽpus, ut opponatur diu. neq; pugnant plurimum eſſe diminutum, & pauliſper eſſe diminutum.

Decimo, quod in calce huius particulæ adijcit, me intendere hunc eſſe ſenſum Prophetæ, Chriſtum non paulum fuiſſe imminutum ab angelis, ac tanto minus à deo, & ex his conſequi, multo magis a deo diminutum, ſi multum fuit diminutus ab angelis. atq; ita deniq; prophetæ ſenſum utroq; modo ſubrui, ſiue legamus a deo, ſiue legamus ab angelis. ſatis, opinor, ex ſuperioribus liquet, hoc illi non ſine cauſa, uerumetiam ſine mente in me dictum eſſe. Eiuſdem farinæ eſt illa clauſula, quare hic ſermo ſeipſum elidit, & falſum eſſe, omni ex parte manifeſtat. Nulla enim pugna in meo ſermone, ſed in ijs quæ Faber ex ſeſe comminiſcitur, tota hæc pugna eſt.

Porrò quod undecimo loco ſubijcit, non conſiſtere ſermonem, quo ſcribo Chriſtum ne ab angelis quidem paululum fuiſſe diminutum, qui ad mortem uſq; crucis deſcenderit. nemo non uidet ita dictum, ut aut ipſe non perpenderit quid diceret, aut amicum uoluerit irridere. Si non ab angelis, inquit, paulum quidem fuit diminutus, quomodo approbatur in Propheta legendum eſſe, Minuiſti eũ paulominus ab angelis? Pugnant ne paulominus, & non paulominus, paululum & non paululũ? Nõ animaduertit Faber hanc enũciationẽ ne ab angelis quidẽ paululum fuit diminutus, affirmatiuã eſſe, non negatiuã, quæ ſignificat diminutum, ſed nõ paulum, imò multum. ſecus eſſet ſi dixiſſem, ne paululũ quidem fuit diminutus. Liquet igitur nihil hic eſſe quod ſecum pugnet.

Duodecimo loco, quæ nos adduximus è pſalmis, Ego ſum uermis & non homo, imiliáq;, Chriſti teſtãtia humilitatẽ, negat uere in Chriſtũ competere, ſed tãtum iuxta æſtimationẽ impiorum. Atqui cum interprete Auguſtino, imò ueteribus omnibus, hæc Chriſto tribuantur, ob humanam naturã aſſumptam, & naturæ noſtræ iniurias, poſtremo ob afflictiones quas ut homo nocens perpeſſus eſt, ne hæc quidem in illum uere competent. Imò quia Chriſti humiliatio, nobis humilitatis exemplum præſcribit, opinor magis cõuenire, ut hoc exemplum, ut ſummũ, ita ueriſſimum eſſe credamus. Quod ſi appellatio uermis, & in membra Chriſti competit, non ſtatim conſequitur in ipſum non competere.

Decimotertio, quod adducit Mariam matrem Ieſu, dilectum diſcipulum, Magdalenam, ac reliquas, multa compaſſione fleuiſſe Chriſtum, magis pro me facit. Etenim ſi nihil in illo erat non magnificum ac felix, quid ſuper illo flebant?

Decimoquarto, quod rogat qui conueniat, eũ dici uermem, qui ſit primogenitus omnis creaturæ, & ſuperior eſt omnibus creaturis. uiciſſim eũ rogabo, qui cõuenerit olim Chriſtũ dici deum & hominẽ, mortalem & immortalẽ, filium hominis & filium dei, mortuum & uiuum. Quis enim non uidet diuerſiſſima in eundẽ competere, ob naturarum diuerſitatem, quas eadem hypoſtaſis complectitur.

Decimoquinto, qd dicit Ieſũ ita fuiſſe hominẽ, ut omniũ maxime uere fuerit homo. nihil ad me pertinet. mihi ſatis eſt qd ipſe ſeſe uocat nõ hominẽ. Neq; em quiſq; ita inſanit, ut accipiat illum nõ fuiſſe uere hominẽ. ſed quẽadmodũ quæ contemptiſſima ſunt, dicũ-

tur nõ esse,ita deiectissimos homines,nõ homines dicimus.Porrò an Christus magis fuerit homo & cæteri, dialecticis disputãdum relinquo.Ego ut summum hominẽ fuisse profiteor,ita non ausim affirmare maxime omnium fuisse hominem.

Decimosexto,quod Christus,ut ait in euangelio,non asscribit sibi nomen uermis, sed ea potius quæ sunt dignitatis,Primũ mihi satis est, quod se in Propheta uermem dixerit. Neq; uero quæ in sacris literis testantur Christi dignitatem,derogant illius assumptæ humilitati, ut neque retrorsum , quæ declarant humilitatem, derogant celsitudini.

Decimoseptimo, negat Christum uermem dici posse, quod terrenus non sit, sed iuxta Paulum cœlestis.imò & cœlestis erat & terrenus. iuxta illud dicitur filius dei, iuxta hoc filius hominis,siue Adæ.Porrò quod addit de proportione identitatis,aut æqualitatis,an ulla talis sit,ipse uiderit.sed si hanc solum ponit in Christo, non erit ullo pacto imminutus à deo,quod tamen fatetur Faber.Quod si iuxta assumptam naturã dicitur inferior deo patre, proferat ille si quam nouit proportionem inter creatorem & rem creatam.

Decimo octauo, quod ratiocinatur & seraphim ad deitatem collatos uermes dici posse,nihil ad me pertinet.neq; uero sic argumentor , Inter hominem & deum nulla est proportio,igitur homo uermis est.uerum ita colligo, Christus se uermem dicit & non hominem,opprobrium & reiectamentum plebis, igitur non fuit paululum ab angelis diminutus,sed plurimum,etiam infra uulgus hominum.

Decimonono quæstionem mouet , an ob iniurias susceptas Christus fuerit in se diminutus.Exponat quid dicat in se,& nihil fuerit negocij illi respõdere.Neq; ratio uetat Christum quo plura passus est,hoc merito fuisse maiorem, & tamẽ interim uere humiliatum, Vt dissimulem hic quod me facit aduersariũ suum,qui pro ipso faciam,quod meũ sermonem coniungit cum opinione Iudæorum,qua Christus multum fuit diminutus.quod periculum denunciat,si meis dictis pertinaciter hærerem . Ego uero mea facile recantabo, si prior recantet Paulus quod scripsit,Exinaniuit semetipsum.

Vigesimo loco,negat mortem Christi dicendam humiliationem, sed magis exaltationem,cum ipse dicat , Cum exaltatus fuero à terra omnia traham ad me . Eadem ratione latrones poterãt dici exaltati.Imò Paulus ipse,Christi passionem,diminutionem interpretatur in hac ipsa epistola, Exaltationẽ, resurrectionis & immortalitatis gloriã.Atq; hoc loco uidetur sibi parũ constare Faber . Cum emꝫ omnibus machinis hoc agat Faber,ne Christus dicatur uere humiliatus fuisse,sic concludit,passionem illius non uocandam humiliationem in malam notam.Fatetur igitur esse humiliationem in bonã notam.Atqui in optimam notam nos illi tribuimus.Quis enim aliter tribuat Christo,nisi prorsus impius?

Vigesimo primo , Ait Christum cum ista pateretur nihilo secius fuisse regem angelorum,uelut absurdum sit dicere illum humiliatum infra angelos,qui rex sit angelorum.Atqui ea ratione non fuit inferior deo, cum fuerit deus. Et tamen hoc certe dat Faber.

Vigesimo secundo,sic ait, Verum hæc omnia pro nobis miseris iuxta oracula pati debebat,& uideri admirandus supra omnes, & uideri abiectus & humiliatus . nimirum innuens non humiliari, qui immeritus affligitur. imò hoc magis se deiecit, quo magis innoxius pro indignis ea pati uoluit.Et, ni fallor , sicut uere uisus est admirandus , ita uere uisus est abiectus & humiliatus.non simpliciter,sed quod mihi satis est aliquo modo.

Vigesimo tertio,quod proponit de martyribus,pro me facit. Humiliantur illi,cum cer uicem præbent lictori,exaltantur glorioſæ mortis,tum memoria tum præmio.

Vigesimo quarto,negat βραχύτι ad temporis modum posse referri,quo Christus uersatus est in terris , cum eum mox iubeantur adorare omnes angeli.Mirum uero si iubentur adorare qui deus est . nec tamen ideo consequitur non aliqua parte fuisse inferiorem, qui fuerit mortalis,cum illi sint immortales.

Vigesimo quinto,fortiter negat apud Hebræos Meat,sonare spatium temporis , sed quantitatis,siue magnitudinis.& locis aliquot productis,putat se rem factam habere,quasi uero consequatur, ut si Meat alicubi sit usurpatum apud Hebræos,ut non declaret breuitatem temporis,non possit usq; ad temporis significationem accommodari . Certe psalmo tricesimo sexto,Adhuc pusillum & non erit peccator,Hebræis est Meat.Item psalmo centesimo octauo , Fiant dies eius pauci , rursus est Meatim . Rursum psalmo secundo,

Cum

Cum exarserit in breui ira eius, est Bimeat. Nec dubito quin centum loca produci queant, si quis hoc agat. Vide quid est rem dubiam, ut exploratam asseuerare.

Vigesimosexto, quis nō uidet præceptionē nihil ad rem pertinere, qua docet hæc uocabula multū ac parū, similiáq;, quoties iungūtur uocabulis auctionē diminutionemue designātibus, nequaq; solere significare tēpus, sed paulominus adiūgitur uerbo minuisti. Nō em̄ hic agit̄, recte ne uerterit latinus interpres, sed quid Græca uox βραχύτι declaret. Quis em̄ latinus unq; dixit paulominus pro paululū: quod magis sonat propemodū. Quod si βραχύτι Græcis ad tempus pertinet, non uertendū erat paulominus aut paululū, sed paulisper. neq; quicq; uetat ita loqui, paulisper auxisti rem meam, paulisper deiectus fuisti.

Vigesimo septimo, conatur & Græcorū autoritate probare, βραχύτι nō posse ad tempus referri, quod Eustathius Homeri interpres, de talentis loquens, βραχύτι dixerit, non tempus indicans, sed magnitudinē aut æstimationem. Primum plus tribuendum arbitror Athanasio, Chrysostomo, Origeni, uiris usq; ad eloquentiæ miraculum Græce peritis, q̄ Eustathio alienorum commētariorum rhapsodo. Ad hæc qui cōsequitur, Eustathius βραχύτι accommodauit ad magnitudinem, igitur non potest ad temporis modum pertinere: ut quoniam breuem fustem dicimus, non liceat dicere breue tempus.

Vigesimo octauo, quod docet si quis tempus uolet significare, dicendum esse ἐπόλιγον, aut μικρὸν, quod posterius est apud Ioannē. hæc non significāt tempus, nisi quia subauditur χρόνον, asinum significatura, si subaudiatur ὄνον, quemadmodum usu uenit & in βραχεῖ, cum dicimus ἐν βραχεῖ, id est, breui, nimirum tempore.

Vigesimo nono, docet si interpretes Septuaginta tēpus intelligi uoluissent, dicturos fuisse, ἠλάττωσας αὐτὸν ταχὺ παρ' ἄγγελους, idq; ita latine uertēdū fuisse, Minuisti eū cito ab angelis. Verū quis ita loquit̄, cito uixit, pro nō diu uixit. licet cito mortuus est apte dicat̄, qui non diu uixerit. Christus cito exaltatus fuit, quia non diu fuit humiliatus.

Tricesimo, Vulgarium & Athanasium duos facit, cum commentarij in epistolas Pauli, qui circumferuntur uersi à quodam priore S. Balbinæ, Vulgarij sint, non Athanasij. quod protinus deprehendet qui Græca contulerit.

Tricesimoprimo, cum Faber asseueret hanc lectionem esse impiam atq; adeo hæreticā, si quis contendat tueri, paulisper imminutus ab angelis, tamen Chrysostomum ac cæteros orthodoxos omnes, nō aliter excusat, quam quod decepti per Septuaginta, qui uerterint ab angelis, putarint sic esse apud Hebræos, ac difficultate loci constricti, huc confugerint, ut βραχύτι ad temporis modum detorquerent, sed falsò. Mallem illum de tantis ecclesiæ columnis paulo ciuilius fuisse locutum, præsertim cum nemo sit omnium qui non cū illis sentiat. ipse deniq; Hieronymus, sicut ante docuimus, idq; in opere non suspecto, cum commentarij quos habemus in psalmos, aut non sint Hieronymi, aut certe multis locis contaminati sint alienis emblematis, ut omittam, quod tot seculis magno consensu, sic legit, sic cantat, sic docet ecclesia, quæ ut labi possit alicubi, certe sensum hæreticum non amplecteretur tot ætatibus.

Tricesimo secundo, quæ adducit ex euangelio de dignitate Christi, contra me non faciunt, qui sic illi tribuo pro tempore assumptam humilitatem, ut dignitati non derogem. Vno, inquit, patre minor dicitur, uerum sed eidem patri fuit equalis. ita secūdum aliquid inferior fuit angelis, non simpliciter inferior.

Tricesimo tertio, multis uerbis docere nititur hominem unitum diuinitati, hoc ipso, sic exaltatum fuisse super omnia, ut paulum esset imminutus à deo. Atqui quod Faber hic uocat exaltationem, Paulus uocat exinanitionem. & addit, formam serui accipiens, quod ipse quoq; Faber superius interpretatur, humanam naturam. Certe Faber inæqualitatem ponit in Christo, secundum quiddam. quæ si sumitur iuxta comparationem diuinæ naturæ & humanæ, quomodo secundum hæc dici potest paulum diminutus?

Tricesimo quarto, expatiatur in campum late patentem, multa colligens de excellentia Christi, quibus adeo nihil detraho, ut ad illius dignitatem mihi ieiune, parcéq; dicta uideantur. Sed ut ante demonstratum est, hæc non officiunt ijs quæ de eiusdem humilitate sunt dicta, iuxta naturam assumptam.

Tricesimo quinto, quando Faber usq; adeo mordicus tenet, Christum non nisi paululū

fuisse imminutũ à deo,uel illud expediat,quo sensu Paulus dicat eundẽ exinanisse se? An exinanire,significat paululũ quiddã diminui,quod nobis penè sonat in nihilum redigere? Perinde quasi dicas,exanimauit hominem,& interpreteris,id est,leuiter commouit.

Tricesimosexto,nõ satis amice patrocinatur Aquinati,qui Græce,Hebraicéq; ignarus,se cutus sit aliorũ errorẽ. Atqui si Christus nullo modo fuit angelis inferior, manifesta blasphemia est illũ angelis facere inferiorẽ. Id certe uel citra linguarum peritiam sentire potest Thomas, uir non omnino stupidus.

Tricesimo septimo,quoniã Faber omnẽ culpã reijcit in interpretẽ,sic argumentabar,Si Lucas est interpres huius epistolæ,hũc nõ oportet reũ agere. Id,inquit,nõ recipimus,cum omnes sentiãt incerto autore trãslatã. Imò quisquis est cuius extat argumẽtũ in hãc epistolã, testatur Lucã plusq; interpretẽ huius epistolæ fuisse,qui memor sensus & ordinis post obitũ Pauli,ex sua memoria græce illã descripserit. Nõ asseuerat,inquis, sed testat ita multos sensisse. Q d' si prorsus incert⁹ est interpres,ut fateris,quomodo tu certo negas esse Lucã?

Tricesimo octauo,iam adijcit in fine. Cæterum nõ oportet autoritatem scribentis qui cũq; is fuerit, sed ueritatem facere uictoriam. Id si uerum est,quomodo Faber unã unius Hieronymi annotationem secutus,de re tanta tam constanter pronunciat? Deinde quid si Lucas sit autor, nam id assumpsi, non erit huic aliquid deferendum?

Tricesimonono,fatetur Eloim Hebræis polysemũ esse,& respõdere duabus uocibus latinis,deus & dij. Verũ est quod fatet & negari nõ potest. cæterũ hoc adijciẽdũ erat,q d' constat,Eloim non solum sonare deos,uerumetiam primates, iudices, deniq; & angelos.

Quadragesimo,hoc ait interesse,q d' Eloim quoties absq; pluralitatis nota ponitur,deũ sonat, atq; ita semp trãstulerũt Septuaginta. Rursũ quoties deos sonat,additur col,pluralitatis nota. Id nihil opus est aliunde petitis argumentis refellere,cũ ipse sermo ἑαυτόμονος seipsum refellat. In hoc psalmo non additur col,& tamen non uerterunt deum. Rursum Exodi uigesimo secundo, Dijs non detrahes, nõ apponitur col,& tamen uerterunt deos.

Quadragesimo primo, flagellat interpretem huius epistolæ, qui in psalmo non uerterit Eloim à deo, cum idẽ fecerint Septuaginta,quibus magis cõueniebat hoc imputari.

Quadragesimo secundo,Adrianus Matthæus,homo mea sententia nõ uulgariter exercitatus in suis literis,ait hoc interesse inter Eloim & Malachim,quod angeli quoq; quoties de dignitate agitur,quod assistũt deo,Eloim uocantur: ubi de functione,hoc est cum aliquo mittuntur,Malachim uocantur. At hic dignitatis fit collatio.

Quadragesimotertio,eleuat paraphrasin Chaldæorũ,quæ iuxta Septuaginta translationẽ,pro Eloim,habet Malachim.i.angelos. Cui ego in hac sanè parte puto nõnihil tribuendũ,præsertim cum consentiat cum autoritate Septuaginta, quã ferè sequũtur & apostoli.

Quadragesimoquarto,ut censor seuerus obiurgat me,& amẽtiæ accusat qui scripserim quod Hieronymus nõ uideatur admodũ probasse, hunc psalmũ proprie tribui Christo, sic detorquens,quasi proprie dixerim uere,cũ latine,ut opinor,dixerim proprie tribui,q d' ita tribuitur,ut in aliũ neminẽ competat. Permulta sunt in psalmis, quæ nobis cũ Christo sunt cõmunia. Nihil igitur in his meis uerbis,quod tam acriter debuit incessi.

Quadragesimo quinto,procul reijcit meã coniecturã, quod collegerim ideo uideri nõ admodũ probari,Hieronymo hæc proprie tribui Christo,quod scripserit,Hũc locũ apostolus in epistola ad Hebræos, sup Christo interpretatur. Fateor grauẽ autorẽ Paulũ,sed primũ incertũ an is huius epistolæ sit autor. Deinde fatetur Hieronymus hũc scripturas aliquando ad uictoriã detorquere. Postremo nõ uideo quõ possit totus hic psalmus Christo accõmodari. Solemus autẽ in autorem reijcere, siquãdo ipsi fidẽ dictorũ præstare nolumus. Verũ id quoniã paucis annotari nõ potest,ex Apologia qui uolet reliqua petat, neq; hic quicq; affirmo,tãtũ aio uideri. Quadragesimosexto,quod Christus in euãgelio citat uersiculũ ex hoc psalmo, Ex ore infantiũ & lactẽtiũ perfeciſti laudẽ,nõ arguit necessario psalmũ hũc proprie in Christũ cõpetere,imò sentẽtia potest esse generalis quã adducit.

Quadragesimoseptimo,stultitiã impingit, qui scripserim usq; adeo dubitatũ de autore huius epistolæ,ut sero recepta sit à Rhomanis,cũ hoc ad rem propositã nihil attineat. certe hactenus pertinebat, ut si Pauli non est,minus nos eius urgeat autoritas.

Quadragesimo octauo,negat constare quod hãc Rhomani sero receperint. Neq; mihi

constaret

constaret,nisi Hieronymus hoc litéris prodidisset,testans sua ætate Apocalypsim nõ fuisse receptam à Græcis,Epistolã ad Hebræos à Latinis.Nã hãc Græci libentius receperunt in odium Arianorum. Comperiet hoc nõ esse meum somnium,qui legerit epistolam ad Dardanũ, de terra repromissionis,ubi fatetur a Latinis non fuisse receptam, cum maxime uellet esse receptam,legat eiusdẽ commentarios in Esaiæ caput sextum.rursum eiusdẽ in caput octauum clarius etiam.rursus in Matthæi caput 26. Quadragesimo nono, arguit eam fuisse receptam à Rhomanis iã olim, quod hæc translatio præcesserit tẽpora Hieronymi. Vt hoc donemus esse uerũ, tñ hinc nihil aliud cõfici potest, q̃ hãc epistolã translatã fuisse ante tẽpora Hieronymi. neq; em̃ statim qd' translatũ est,receptũ est.

50. existimat euidentissimũ esse argumentũ,epistolã hanc fuisse receptã a Rhomanis, quòd Hieronymus utatur eius testimonio aduersus Iouinianũ.Si ideo fuit recepta,quod huius utiq; testimonio,receptus fuit & Pythagoras,cuius aduersus eundẽ utiq; testimonio.

Quinquagesimo primo,suauiter irridet argumẽtationẽ meã,ut minime dialecticã,Sero fuit recepta,quia in hãc nihil cõmentatus est Ambrosius,quasi cõsequatur pari ratione,in quencũq; librũ nõ scripsit commẽtarios Ambrosius, eũ sero fuisse receptum a Rhomana ecclesia. Ac uere prædicat,hoc enthymema nõ unis dignũ Anticyris,si quis ad eũ colligat modũ. At ego in re cõiecturali synathroesmo sũ usus. Primũ qd' sero recepta sit,teste Hieronymo.deinde quod quædã in ea citentur ex Hebræorũ uoluminibus, quæ illic non reperiant. Addo in cumulũ cõiecturarũ, quod Ambrosius, cũ in cæteras oms scripserit,in hanc unã nõ scripserit.Erãt & aliæ coniecturæ, quas hic uelut aliud agens,non putaui recensendas.Nec est necesse,ut ex singulis coniecturis nascatur certa conclusio, satis est si ex multis congestis argumentis,confletur probabilis suspicio.

Quinquagesimo secundo, existimat argumẽtum irrefutabile hãc epistolam fuisse receptam, quod Ambrosius ac Hieronymus in libellis suis utantur illius testimonio. Id argumẽto est sic fuisse receptã,ut iam tũ a multis legeretur, ueluti Pauli,non autem fuisse receptam autoritate publica, uelut partem scripturæ canonicæ, de qua non liceret dubitare.

Quinquagesimo tertio,iam ad argumentũ quod adducit ex Dionysio, qui in libris de diuinis nominibus adducat huius epistolæ testimonium. respondeo,quoniã incertus est ille Dyonisius,fieri posse, ut aliquanto posterior fuerit Ambrosio. Quinquagesimo quarto,fortiter asseuerat nullos unq; de hac epistola dubitasse,præter Ebionitas,Marcionitas,& horũ similes hæreticos. Quod si doceo Hieronymũ & Augustinũ de hac epistola dubitasse,sicut mox & in calce huius epistolæ docebimus, ex regula Fabri cõsequetur eos esse hæreticos, qui nobis certe sunt orthodoxi. nec dubito quin & ipsi Fabro.

Quinquagesimo quinto, ait Hieronymũ cũ ait illic quædã citari,quæ nõ compareant apud Hebræos,hæreticorũ recitare calumnias, nõ suam sententiã. Quid senserit Hieronymus de hac epistola,mihi non satis liquet.nam is uafer est,& in hac fuit opinione, ut non protinus euulgandum sit, quod apud te senseris. quando Christus turbis per parabolas locutus est,solis discipulis aperiens regni mysterium. Quod si apud Hebræos ea reperiuntur, cur Hieronymus non indicat?

Quinquagesimosexto,in calce cõcludit de hac nõ esse dubitandũ,qñdoquidẽ sacrosanctæ synodi, & canones eã approbarunt. De synodorũ approbatione, mihi non constat. Nũc certe cõstat receptã. quo animo recepta sit,mihi nondũ cõstat,an ut Pauli, an ut cui debeat par autoritas eũ cæteris. Quibuscũq; legib⁹ recepta est, eã accipio.tantũ illud dicã, Apocalypsis si nõ fuisset in canonẽ recepta, nihilominus cõsistere potuisse fidem Christianã.Porrò si sacrosancta synodus approbauit epistolã ad Hebræos, cur audet Faber in ea locũ taxare uelut impiũ & Christo indignũ? nisi forte synodo fuit exemplar emendatũ,& mox ab approbatione, repente totius orbis, Græci pariter ac latini codices,omnes deprauati sunt,adeo ut a nemine sciri potuerit,quid ea synodus legisset. Quinquagesimoseptimo, quicqd est incõmodi, aut offendiculi,id in interpretẽ reijcit,sed meo iudicio parũ pudenter, in tanto Græcorũ ac latinorũ codicũ cõsensu, præsertim cũ nemo ueterũ hoc lẽmate sit usus, tũ incertũ sit,an Lucas sit interpres. Verũ hac de re nihil cõtendo.tantũ tribus uerbis admoneo lectorem,quo illi cogitandi,quærendiq; materiam suppeditẽ, quod quidẽ maxime cõueniebat huic argumẽto, quo profitemur annotationes nõ definitiões.

Summa rerũ capita, paucis annotauimus fastidioso lectori. Qui uolet rem plenius cognoscere, legat apologiam nostrã, qua Fabro respondemus. Imperitiæ crimen facile agnoscam, impietatis in Christũ, nec debeo, nec possum agnoscere, cui soli fateor omnẽ deberi gloriam, longe maiorẽ, quàm omnis humana prædicatio queat illi tribuere. Nec est cõtumelia quod illi tribuimus humilitatem, cuius crucem, cuius flagra reuerenter adoramus etiam, cuius ignominia, nostra est gloria. Atq; utinam Faber dum suam tuetur sententiã, non impetisset simplicem ac syncerum amicum tot dictis odiosissimis, quod illo uiro dignum erat, etiamsi quid illi fuissem aduersatus. Et tamen quod ad contumeliam attinet, facile uel negligo, uel amicitiæ condono, uel homini deniq; ignosco. præsertim cum quicquid hic criminis aut erroris impingit, sit mihi cum probatissimis ecclesiæ doctoribus, imò cum publico totius ecclesiæ iudicio commune. Cæterum non opinor tantum esse tribuendum amico, ut in illius gratiam haberi uelis blasphemus & impius in Christum, ubi non sis. Et hanc tamen calumniam sic a me depuli, ut quoad licuit, non læserim amici famam. ut nemini dubium esse possit, quin necessitatis fuerit, quod me defendi, Christiani pudoris, quod a talione abstinui.

Eũ uero qui modico q̃ angeli.) τὸν δὲ βραχύτι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον, id est, eũ uero qui paulum quiddã præ angelis diminutus est. Gratia dei.) Hic ablatiui casus est χάριτι θεοῦ. i. per gratiam dei, hoc est, beneficio diuino. Pro oms̃ibus.) ὑπὲρ παντός. i. pro uniuerso, siue pro oms̃i aut quouis. Decebat em̃ eum.) Hoc ad patrem est referendum, non ad filium. Laborat enim in hoc Vulgarius, ne præpositio per, diminuere uideatur autoritatem. Nam & per eum fieri dicuntur omnia, a quo fiunt omnia. Proinde non solũ de filio dicitur, quod per illum condita sunt oms̃ia, uerum etiam de patre. Vnde consummare legendum est actiue, nõ passiue τελειῶσαι. Certe in exemplari quod nobis exhibuit bibliotheca Paulina apud Londinũ, scriptũ uisitur cõsummare, licet deprauator aliquis, etrãspunxerit calamo. Sensus em̃ hic est, Decebat enim eum, nempe patrem, qui nõ unum filium Iesum, sed cum illo multos adducere uellet in gloriam, ut eum qui esset princeps, ac dux salutis cæterorum, legitimum & perfectum redderet uarijs afflictionibus. Ad eum modum & legit & interpretatur Chrysostomus. Proinde librariorum errore in nonnullis codicibus, cõsummari scriptũ habetur uerbum passiuum. Quã tamen lectionem reperio in cõmentarijs Fabri. Autorẽ salutis.) ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας, hoc est, ducẽ, ac principẽ. Nã autoritas magis est penès patrem, iuxta diuũ Hilarium, etiamsi Christus autor est. Faber.

Laudabo te.) ὑμνήσω σε. hymnis celebrabo. Fidens in eũ.) In eodẽ, πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ. Et pueri mei.) Mei, supereſt, τὰ παιδία ἃ μοι. Nunq; enim semẽ Abrahæ.) δήπου. i. nõ em̃. Quanq; δή expletiua cõiunctio, uehementiæ nõnihil addit. Et που nonnunq; uertitur alicubi, ut sit sensus, nusq; in diuinis literis legi, quod deus assumpserit angelicam naturam. Quod si probatur, uertendũ erat, Non em̃ usq; sanè semẽ Abrahæ apprehendit. Ad eũ sensum facit & uerbum præsentis temporis. Demiror aũt quid secutus interpres Chrysostomi, legat, Non em̃ quẽq; angelorum apprehendit. Ipse Chrysostomus admonet me taphoram sumptam ab ijs, qui cursu insequentes, fugientẽ occupant ac retrahunt.

Angelos apprehẽdit.) Apprehendit, præsentis temporis ἐπιλαμβάνεται. i. assumit & induit. Quãq; alias utatur hoc uerbo Paulus pro assequi. Et fidelis pontifex.) ἀρχιερεὺς. i. summus sacerdos. tametsi sæpius ita uertit. Ad deũ.) τὰ πρὸς τὸν θεόν. i. in his quæ ad deũ pertinẽt, aut quæ apud deũ aguntur. In eo em̃.) ἐν ᾧ δ. i. nã in eo quod, hoc est, ideo quod. Et tentatus.) Et, copula redũdat, nec legit in uetustis latinorũ exẽplaribus. Sunt aũt meo quidẽ iudicio coniũgenda hæc duo, πέπονθεν, πειρασθείς. i. quod accidit illi tentari, ut participiũ positũ sit loco uerbi infinitiui. Et eis qui tentantur.) Redundat hic quoq; copula &.

EX CAPITE TERTIO.

Pontificem confessionis uestræ.) Nostræ legunt Græci ἡμῶν. atq; ita Chrysostomus, suffragante uetustissimo simul & fidelissimo codice Paulino. Ac rursus est ἀρχιερέα. Cæterũ apostolũ uertere poterat legatũ. Mihi rectius uidet quadrare professio, q̃ confessio, quãdo græca uox est ambigua.

In omni domo.) ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ, id est, in tota domo.

Amplioris enim gloriæ.) Interpres secutus Græcum sermonem, genitiuum uertit pro ablatiuo.

pro ablatiuo.dicendũ erat,ampliori gloria dignus. Habet domus.) Rursum hic genitiuum pro ablatiuo trãstulit.nam dicendum erat,ampliorem domo, uel ampliorem quam domus. Laurentius indicat hic lapsum Remigium interpretem, qui non inuenerit exitum sententiæ,eamq; culpam reiicit in latinum interpretem. Thomas, & hoc recentiores,accipiunt honorem domus, gloriam in domo, aut de domo, secus interpretantibus Chrysostomo & Vulgario,qui populum dei, domus appellatione designatum uolunt. Moyses administrauit populum, Christus condidit. Nos quo magis perspicuus foret sensus,expressimus ad hunc modum. Tanto nanq; maiore gloria ☞ Moyses, hic dignus est habitus, quanto maiorem habet honorem,qui construxit domum, ☞ ipsa domus.

Interpres palam dormitans.

Lapsus recẽtium theologorum.

Quæ domus.) οὗ οἶκος.i.cuius domus,ut cuius, referatur uel ad deum,uel ad domus.

Fiduciam.) παῤῥησίαν,quasi dicas,audaciam.

Et gloriam) καύχημα.Plus aliquid adiecit, si non solum fidamus, uerumetiam gloriemur,ac ueluti iactemus sortem nostram. Probauerunt.) Græci addunt me.

Quadraginta annis.) Hoc Græci distinctione referunt ad superiora, uiderunt opera mea per quadraginta annos.At eam lectionem palam refellit quod sequitur, Quibus autem infensus fuit quadraginta annis.

Distinctio perperã apd Græcos.

Infensus fui generationi.) προσώχθισα.Laurentius magis probat infensus quam offensus,ob id,ni fallior,quod offensus dure cohæret cum datiuo,generationi isti. Atqui infensus latinis dicitur,qui aduersus tendit in quempiam.Porrò Græcis προσοχθῆμ, est tædium molestiamq; capere ex re quapiam.Deniq; Hebræis est אקוט, quod tædij molestiæq; significationem sonat. Vnde diuus Hieronymus transtulit, Quadraginta annis displicuit mihi generatio illa,hoc est,pertuli eam semper rebellantem, idq; non sine tædio meo. Nã deus in literis diuinis sæpenumero hominum more loquitur.

Infensus fui, προσώχθισα

Generationi huic.) ἐκείνῃ est Græce,id est,illi.& illa,uertit Hieronymus, ut modo indicatum est. Et dixi semper.) Græci distinguunt,ut semper, aduerbium,referatur ad uerbum,errant.nec additur pronomen ij. Quibus iuraui.) ὡς ὤμοσα, id est,sicut iuraui.Interpres legisse uidetur,ὅτι.Porrò illud,si introibunt,est abiurantis,ut perinde ualeat,quasi dicas, iuraui eos non ingressuros in requiem meam. Aliquoties addimus,emoriar, si fecero.dispeream, ni optimum erat. Ne forte.) μήποτε,id est,ne quando.

Si, abiurãtis

Discedendo a deo uiuo.) ἐν τῷ ἀποστῆναι, id est, in deficiendo, siue descisscendo.

Hodie cognominatur.) τὸ σήμερον καλεῖται, id est,uocatur. Totum enim hoc tempus usq; ad uitæ finem uocatur hodie.

Vt non obduretur.) ἵνα μὴ, id est,ut ne. Hodie si uocẽ eius.) In repetitione huius sermonis nonnulli Græcorum codices habebant, μου, id est, uocem meam. Alij rursus, αὐτοῦ,id est,eius.Indicat Chrysostomus hic hyperbaton esse, in hoc quod dicitur, hodie si uocem eius &c. Totum eñ sermonem qui in medio est,pendere usq; ad initium proximi capitis, Timeamus ergo.Porrò ergo addidit, ad corrigendum hyperbatũ longiusculum.Item hyperbaton uideri potest in eo quod præcessit.sicut dicit spiritus sanctus, Hodie,&c.usq; ad uerbum,uidete fratres.Siquidem in medio nullum est uerbum, quod absoluat orationem. In illa exacerbatione.) Illa,redundat.nisi quod additum est explanandæ rei gratia. Quidã eñ audiẽtes.) ἀκούσαντες,præteriti tẽporis est,id est,cũ audissent.

Hyperbaton

Quorum cadauera.) ὧν τὰ κῶλα,id est,quorum membra.

Non introiere.) μὴ εἰσελεύσεσθαι,id est,non introituros.

Quia potuerunt introire.) Hoc loco uerba quæ adduntur,in requiem ipsius, non inuenio in Græcis exemplaribus. uerum è superioribus apparet adiecta.

Additũ apd nos.

EX CAPITE QVARTO.

NE forte.) μήποτε, id est,ne quando. Aliquis ex nobis deesse.) ὑστερκέναι,id est,nõ assecutus fuisse. Et nobis.) Et,redundat. Nunciatũ est.) εὐκγγελισμένοι.i.ut ad uerbũ reddã,euangelizati sumus, hoc est,nobis prædicatũ est euangeliũ. Nõ admixtus.) μὴ συγκεκραμένους.i.nõ cõtemperatus, hoc est, nõ apte cõiunctus,uelut anĩa copulat corpori tẽperatura,quod fides ueluti uita sit auditui. Ex his quæ audierũt.) τοῖς ἀκούσασιμ.i.ijs qui audierũt.Porrò datiuus hic pertinet ad participiũ,admixtus. Qui credimus.) οἱ πιστεύσαντες, id est, qui credidimus.

Et quidem

καίτοι quanꝯ. Et quidem operibus.) καίτοι, id est, quanꝯ. ut intelligas iurasse, illos non introituros in requiē, cū iam parata esset requies. nempe perfectis mundi operibus, quibus absolutis, requieuit deus die septimo. tametsi tolerari potest & altera lectio.

Quibus prioribus.) Prius est.

Terminat diem.) ὁρίζει, id est, designat, siue definit, aut præstituit. Nec additur quendā, apud Græcos. quanꝯ exemplaria uariant hoc loco.

De alia loquerentur post hac die.) περὶ ἄλλης ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας, id est, de alia locutus fuisset, post hæc, die. nisi accipias, posthac, aduerbialiter. Sentit enim alium quendam sabbati diem, qui illum primum sequeretur.

In ipsum quis.) Melius erat, in idem exemplum, αὐτῷ ὑποδείγματι. Ac mihi quidem Græcorum uerborum sententia uidetur hæc esse, Ne quis cadat ut illi ceciderunt in desertо, eodem exemplo incredulitatis & inobedientiæ. & sicut illi ceciderunt ob incredulitatem, ut dicit psalmographus, ita isti perirent similiter, similiter peccantes. In hunc sensum cōsentiunt Græcanica scholia. Græca sic habent, ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας. Et efficax.) ἐνεργής. Hieronymus alicubi uertit euidens, quod ut opinor, legerit, ἐναργής. At hoc sanè loco magis quadrabat efficax.

ἐνεργής. ἐναργής.

Et penetrabilior.) τομώτερος, id est, acutior, siue incidentior, si sic liceat latine loqui. à uerbo τέμνω, seco, siue incido.

Gladio ancipiti.) δίστομον. i. utrinq; incidentē, siue utrinq; acutū, quod Hieronymus cōpluribus locis uertit bicipiti. Græci aciē gladij uocant στόμα os, quod hac parte mordeat.

Os gladij.

Ac medullarum.) καὶ μυελῶν. Quanquam nonnulli Græci codices habent, μελῶν, id est, membrorum. Vulgarius legit, μυελῶν.

Et discretor.) κριτικὸς. i. iudex, siue qui iudicare possit. unde & latinis critici dicunt.

Vlla creatura inuisibilis.) οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανής, id est, non est creatura, non manifesta, siue occulta. Et aperta.) καὶ τετραχηλισμένα, quod perinde sonat, quasi dicas, ceruicata. Græci putant metaphoram sumptam ab ouibus, quibus pellis a ceruice detrahitur cum excoriantur. siue ab ijs qui ceruicem inflectunt cum se submittunt, & agnoscunt se esse inferiores. Sic & Iuuenalis. Aulam resupinat amici, de scrutante omnia.

Supereſt. Confessionem spei nostræ.) Spei nostræ, apud Græcos non inuenio. nec asscribitur in exemplari Paulino, nec apud Chrysostomum. Mihi uidetur articulus additus explicare, quam professionem sentiat, uidelicet eam, cuius pauloante dixit, Iesum principē & summū sacerdotē. Qui non possit compati.) συμπαθῆσαι. Compatiendi uerbum optarim equidem Latinis tam esse receptū, ꝯ Græcis est συμπαθεῖν, idemq; pollere. Proinde nos coacti, periphrasi rem sumus elocuti. Est enim συμπαθεῖν, affici, moueriq; sensu alieni mali.

Tentatū aūt.) Melius erat, sed tentatum. Eadē uis utriusq; cōiunctionis, sed nō semper ubiuis quadrāt omnes apud nos. Pro similitudine.) καθ' ὁμοιότητα. i. iuxta similitudinē. Quod nō ita accipiendū est, quasi Christus aut non fuerit uere homo, aut non fuerit uere passus, sed quod ipse immunis a peccato, carnem naturæ peccatricis assumpsisset, & perinde pœnas dederit, quasi ipse peccasset. Ad thronū gratiæ eius.) Eius, redundat. τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος. Nam gratiam opponit ſeueritati legis Mosaicæ.

In auxilio oportuno.) εἰς εὔκαιρον βοήθειαν, id est, in oportunum auxilium.

EX CAPITE QVINTO.



EX hominibus assumitur, pro hominibus constituitur.) Aut addenda erat coniunctio est, aut nomen relatiuū qui. quod ego posterius malim. etiamsi participio Græco non addidit articulū ὁ. Non em̄ hæc dicuntur de Christo pontifice nostro, sed adhibentur similitudinis conferendæ gratia.

μετριοπαθῆμ. Qui condolere possit.) μετριοπαθεῖν, quod sonat quasi dicas, moderate ferre, hoc est, nō grauiter succensere. ꝯ Græcanica scholia, μετριοπαθεῖν exponūt pro συμπαθεῖν. i. cōpati, uoce ipsa nihil tale præ se ferente. Vulgarius pro unica uoce multas reddit συμπαθεῖν, συγκαταβαίνειν, συγγινώσκειν. i. cōdolescere, accōmodare se, ignoscere. Vox aūt Græca dicta est, à moderādis affectib⁹. Nō em̄ facile remittit, qui læsus impotēter iraſcit. Q d' equidē admiror, ne Vallæ quidē aniaduersum fuisse, qui recte uerti potuisse putat, qui particeps passionū possit esse. Chrysostomus annotauit hoc sermōe denotari præcellentiam

lentiam Christi a reliquis sacerdotibus, ob id ni fallor, quod hic solus liber ab omni peccato, tamen alienis peccatis indoluerit. At nunc quo fastidio, quo supercilio despicimus alienum erratum, & atrociter sæuimus, ipsi grauioribus obnoxij uicijs.

Tanch Aaron.) καθάπερ καὶ ἀαρὼν, id est, quēadmodū & Aaron, addita coniunctiōe.

Semetipsum clarificauit.) ἐδόξασε, id est, glorificauit.

Pro sua reuerentia.) ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, id est, a reuerentia. Sua, additum est explicandi gratia, quanquam magis quadrabat sui. Atch ita scriptum fuisse in codice Paulino, testatur etiamnū rasuræ uestigium. Illud item admonendum, εὐλαβείαν, non modo significare reuerentiam, uerumetiam pietatem. quod sanè uerbi nō male quadrabat hoc loco, cum loquatur de patre & filio. Et quidem cum esset filius.) καίπερ ὢν υἱός. Interpres separauit hæc, quorum ordo inter se cohæret, propter Græca participia. Sensus autem ad hūc habet modum. Qui in diebus carnis suæ, cum precationes & supplicationes apud eum qui ipsum poterat seruare a morte, cum clamore ualido & lachrymis obtulerit, & exauditus sit pro reuerentia, tametsi filius esset, didicit ex his quæ passus est obedientiam. Per participia reddi poterat ad hunc modum. Qui in diebus carnis suæ, precationibus & supplicationibus ei, qui se seruare poterat a morte, cum clamore ualido & lachrymis oblatis, & exauditus pro reuerētia, cuius esset filius, tamē ex his quæ passus est, didicit obedientiā. Explanati.

Cum esset filius dei.) Dei, non est in Græcis. nec apud Chrysostomum interpretem, nec apud Vulgarium. Cum filius esset, non seruus, tamē afflictus est, tanch noxius seruus. Dei, superest in nostris

A deo pontifex.) ἀρχιερεύς, id est, summus sacerdos. quanch hic ἀρχιερέα, sic penè perpetuo uertit. Grandis sermo.) πολὺς ὁ λόγος, id est, multus siue copiosus.

Et interpretabilis ad dicendum.) Suspicor interpretē uertisse, ininterpretabilis, sicut superius, ininuestigabiles. Nā Græce est, δυσερμήνευτος λέγειν, id est, difficilis interpretatu & explicatu. Quo quidem loco nonnihil demiror Thomam, qui putarit hanc uocem, interpretabilis, bifariā exponi posse, ut in, habeat negationem, quem nemo possit interpretari. aut affirmatiue interpretabilis, qui indigeat interpretatione. Primū enim si in negat, uelut in illis, indoctus, impius, quid significat quod superat terpretor? Quanquam quibus uerbis addi solet hæc præpositio cum negationem habet? quasi liceat dicere, inamare, pro nō amare, quemadmodum inamabilis, & impudere pro non pudere, quemadmodum impudens. Nec enim interpretor compositum est ab in, & terpretor, sed ab inter, & uerbo inusitato seu nomine potius. Deinde ut accipiamus affirmatiue, quis hoc illi concedat, interpretabilem idem significare, quod indigentem interpretatione? Veluti sanabilis dicatur qui egeat sanatione. An non hoc insignite cuiusdam impudentiæ est, hæc cum autoritate docere, non consultis Græcis, sine quibus hæc definiri non possunt? siue id scriptum fuit ab illo uiro, siue alius quispiā admiscuit. Siquidem Græca uox omnino respuit hanc Aquinatis distinctionem, quæ nihil aliud declarare potest, & difficilem ad interpretandum, hoc est, quem non facile quisch interpretetur. Taxata Thomæ sentētia.

Et imbecilles ad audiēdum.) νωθροὶ ταῖς ἀκοαῖς, id est, segnes auribus, ut ipse paulopost uertit. Expers sermonum.) ἄπειρος, id est, inexpertus, siue rudis. Non enim omnino caret eloquijs, sed in his nōdum adoleuit. Expers autem respondebat ad particeps, & hoc fefellit interpretem, aut certe scribam. Expers, pro rudis.

Sermonum dei.) λογίων, id est, eloquiorum, autore Valla.

Paruulus enim est.) νήπιος. Cur non magis infans, cū loquatur de lacte? præsertim cū Græca uox non significet paruulum, sed puerum, aut parum sapientem, præsertim ætate.

Pro consuetudine.) διὰ τὸ ἕξιν, id est, propter habitum. chch interpres non male rem explicuit, si dixisset pro assuetudine, siue assuefactione. Nam habitus in hunc sensum uox est philosophis peculiaris. At sensus est, αἰσθητήρια, quod magis sonat organa sentiendi. ne quis putet esse νοῦν, quod ita subinde uerterit. Habitus ἕξις.

EX CAPITE SEXTO.

QVapropter intermittētes.) ἀφέντες .i. omittētes, seu potius omisso sermōe.

Inchoationis.) Melius uertisset, primordij, siue principij, quemadmodū paulo ante uertit exordij, ἀρχῆς. Sentit autē ea uerba, quibus rudes adhuc in Christo initiantur, & instituuntur, nempe catechumeni.

Fidei

Fidei ad deum.) ἐπὶ θεὸν, id est, in deum.

Baptismatũ doctrinæ.) Quidam hoc coniunctim legunt, ut sit sensus, doctrinæ, quæ est de baptizando. At Græcanica scholia sic interpretantur, ut separatim sit legendum. Omittentes sermonem illum, quibus primum instituuntur rudes in Christo, nempe eum qui est de pœnitentia. hoc est, primum admonentur, ut relinquant uitam pristinam renascituri in Christo. deinde de fide in Christũ condiscunt, quid sit credendum. deinde his traditis succedit baptisma, cuius mysteria tum demum aperiuntur. post hæc docentur de sacramentis fidei nostræ, & parantur ad accipiendum spiritum sanctum. Quanquam si mauis cõiunctim legere, nihil uetat, quo minus intelligas de instituto & doctrina prima, quæ baptizãdis, hoc est, catechumenis solet tradi. Q d' si placet, singula quoq; quæ sequũtur, possunt ad doctrinam referri, quæ est de impositione manuũ, de resurrectione mortuorum, de iudicio æterno. Atq; hũc sensum mihi sequi uidetur Chrysostomus, ut totum hoc quod recensuit de pœnitentia, de fide, de baptismatibus, de manuum impositione, de resurrectiõe mortuorum, de iudicio æterno, fundamentum sit doctrinæ Christianæ, sine qua nemo sit Christianus. Cæterum in his adolescere, & a uirtute in uirtutem progredi, perfectionis est. Gustauerunt etiam.) Gustauerunt & est Græce, γευσαμένους τε. ne putemus hic nouum esse caput.

Gustauerunt nihilominus.) Rursum uim coniunctionis, circumlocutus est. nam Græce est, & gustauerunt.

Virtutesq; futuri seculi.) δυνάμεις, ut intelligas hic esse infirmitatem, illic apparere potentiam, quæ iam nunc incipit in pijs, ceu pignus immortalitatis futuræ. Hoc admonere uisum, ne quis interpretetur de uirtutibus, quæ uicijs opponuntur.

Rursum renouari.) ἀνακαινίζειν, id est, renouare, uerbo actiuo, ut subaudias se. Hic quoque locus in causa fuit, quo minus hæc epistola Pauli putaretur, quod id uideatur asserre, quod a nõnullis hæreticis defensum est, si quis a baptismo relapsus esset in peccatũ lethale, hoc est, in homicidium, aut adulterium, aut simile, non posse pœnitentia restitui. Verum hanc difficultatem, duobus explicant modis. Primum ut accipiamus impossibile dictum, quod admodum difficile uoluit intelligi. Est autem tempestiua huiusmodi exaggeratio in deterrendo. Nam suffrigidum mihi uidetur sic elabi, ut dicamus impossibile esse, quoad nostras uires. Deinde ut pœnitentiam cum baptismo coniungamus. Siquidẽ per baptismum peccatis pristinis morimur. Porrò baptismum non iterari, iam olim receptum est patrum autoritate. Ad hanc sententiam faciunt quæ sequuntur, Rursum sibi crucifigentes filium dei, quod alias Paulus baptismum appellet unà cum Christo crucifigi, commoriq; & consepeliri. Proinde ut ille non nisi semel mortuus est, ita non conuenit iterari baptismum. Eodem pertinet renouandi uerbum. Nam pœnitentia, qua nos utimur, non tam renouamur, q; sarcimur. Solus baptismus renouat. Ad hunc fermè modum Chrysostomus. Apparet autem tum fuisse, qui Iudaico animo satis esse putabant ceremonias sacramentorum, atq; hac fiducia licentius peccabant, quod arbitrarent̃ subinde licere ad ea remedia recurrere. Hunc igitur errorem diligenter eximit hoc loco Paulus.

Locus olim quibusdam suspectus.

Ad pœnitentiam.) εἰς μετάνοιαν. Admonet Chrysostomus, præpositionem εἰς, usurpatam uice ἐν, & ἐν, positum loco διὰ, more Hebræorum.

Rursum crucifigentes.) ἀνασταυροῦντας, quod Hieronymus quodam in loco uertit recrucifigentes, Græcam exprimens uocem.

παραδειγματίζειν. Et ostentui habẽtes.) παραδειγματίζοντες, quod uertit in Matthæo traducere. Verti poterat infamantes siue ludibrio exponentes. Reddũt enim quodãmodo Christum infamem, & ludibrium faciunt, qui cum semel sit mortuus, semper uicturus, sua uita efficiunt, ut illi sit sæpius moriendum, uidelicet iterantes id, propter quod ille mortem suscepit.

A quibus colitur.) διʼ οὓς καὶ γεωργεῖται, id est, per quos & colitur, ut intelligamus fructum reddendum, non quibuslibet, sed ijs quorum opera culta est terra. Id enim efficit addita coniunctio, quam interpres omisit.

Viciniora saluti.) ἐχόμενα σωτηρίας, id est, propinqua saluti, siue adhærentia saluti. Verũ interpres, quoniam præcesserat comparatiuum, subiunxit item comparatiuum.

Et dilectionis.) Græce est, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, id est, laboris dilectionis, nempe laboris,

laboris, quem ob charitatem in iuuandis proximis adierunt.

Ostentare.) ἐνδείκνυσθαι, id est, ostendere, siue monstrare, exhibere, præstare. Nã ostentare semper in malum sonat.

Ad expletionem spei.) πρὸς τὴν πληροφορίαν, quasi dicas certificationẽ. Certissimæ eñ spei fiducia nascitur ex piis operibus, potius q̃ ex syllogismis. & qui frigide sperat, languet in piis operibus. Nam πληροφορία dicitur, cũ certissimis argumentis rei cuiuspiã fit fides. πληροφορία.

Vsq; in finem.) ἄχρι τέλους, id quod non solum accipi potest, de perseuerantia usq; ad finem uitæ, sed multo magis de perfectiõe spei, quæ crescit & adolescit in nobis, simul augescente pietate, donec occurramus in uirum perfectum. Nam hinc cœpit hæc disputatio Pauli, ut grandescerent in Christo.

Vt non segnes.) ἵνα μὴ νωθροὶ, id est, ne languidi aut segnes. Id quod paulo superius uertit, debiles. Et patientia.) μακροθυμίας, id est, longanimitate, si quis ad uerbum exprimat. Expressius autem dixit Apostolus q̃ interpres, qui per fidem & patientiam.

Hæreditabunt.) κληρονομούντων, id est, hæreditate capiunt. & est præsentis temporis, nõ futuri. Abrahæ nempe.) Nempe posuit pro quippe, τῷ γὰρ Ἀβραάμ. sed in quibusdam codicibus recte habetur nanq;, uelut in exemplari Paulino.

Nisi benedicens benedixero.) Non est Græce εἰ μὴ, nisi, sed ἢ μήν, quod ut indicat Vulgarius hoc loco aduerbium est confirmandi. Nihil autem aliud est iusiurandum, q̃ uehemens confirmatio. Nisi, iurãti.

Multiplicabo.) Cur non potius multiplicauero, πληθυνῶ.

Per maiorem sui.) Rursum oblitus, reliquit Græcum casum. Latine dicendum erat, maiorẽ se. Quanq; apud Græcos, ponomen nullum additur, sed tantum est, per maiorẽ. Interpres alitũ dormiẽs.

Et omnis controuersiæ finis.) Græci legunt illis αὐτοῖς, non αὐτῷ. ut accipias illis, nempe hominibus, iusiurandum est finis omnis controuersiæ.

Ad confirmationem iuramenti.) Apparet & hic εἰς, id est, in, positum pro per. Finitur controuersia, confirmatione iurisiurandi.

Immobilitatem.) τὸ ἀμετάθετον, id est, immutabilitatẽ, siue firmitatem. Solent enim hominum testamenta, & pacta rescindi, at dei non item.

Quibus impossibile est.) Græce est, in quibus, ἐν οἷς. Nec est fortissimum, sed ἰσχυράν, id est, ualidum. Quasi ancoram.) ὡς ἄγκυραν, id est, tanq; ancoram. Vetusti latinorum codices habent, sicut ancoram.

Ad interiora uelaminis.) καταπετάσματος, quod proprie significat aliquid obtentũ atq; obductum quod arceat conspectum.

EX CAPITE SEPTIMO.

PRimum quidem interpretatus rex iustitiæ.) Nam Melchizedec apud Hebræos sonat regem iustitiæ. Quandoquidẽ illis מַלְכִּי Malchi rex dicitur, צֶדֶק zedec iusticia. Salom שָׁלֵם autem pacem sonat. Id uocabuli quidam putant inditum a Melchizedec urbi Hierosolymarum. Hoc ex loco deprehendi potest error interpretationis, in libello qui Hieronymi titulo circumfertur de uocabulis Hebraicis, cum appareat id operis nihil aliud esse, q̃ tumultuariã non unius hominis coaceruationem. etiamsi diuus Hieronymus testatur sese hisce de rebus librum ædidisse. Nam illic Melchizedec exponitur in hunc modum, Melchizedec rex iustus, siue rex iusticiæ, aut rex pacis, siue pacificus. Atqui in hoc nomine Melchizedec nulla uox est, quæ pacem significet. Neq; Paulus ait Melchizedec sonare regẽ pacis, sed Melchisalem מַלְכִּי־שָׁלֵם exprimere regem pacis. Notatus quidam de etymologia melchizedec Liber de Hebraicis nominibus nõ est Hieronymi.

Sine patre, sine matre.) ἀπάτωρ ἀμήτωρ, compositis apud Græcos dictionibus. Et sine genealogia, apud illos est, ἀγενεαλόγητος, quod ferè sonat, quasi dicas, cuius generis origo, non possit reddi.

Intuemini autem.) θεωρεῖτε δὲ, id est, consyderatis, siue uidetis. quanquam potest accipi, & consyderate. De præcipuis.) ἐκ τῶν ἀκροθινίων, quod significat primitias frugũ. Interpres legisse uidetur, ἀκροθινίων, quæ uox præcipua significat. Verum hoc loco ἀκροθίνια dixit pro spoliis, siue exuuiis ab hoste detractis, interpretantibus ad eum modum & Græcanicis scholiis ipsoq; Chrysostomo. Et reperitur in hoc significatu apud Philostratũ sophistam Ακροθίνια. spolia opima.

Notat⁹ interpres Chryſoſtomi.

ſophiſtam. Interpres illud ſecutus uidetur, quod in faſtigio acerui præcipua ſoleant poni. Illud ridiculum quod interpres Chryſoſtomi, cum acrothinia uertiſſet præcipua, noſtrã ſecutus æditionem, ſubiecit, præcipua dicuntur exuuiæ. uidelicet oblitus ſe latine loqui nõ Græce. Quanꝯ & Latinis opima ſpolia dicebantur uelut egregia, quæ ducibus eſſent detracta. Græca uox dicta eſt uel a tangẽdis ſummis. unde & ἀκροθινιάζειν & ἀκροδιγῶς. uel ab ἄκρον, quod eſt ſummum, & θινὲς acerui frumentorum aut ordei.

Cuius autem generatio &c.) ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, δεδεκάτωκε τὸν ἀβραάμ, id eſt, is qui non numeratur ex generatione eorum, decimas ſumpſit ab Abraham.

Sine ulla contradictione.) χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας, id eſt, ſine oĩi contradictione, quod modo uertit, controuerſiam.

Ibi autem conteſtatur.) Conteſtans, μαρτυρούμενος, id eſt, de quo teſtatum eſt, quod uiueret. Nam de hoc pronunciatum eſt, quod pontifex eſſet in æternum. ſiquidem participium μαρτυρούμενος, medium eſt. Et in hanc ſententiam interpretantur Græcanica ſcholia. Vt ita dictum ſit.) ὡς ἔπος εἰπεῖν, id eſt, ut ſic dicam.

ὡς ἔπος εἰπεῖν, nuſquã alias eſt apud Paulum.

Et leui qui.) Et, hoc loco non eſt accipiendum ſimpliciter pro coniunctione copulatiua, uerum pro etiam, ſiue quoq;, ut ſit ſenſus. non ſolum Abraham dediſſe decimas Melchizedec, uerum etiam in Abraham autore gentis, ipſum etiam Leui, cuius eſt ius decimarum ſoluiſſe decimas. Porrò quod præmollijt ſermonem dicens, ut ita loquar, explicat paulo poſt. nam adhuc in lumbis patris erat, hoc eſt, nondum erat natus Leui, quem tamen dico quodam modo fuiſſe decimatum in patre.

Decimas accepit.) ὁ δεκάτας λαμβάνων, id eſt, qui decimas accipit, ſiue ſolitus eſt accipere, participio præſentis temporis. Loquitur enim non de Melchizedec, ſed de ſui temporis leuitis, decimas accipere ſolitis.

Sub ipſo.) Subaudi, ſacerdotio leuitico, ne quis ad hominem referat.

In quo enim.) ἐφ' ᾧ γάρ, id eſt, in quem enim, ſiue de quo.

De alia tribu eſt.) φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν, id eſt, alterius gentis particeps fuit.

In qua tribu.) εἰς ἣν φυλήν, id eſt, de qua tribu, ſiue ad quam tribum.

Nihil de ſacerdotibus.) Sacerdotio legendum, περὶ ἱερωσύνης. Sed ut πρεσβυτέριον, ordinem preſbyterorum declarat, ita Paulus ſacerdotium pro collegio ſacerdotum uſurpaſſe uidetur.

Et quantum eſt non ſine iureiurando.) καὶ καθόσον. Apertius uertiſſet, & quatenus nõ citra iuſiurandum, ut ſit ſenſus, hoc eſſe meliorem ſpem noſtram, per quam Chriſto ſacerdote accedimus ad deum, quod illi ſacerdotium cõmiſſum fuerit in æternum, idq; non ſine iureiurando, quo certior eſſet ſpes promiſſorum.

Sempiternũ ἀπαράβατον.

Sempiternum habet ſacerdotium.) ἀπαράβατον, id eſt, quod ad alium tranſire non poſſit, quod ſucceſſione non aliunde tranſmigret ad alium, quemadmodum fieri neceſſe erat in ſacerdotio Moſaico.

Locus olim ſuſpectus quibuſdam.

In perpetuũ poteſt.) εἰς τὸ παντελὲς, quod magis ſonat ad plenum, ſiue perfecte. hoc eſt, ut Græcorum exponunt ſcholia, non ſolum hic, ſed etiam illic. Verum hoc nonnihil ſapit Origenis dogma, quemadmodum & aliàs habet quædam, quæ illius decretis in ſpeciem patrocinari uideantur, ut de ſeruandis dæmonibus.

Accedens.) Et Græci codices & latini uetuſtiores habent, accedentes, προσερχομένους.

Ad interpellandum pro nobis.) ὑπὲρ αὐτῶν, id eſt, pro ipſis.

Qui poſt legem eſt.) Græce eſt, τῆς μετὰ τὸν νόμον, id eſt, quod poſt legem eſt. Tametſi præpoſitio anceps eſt. nam legi poteſt, & ſupra legem. Quod ſi legis, qui poſt legem, intelige poſt legem conditam. nempe in pſalmis. Siue mauis ſupra legem, intelligitur plus fuiſſe ponderis in uoce diuina, quam in præcepto Moyſi. Abrogat enim id quod poſterius eſt prius condita, & abrogat quod a maiore profectum ſit autore id quod minor inſtituerat.

In æternum perfectum.) τετελειωμένον, quaſi dicas, factum ſemper idoneum ac legitimum. Neq; enim ſacerdos ſemper aut ubiq; idoneus eſt ad peragendum ſacrum.

Ex capite

EX CAPITE OCTAVO.

CApitulum autem.) κεφάλαιον, id est, summa siue caput. Sentit enim se compendio dicturum, quod fusius disseruit.

Magnitudinis.) μεγαλωσύνης, potius maiestatis, sicut paulo ante uertit.

Minister, ꝙ administrator.

Sanctorum minister.) λειτουργὸς, quod nō simpliciter sonat ministrum, sed ministrum sacrorum, & qui fungatur officio sacerdotij, pro alijs. Porrò genitiuus sanctorum potest uel ad homines referri, uel ad ipsa sancta, ut dicatur administrare sancta pro nobis, uelut sacerdos. Quanꝙ autem Græcanica scholia malunt de hominibus accipere, tamen id quod proxime consequitur magis suadet, ut de rebus sanctis accipiamus, minister sanctorum, & tabernaculi ueri, ut ueri quoꝙ referatur ad sancta. Vt enim hoc tabernaculum, nempe cœlum, uerum est tabernaculum, ita sancta sanctorum quæ illic administrat uere sancta sunt.

Si ergo esset.) εἰ μὲν γὰρ, id est, si enim.

Nec esset sacerdos.) οὐδ' ἂν ἦν ἱερεύς, id est, ne sacerdos quidē esset, ut qui nihil offerret, quale lex præscripserat. Cum consummaret.) μέλλων ἐπιτελεῖν. i. cū cōsummaturus esset.

Nunc autem melius.) διαφορωτέρως. i. excellentius. licet in nōnullis habeat διαφορωτέρας.

Quanto.) Latinus debebat addere, tanto, ut respondeat quanto. Nam Græcis licet omittere. Illud prius.) ἡ πρώτη ἐκείνη, id est, primum illud. nisi quod Græci abutuntur aliquoties, hoc superlatiuo uice comparatiui.

Culpa uacasset.) ἦν ἄμεμπτος, id est, fuisset irreprehensibile, siue de quo queri non possis, aut in quo nihil posset desyderari. Quod tamē Chrysostomus ita torquet, ut ἄμεμπτος accipiatur pro eo non quod ipsum sit inculpabile, sed quod inculpabiles reddat, ut culpa sit hominum nō testamenti. Quanquam Paulus ad Rhomanos fatetur legem fuisse infirmam, nec potuisse conferre perfectam salutem, & in actis idem affirmat Lucas. Et Petrus appellat onus omnibus importabile. Et deus apud prophetam appellat iustificationes non bonas. Locus inquireretur.) ἐζητεῖτο τόπος. i. quæsitus fuisset locus.

Vituperans eum.) μεμφόμενος γὰρ. Verbum est, unde deductum erat nomen, ἄμεμπτος. Probat enim non caruisse reprehensione, cum ipse deus de eo queratur.

Ecce dies ueniūt.) Hoc testimonium adduxit ex Hieremiæ capite trigesimoprimo, & ita adduxit, ut appareat secutum per omnia æditionem Septuaginta, sed ab Hebraica ueritate minimum abhorrentem. Primum uenient, pro quo Hieronymus uertit, ueniant, Græce est ἔρχονται, quod ad utrunꝙ tempus pertinet. Nam de pacto, siue ut alibi uertitur, fœdus mox dicemus. Quod autem Hieronymus uertit, irritum fecerunt, Paulus, siue quis alius fuit, ad hunc enim modum citat Hieronymus, expressit, οὐκ ἐνέμειναν, id est, nō perstiterunt in testamēto, siue pacto. Deinde quod ille uertit, dominatus sum eorum, hic explicuit, ἠμέλησα αὐτῶν, id est, neglexi eos, iuxta Septuaginta. Præterea quod Hieronymus uertit, in uisceribus, hic extulit, εἰς τὴν διάνοιαν, id est, in mentem. Ad hæc quod Paulus dixit, ἐρῶ, Hieronymus uertit, uir, secutus ἰδίωμα sermonis Hebraici.

Citat iuxtà Septuagintà

Qua apprehendi manum.) Magis est, apprehendens manum.

Dabo legem.) διδούς, id est, dans. Pendet enim a superioribus.

Superscribam.) ἐπιγράψω, id est, inscribam, quod Græca præpositio sit ambiguæ naturæ. Proximum suum.) τὸν πολίτην αὐτοῦ, id est, ciuem suum. Quanquam alij codices habent, τὸν πλησίον, id est, proximum.

A minore usꝙ ad maiorem.) ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν, id est, a paruo illorum usꝙ ad magnum illorum, consentientibus & Hebræis.

Veterauit prius.) πεπαλαίωκε, id est, antiquauit, siue fecit antiquum.

EX CAPITE NONO.

HAbuit quidem & prius.) εἶχε μὲν οὖν, id est, habuit quidē igitur. Et prius nomen est & ad testamentum refertur. Nec est Græce prius, sed primum.

Et sanctum seculare.) τό, τε ἅγιον κοσμικόν, id est, sanctum mundanum.

Candelabra.) καὶ λυχνία, & candelabrum numero singulari.

Quæ dicitur sancta.) Sancta hoc loco pluralis est numeri, neutri generis, ἅτις λέγεται ἅγια, ut respondeat ad hoc, quod mox sequitur, sancta sanctorum. Tor-

Excussa Augustini sententia.

quetur admodum diuus Augustínus, in quæstionibus super Leuiticũ, quæstione quinquagesima tertia, quem in sensum accipiendum sit, sanctũ sancti, putatq; dictum τὸ ἅγιον τοῦ ἁγίου, perinde quasi plene dicas, τὸ πνεῦμα ἅγιον, τοῦ θεοῦ ἁγίου, id est, spíritum sanctum sancti dei. cum constet hanc conduplicationem iuxta idioma sermonis Hebraici, epitasin habere sanctimoniæ. Síquidem priorem partem duntaxat sanctum appellat, alteram ut eximie sanctam, sanctum sanctorum.

Post uelamentum autem secundum.) Secundum, referendum est ad uelamentum, non ad tabernaculum.

Thuribulum.) θυμιατήριον, quod locum quoq; significat, aut aram, in qua fit suffitus.

Super quæ erant.) ὑπερ ἄνω δὲ αὐτῆς, id est, supra illud autem, siue supra illam, ut referas ad arcam, attestantibus scholijs Græcanicis. Mihi uidetur rectius referri ad tabernaculũ.

In priore quidem.) εἰς μὲν τὸν πρώτην. Cur non potius in primum quidem, cum Græcus interpres ita locutus sit.

Sacrificiorum officia.) τὰς λατρείας. Explicuit interpres Græcam uocem, quam aliquoties uertit culturam, siue obsequium.

Quẽ offerret.) ὃ προσφέρει, id est, quẽ offert. Nec est pro ignorãtia, sed pro ignorantijs.

Parabola similitudo.

Quæ parabola.) Cur non potius similitudo?

Temporis instantis.) εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα. i. in tempus quod instabat, hoc est, pro tempore tum præsente. Iuxta quam.) καθ' ὃν, id est, iuxta quod, siue in quo, ut subaudias tempore. In cibis & in potibus.) Interpres non potuit reddere Græci sermonis gratiã, ἐπὶ βρώμασι καὶ πόμασι.

Et iustícijs.) δικαιώμασι, id est, iustificationibus.

Impositis.) ἐπικείμενα, id est, imposita, refertur enim ad munera & hostías.

Assistens.) παραγενόμενος, id est, accedens. Alioqui parum apte cohæret, quod mox sequitur, Introiuit in sancta. Etenim qui potest introire, qui iam assistit?

Per amplius.) Duæ sunt dictiões, διὰ τῆς μείζονος, per id qd' amplius, siue maius erat.

Non manufactum.) οὐ χειροποιήτου, dictione composita.

Qui per spíritum sanctum.) διὰ πνεύματος αἰωνίου, id est, per spíritum æternum.

Morte intercedente.) θανάτου γενομένου, id est, morte facta. Quanq; interpres bene reddidit sententiam.

Testamentũ Hebræis pactum est.

Vbi enim testamentum, mortẽ. &c.) At diuus Hieronymus proídit uocem, quã interpretes uerterunt testamentum, Hebræis magis sonare pactum aut fœdus בְּרִית. Quod si uerum est, apparet & hanc epistolam scriptam ab eo, qui Hebraice nescierit, id quod haud ita dissimile ueri uidetur. Certe diuus Hieronymus constanter uertit pactum. Iam διαθήκη Græcis dispositionem sonat magis q̃ testamentum. Et Hebræis עֵדוּת a testibus dictum est, quod pacta quæ rata uelimus esse, sub testibus sanciri soleant. Proinde Septuaginta uidentur hoc secuti, qui testamentum transtulerunt. Verũ si quis uocem sequi malit, q̃ sermonis usum ac proprietatem, quicquid adhibitis agitur testibus, testamentum erit. Nec est confirmatum, sed βεβαία, hoc est, ratum, siue firmum, ut subaudias est.

Lecto enim.) λαληθείσης γὰρ, id est, dicto enim.

Mandato legis.) Græca secus habent, λαληθείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς, κατὰ νόμον ὑπὸ μωϋσέως παντὶ τῷ λαῷ, id est, cum enim omne mandatũ dictum esset iuxta legem à Moyse omni populo.

Et lana coccinea.) καὶ ἐρίου κοκκίνου, id est, lana coccina, a cocco, quæ adhibetur tingendæ purpuræ

de rana dñi

Hic sanguis testamenti.) Ad hæc alluisse uidet Christus in cœna, Hic sanguis noui & æterni testamenti, símili modo suum repræsentans sacrificium.

Locus olim suspectus quibusdam.

Sine sanguinis effusione.) Græce composita dictio est, ἀιματεκχυσίας. Et hic locus nõ nihil sapere uidetur Origenicũ, si legas quæ sequuntur. etsi quis crassius interpretetur. Proinde Chrysostomus rem trahit ad allegoriã. Synagoga terra erat, ecclesía cœlũ. Illorũ sanctum paulo ante uocauit mundanum, nostra cœlestia sunt, cum simus ipsi cœlestes.

Non enim in manufactis.) Græce est in manufacta sancta. &c.

In consummatiõe.) ἐπὶ συντελείᾳ, id est, sub consummationẽ, siue instante consummatione. Nam eam uim habet aliquoties ea præpositio, si dandi casui iungatur.

Ex capitt

EX CAPITE DECIMO.

NOn ipſam imaginem.) οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα. Ipſam poſuit pro ueram & expreſſam, quæ rem totam ut eſt, repræſentet. Vnde & Chriſtum imaginem dei uocat. At umbra nihil repræſentat præter extrema quædam corporis lineamenta, unde rudis illa priſcorum pictura cœpit.

Alioqui ceſſaſſent offerri.) Græcanica ſcholia admonent per interrogationem eſſe legendum, an non deſiſſent offerri? Interpres legiſſe uidetur, ἐπεὶ ἐπαύσαντο ἂν προσφερόμενοι. Cæterum hic eleganter interpres participiũ uertit in uerbum infinitiuum, quod alias quidem parum eleganter reliquit. Interpres collaudatus

Sed in ipſis cõmemoratio.) Subaudiendum eſt, ſacrificijs ſiue hoſtijs, ſiue in ijſdem. Loquitur enim de iteratis.

Sacrificium & oblationem noluiſti.) Quiſquis hanc ſcripſit epiſtolam, minimum diſcrepat ab æditione Septuaginta in citandis ueteris inſtrumenti teſtimonijs, iuxta quos ita legimus, θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐζήτησας, τότε εἶπον, ἰδοὺ ἥκω. ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ, τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου. Vbi pro aures, poſitum eſt corpus, atq; ita legit Auguſtinus, enarrans pſalmum trigeſimumnonũ. At diuus Hieronymus iuxta ueritatem Hebraicam tranſtulit hoc modo, Victima & oblatione non indiges, aures autem fodiſti mihi. Holocauſtum & pro peccato non petiſti, tunc dixi, ecce uenio. In uolumine libri ſcriptum eſt de me, ut facerem placitum tibi deus meus. Cæterum quod dicit, Aures autem perfodiſti mihi, indicat obedientiam fidei, quam deus iam requirebat a ſuis cultoribus faſtiditis uictimis. Corpus prò aures.

Vt faciam deus.) Hoc referendum eſt ad illud quod præceſſit, Ecce uenio, annotantibus Græcorum ſcholijs, & liquet ex his quæ ſequuntur.

Tũc dixi, ecce uenio.) Vbi hæc uerba repetunt, dixit, eſt Græce, τότε εἶπεν. Mirum eſt autem, cur mutauerit perſonam, cum referantur uerba ſuperius poſita. Et tamen ita ſcriptum fuiſſe in uetuſtiſſimo codice Paulino raſuræ ueſtigium indicat. Neq; ſecus legiſſe uidetur Chryſoſtomus, uel hoc argumẽto, quod quæſtionem mouet, de quo hoc dicatur. Nam ſi legiſſet, tunc dixi, hoc eſt, ſi ipſe diceret de ſe, non conueniebat interrogare, de quo hoc diceretur.

Vt ſequens ſtatuat.) τὸ δεύτερον, id eſt, ſecundum, ſiue poſterius.

Sacerdos præſto eſt cotidie.) ἱερεὺς ἕστηκεν, id eſt, ſacerdos ſtat, ut uerbum uerbo reddam. Nec eſt quod nos offendat temporis ratio, cum in huiuſmodi uerbis præteritum uſurpetur pro præſenti. Hoc admonui, quod animaduerterim quoſdã fruſtra offendi, in quibus eſt Stapulenſis noſter. Alioqui ſi legas ſtabat, parum congruet quod mox conſequitur, quæ nõ poſſunt auferre peccata. Quanq; Græce eſt, οὐδέποτε δύνανται, id eſt, nunq; poſſunt, atq; ita ſcriptum comperi in exemplari Paulino. Faber.

Pro peccatis offerens hoſtiam.) προσενέγκας θυσίαν, participium eſt præteriti temporis, q; obrem mutato genere, uertere poterat, oblata hoſtia.

Sanctificatos.) τοὺς ἁγιαζομένους, id eſt, eos qui ſanctificantur.

Dabo leges.) δοὺς νόμους, id eſt, dans leges. Et peccatorum.) Deeſt latinis, ὕστερον λέγει, id eſt, poſtea dicit. Deeſt nobis

In introitu.) Valla caſtigat, in introitum, quaſi nos confidamus futurum, ut introeamus ſancta. Et eſt quidem Græcus ſermo anceps, εἰς τὴν εἴσοδον. Verum non uideo cur non recte poſſit accipi, nos habere fiduciam in introitu, quo Chriſtus pontifex pro nobis ingreſſus eſt ſancta. Etiamſi diuerſa lectio mihi non improbatur, & magis quadrat ad ea quæ ſequuntur, Accedamus cum uero &c.

Initiauit.) ἐνεκαίνισεν, id eſt, innouauit, ſiue dedicauit, unde encænia. Viam nouam.) ὁδὸν πρόσφατον, id eſt, uiam recentem. Accedamus.) προσερχόμεθα, id eſt, accedimus. Etiamſi hic Græcorum exemplaria uariant. Et in plenitudine eſt, ἐν πληροφορίᾳ, de quo ſæpe iam admonuimus. πληροφορίᾳ.

Confeſſionem indeclinabilem.) ἀκλινῆ, id eſt, non uacillantem, neque huc & illuc nutantem, hoc eſt, firmam & immotam. Alioqui indeclinabile dicitur, quod uitari non poſſit.

In prouocationem charitatis.) εἰς παροξυσμὸν, quod Lucas in actis accipit pro excandeſcentia in malam partem, hic in bonam uſurpauit pro extimulatione.

Collectionem noſtram.) ἐπισωναγωγὴν, id eſt, aggregationē, quaſi poſtea acceſſerint, aut acceſſuri ſint. Quanto uideritis.) ὅσῳ βλέπετε, id eſt, quanto uidetis.

Terribilis autem.) Melius erat, ſed terribilis. Quanquam idem ſignificant hæ coniunctiones, tamen nonnihil refert aliquando, quam quo loco ponas.

Locus olim ſuſpectus

Qui conſumpturus eſt.) ἐσθίειν μέλλοντα, id eſt, qui comeſurus eſt, ſiue deuoraturus. Et hic locus palam adimit ſpem Chriſtianis relapſis in peccatum. niſi commode interpretemur iuxta rationem, quam ſuperius indicauimus ex Chryſoſtomi ſententia, atq; etiã Vulgarij, non poſſe repeti baptiſmum, qui Chriſti mortem repræſentat. Teſtatur nominatim Vulgarius, hunc Pauli ſermonem à nonnullis eò fuiſſe deprauatum, ut interpretarentur, non dari locum ueniæ a baptiſmo reuolutis in uitia.

Irritam quis faciens.) ἀθετήσας τὶς νόμον, id eſt, aliquis qui irritam fecit legem.

Mereri ſupplicia.) ἀξιωθήσεται, id eſt, merebitur, ſeu dignus habebitur.

Immundum duxerit.) κοινὸν, id eſt, commune. Sic enim uocant Iudæi, quod eſt prophanum & abominandum. Porrò duxerit, poſitum eſt pro exiſtimarit, aut habuerit.

Mihi uindicta.

Mihi uindictam.) Græce eſt, uindicta nominandi caſu, ἐμοὶ ἐκδίκησις, ut & ante admonuimus. Perinde ualet ac ſi dicas, mea eſt uindicta, & meum eſt ulciſci.

Et ego retribuam.) Et, redundat. Quia iudicabit.) Quia, non eſt apud Græcos. Cæterum illud, in altero quidem opprobrijs. dilucidius uerti poterat, per tum & tum, aut partim & partim, aut non modo & non ſolum. Partim quidē dum & probris & preſſuris affecti, ſpectaculo fuiſtis omnibus, partim dum conſortes ita conuerſantium facti eſtis, Vt ſit ſenſus, illos duplici nomine laudari, qui non ſolum ipſi perſecutionem ob Chriſti fidem ſuſtinuerint, uerum & alijs hæc patientibus adfuerint & communicarint. Porrò quod Laurentius arbitratur, ex hoc potiſſimum uerbulo doceri poſſe, hanc epiſtolam eſſe Pauli, quod de uinculis ſuis meminerit, friuolum eſt, ne dicam ridiculum. quaſi non omnes fermè apoſtolorum ſucceſſores & adiutores in uinculis fuerint.

Argumentū Laurentij.

Spectaculum facti.) θεατριζόμενοι. Theatron Græcis ſpectaculū, Vnde qui in theatrum producuntur, ut omnibus ſint ſpectaculo, θεατρίζεσθαι dicuntur.

Nam & uinctis.) Græce eſt, τοῖς δεσμοῖς ἐμοῦ, id eſt, uinculis meis. Interpres legiſſe uidetur δεσμίοις. Verum id librarijs potius imputandum reor.

Cognoſcentes uos.) Græci ſic legunt, γινώσκοντες ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς καὶ μένουσαν, id eſt, cognoſcentes uos habere in uobiſmetipſis meliorem ſubſtantiam in cœlis & manentem. Quidam codices pro ἐν ἑαυτοῖς habent, ἐν οὐρανοῖς, id eſt, in cœlis. Quidam habebant ad hunc modum, ἔχειν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς, id eſt, habere uobiſipſis meliorem ſubſtantiam in cœlis.

Nolite itaq; amittere.) μὴ ἀποβάλητε οὖν, id eſt, ne abijciatis igitur.

ὑπομονή.

Patientia enim uobis neceſſe.) ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν, quod non ſimpliciter ſonat patientiam, qua toleramus mala, ſed patientem expectationem, cum ſpe præmij duramus in malis, & nos rebus melioribus ſeruamus.

ὅσον, ὅσον.

Adhuc enim modicum aliquantulũ.) ἔτι γὰρ μικρὸν, ὅσον, ὅσον, quod ita uertere poterat, Adhuc enim perpuſillum, aut perq; exiguum tempus. Nam Græci ſermonis conduplicatio, epitaſin habet breuitatis temporis, idq; iuxta proprietatem Hebræi ſermonis, qui congeminatione uerbi eiuſdem uehementiam explicant. Quod genus eſt illud Hieremiæ, Ficus bonas bonas, & ficus malas malas. Rurſum illud eiuſdem, templum domini, templum domini. Itidem Eſaias capite decimo, Adhuc enim paululum, modicumq;, & conſummabitur indignatio mea.

Ex fide uiuit.) ζήσεται, id eſt, uiuet, ſiue uicturus eſt.

Quia ſi.) Antiqui codices habent, quod ſi. Græci, καὶ ἐὰν, id eſt, & ſi.

Non placebit animæ meæ.) οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ, id eſt, non complacitum eſt animæ meæ in illo. Quanquam diuus Hieronymus exiſtimat ea legendum, ut referatur ad uiſionem, non ad hominem. præcedit enim in Habacuc, unde hic deſumptus eſt locus, Scribe uiſionem &c. Atq; illud ſi ſubtraxerit ſe, refert ad Chriſtum tardantem, non ad hominem deſperantem. De quo cui cordi fuerit copioſius edoceri, legat huius enarrationem in ſecundum caput Habacuc.

Noua Hieronymi interpretatio.

Subtractio

Subtractionis filij.) Filij non reperio in Græcis codicibus, ac ne in Paulino quidē exemplari, nisi quod aliquis recentiore manu in spacio uersus dirimente asscripserat, filij. Porrò ita dixit non sumus subtractionis, quasi diceret, non sumus subtractores, hoc est, qui refugiunt ac detrectant obedire. sed sumus fidei, hoc est, fideles, quasi dicas sumus dei. Nec est simus, sed sumus. ἐσμὲν, modo indicandi, non imperandi.

EX CAPITE XI.

SPerandarum substantia.) ἐλπιζομένων ὑπόστασις, id est, quæ sperantur. ὑπόστασιν dixit, certitudinem, & id cui aliquid innititur ac fulcitur. Hic quidam argutantur circa hanc definitionem, ut ipsi uocant, cum encomium fidei potius sit ꝙ definitio dialectica. Siquidem hoc exordiolo ingreditur fidei laudationem, mox & exemplis ostendens, quantam uim habeat fides. Nisi forte putant esse finitionem, ubicunq; legerint est. Veluti si dicam, literæ sunt in rebus aduersis solatium, in secundis ornamentum, hanc eruditionis laudatiunculam existiment ad definitionum leges exigēdam. Et sunt qui submota hac definitione, ceu nimium apostolica, parumq; magistrali, subijciunt aliam sophisticam, & Aristotelis redolentem dialecticam, uidelicet hanc, Fides est uoluntaria certitudo absentium, infra scientiam & supra opinionem constituta. Deblaterat & alia fermè huius generis uulgatissimum glossema in caput de summa trinitate & fide catholica. Illud adijciam, hoc loco fidem non usurpari proprie pro ea, qua credimus credenda, sed qua speramus, hoc est, ipsa fiducia.

Definitio fidei.

Fides pro fiducia.

Argumentum.) ἔλεγχος, id est, indicium. nam id hoc loco significat argumentum.

Non apparentium.) Græce est, οὐ βλεπομένων, id est, quæ non uidentur. Nec est senes, sed seniores, πρεσβύτεροι. Et ἐμαρτυρήθησαν, quod hic uertit testimoniū consecuti sunt, transferre poterat, testimonio probati sunt, siue testimonium emeruerunt.

Ex inuisibilibus uisibilia.) εἰς ὃ μὴ ἐκφαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι, id est, Vt ex his, quæ non apparent, ea quæ uidentur fierent.

Plurimam hostiam.) πλείονα θυσίαν, id est, copiosiorem hostiam, siue plus hostiarum. Interpres ne diceret plurem hostiam, comparatiuum mutauit in superlatiuum.

Esse iustus.) Græce dixit magis quam latine, ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, testimonio dictus est esse iustus, siue testimonium meruit quod esset iustus.

Muneribus eius.) De muneribus est Græce, ἐπὶ τοῖς δώροις, id est, de donarijs.

Sine fide autem impossibile est placere deo.) Deo, hoc loco non repetitur apud Græcos, quos ego uiderim, sed subauditur ex superioribus.

Deo addit.

Metuens.) εὐλαβηθείς, id est, cauens, siue ueritus.

Fide qui uocatur Abraham.) πίστει καλούμενος Ἀβραάμ. Interpres non respexit ad uerbum præteriti temporis, obediuit. itaq; uertendum erat, Fide uocatus Abraham obediuit. aut, fide cum uocaretur Abraham obediuit. ut fide, pertineat ad uerbum obediuit. Sed rectius ad utrunq; accommodatur. Vocatus Abraham per fidem, & obediuit per fidem. Siquidem fide promeruit, ut illi nomen augeretur. non enim illi prius auctum est, ꝙ de eo dictum est, Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Vulgarius sic interpretatur, ut uocatus non faciat ad nominis appellationem, sed ad jussum dei, bis enim uocatus est à deo, cum iuberetur relinquere natalem terram. rursum cum uocaretur in montem, imolaturus filium. Ac iuxta hunc sensum ordinandus est sermo, Abraham cum uocaretur à deo, per fidem obediuit.

Duplex sensus.

In locum exire.) Et hoc Græce, obediuit exire. poterat latine, obediuit exiens, siue ut exiret. In casulis.) ἐν σκηναῖς, id est, in tentorijs.

Sara sterilis.) Epitheton sterilis, non inuenio in Græcis, licet asscriptum sit in uetustissimis nostris codicibus. Ex Chrysostomi & Vulgarij enarratione parum liquet, an interpres addiderit de suo, an hinc sumpserit.

In conceptione seminis.) εἰς καταβολὴν σπέρματος. Interpres probe & uerecunde reddidit sententiam Græci sermonis, Imbecillitas enim corporis obstat, quominus semē subsidat & adhærescat in matrice, propter imminutam attrahendi ac retinendi uim. Nam

illud καταβολὴν aliquoties uertit fundationem. Proinde Chryſoſtomus uim uerbi expla-

Faber. nans, exponit, ad ſuſcipiendum ſemen ac retinendum. Demiror autem cur Faber maluerit pro conceptione ſucceſſionem, niſi quod uerecundius etiam & interpres ſtuduit efferre. Aut quod magis ſuſpicor librariorum incuria, pro ſuſceptione mutatum eſt ſucceſſione. Vulgarius indicat quoſdam eſſe in hac ſententia, ut putent & fœminis ineſſe ſemen, & ad id, hunc locum poſſe accommodari. Etiam præter tempus ætatis.) Græce ſic eſt, καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκεν, id eſt, & præter tempeſtiuitatem ætatis peperit.

Orti ſunt.) ἐγεννήθησαν, id eſt, Nati ſunt, ſiue geniti.

Et hoc emortuo.) καὶ ταῦτα νενεκρωμένου. Ne quis putet Abraham iam uita defunctũ genuiſſe filios, Sic enim uertit quidam, Ex uno nati ſunt, & ipſo cum mortuus eſſet. Imò

• Faber. Græcus ſermo ſignificat illum iam effeto defectóq; fuiſſe corpore, ſicut & in epiſtola ad Rhomanos dixit mortificationem uuluæ & corporis. Deinde καὶ ταῦτα, ex conſuetudine Græci ſermonis facit ad epitaſim, quod Latini reddere ſolent, idq;, atq; id, & quidem,

Valla. aliíſq; ſimilibus modis. Vt nè Laurentium quidem oportuerit admodum offendi numero pronominis. Propter quod ab uno orti ſunt.) διὸ καὶ ἀφ' ἑνὸς ἐγεννήθησαν, καὶ ταῦτα νενεκρωμένου, id eſt, Propter quod ab uno nati ſunt, ſiue ex uno, idq; emortuo, ſiue, eóq; emortuo. Aſpicientes.) Cum mutarit genus paulo ante, ut temporis ſeruaret rationem, cur non idem facit in hoc participio? Nam dicere poterat, non acceptis, ſed eminus, ſiue procul conſpectis & ſalutatis, & confeſſi.

Et ſalutantes.) Ante hæc uerba inuenio in Græcis codicibus, καὶ πεισθέντες. i. perſuaſi.

Deeſt nobis. Et ſiquidẽ illius meminiſſent.) καὶ εἰμὲν ἐκείνης ἐμνημόνευον, ἀφῆς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι. i. Et ſiquidẽ illius meminiſſent, unde fuerãt profecti, habuiſſent tẽpus reuertendi. Nec eũ aſſentior hac quidẽ in parte Laurẽtio Vallæ, qui putauit in hũc uertẽdũ fuiſſe modum. Et ſi quidem illius recordarentur, ex qua exierant, haberent tempus reuertendi, ueluti de præſenti loquatur, non de præterito. Atqui id longe ſecus eſt. Loquitur enim de Abraham ac ſimilibus, quibus liberum erat in patriam redire, ſi patriæ deſyderium eos tenuiſſet. Cæterum Laurentium offendit uerbum præſentis temporis, quod mox ſequitur.

hypallage temporis. Nunc autẽ meliorẽ appetunt. Quaſi uero noua ſit huiuſmodi temporis hypallage. Quid quod ut ſequitur ita præceſſit, etiam uerbũ præſentis temporis, ἐμφανίζεσιμ ὅτι. Certe quod paulo inferius ſubíjcitur, Non confunditur deus uocari deus íllorum, nõ poteſt niſi ad patriarchas accommodari. Dicitur enim deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob. Iam num latine dici poſſit, erubeſcit uocari bonus, quemadmodum dicimus, cupit uideri bonus, uiderit Laurentius, qui hoc negat, cum nihil obſiſtat, quo minus ita loquamur.

In quo ſuſceperat.) ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος, id eſt, qui promiſſiones acceperat.

Arbitrans.) λογισάμενος. i. perpendens, etiamſi participium præteriti temporis eſt.

In parabolam accepit.) ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο, id eſt, in ſimilitudine adduxit, hoc eſt, in typo Chriſti imolandi. Siquidẽ illum referendũ eſt ad Iſaac, quem uiuum reduxit domũ.

Annotatio Hieronymi pugnat cum hac epiſtola. Et adorauit faſtigiũ uirgæ illius.) Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis notat interpretes Septuaginta, qui perperã trãſtulerint, adorauit ſummitatem uirgæ eius, cum apud Hebræos habeatur, & adorauit ad caput lectuli. Quod ſi uerum eſt, quid faciemus autori quiſquis eſt huius epiſtolæ? aut qui patrocinabimur Hieronymo?

De profectione.) περὶ τῆς ἐξόδου, id eſt, de exitu.

Temporalis peccati.) ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν, id eſt, quam temperariam habere peccati fruitionem.

Theſauro Aegyptiorum.) τῶν ἐν αἰγύπτῳ θησαυρῶν. i. theſauris qui erant in Aegypto.

Aſpiciebat.) ἀπέβλεπεν, id eſt, reſpiciebat, ſiue ſpectabat, aut rationem habebat retributionis. Animoſitatem regis.) τὸν θυμὸν, id eſt, iracundiam, ſiue ferocitatem.

Tanquàm uidens.) ὡς ὁρῶν, melius erat, perinde quaſi uideret.

Primitiua.) πρωτότοκα, id eſt, primogenita.

Quod experti.) ἧς πεῖραν λαβόντες, id eſt, cuius nempe maris, experimentum cum coepiſſent Aegyptij. Circuitu dierum ſeptem.) κυκλωθέντα, ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας, id eſt, Circundati, ſiue obſeſſi. Apparet interpretem legiſſe κύκλῳ.

Excipiens exploratores.) Et hoc participium præteriti temporis eſt, δεξαμένη, exceptis exploratoribus

exploratoribus. Quid adhuc dicam.) λέγω, id est, dico.

Ieppthe.) quod Græci scribunt hiephthae, tetrasyllabum ἰεφθάε. Notatus est à nõnullis & hic epistolæ locus, ut admonet Chrysostomus, quod Iepte meretricis filium, & filiæ immerentis interfectorẽ, in sanctorum Catalago recensẽat, item Barach & Samsonem. Locus notatus olim de Iephthe.

Impetum ignis.) ῥώμῃν, id est, uim.

Aciem gladij.) στόμα, id est os gladij. siue στόματα numero multitudinis, quod tamen Græci pro acie ponunt, quod ea parte mordeat. Quanquam sunt apud Græcos, qui στόμα quoque dictum putent à τέμνω, id est incido, quod ore incidamus, & comminuamus cibum. Vnde & δίστομος dicitur gladius utrinq; incidens. στόμα à τέμνω.

Cõualuerunt de infirmitate.) ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, id est, potẽtes redditi sunt ex imbecillitate. ne quis somniet eos reualuisse à morbo. Chrysostomus interpretatur de reuersis ab exilio Babylonico, in quo cum fuissent deiecti ac mortuis adsimiles, postea restituti sunt pristino uigori. Vulgarius attingens & hanc interpretationẽ, admiscet de Ezechia, qui à morbo reualuit. Posteriorem sequitur Thomas. Cõualuerũt nõ a morbo.

Castra uerterunt exterorum.) παρεμβολὰς ἔκλιναν, id est, incursiones siue impressiones in fugam uerterunt, & inclinarunt. Dicitur enim inclinata acies, cum parat fugam, & cædit in bello. Nec male uertit interpres, si quis modo sentiat, quid hoc loco sit uertere, hoc est, ad fugam impellere. Demiror autem cur Stapulensis maluerit euertere ꝙ uertere. Nã auertere multo erat aptius. Certe euertere, non uideo, quo pacto tolerari possit hoc sanè loco. Iam aliquanto inferius mulieres, Græce est γυναῖκες, quæ uox & sexum significat & uxorem. At hoc loco mortuos, de liberis accipiendum est. Mirum quantus hic Theologorum tumultus id agentium, ne uxores uirum semel defunctum cogantur recipere, idq; ne pereat character ille indelebilis apud ipsos natus. Quasi uero cum Paulus diceret, Si dormierit uir soluta est à lege uiri, tam anxie senserit, ut liberaret mulierem, si cuius uir reuixisset. Hic demum dignus est campus eximijs magistris. Faber. Curiosa quæstio.

Distenti sunt.) ἐτυμπανίσθησαν, quod à corio sumptum est, in tympano distento. Quã ꝙ Græcanica scholia interpretantur de his qui fustibus contusi perierunt. Cæditur enim crebris ictibus tympanum.

Secti sunt.) Quod Hieronymus alicubi uertit, serrati sunt, ut accommodet ad supplicium Esaiæ. In melotis.) ἐν μηλωταῖς, id est, pellibus ouillis, Sicut λεοντὴ dicitur exuuium leonis. Equidem non possum non ridere uirum alioqui magnũ Thomã Aquinatẽ, tamen miseret me, ac pudet, illius nomine tam fœdi lapsus, etiamsi fateor hæc non omnino proprie pertinere ad fidem, nec esse periculum ut hæreticus iudicetur, qui consimiliter fuerit hallucinatus. Verum illud periculum est, ne qui bonas didicere literas cum hæc legunt, ex his metiãtur cætera, ut est hominũ ingeniũ. Melota, inquit, est uestis facta de pilis camelorum, ut quidam dicunt. Vel melius, quod taxus habet pellem hirsutam, de qua fit uestis quæ dicitur melota. Iam quanto insulsius, imò impudentius delirat super hac uoce quisquis fuit autor operis omnium indoctissimi, quod uocant Catholicon. Hic trium phum agant, scilicet qui apostolicæ simplicitatis prætextu suæ patrocinantur insciti æ. Huiusmodi sanè uel ipsos superant apostolos. Neq; enim quisq; illorum tam insciꝰ uocum aut rerum fuit, ut ex oue faceret camelum, aut aliud nouum animal arbori cognomine. Quanq; ego uix adduci possum, ut credam hæc ab Aquinate scripta, primum Italo, deinde tam cæteris in rebus uigilanti. Et haud scio an bona pars huius erroris interpreti sit imputanda, qui è duabus Græcis uocibus, alteram transtulerit, alteram reliquerit. Si quidem in pellibus caprinis Græce est αἰγείοις. At cur fugit ad eundem modum circumloqui μηλωταῖς in pellibus ouillis? Nisi quod suo more horruit bis dicere pellibus. Quanquam μηλωτὴ non tam pellem ouis significat quam exuuium, hoc est pellem corpori detractam unà cum lana. Egentes.) ὑστερούμενοι, id est, destituti rebus necessarijs. Quanq; interpres bene reddidit. Testimonio fidei probati.) μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως, id est, testimonio comprobati sunt per fidem. Melotæ Thomæ lapsus miserãdus, si modo is ea scripsit. Catholicon. μηλωτὴ

Prouidente.) Et hoc participium est præteriti temporis apud Græcos, προβλεψαμένου, id est, quod deus melius quiddam de nobis prospexerat.

Ex capite

EX CAPITE XII.

Nubes pro multitudine



MPositam nubem.) περικείμενον .i. circumpositã, siue circundatã, & undiq; cingentem nos. Nubem autẽ uocat ingentem multitudinẽ ac turbã testium.

Pondus.) ὄγκον, id est, onus, siue sarcina.

Circunstans nos.) Nos, nõ est in Græcis codicibus, & est εὐπερίστατον, id est, quod facile circũsistat, & hæreat atque amplectatur, quasi nolens abijci.

Thomas.

Proinde nos uertimus, tenaciter inhærente peccato. Iam an satis quadret Aquinatis interpretatio, qui circunstans peccatum exponit occasionem peccandi, alijs discutiendum relinquo. Autorem & consummatorem.) ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν. Non explicuit interpres uim & festiuitatem Græci sermonis, qui constat ex contrarijs inter se uocibus, quarum prior composita est ex principio, posterior deducta à fine. Perinde quasi dicas inceptorem & finitorem, ut idem Christus sit autor initij simul ac finis.

Confusione contempta.) Confusionem suo more probrum atq; ignominiam uocat.

Atq; in dextera.) Græce est, Et in dextra throni dei, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ.

Sedet.) ἐκάθισεν. i. sedit, siue cõsedit. Quãq;, ut dixi, in his præteritũ pro præsenti usurpat.

Consolationis.) παρακλήσεως. Hic sanè magis quadrabat adhortationis.

Tanquam filijs loquitur dicens.) Dicens apud Græcos non est.

Neq; fatigeris.) ἐκλύου, id est, deficias, siue defatigeris.

Castigo μαστιγῶ.

Flagellat autem omnem filium.) μαστιγοῖ. Quod Hieronymus in Oseæ uertit, castigat, quæ uox mutata literula uidetur à Græca deducta fuisse. Nam flagris cedi apud Rhomanos seruilius est. Cæterum illud recipit, positum est pro eo quod est approbat, & non abdicat ac reijcit. In disciplina perseuerate.) Græcus codex secus habet, εἰ παιδείαν ὑπομένετε, id est, Si castigationem sustinetis, consentientibus & interpretibus Græcis. Nam paulo ante quod erat παιδεύει, uertit, castigat, & ab eo deductum παιδείαν, uertit disciplinam. Quem secuti quidam, disciplinam uocant castigationem, non satis approbante Valla. quanq; disciplinam reperire licet apud probos autores, præcipuéq; Suetonium, pro seueriore institutione, gubernationéq;, cuiusmodi solet adhiberi primis annis. Augustinus enarrãs psalmum centesimum decimumoctauum, Disciplinã interpretatur, cum quis molestijs eruditur. Cæterũ quod Græce est προσφέρεται, & interpres reddidit offert se, Augustinus libro de tẽpore barbarico, capite sexto, legit, Sicut filios uos aggreditur deus. Hoc enim agit Paulus, ne horrescant manum castigantis dei, non enim, inquit, admouet uobis manum, ut hostis hosti, sed ut pater filijs, emendaturus, non perditurus.

παιδεύειν.

Ergo adulteri.) Opinor interpretem uertisse, adulterini, pro spurijs & illegitimis. Quos Græci simulq; Latini uocant νόθους, quo uerbo usus est Paulus. Eruditores habuimus.) παιδευτὰς, ab eodem uerbo παιδεύειν, quod significat ueluti puerum instituere, quod plagis & obiurgatione nõnunq; opus sit. In tempore paucorum dierum.) πρὸς ὀλίγας ἡμέρας .i. ad paucos dies. Secundum uoluntatem suam.) κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, id est, ut ipsis uidebatur, hoc est, suo arbitratu. Nonnunq; & præter meritum.

In recipiendo.) εἰς τὸ μεταλαβεῖν .i. ut participes fiamus. Pacatissimum.) εἰρηνικὸν .i. pacificum, siue pacatum. Vt ne quis claudicans erret.) ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ .i. ne id quod claudum aberret, hoc est, ne claudicatio abducat à uia, præsertim cum sit angusta. Certis igitur & non uacillantibus passibus opus est in hac.

Contemplantes.) ἐπισκοποῦντες .i. consyderantes, & curã agentes. Translatũ ab exercitu, longũ faciente iter. Nã hic aliquot cura delegari solet, prospiciendi ne desit cõmeatus.

Ne quis desit gratiæ dei.) μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος .i. ne quis sit deficiens, aut destitutus à gratia dei, hoc est, qui non possit assequi, uelut in uia sunt qui deficiant.

Impediat.) ἐνοχλῇ, id est, obstet, siue obturbet. Augustinus sermone de uerbis Apostoli, decimo sexto, pro impediat, legit molestat.

Vendidit.) ἀπέδοτο, id est, reddidit. Nec est primitiua, sed πρωτοτόκια, id est, primogenitalia, ut ita docendi causa loquamur, hoc est, ius primogeniti.

Scitote.) ἴστε γὰρ, id est, scitis enim.

Hæreditare.) κληρονομῆσαι, id est, Hæreditate accipere.

Ad tractabilem montẽ.) Montẽ in multis latinis codicibus deest, προσψηλαφωμένῳ ὄρει, id est ad

est,ad montem contactum,siue qui tangebatur, at non sine pernicie tangentium. Allusit enim ad montem Sina & illud psalmi, Tange montes & fumigabunt.

Et accessibilem ignem.) καὶ κεκαυμένῳ πυρί .i. accensum igne. Origenes homilia,in Numeros tertia, nec addit montem,& pro accessibilem legit, ardentem. Non em̄ accessistis ad ardentem & tractabilem ignem. Mirum autem quid idem secutus legat,& multitudinem angelorū collaudantium. Et Augustinus libro quæstionum in Genesim primo,quæstione centesima sexagesimaoctaua, legit ad hunc modum, Sed accessistis ad montē Sion & ciuitatem dei Hierusalem,& ad milia angelorum exultantium. Origenis'noua lectio.

Se excusauerunt.) παρῃτήσαντο, id est,deprecati sunt,siue recusarunt.

Ne eis fieret uerbum.) μὴ προσεθῆναι αὐτοῖς λόγον .i. ne sibi commendaretur sermo,aut ne sibi adderetur sermo. nimirum post talia præludia,expectabant duram orationē. Quā ꝙ Græcus sermo nonnihil habet ambiguitatis,quod αὐτοῖς ad homines referri potest, & ad prodigia quæ præcesserant,ut sit sensus,ne adiungeretur sermo talibus monstris iam uisis.aut ne sibi sermo committeretur, quem acerbum expectabant.

Non enim portabant.) οὐκ ἔφερον γάρ, id est,non ferebant enim,non tolerabant.

Quod dicebatur.) τὸ διαστελλόμενον .i. quod distinguebatur,pro præcipiebatur. Expressit em̄ Hebraici sermonis figuram,iuxta quam dictum est & illud, Distinxit in labijs suis.

Si bestia tetigerit montem,lapidabitur.) Hic quidam Græci codices addunt, ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται, id est, aut iaculo configetur. Supereſt in Græcis.

Quod uidebatur.) τὸ φανταζόμενον, non est simpliciter,quod uidebatur,sed quod uideri uidebatur. sicuti uidentur spectra,& uisa,aut somnia.

Moyses autem dixit.) Suspicor hunc esse locum,de quo senserit Hieronymus,cum ait à quibusdam hanc epistolam non asscribi Paulo,quod nonnulla citentur in ea, ueluti de ueteri instrumento,quæ apud Hebræos non habeantur. Siquidē Exodi capite uicesimo, ubi narratur historia traditæ legis, nihil huiusmodi dicit Moses. ac ne tertio quidem eiusdem uoluminis capite,cum in rubo uidet dominum. Nam torquet huc eum locum Aquinas. idq; quoniam sensit parum esse solidum adiecit, dixit,saltem facto. ne huic quidē fisus commento addidit. Vel forte Apostolus utitur alia litera,quā nos non habemus. Sed utrum apocrypha utitur an approbata? Si apocrypha, negat alicubi Hieronymus morem esse apostolis apocryphorum uti testimonijs. Sin approbata, constat nostris exemplaribus aliquid approbatæ æditionis deesse. Locus olim notatus.

Et multorum milium angelorū frequentiam.) καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει. Mire conuinxit μυριάσιν & πανηγύρει, cum myriades aliquoties dicamus innumerabilem turbam. Alioqui myrias Græcis est numerus complectens decem milia. atq; ita sanè adducit Ambrosius,libro de Cain & Abel,secundo,capite secundo. & πανήγυρις dicitur, quoties diebus festis,aut comitijs,uniuersus populus congregatur.

Et iudicem omnium deum.) καὶ κριτῇ θεῷ πάντων, id est,ad iudicem deum omnium.

Et spirituum.) καὶ πνεύμασι. i.& ad spiritus. Dictu mirum, ꝙ hic uigilarit Aquinas indicans huius loci triplicem esse lectionem, Primam esse Græcorum, Et spiritum iustorū perfectorū,ut sit sensus,Accessistis ad spiritū sanctum,qui facit perfectos in iustitia. Alterā huiusmodi,Et spirituū iustorum perfectorū,ut sit sensus, Accessistis ad deū,qui est iudex omniū,sed est quasi hæreditas spirituū iustorū perfectorū. Tertiā,& spiritus iustorū perfectorū, ut accipiamus nobis fore societatē cū spiritibus sanctorū qui sunt perfecti. Sed primā approbat,quod sit ut ait ille planior,deinde quod Græcorū, cū ultima cū Græcis consentiat. iuxta quā Chrysostomus interpretat animas piorū. Nullus indignatur Thomæ, qui cū Græce nescierit,tamē indicat uariā lectionē,idq; nullius autoritate fultus. in me destomachantur,qui tot rebus ad hoc negotium instructus,indicē non quid ego somniem, sed quid legerint ueteres ac probati utriusq; linguæ scriptores. Thomas.

Et sanguinis aspersionem.) καὶ αἵματι ῥαντισμοῦ .i.& sanguinem aspersionis,sanguinem qui aspergitur Hebræorum more. Melius loquentem ꝙ Abel.) κρείττονα λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ .i. meliora loquētem ꝙ sanguis Abel. Nam id palam postulat articulus τὸν. Sanguis enim Abel dicitur loqui de terra & efflagitare uindictam. At Christi sanguis loquitur expiationem. Ita non modo Græci, uerumetiam Thomas.

Loquebatur

Loquebatur.) χρηματίζοντα, id est, oracula reddebat. Nec enim est simpliciter loqui, sed ex oraculo respondere. Adhuc semel & ego.) Et, redundat. Porrò testimonium adductum est ex Aggei capite secundo. Hebræa sic reddidit Hieronymus, non dissentientibus Septuaginta. Adhuc unum modicum est, & ego commouebo cœlum & terram.

Mouebo.) σείω, id est, concutio, præsentis temporis. Mobilium.) τῶν σαλευομένων, id est, eorum quæ fluctuant, siue concutiuntur. Habemus gratiam.) Vulgarius legit, ἔχωμεν, id est, habeamus. Verum in huiusmodi facillimus est lapsus.

EX CAPITE XIII.

Haritas fraternitatis.) ἡ φιλαδελφία, id est, fraterna charitas, hoc est, charitas Christianorum inter se mutua. In uobis.) Apud Græcos non additur. Item copula &, quæ sequitur, non est apud illos.

• Superest apud nos.

Placuerunt quidam &c.) ἔλαθόν τινες, ξενίσαντες ἀγγέλους, id est, latuerunt quidam accipientes hospitio angelos. sic em̄ ad uerbum uerti poterat. Porrò sensus hic est. Quidam imprudentes siue inscientes acceperunt angelos hospitio. Interpres male secutus est Græcam figuram, quam latinitas nō admittit. Cæterum quod in nostris codicibus placuerunt habetur scriptum, id uerisimillimum est librariorum errore inductum, qui cum non intelligerent latuerunt. (nam is sermo nihil significat latinis) mutata scriptura fecerunt, placuerūt. Mihi non usquequaq; satisfacit, quod hoc loco uertit Laurentius, per hāc latuit quosdam, quod angelos in hospitium accepissent. Neq; enim id sensit Paulus, hoc hospitalitati tribuendum, quod ignorarint quos exceperant, sed quod acceperint angelos, cum se putarent homines accipere. At multo minus, quod in hunc locum commentatur Iacobus Faber Stapulensis, qui putat idem esse latuisse, quod occultatum & non uisum fuisse, scribens in hunc modum, Dicendū latuerunt, nō placuerunt. Etenim Lot & familia eius latuit, angelis hospitio susceptis, cum Sodomitæ uellent eum impetere & perfringere fores, continuo percussi cæcitate ab angelis. Verū secus interpretātur Chrysostomus & Vulgarius, græcam etiam figuram interpretantes, quæ tamē uel mediocriter Græce peritis incognita non est. Et Vulgarius hāc laudem accommodat ab Abraham & Lot communiter. Chrysostomus adeo tribuit Abrahæ, ut dubitet, num & Lot oporteat esse communem. Augustinus in quæstionibus super Genesim libro primo, citans hoc testimonium. Per hanc enim, inquit, quidam nescientes, hospitio receperunt angelos. Et de Lot dubium non est quin nesciens receperit angelos, existimans homines esse. Cæterum de Abraham nōnihil addubitari poterat, quod adorarit & dominum appellarit, cum tres conspiceret. Rursum cum cibum offert, & pedum lotionem, uelut ex itinere fessis, uidetur homines credere. Thomas Tenedia bipēnis, ita nodū dissecat, ut dicat Abraham primū eos habuisse pro uiris probis, & ob id exhibuisse humanitatis officia, licet adorarit adoratione δουλείας, mox agnouisse angelos, in quibus loqueretur deus. Idem admonet geminæ lectionis. Nam præter hāc quam uulgo habemus legi, per hanc quidam nescientes receperunt angelos, & tamen non dignatur huius lectionis ullum nobis autorē indicare.

Placuerunt ꝙ latuerunt. Vālla.

Faber.

Thomas.

Laborantium.) κακοχυμιώντων, id est, afflictorum.

Tanctꝫ & ipsi in corpore morātes.) ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες, id est, tanctꝫ & ipsi sitis in corpore. Laurētius putat subaudiendū ipsorum, tanctꝫ ipsi sitis in corpore afflictorum. quod mihi nequaquā probat. Sentit em̄ de corpore cuiusq;, similibus obnoxio malis. Ita & Vulgarius.

Vulgarius.

Honorabile connubiū in omnibus.) ἔν πᾶσι, quod uarie exponit Vulgarius. In omnibus, ut subaudias modis, aut in omnibus ætatibus, aut in omni tempore, denique inter omnes. Quod quidem postremū mihi maxime probatur. quandoquidē & apud ethnicos, honos habitus est matrimonijs, ob fauorem publici cōmodi. Cæterum quod hic uertit thorus, Græce est κοίτη. Eam uocē in epistola ad Rhomanos, uertit concubitum, agēs de Isaac & Rebecca, tametsi κοίτη non significet concubitum, sed cubile.

• Non te deseram nec relinquam,) ἀνῶ ἐγκαταλείπω .i. relinquo ac desero, præsentis temporis. Locus est Iosue cap. primo. etiāsi Hieronymus uertit, nō dimittā nec derelinquā te.

Nolite abduci.) μὴ περιφέρεσθε, id est, ne circumferamini. Interpres legisse uidetur παραφέρεσθε, & utrunq; uerbum satis quadrabat.

Optimum est enim.) καλὸν γὰρ, id est, bonum enim.

Promeretur

Promeretur deus.) εὐαρεσθεῖται, id est, conciliatur deus, siue placetur deo.
Et subiacete eis.) ὑπείκετε. Et eis, redundat, id est, concedite ac deferte. Peruigilant.) ἀγρυπνοῦσι, id est, uigilant. Quasi rationem reddituri.) ὡς λόγον ἀποδώσοντες, id est, tanctę rationem reddituri. Hoc enim non expedit.) ἀλυσιτελὲς γάρ, id est, inutile enim. Aptet uos.) καταρτίσαι, id est, perficiat. & in omni opere bono, legunt Græci. Verbum solatij,) παρακλήσεως. Cur non potius exhortationis hoc loco?
Perpaucis scripsi.) διὰ βραχέων, id est, per pauca, siue paucis. Sunt enim græce duæ dictiones. De Italia fratres.) οἱ ἀπὸ τῆς ἰταλίας, id est, Itali. Nectę fratres est apud Græcos. Optime lector, nihilo minoris uelim esse tibi hanc epistolam, quod à multis dubitatum sit, Pauli esset, an alterius. Certe cuiuscũctę est, multis nominibus digna est, quæ legatur à Christianis. Et ut à stilo Pauli, quod ad phrasim attinet, longe latécę discrepat, ita ad spiritum ac pectus Paulinum uehementer accedit. Verum ut non potest doceri certis argumentis cuius sit, quod nullius habeat inscriptionem, ita compluribus indicijs colligi potest, si non certis, certe probabilibus, ab alio quopiam ctę à Paulo scriptam fuisse. Primum quod sola omniũ Pauli nomẽ nõ præferat, tametsi nõ me fugit hoc utcũctę dilui ab Hieronymo, sed ita ut magis retundat aduersarij telũ, ctę astruat quod defendit. Si ideo, inquit, Pauli non est, quod Pauli nomen non præferat, igitur nullius erit, cum nullius præferat titulũ. Sed audi ex aduerso. Si ideo quisctę liber huius aut illius credi debet, quod eius titulum præferat, igitur & euangeliũ Petri, Petro tribui debet, quod præferat Petri nomen. Deinde quod tot annis, nempe usctę ad ætatem Hieronymi, non recepta fuerit à Latinis, quemadmodum ipse testatur in epistolis suis. Ad hanc coniecturam facit, quod Ambrosius, cum omnes Paulinas epistolas sit interpretatus, in hanc unam nihil scripserit. Præterea quod alicubi recensuit Hieronymus, quod in hac quædam testimonia citentur ex ueteri testamento, quæ non reperiantur in Hebræorum uoluminibus, de quibus nõnihil attigimus huius epistolæ capite duodecimo. Vt ne dicam interim inesse locos aliquot, qui quorundã hæreticorũ dogmatibus prima fronte patrocinari uideantur. Velut illa, quod uelum separans sancta sanctorũ, interpretatur cœlum. ac multo magis, quod palàm adimere uideatur spem à baptismo relapsis in peccatũ. idctę non uno in loco, cum Paulus & eum receperit in cõmunionem sanctorum, qui dormierat cum uxore patris. Adde huc, quod diuus Hieronymus cum alijs aliquot locis ita citat huius epistolæ testimonia, ut de autore uideatur ambigere, tum edisserens caput Hieremiæ triceſimũ primũ. Hoc, inquit, testimonio Paulus apostolus, siue quis alius scripsit epistolã, usus est ad Hebræos. Rursum in Esaiæ cap. 50. Dicit & in epistola quæ fertur ad Hebræos. alijsctę locis penè innumeris, alicubi negãs referre cuius sit, modo salubria doceat. Consimilem ad modũ Origenes homilia in Matthæum 26. cum adducat huius epistolæ testimoniũ, non audet tamen ab aduersario flagitare, ut Pauli uideat. ac remittit penè ut sit eo loco, quo liber qui inscribitur, secreta Esaiæ. Et Augustinus citaturus huius epistolæ testimoniũ de ciuitate dei, libro decimosexto, capite uigesimosecundo, præfatur hũc in modum. De quo in epistola, quæ inscribitur ad Hebræos, quam plures apostoli Pauli esse dicunt, quidam uero negant, multa & magna conscripta sunt. Quin idem aliàs frequẽter adducens huius epistolæ testimoniũ, Scriptum est, inquit, in epistola ad Hebræos, omisso Pauli nomine. Sic intellectum est in epistola ad Hebræos. Et de illo etiã in epistola legitur, quæ inscribitur ad Hebræos. Hæc atcę huiusmodi cũ plus centies occurrant, nuscę quod sanè meminerim, citat Pauli nomine, cum in cæteris citationibus, Pauli titulũ libenter sit solitus addere. Ambrosius licet in hanc unam non ædiderit cõmentarios, tamen eius testimonijs nõ infrequenter utitur, & uidetur eam Paulo tribuere. Restat iam argumentum illud, quo nõ aliud certius, stilus ipse, & orationis character, qui nihil habet affinitatis cum phrasi Paulina. Nam quod adferunt hic quidam, Paulum ipsum Hebraice scripsisse, cæterum Lucam argumentum epistolæ, quam memoria tenebat, suis explicuisse uerbis. quantum ualeat, uiderint alij. Necę enim in uerbis solum aut figuris discrimen est, sed omnibus notis dissidet. Et ut Paulus græce scribens, multum ex idiomate sermonis Hebraici retulit, ita & in hac, quam ut uolunt isti, scripsit Hebraice, nõnulla sermonis illius uestigia resideret. Quid quod ne Lucas quidem ipse in Actis apostolorum, hoc est, in argumento, quod facile recipit oratio-

Epistola hæc an Pauli sit.

Stilus an certissimũ argumentum.

tionis ornamẽta,parum abeſt ab huius epiſtolæ eloquentia.Equidem haud interponam hoc loco meam ſententiam. Cæterum admodum probabile eſt,quod ſubindicauit diuus Hieronymus in catalogo ſcriptorum illuſtrium,Clementem Rhomanum pontificem, à Petro quartum,autorem huius epiſtolæ fuiſſe. Clementis enim meminit Paulus, & hic Timothei facit mentionẽ.Sed præſtat,opinor,ipſa Hieronymi uerba ſuper hac re aſſcribere.Scripſit,inquit,nempe Clemens,ſub perſona Rhomanæ eccleſiæ,ad eccleſiã Corinthiorum,ualde utilem epiſtolam,quæ & in nõnullis locis publice leǵitur, quæ mihi uidetur characteri epiſtolæ,quæ ſub Pauli nomine ad Hebræos fertur conuenire.Sed & multis de eadem epiſtola non ſolum ſenſibus, ſed iuxta uerborum quoq; ordinem abutitur. Omnino grandis in utraq; ſimilitudo eſt.Hactenus diuus Hieronymus,ſatis ciuiliter indicans prudenti doctóq; lectori,quid ipſe ſuſpicetur.Sed hiſce de rebus nonnihil attigimus in caput ſecundum.

Hieronym⁹.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM, FINIS.

IN EPISTOLAM IACOBI, ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.

IACOBVS apoſtolus.) Apoſtolus,non addit in his libris, quos ego uiderim,nec in latinis emẽdatioribus. Et fieri poteſt,ut nomen commune cum apoſtolo præbuerit occaſionem,ut hæc epiſtola Iacobo apoſtolo aſſcriberetur, cũ fuerit alterius cuiuſdam Iacobi.nam de hac quoq; nõnihil eſt dubitatum.Idem accidit in duabus poſterioribus,quæ ob nomen cõmune,Ioanni tribuuntur apoſtolo,cum alterius ſint,autore Hieronymo,qui Iacobum hunc negat eſſe apoſtolum è numero duodecim qui recenſentur in euangelio, ſed alium quendam cognomento iuſtum, filium Mariæ ſororis matris domini,qui primus fuerit ordinatus epiſcopus Hieroſolymitanus ab apoſtolis.Nec enim obſtare,quod hic aliàs uocetur apoſtolus, cũ apud Paulum diſcipuli Chriſtum prædicantes,apoſtoli dicantur. Ac ne ab hoc quidem hanc epiſtolam eſſe profectam,aſſeuerabant quidam,licet,ut inquit idem Hieronymus, paulatim procedente tempore obtinuerit autoritatẽ. Verum ſuperuacuum arbitror anxie de autore digladiari,rem potius amplectamur,& ſpiritum ſacrũ autorẽ exoſculemur.

Iacobus nõ e numero duodecim.

Opus perfectum habet.) ἐχέτω,id eſt,habeat. Atq; ita legitur & in latinis exẽplaribus emendatis. Et integri.) ὁλόκληροι,ut opponatur mutilis. Indiget ſapientia.) λείπεται σοφίας,id eſt,ſi cui deeſt ſapientia. Poſtulet à deo qui dat.) αἰτείτω ἀπὸ τοῦ διδόντος θεοῦ, id eſt,poſtulet ab eo qui dat,nempe deo. Affluenter.) ἁπλῶς,id eſt, ſimpliciter & pure.Id enim interpretatur quod mox ſequitur,& non improperat.

Nihil hæſitans.) μηδὲν διακρινόμενος,id eſt,nihil dijudicans.quanq; hæc affinia ſunt,& ob id utroq; modo ſolet uertere. Et circũfertur.) καὶ ξιπιζομένῳ,id eſt,iactat̃ ſiue rapit̃.

Non ergo

Non ergo existimet.) μὴ γαρ, id est, non enim. Quod accipiat.) ὅτι λήψεται, id est, quod accipiet, aut accepturus sit. Vir duplex animo.) δίψυχος, quasi dicas, bianimis, ut dicimus bilinguis. In exaltatione.) ἐν τῷ ὕψει, id est, in sublimitate. Opponit enim inter se pugnantia. Interpres legisse uidetur, ἐν τῷ ὑψώσει. In humilitate.) ἐν ταπεινώσει, id est, in humiliatione. Decor uultus eius.) Quid ego audio? etiam herba uultum habet? Est enim hic χόρτος, quod interdum transfert fœnum, nonnunq; gramen, rarius herbam. Proinde sciat lector græce esse εὐπρέπεια τοῦ προσώπου, id est, decor aspectus eius, siue speciei. Vultus in herba.

Dines in itineribus suis.) πορείαις. Vide num legi possit, πορίαις, ut sit, in abundantia. Repromisit deus.) Græci legunt dominus, pro deus.

Quoniam à deo tentatur.) ὅτι ἀπὸ θεοῦ πειράζομαι, id est, quod à deo tentor. Tametsi hanc figuram Latinus sermo non recipit, nisi omittas coniunctionem quod.

Intentator est.) ἀπείρασός ἐστι κακῶν, id est, inexpertus est malorũ, siue non potest tentari malis. Significat autem deum neq; tentari ipsum malis, neq; tentare quenq;, quasi dicas, intentabilis. Demiror autẽ interpretes non circuitione potius uocẽ hanc explicuisse. nam Latinis intentator est, qui mali quippiam impingit. Intentator ἀπείρασος. Abstractus & illectus.) ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος, id est, illectus & inescatus. tametsi participia hæc præsentis sunt temporis. Generat mortem.) ἀποκύει. metaphora sumpta à grauidis.

Dilectissimi.) ἀγαπητοί, id est, dilecti. Datum optimũ.) δόσις ἀγαθή, id est, donum bonũ, siue donatio bona. Hieronymus legit, omnis perfecta donatio, in loco quẽ mox cito.

Non est transmutatio.) παλλαγή, quod Hieronymus in priori aduersus Iouinianum cõmentario uertit, differentiam. Augustinus libro de ciuitate dei xi. legit, Apud quẽ non est immutatio, nec momenti obumbratio. Rursus aduersus Manichæos de natura boni cap. 24. Hilarius de trinitate libro 4. legit, Apud quẽ non est demutatio. Nec.) ἢ, id est, aut, pro nec. Vicissitudinis obumbratio.) τροπῆς ἀποσκίασμα, id est, cõuersionis obumbratio. Significat autẽ ab hac luce iaci umbrã, & solstitijs crescere, & decrescere nostrum solem. Ita propemodum & diuus Hieronymus in loco quem modo citauimus.

Voluntarie eñ &c.) βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων, id est, uolens progenuit nos uerbo ueritatis, ut simus primitiæ quædã creaturarũ eius, siue creaturarũ suarum. Scitis fratres mei.) ὥστε ἀδελφοί, id est, itaq; fratres mei. Interpres legisse uidetur ἴστε, pro ὥστε. Si autem.) Autem, redundat.

Omnem immundiciam.) ῥυπαρίαν, id est, sordiciem. Abundantiã.) περισσείαν, id est, superfluitatem. Alludit enim ad sordes & superflua corporis. Et non auditores tantum.) Tantum, nõ inuenio apud Græcos. Perspexerit.) παρακύψας, id est, qui prospexerit. In lege perfecte.) εἰς νόμον τέλειον, id est, in legem perfectam.

Libertatis,) τὴν τῆς ἐλευθερίας, id est, quæ est libertatis, siue nempe libertatis.

Permãserit in ea.) καὶ παραμείνας οὕτως, id est, & permãserit sic. Religiosum esse.) Græci addunt ἐν ὑμῖν, id est, inter uos. Ab hoc seculo.) ἀπὸ τοῦ κόσμου, id est, à mũdo.

EX CAPITE II.



Esu Christi gloriæ.) Quod iuxta proprietatem Hebræi sermonis perinde ualet ac si dicas, glorioſi, Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς δόξης. Vide lector, num δόξης hic declaret nõ gloriam, sed opinionem, ut referatur ad προσωπολημψίαις. sitq; sensus, ne habeamus fidem domini nostri Iesu Christi, in discretione personarum, ut ex sua cuiusq; opinione quenq; æstimemus, non hac quatenus est Christianus, sed quatenus nobis aut magnus, aut humilis est ob affinitatem aut diuitias. προσωπολημψία.

In conuentum uestrum.) εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν, id est, in congregationẽ siue cœtum uestrum. Hic palàm est, synagogam esse quemuis cœtum aut consessum hominum.

Aureum anulum habens.) χρυσοδακτύλιος, dictione composita uocauit, gestantẽ anulos aureos, quasi dicas, auranuleus. In ueste candida.) ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, id est, in ueste splendida. In sordido habitu.) ἐσθῆτι. Variauit interpres, cũ græce sit eadẽ dictio.

Qui indutus est ueste præclara.) ἐπὶ τὸν φοροῦντα τὴν ἐσθῆτα τὴν λαμπρὰν, id est, in eũ qui gestat uestem splendidã. Et est eadem uox, quã modo uertit candidam, ridiculus affectator copiæ. Aut sede sub.) ἢ κάθου ὧδε, id est, sede hic. Non iudicatis.) οὐ διεκρίθητε, id est, iudicati estis in uobisipsis. Nam & sic accipi potest, & magis quadrat ad ea Copia.

quæ ſequuntur. Cæterum & cõiunctio quæ apud Græcos additur, tantum ad uehemen tiam & affectum facit, ἢ οὐ διεκρίθητε, ut & non, perinde polleat ac ſi dicas, an non.

Cogitationum iniquarum.) πονηρῶν, id eſt, malarum. In hoc mundo.) τοῦ κόσμου, id eſt, mundi. Interpres, mirũ quo conſilio, ſemper addit, mundo, pronomen demonſtra tiuum. etiamſi hic in nonnullis additur τούτου. Diuites autem.) Autem, redundat, & repugnat ſenſui. Interpres legiſſe uidetur, πλουσίους δέ, perinde quaſi præceſſerit μὲν, Pauperes quidem in hoc mundo, ſed diuites in fide. Exhonoraſtis pau.) ἠτιμάσατε, id eſt, ignominia affeciſtis, ſiue contemptui habuiſtis. Per potentiam opprimunt.) Quod Græci dicunt unico uerbo καταδυναστεύουσιν, quaſi dicas, abutuntur ſuo magiſtra tu & poteſtate, in ueſtrum malum. Ad iudicia.) εἰς κριτήρια, id eſt, ad tribunalia.

Redarguti à lege.) ἐλεγχόμενοι, quod melius uertiſſet, & redarguimini, ut tempus quoq; reſpondeat. Quicunq; autem.) Enim eſt Græcis, non autem. Quaſi

Incipientes pro futuro.

tranſgreſſores.) ὡς παραβάται, id eſt, ut tranſgreſſores. Incipientes iudicari.) μέλλον τες κρίνεσθαι, id eſt, iudicandi. Et in hunc quidem modum frequẽter tranſtulit interpres. At hic ſanè fuit intolerabile. Qui non facit.) μὴ ποιήσαντι, id eſt, qui non fecerit.

Superexaltat autem miſericordia iu.) κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως. Opinor interpretẽ uertiſſe, ſuperexultat, id eſt, ſupergloriatur. Senſus eſt, gloriatur miſericordia aduerſus iu

Hugo Car renſis.

diciũ, tanq; uictrix, ut nihil iam ad rem faciant, quinq; expoſitiones Hugonis Carrenſis, quas in hunc inuehit locum, ὅλας ἁμάξας, pro unica interpretatione, examẽ interpretatio num faciens. Ea eſt inſcitiæ fœcunditas, cum ueritatis ſimplex ſit oratio. Vtitur autem eo dem uerbo ad eundẽ modum paulo inferius, μὴ κατακαυχᾶσθε καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀλη θείας, id eſt, ne gloriemini & mentiamini aduerſus ueritatem. Apparet & Auguſtinum le

Auguſtini le ctio excuſſa.

giſſe, ſuperexaltat, non conſultis Græcis exemplaribus, quod tamen aliàs nõ raro facit. Id coniicere licet ex uerbis eius, quibus enarrat pſalmum 143. Idem libro de ciuitate dei xx. cap. xvii. interpretatur, ſuperexaltat, ſuperat, Sed cum ad iudicium, inquiẽs, uentum fue rit, miſericordiam eſſe ſuperaturam. nõ longe quidem aberrans à ſcopo, quod ad ſenſum attinet. Cæterum qua ratione ſuperexaltare poſſit idem eſſe quod ſuperare? Rurſus in quæſtionibus in Exodũ legit, Superexaltat miſericordia in iudicio. Vt hinc nõnulla ſuſpi cio detur illum legiſſe, ſuperexultat. Et ſoror.) Aut, eſt græce, non &.

Calefacimi ni.

Calefacimini.) θερμαίνεσθε, id eſt, calefiatis ſiue caleſcite. Quis enim ferat calefaciminis? Aut cur non potius mutato genere calefaciatis uos, quemadmodum nõ ſemel huius uer bi participium uertit in euangelio θερμαινόμενον, calefaciebat ſe. In ſemetipſa.) καθ ἑαυτὸν, id eſt, per ſe, hoc eſt, ſola. Sine operibus.) ἐκ τῶν ἔργων σου, id eſt, ex operibus

Varia lectio.

tuis. Interpres legiſſe uidetur ἐκτὸς τῶν ἔργων, nam minimũ eſt diſcrimen in uocibus, cum ſententia tota pugnet. Quod ſi legis ſine operibus, quemadmodum legit interpres, nõ ui deo qui conſtet ſenſus, nam fides oſtendi nõ poteſt, niſi factis. Sentit autem quiſquis hic fuit Iacobus, demonſtra tuam fidem quam habes, adiunctis factis, ut utrunq; habeas, & ego ſolis factis declarabo mihi, neutrum deeſſe. Credidit Abraham deo.) Idem te ſtimonium quod Paulus adduxit in epiſtola ad Rhomanos aduerſus fiduciã operum,

Opera dupli cia.

hic adducit ad cõmendationem operum. Verum Paulus illic uocat obſeruationem le gis Moſaicæ, hic ſentit de officijs pietatis & charitatis. Videtis quoniam.) ὁρᾶτε τοί νυν ὅτι, id eſt, uidetis igitur quod.

EX CAPITE III.

PLures magiſtri.) πολλοὶ, id eſt, multi. Sumitis.) λήψόμεθα, id eſt ſume mus, ſiue quod Valla mauult, accipiemus. Et quod ſequitur, offendimus omnes, præſentis eſt temporis, non præteriti, πταίομεν, id eſt, labimur. ut in telligas omnes cotidie labi. Item quod ſequitur, ſi quis in uerbo non offen dit, πτάιει. Poteſt etiã freno.) δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα, id eſt, potens freno moderari & totum corpus. Si autem frenos.) Græce nõ eſt ſi au tem, ſed ecce, ἴδε, interpres legit εἰ δὲ. Ad conſentiendũ.) πρὸς τὸ πείθεσθαι ἑαυτοὺς ἡμῖν, id eſt, ut nobis obediant ſiue pareant. Omne corpus.) Et omne corpus legit Græ cus, ſed neceſſe erat coniunctionem abijcere, cum dixerit, ſi autem.

Et ecce naues.) ἰδοὺ καὶ τὰ πλοῖα, id eſt, ecce & naues, ſiue naues quoq;.

Cum magnæ

Cum magnæ ſint.) τηλικαῦτα ὄντα, id eſt, cum tantæ ſint. Auentis ualidis.) σκληρῷ, id eſt, duris, ſed interpres aliud uidetur legiſſe. Minentur.) ἐλαυνόμενα, id eſt, aguntur ſiue uehuntur. Circũferuntur autem.) Autem, redundat. Modicum quidem.) Quidem, redundat, & officit ſenſui. Et magna exultat.) καὶ μεγαλαυχεῖ. Lyranus legit, exaltat. & magna exponit, mala. & exaltat, prouocat. Arbitror ab interpre/te fuiſſe ſcriptum, exultat, hoc eſt, iactat, id quod græca uox ſonat. Ecce quantus ignis.) Opinor interpretem uertiſſe, quantulus ignis, id eſt, quàm puſillus. Nam græce eſt ὀλίγον πῦρ, id eſt, exiguus ignis. Hieronymus in 66. Eſaiæ cap. ita citat. paruus ignis quàm grandem ſuccendit materiã. Hoc adieci, ne quis putet Græcos codices fuiſſe uitiatos. Et ſyluam, hoc loco rectius uertiſſet, materiam. Vniuerſitas iniquitatis.) ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας, id eſt, mundus iniquitatis. Eſt autẽ aliquando mundus, cumulus rerum ſimul re/poſitarum. Vnde mundũ muliebrem dicimus. Lingua conſtituitur.) Sic lingua, le gunt Græci, οὕτως ἡ γλῶσσα. Beſtiarũ.) θηρίων, id eſt, ferarum, aut noxiarũ beluarum. Nam id proprie ſignificat θηρίον. Et cæterorũ.) καὶ ἐναλίων, id eſt, marinorum. Inter/pres legiſſe uidetur ἄλλων, aut certe ſcripſit, cœtorũ, quod ipſum adhuc in nonnullis extat codicibus. Id ſcriptor oſcitans mutauit in cæterorum, nam manſueſcũt & marinæ beluæ, ut delphines. A natura humana.) τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ, id eſt, ingenio humano, ſi/ue naturæ humanæ. quanꝯ hoc parui refert ad ſenſum. Inquietum malum.) ἀκατάσχετον, id eſt, incoercibile ſiue incohibibile. Hieronymus ſecundo aduerſus Pelagiũ dia logo, tranſtulit, incontinens malum. Ex ipſo ore.) ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος, id eſt, ex eo dem ore. Emanat.) βρύει, id eſt, ſcatebra emittit. Dulcem & amaram aquam.) τὸ γλυκὺ, καὶ τὸ πικρόν, id eſt, dulce & amarum, ut ὕδωρ ſubaudias. Ficus uuas facere.) συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι, id eſt, ficus oleas facere. Siquidẽ ficum oppoſuit oleæ, quod hæc acer/bi ſaporis ſit & auſteri, diſſimilis ficui, quanꝯ mox meminit uitis. Sic neꝯ ſalſa dul cem poteſt facere aquã.) οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ, id eſt, ſic nul lus fons, ſalſam & amarã facere aquam. Et diſciplinatus,) ἐπιστήμων, id eſt, ſciens, ſiue ſcientia præditus, quod recentiores uocant, ſcientificus. Operationem ſuam.) τὰ ἔρ γα αὐτοῦ, id eſt, opera ſua. Et contentiones ſint.) Græce tantum eſt, & cõtentionem, καὶ ἐρίθειαν. Ac mox ſequit, in corde ueſtro. Deſurſum deſcendens.) Quod hic addi tur, à patre luminũ, non habetur in codicibus græcis. Animalis diabolica.) Animalis hic deducitur ab anima, ψυχικὴ, ſic enim aliquando uocat affectum humanũ, ut oppona/tur ſpiritui. Carrenſis putat ab animalibus dictum, quod brutorũ ſit, duci uoluptatibus. Nec eſt diabolica, ſed dæmoniaca, δαιμονιώδης, hoc eſt, nõ à ſpiritu Chriſti, ſed à ſpiritu hu ius mundi. Et dæmones Græcis dicuntur quaſi δαήμονες, hoc eſt, ſcientes, & his antiqui tri buebant artiũ humanarũ inuentionem. Ibi incõſtantia.) ἀκαταστασία, quod magis ſo nat tumultũ & ſeditionẽ. Pudica eſt.) ἁγνὴ, id eſt, pura ſiue caſta. Et modeſta, græce eſt ἐπιεικὴς, id eſt humana ſiue æqua. Suadibilis.) εὐπειθὴς, id eſt, tractabilis, ſiue mori/gera, & cui facile perſuadeatur. Bonis cõſentiens.) Hæc non inueniũtur in græcis co dicibus, quos ego ſanè uiderim. Iudicãs ſine ſimulatione.) Græce eſt, ἀδιάκριτος καὶ ἀνυπόκριτος, i. nihil diſcernẽs, & nihil ſimulans. Aut ſine diiudicatione, ſine ſimulatione.

Lyranus.

Quantus, pro paruus.

Mundus, ſumma.

Cæterorũ, pro cœtorũ.

ἐπιστήμων ſciens.

Carrenſis.

Diabolica, pro dæmo/niaca.

EX CAPITE IIII.

ET lites.) καὶ μάχαι, id eſt, pugnæ, tametſi contentiones pugnas uocat. Nonne in cõcupiſcentijs.) Deeſt quod eſt apud Græcos, οὐκ ἐντεῦθεν, id eſt, nõne hinc. Neꝯ eſt in cõcupiſcentijs, ſed ἐκ τῶν ἡδονῶν, id eſt, ex uolupta tibus ueſtris, ſiue libidinibus, cũ id ſequimur, nõ quod per ſe rectum eſt, ſed quod animo collibuit. Occiditis & zelatis.) φονεύετε καὶ ζηλοῦτε. Nõ ui deo quid illud uerbũ occiditis ad ſenſum faciat. Forte ſcriptũ fuit, φθονεῖτε & ζηλοῦτε, id eſt inuidetis & æmulamini, & nõ poteſtis cõſequi. ut ſcriptor dormitans pro φθονεῖτε ſcripſe/rit φονεύετε, præſertim cũ ſequatur ad inuidiã, concupiſcit ſpiritus. Litigatis & bellige ratis.) μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε, id eſt, pugnatis & bellatis. Propter quod nõ poſt.) διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς, id eſt, propterea quod nõ poſtulatis. Vt in cõcupiſcentijs.) Rur ſum hoc loco eſt, in uoluptatibus, ἐν ταῖς ἡδοναῖς. Adulteri neſcitis.) Græce eſt μοι/χοὶ καὶ μοιχαλίδες, οὐκ οἴδατε, id eſt, adulteri & adulteræ, an neſcitis?

φονεύετε, p φθονεῖτε.

Amicitia huius mundi.) τοῦ κόσμου, id est, mundi. & huius adiecit suo more.

Inimica est deo.) ἔχθρα τοῦ θεοῦ ἐστιν, id est, inimicitia est dei, seu potius cū deo. sicut an notauimus in Paulo. atq; ita legitur & in latinis exemplaribus emendatioribus, etiam ijs, quæ formulis excusa sunt. Amicus esse seculi.) κόσμου, id est, mundi.

Hoc nusq; reperitur.

Ad inuidiā spiritus concupiscit.) Et in hunc locum plaustra onusta interpretationibus inducunt theologi recentiores. qui si quando destituūtur ueterum cōmentarijs, quos nobis rhetorici & grāmatici scriptores, ut isti uocant, reliquerunt, tum deniq; sui similes sunt. Mihi sensus hic potissimum probatur, Spiritus hominis mundo deditus, sibi inuidet. sed deus copiosius impertit suam gratiā, quàm ipsi cupiamus. Neq; tamen liquet, ubi reperiatur hoc scriptum. Qui habitat.) ὃ κατῴκησεν, id est, qui habitauit.

Maiorem autem dat.) Ante hæc uerba in Græcorum nōnullis exemplaribus adiecta sunt quædam, quæ ueluti compleāt sermonem, διὸ λέγει, κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. Verum ea suspicor à studioso quopiam huc addita in marginali spacio ex epistola Petri priore, deinde à scriba parum erudito in contextū translata. Nam in plerisq; tantū est, μείζω δὲ δίδωσι χάριν. Humilibus.) ταπεινοῖς, quod ad conditionem pertinet magis, quàm animū. Duplices animo.) δίψυχοι, id est, duplicis animi.

Miseri estote.) ταλαιπωρήσατε, uerbum à tolerantia dictum. Alterutrū.) ἀλλήλων, id est, inuicem, siue alij alijs. Detrahit legi.) καταλαλεῖ, id est, obloquitur, ut & superius, ὁ καταλαλῶν, id est, qui obloquitur siue obtrectat. Vnus est em̄.) Enim, redundat, & nihil facit ad sententiā. Et iudex.) Hæc duo uerba nō reperio apud Græcos.

Perdere & liberare.) σῶσαι καὶ ἀπολέσαι, id est, seruare & perdere. Tu autem.) Autē, non addunt Græci. Qui iudicas proximū.) τὸν ἕτερον, id est, alium siue alterū.

Ecce nunc qui.) ἄγε νῦν, id est, age nunc. Hodie aut.) Græce est, hodie & cras, σήμερον καὶ αὔριον. Nec est in illum, sed in hanc, εἰς τήνδε. Ibi quidem.) Quidem, redundat à græcis exemplaribus. Annum.) Græci habent, annum unum, ἐνιαυτὸν ἕνα.

Quid sit in crastinum.) τὸ φῂ αὔριόν, id est, quæ sit crastinæ diei fortuna.

Ad modicū parens.) Mirum cur hic tam poetice loqui uoluerit, ut diceret parens, pro apparens, cum græce sit φαινομένη. Et deinceps exterminabitur.) ἀφανιζομένη, id est, euanescens, siue, non amplius apparens, si uoluisset & uocum affinitatem reddere.

Pro eo quod dicatis.) ἀντὶ τοῦ λέγειν ὑμᾶς, pro eo, siue loco eius quod dicere debuistis. Quod ita reddi poterat, Cum ita potius dicendū sit uobis. Si dominus uoluerit.) Græca sic habēt, ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν, ἢ ποιήσωμεν τοῦτο, ἢ ἐκεῖνο, id est, Si dominus uoluerit, & uixerimus, & fecerimus hoc aut illud. Sed haud scio an græca hoc loco sint deprauata. Legendū καὶ ζήσομεν, καὶ ποιήσομεν, id est, & uiuemus, & faciemus, ut intelligas, nec uicturos, nec facturos aliquid, nisi dominus uoluerit, Nisi malimus accipere imperatiue, ζήσωμεν, καὶ ποιήσωμεν, id est, uiuamus & faciamus.

EX CAPITE V.

Ateneis comesta sunt.) σκώληκόβρωτα γέγονεν, id est, facta sunt tineosa, siue tineis obnoxia, siue talia, ut à tineis rodantur. Et manducabit.) Græcus codex habet, καὶ φάγεται, id est, & manducate, siue quod latinius, edite.

Thesaurizatis uobis iram.) ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις, id est, thesaurizastis in extremis diebus. Nec addit iram. Quæ fraudata est à uobis.) ὁ ἀπεστερημένος, id est, quæ fraude non reddita est. Refertur autem ad mercedem, messoribus debitam. Et clamor eorū.) καὶ αἱ βοαὶ τῶν θερισάντων, id est, clamores eorū qui messuerunt. Epulati estis.) ἐτρυφήσατε, id est, deliciati estis. Et in luxurijs enutristis corda uestra.) Græca sic habent, ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐσπαταλήσατε, καὶ ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, id est, deliciati estis in terra, & lasciuistis, & enutrijstis corda uestra.

In die occisionis.) ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς, id est, ut in die mactationis, hoc est, in diem festum, quo solent mactari uictimæ in epulum. Adduxistis.) κατεδικάσετε, id est, condemnastis. Fortassis interpres uerterat adduxistis, pro condemnastis, Id librarius aut parum attentus, aut parum eruditus uertit in adduxistis.

Adduxistis, & addixistis

Non restitit.) ἀντιτάσσεται, id est, restitit, præsentis temporis. Donec arripiat temporaneū & serotinū.) Græci legunt, ὑετὸν πρωϊμὸν καὶ ὄψιμον, id est, pluuiā matutinam & serotinam

ſerotinam ſeu ueſpertinam.aut ſi mauis pluuiam præproperam & ſeram. Nam Auguſtinus libro de idiomate ueteris inſtrumenti, putat ſerotinum uocem eſſe parum latinam, adducens locum hunc ex Deuteronomio, Et dabit pluuiam terræ tuæ in tempore ſuo, matutinum & ſerotinum. Cæterum ſignificari his uocibus anni partes, quod agricolæ in ipſa ſatione pluuiam aliquam deſyderent. ac rurſus in æſtate, quo grandeſcant uegeteturq; ſata. Atq; adeo ex hoc ipſo loco uidetur Iacobus hanc particulam mutuatus. Auguſtinus

Eſtote uos.) Et uos, legit græcus. Aduentus domini appropinquabit.) ἤγγικε, id eſt, appropinquauit, præteriti temporis. aut certe præſentis, inſtat.

Exitus mali.) τῆς κακοπαθείας, id eſt, afflictionis. Beatificamus.) μακαρίζομεν, id eſt, beatos iudicamus, ſiue beatos dicimus. Et non eſt ſuſtinuerunt, ſed ſuſtinent, τοὺς ὑπομένοντας. Sufferentiam.) τὴν ὑπομονήν, id eſt, tolerantiam, ſiue patientiam.

Quoniam miſericors eſt.) πολύσπλαγχνος, id eſt, ualde miſericors.

Eſt eſt, non non.) τὸ ναί ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ, id eſt, quod eſt etiam, etiam. & quod eſt non, non. Nec eſt ſermo ueſter, ſed ueſtrum eſt, ſit eſt. & ueſtrum non, ſit non, hoc eſt, quod affirmatis, uere affirmate, & quod negatis, uere negate, quemadmodum admonuimus in euangeliis. Triſtatur autē.) κακοπαθεῖ, id eſt, affligitur. Oret æquo animo & pſallat.) Neſcio an ſcriptor aliquis hunc locum deprauarit, nam græca longe ſecus habent, κακοπαθεῖ τις ἐν ὑμῖν προσευχέσθω, εὐθυμεῖται, ψαλλέτω, id eſt, affligitur aliquis inter uos, oret. æquo animo eſt aliquis, canat. Nimirum ut in rebus afflictis opem petamus à deo, in rebus ſecundis, gratias agamus deo. nam id uocat pſallere. Vngentes illum oleo.) Hoc relictum erat ex præcepto euangelico, quo Chriſtus mandauit ſuis, ut in quas ædes eſſent ingreſſi, ſanarent ægrotos, ungentes oleo. Nam cōſentaneum eſt qd' legimus factum ab apoſtolis, iuſſu domini factū fuiſſe, licet nō legamus fuiſſe iuſſos. Id nunc fit in extremo uitæ diſcrimine. Saluabit infirmū.) τὸν κάμνοντα, id eſt, laborantē. nam de ægroto ſentit. Peccata ueſtra.) Veſtra, apud Græcos non eſt, tametſi ſubauditur. Et magis eſt errata, & peccata παραπτώματα, quaſi dicas, lapſus. Sentit enim de cotidianis offenſis Chriſtianorū inter ſeſe, quos continuo uult reconciliari. Alioqui ſi de cōfeſſione ſenſiſſet, quam dicimus partem ſacramenti pœnitentiæ, non addidiſſet ἀλλήλοις, id eſt, uobis inuicem, ſed ſacerdotibus. Vt ſaluemini.) ὅπως ἰαθῆτε, id eſt, ut ſanemini.

Eſt eſt, Non non.

Græca a noſtris multū diſſonantia.

Hinc quidā colligunt cōfeſſionem ſacramētalē.

Iuſti aſſidua.) ἐνεργουμένη, id eſt, operans, ſiue cum agit, ut intelligas efficacem.

Similis nobis.) ὁμοιοπαθὴς, id eſt, ſimiliter affectus, aut ſimilibus affectibus obnoxius.

Terra dedit fructum.) ἐβλάστησε, id eſt, germinauit. Si quis ex uobis.) ἐν ὑμῖν, id eſt, in uobis, ſiue inter uos. Saluabit animam eius.) Eius, nō addunt Græci, tantum eſt σώσει. Et operit.) καὶ καλύψει, id eſt, operiet. De hac item epiſtola, tametſi ſalubribus præceptis referta, dubitatum eſt olim, cuius eſſet, ut initio dicere cœperam. Nec enim referre uidetur uſq; quaq; maieſtatē illam & grauitatē apoſtolicam. nec hebraiſmi tantum, quantū à Iacobo, qui fuerit epiſcopus Hieroſolymitanus expectaretur. Diuus Hieronymus in Catalogo ſcriptorū illuſtrium ex autoritate Hegeſippi, indicat multos huius nominis fuiſſe diſcipulos. Et ipſe in titulo epiſtolæ nō appellat ſeſe apoſtolum, quanq; in noſtris adiectum eſt apoſtoli cognomē, ſed reclamantibus magno conſenſu Græcorū exemplaribus. Iam Hieronymus in eo quem modo citaui libello, ſcribit his quidem uerbis. Vnam tantum ſcripſit epiſtolam, quæ de ſeptem canonicis eſt, quæ & ipſa ab alio quodā ſub nomine eius ædita aſſeritur, licet paulatim tempore procedente, obtinuerit autoritatem. Hactenus ille. Satis indicat diuus Hieronymus, quid de huius autore epiſtolæ ſenſerit. Quanquam ego ſuper hac re cum nemine digladiabor. Epiſtolam probo & amplector. Illud mirum ſuper hiſce rebus nullos odioſius & conſtantius aſſeuerare, quam qui ne id quidem explicare poſſunt, qua lingua ſcripta fuerit, hebraica, an græca. quo interprete, latina facta ſit. Hieronymus uir tantus addubitauit, & prudenter quid ſenſerit indicat, Nos quo minus ſapimus, hoc audacius affirmamus.

De autore huius epiſtolæ.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM IACOBI APOSTOLI, PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM, FINIS.

IN EPISTOLAM PETRI

APOSTOLI PRIOREM, ANNOTATIONES

DES. ERASMI ROTERODAMI.



DVENIS diſperſionis ponti &c.) Non eſt græce προσηλύτοις, quo uerbo ſignificare ſolent eos, qui ex paganiſmo ſe ſe contuliſſent ad legē Moſaicam, ſed παρεπιδήμοις. ut nihil dicat Lyranus, qui putat hæc proſelytis potiſſimum ſcribi. Iam dialecton hebraicam, de qua toties admonui, oportet eſſe notam lectori, Aduenis diſperſionis, p aduenis diſperſis, ſiue ſparſim incolentibus. Videntur em̄ hæc ad Iudæos proprie ſcribi, quod Petrus eſſet apoſtolus circumciſionis.

Præſcientia, pro prædeſtinatione.

Iuxta præſcientiam.) κατὰ πρόγνωσιν, iuxta præordinationem, ſiue præfinitionem. Nam & Lyranus fatetur hoc loco præſcientiam accipi pro prædeſtinatione. Neq; Thomas inficiatur prædeſtinationem aliquoties accipi pro præſcientia. Verum hac de re copioſius aliquāto dictum eſt in annotationibus noſtris in Paulū, Quin & Latinis ſcita dicuntur decreta, & cognitores iudices. Cæterum hæc particula, iuxta præſciētiam, referenda uidetur ad id quod præceſſit electis, ut intelligamus electos nō temere neq; fortuito, ſed deſtinato decreto, conſilioq; dei. alioqui non uideo quo pertineat.

In ſanctificationem.) ἐν ἁγιασμῷ, id eſt, in ſanctificatione, hoc eſt, per ſanctificationem ſpiritus, iuxta proprietatem hebraici ſermonis. Nam quod ſequitur, in aſperſionem, Græcis alia eſt præpoſitio εἰς ὑπακοήν. quod utrum accipiendum ſit eos eſſe electos ad obediendum, an electos per obedientiam, lectori diſcutiendum relinquo. Mihi prior ſenſus magis arridet. Sentit enim illos hoc ipſum debere deo, quod delecti ſint ad fidei gratiam, quam hic obedientiam uocat, ut per hanc purgarentur à peccatis aſperſione ſanguinis Ieſu. Porrò ſanctificationem ſpiritus oppoſuit operibus legis Moſaicæ, à quorum fiducia uult eos abducere. Per reſurrectionem.) δι' ἀναστάσεως ἰησοῦ χριστοῦ ἐκ νεκρῶν. Hic propemodum uidetur ambigue accipere ἀναστάσεως, & neutraliter & actiue. quantū ad Chriſtum neutraliter, quantum ad nos actiue. Nam id annotauit Thomas in epiſtolam ad Rhomanos. In hæreditatem.) Hoc referendum eſt ad uerbum, regenuit. Regenuit uos cœleſti generatione in hæreditatem cœleſtem, Nam Iudæi longe aliud regnum expectabant per ſuum Meſſiam.

In uobis.) εἰς ὑμᾶς, id eſt, in uos, hoc eſt, erga uos. ut referatur ad hæreditatē conſeruatam. In uirtute.) Satis erat uirtute. In quo exultatis.) Legi poteſt, & exultate, imperandi modo ἀγαλλιᾶσθε, quemadmodum inferius.

Græcis longe diuerſa ſententia.

Modicum nunc ſi oportet.) ὀλίγον ἄρτι, dilucidius erat, nunc ad breue tempus afflicti ſi neceſſe ſit. Multo precioſior ſit auro.) Sit, redundat, porrò græca lectio ſic habet, πολὺ τιμιώτερον χρυσίου τοῦ ἀπολλυμένου, διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου, id eſt, multo precioſior auro, quod perditur, ſiue perit, & tamen probatur per ignem. ſiue perdito, ac pernicioſo auro. ut intelligas rem uilem ac peſtilentem, igni probari. Quanto magis conuenit explorari fidem noſtram, num ſyncera ſit.

In reuelatione

In reuelatione Iesu Christi.) Vitare poterat amphibologiam, si uertisset, cum reuelabitur Iesus Christus, quod enim aliàs ἐπιφάνειαν & παρουσίαμ, hic ἀποκάλυψιν dixit.

In quem nunc quoq; &c.) Græce paulo diuersius est, εἰς ὃν ἄρτι μὴ ὁρῶντες, πιστεύοντες δέ, id est, in quem nunc non uidentes, credentes tamen. siue, in quo nunc cum non uidetis, & tamen creditis. Exultabitis.) ἀγαλλιᾶσθε, id est, exultatis, uerbo præsentis temporis, etiamsi potest esse exultate imperandi modo, quod græca uox sit anceps. Certe sic adducit Augustinus libro secundo ad Catechumenos, capite sexto, Credentes in eum, quẽ non uidetis, gaudete inenarrabili gaudio. Amphibologia. Qui de futura in uobis gratia.) Futura addidit interpres de suo, nam græca sic habent, οἱ περὶ τῆς εἰς ὑμᾶς χάριτος προφητεύσαντες, quod ego sic maluissem exprimere, Qui de uentura in uos gratia uaticinati sunt. Nec est tempus, quod Græci uocant χρόνον, sed καιρὸν, quod articulum uertimus. est enim certius quiddam quam tempus, ut & aliàs indicatum est. Consentaneum autem est Petrum significare locum, qui est apud Danielem capite nono, ubi per mysticas hebdomadas indicat tempus ad quod occidendus esset Christus. Danielis hebdomadæ.

Significaret in eis spiritus.) τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα, id est, spiritus qui erat in ipsis, ut intelligamus spiritum propheticum, quem eundem Christi uocat.

Prænuncians.) προμαρτυρόμενον, id est, prætestificans. Cæterum quod hic παθήματα, uertit passiones, ego malim afflictiones.

Et posteriores glorias.) καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας, id est, & quæ illas cõsecutæ siue consecuturæ sunt glorias. Sentit enim gloriam, quam assecutus est post ignominiam crucis. Etiamsi Hieronymus uertit alicubi pro glorias, decreta, ut mox indicabo, nisi forte pro decreta, scriptum erat decora. nam is liber excusus est ex exemplari non satis emendato. Sanè illud constat δόξαν Græcis & gloriam significare & opinionem. Proinde uerisimile est, Hieronymum illic opiniones uertisse in decreta.

Quibus reuelatum est.) οἷς ἀπεκαλύφθη. Sermo græcus anceps est, potest enim hic accipi sensus, testificans Christi passiones & glorias ijs quibus reuelauit spiritus, nempe prophetis. Potest & hic, passiones & glorias, per quas Christus fuit mundo reuelatus, qui ante fuerat ignotus. Neq; quenquam mouere debet articulus græcus οἷς, cum præcesserit παθήματα. Quanquam prior sensus meo iudicio simplicior est, ut οἷς articulus referatur ad Christianos, qui uiderunt id quod de Christo prædixerat spiritus in prophetis. Sentit enim per afflictiones innotuisse mundo Christi gloriam. Potest & hic tertius accipi sensus, quibus prophetis reuelatum est & illud, quod hæc quæ prædicebant, uobis pararent non sibi, cum scirent ea non euentura suis temporibus. Potest & quartus hic accipi; Prophetæ prædixerunt & Christi mortem & illustrationem morte partam, utrunq; uere, quod notum est ijs, quibus ea sunt exhibita. Sensus quadruplex.

Vobis autem.) Sed uobis, erat & latinius, & apertius, siue, nõ sibijpsis, imò uobis, οὐχ ἑαυτοῖς ὑμῖν δέ. Hinc certe liquet, non parum interesse, quo loco quam coniunctionem colloces. Hunc totum Petri locum Hieronymus interpretans Didymi librum de spiritu sancto secundum, reddidit hoc pacto. Scrutantes & inquirentes, in quod aut quale tempus significabat, is qui in eis erat spiritus Christi, testificans in Christo passiones. Et ea quæ post erant secutura decreta, ijs quibus reuelatum est, quia non sibi, sed nobis ministrabant, ea quæ nunc annunciata sunt uobis, per spiritum sanctum.

Qui euangelizauerunt uobis.) Vos est græce, non uobis, tametsi id quidem ad sensum nihil attinet. Spiritu sancto.) Deest in, ἐν πνεύματι ἁγίῳ, id est, in spiritu sancto, hoc est, per spiritum sanctum, Hebræorum more.

In quem desyderant.) εἰς ἃ, id est, in quæ. Nempe ea quæ de Christo sunt prænunciata per prophetas, ac deinde prædicata per apostolos. Nec enim sentit de spiritu prophetarum, in quem angelos uelle prospicere, nihil mirum est, sed effert maiestatem euangelij, quam angeli quoq; uenerentur. In quẽ, pro in quæ.

Perfecti sperate.) τελείως, id est, perfecte, per aduerbium, indicans spem ad finem usq; perseuerantem. Nec est in reuelationem, ut legunt quidam, sed ἐν ἀποκαλύψει, id est, in reuelatione, siue per reuelationem. Sentit enim de mysterio euangelij iam diuulgato, per quod Christus innotuit.

Quasi filij.) ὡς τέκνα, id est, ut filij, siue tanq̃ filij. Nam quasi tribuimus ijs quæ cum uideantur, non sunt. Ad hæc filij obedientiæ, dixit iuxta proprietatẽ sermonis Hebraici pro filijs obedientibus. Non configurati.) μὴ συσχυματιζόμενοι, id est, non accõmodantes uos pristinis concupiscentijs. id em̃ est συσχηματίζεσθαι. Nec est ignorantiæ desyderijs, sed ταῖς πρότερον ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν ἐπιθυμίαις, quod nos dilucide magis quam̃ ad uerbum expressimus, hoc modo, ut non accommodetis uos pristinis cõcupiscentijs, quibus dum adhuc ignoraretis Christum agebamini. Sed propter eum qui uocauit uos sanctum.) κατὰ τὸν καλέσαντα ὑμᾶς ἅγιον, id est, quemadmodum is qui uocauit uos, sanctus est, ita & uos sancti reddamini. Sancti sitis.) γενήθητε, id est, efficiamini siue reddamini. Neq; enim est γίνεσθε, quod ambiguum esse poterat.

Et si patrem uocatis.) ἐπικαλεῖσθε, id est, inuocatis & imploratis, aut cognominatis, nam græca uox anceps est. Tum qđ hic uertit sine acceptione personarũ, multo festiuius scriptum est à Petro ἀπροσωπολήπτως composita dictione, id est, citra delectum siue respectum personæ. Paternæ traditionis.) Vnica uox est apud Græcos πατροπαράδοτου. estq; epitheton conuersationis, quasi dicas, à patribus traditæ. atq; ita refert diuus Hieronymus in commentarijs Esaiæ, & Augustinus in psalmum. 146.

ἀπροσωπολήπτως. πατροπαράδοτα.

Quasi agni.) ὡς ἀμνοῦ, id est, uelut agni, siue tanquam̃ agni. Præcogniti quidẽ.) προεγνωσμένου, id est, præfiniti siue prædecreti. Nam hoc loco planè uidetur usurpare, pro eo quod isti uocant prædestinationẽ, & Lyranus interpretatur, præordinatione.

Fideles estis in deo.) τοὺς πιστεύσαντας εἰς θεὸν, id est, qui credidistis in deum. Verum interpres abhorruit ab hoc præterito, ne uiderentur iam desijsse credere, qui quondam credidissent. In obedientia charitatis.) ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας, id est, in obedientia ueritatis. Et additum est hoc loco in græcis codicibus διὰ πνεύματος, id est, per spiritum, quæ particula non est in Latinorum exemplaribus.

Deest in nostris.

In fraternitatis amore simplici ex corde.) εἰς φιλαδελφίαν ἀνυπόκριτον ἐκ καθαρᾶς καρδίας, id est, in fraternũ amorem non simulatum ex puro corde. φιλαδελφίαν uocat Christianorum inter ipsos mutuum amorem ac beneuolentiam. Cæterum illud ex puro corde, ad ea quæ sequuntur referendum est, uos inuicem diligite ex puro corde.

Attentius.) ἐκτενῶς, id est, uehementer, siue impense, aut si magis ad uerbum cupias reddi, intense. Omnis gloria eius.) ἀνθρώπου, id est, hominis, exponit enim quid modo dixisset carnem. Quod euangelizatum est in uos.) τὸ εὐαγγελισθὲν εἰς ὑμᾶς, id est, quod per euangelium delatum est ad uos, siue quod prædicatum est apud uos.

EX CAPITE II.

Lac rationabile.

RAtionabiles sine dolo lac.) τὸ λογικὸν, ἄδολον γάλα, id est, rationale, dolli expers lac. uocat autem lac logicon, ut à corporeo lacte discernat. Hieronymus in. 55. Esaiæ capite citat hunc locum, ut lac referatur ad rationale, non ad infantes, etiamsi non addat ἄδολον. Verum ediserens sexagesimum Esaiæ caput citat ad hunc modum, Quasi modo nati paruuli, rationabile & absq; dolo lac desyderate, ut palam̃ sit illud ἄδολον adiungi oportere. Rursum enarrans Zachariæ caput decimum. Item Augustinus in epistolam Petri homilia uigesima, refert hunc in modum, Deposita ergo omni malicia, & omni dolo, & adulatione, & inuidia, & detractione, tanquam̃ modo nati infantes, rationabile & innocens lac concupiscite, ut in illo crescatis in salutem. Proinde quæ Theologi recentiores in hunc adducunt locum de infantibus rationabilibus, nihil faciunt ad sensum apostoli. Nos & articulum græcum exprimere cupientes, uertimus ad hunc modum, Vt modo nati infantes, lac illud non corporis, sed animi, quod dolum nescit, appetite. Siquidem infantia Christi, est alienum esse ab omni uersutia, studioq; nocendi, Gradus ætatum sunt profectus uirtutum.

Crescatis in salutem.) Hæc duo uerba, in salutem, nõ reperio in græcis exemplaribus, nec admodum quadrant ad propositam metaphoram. Siquidem salui sunt & infantes, uerum adolescunt hoc lacte in uirum perfectum in Christo.

Quoniam dulcis est dominus.) ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος, id est, quod benignus sit dominus.

Alias

Aliàs uertit,bonus. ſonat autem humanum minimécq; auſterum aut durum.

Et honorificatũ.) Hæc duo uerba redundant. Deinde ἔντιμον eſt,nulla interueniente præpoſitione,id eſt, precioſum,ſeu magis in precio habitum,quod interpres,opinor,uertit,honorificatum. Domos ſpirituales.) οἶκος πνευματικὸς,id eſt,domus ſpiritualis, ut ſit nominandi caſus per appoſitionem additus. Lyranus offenſus ſolœciſmo manifeſtario,interpretatur domos in domos. Atq; in domum legit Auguſtinus,cum aliàs, tum pſalmum enarrans.86.Idem in libello de præſentia dei ad Dardanum legit, Aedificamini domus ſpirituales. Atq; adeo haud ſcio an primũ ſcriptum fuerit ſpiritualis, deinde à ſciolis deprauata ſcriptura. In ſacerdotium.) ἱεράτευμα ἅγιον,id eſt,ſacerdotium ſanctum.nominatiuus eſt appoſitiuus,quemadmodum & domus. nam ipſos fideles ſacerdotium uocat.Cæterum ſacerdotium appellat functionem & adminiſtrationem ſacrorũ in domo ſpirituali,hoc eſt,in templo ſpiritus ſancti,quod ſumus ipſi. Domos, ut domus.

Offerentes.) ἀνενέγκαι,id eſt,ad offerendum. Propter quod cõtinet ſcriptura.) διὸ καὶ περιέχει ἐν τῇ γραφῇ, id eſt,quapropter & continet in ſcriptura,ut ſit ſenſus,hoc argumento lapidem illum eſſe præcipuum, quod iuxta teſtimonium Eſaiæ collocatus ſit in angulo,quo utrunq; parietem complectens & continens,totum ædificium fulciret.Nam id eſt περιέχειν, undiq; amplecti ac tenere.niſi forte neutraliter uſurpauit περιέχειν.Poteſt accipi pro excellere. unde & excellit,ſiue eximius eſt ille lapis in ſcriptura. ad quod ſatis apte congruunt quæ ſequuntur ἀκρογωνιαῖον &c. περιέχειν

Ecce ponam.) ἰδοὺ τίθημι,id eſt,ecce pono.Locus eſt apud Eſaiam cap.28.Petrus ſententiam expreſſit bona fide,non annumerauit uerba. Cæterum in illo, qui crediderit in eo non confundetur,iuxta ſeptuaginta retulit.Alioqui hebraica ueritas habet, Qui crediderit,non feſtinet.uerum de hoc aliàs diximus.Et rurſus non confundetur, Græcis eſt αἰσχυνθῇ,id eſt,pudefiet,ſiue pudefiat δωικτικῶς.

Summum angularem.) Græcis unica uox eſt ἀκρογωνιαῖον,quaſi dicas ſummangularẽ.

Vobis igitur honor.) Nimis quàm pueriliter interpretatur hunc locum Lyranus & Charrenſis, uobis erit honor in cœleſtibus, cum Petrus ſentiat de lapide prius reiecto à Iudæis, & deinde honorato & in precio habito. Siquidem ante uocauit ἔντιμον, nunc memor illius ait,ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ,id eſt, uobis eſt precioſus,qui in illum credidiſtis,Iudæis & non credentibus uilis eſt.Proinde ne lector ſimili modo laberetur,nos uertimus, uobis igitur precioſus eſt qui creditis. Lyranus.

Petra ſcandali.) Hebraice dixit potius quam græce. λίθος προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου. Latine uerti poterat,ſaxum in quod impingitur,& lapis ad quem offendunt homines.

Populus acquiſitionis.) λαὸς εἰς περιποίησιν.Et hic loquendi tropus hebraicus ſit oportet. Sentit enim populum,qui lucro acceſſit, adoptatus & inſitus in populum dei. Ambroſius enarrans pſalmum,Beati immaculati,ſermone ſexto legit, populus in adoptionẽ. Tropus hebraicus.

Qui offendunt uerbo.) οἳ προσκόπτουσι τῷ λόγῳ,id eſt,qui impingunt in uerbum,hoc eſt,quos offendit euangelium,& impietatis miniſtrat occaſionem.

In quo.) εἰς ὅ,id eſt,in quod.Nam in hoc erat paratus iudaiſmus, ut in Chriſtum crederetur,quem lex Moſaica præſignarat.

Qui aliquando non populus dei.) In hac priori parte genitiuus, dei, non eſt addendus, οἱ ποτὲ οὐ λαὸς, νῦν δὲ λαὸς τοῦ θεοῦ,id eſt,qui quondam non populus, nunc uero populus dei.Et ad hanc lectionem ſenſus eſt non paulo argutior. qui quondam non populus,hoc eſt,populus abiectiſſimus,& pro nihilo habitus, is nunc non ſolum eſt populus, ſed populus dei. Conſentiunt cum græcis exemplaribus,noſtrates quoq; libri caſtigatiores. Conuerſationem ueſtram habentes bonam.) καλὴν,id eſt,honeſtam,ut pertineat etiam ad decus,quod uirtutem conſequitur iuxta Stoicos. Et aliquanto poſt detrectant,græce eſt καταλαλοῦσιν ὑμῶν,id eſt, quod obloquunt uobis, ſiue detrahunt uobis.

In die uiſitationis.) ἐπισκοπῆς,id eſt, inſpectionis. Tametſi græca uox anceps eſt, ut quæ deduci poſſit ab ἐπισκέπτω. Quanquam ab hoc uſitatius eſt ἐπίσκεψις. Hebræis eſt פקדה quod illis præfecturam & adminiſtrationem quandam ſonat. Viſit enim ſubinde & inſpicit quid agatur, cui negocij commiſſa eſt cura. Sic appellat Petrus tempus illud, quo deus dignatur hominem trahere afflatu ſuo ad meliora.

Siue ducibus,

Duces,pro præsides.

Siue ducibus,tanquam ab eo missis.) ἡγεμόσι,quod sæpius iam uertit præsidibus. Nec enim hic Petrus agit de bello,sed de his qui agunt in prouincijs Rhomanorũ, quæ à præsidibus Cæsarum nomine administrabantur. Cum hic agat de magistratibus Ethnicorũ, subditum esse dixit,pro tolerare quædam quæ uidentur suo iure facere,cum exigunt uectigal,cum censent.uerum hoc ad illa tempora pertinebat.Nec tamen est missis,sed πεμπομένοις,id est,qui mittuntur,ut intelligas actionẽ sine tempore. Tanquam ab eo.) ὡς δι' αὐτοῦ ,id est,tanquam per eum.nempe regem,siue per eum,uidelicet deum.

Laudem uero bonorũ.) ἀγαθοποιῶν,id est,benefactorum,siue bene facientium.Porrò ueteribus,id quod Plato præcepit in sua republica, leges non solum minabantur pœnam male agentibus,uerum etiam præmijs inuitabant ad officia. Nunc malefacta quidẽ satis acriter puniuntur, cæterum benemeritis nulla gratia. Omnes honorate.) πάντας τιμήσατε,id est,quibuslibet deferte honorem,etiam ethnicis dignitate præditis.Cæterum ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε,quod ad Christianos pertinet.Honorem exigunt illi, soluite,charitas debetur Christianis. In omni timore.) ἐν παντὶ φόβῳ,id est, cũ omni reuerẽtia. Sic enim alicubi uocem hanc interpretatur Hieronymus. Nec est modestis. nec enim sentit de nõ arrogantibus,sed ἐπιεικέσιν,id est,æquis & humanis,neq; rigidis admodum.

Dyscolus quid.

Sed etiam discolis.) ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολιοῖς,id est,sed etiam prauis,siue asperis. Mirum quid uenerit in mentẽ interpreti,ut græcam uocem,altera græca redderet.nam δύσκολος Græcis difficilem sonat. Charrensis interpretatur discholis,indoctis,ineruditis,quod non sint uersati in scholis.At idem tamẽ admonet in nõnullis exemplaribus pro dyscolis scriptum fuisse difficilioribus. Sustinetis tristitias.) λύπας,id est,molestias. Quæ emñ est gratia.) ποῖον γὰρ κλέος ,id est, quæ emñ gloria? siue quæ laus? Si benefacientes, patienter sustinetis.) εἰ ἀγαθοποιοῦντες καὶ πάσχοντες ὑπομενᾶτε , id est,si cũ benefaciatis,& tamen affligamini suffertis. Pro nobis, uobis.) Vtrunq; Græcis est ἡμῖν , id est, nobis,primæ personæ. etiamsi nonnulli uariant codices. Qui cum male diceretur, non maledixit.) ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει,id est,qui cum maledictis incesseret,non remaledixit,siue nõ regessit maledicta. Tradebat autẽ iudicanti se iniuste.) Græca secus habent, παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως , id est , tradebat autem ei qui iuste iudicat. Significat Christum uindictam tradidisse deo , non sibi usurpasse. Charrensis haud scio unde nactus,nonnihil somniauit de hac quoq; lectione. Vt peccatis mortui.) ἀπογενόμενοι,id est,extincti,quasi iam desierimus esse.Ambrosius uertit,separati,libro de sancto spiritu.1.cap.8. Cuius liuore.) τῷ μώλωπι ,uibice .Refert enim quod est apud Esaiam , cap.53. Et liuore eius sanati . Est enim liuor uestigium plagæ in cute.Id trifariam interpretatur Hugo Charrensis,homo copiosus,Liuore,id est,dilectione immodica quæ illi pallorem contraxerat , iuxta illud Nasonis , Palleat omnis amans , hic est color aptus amanti.uel liuore,id est,carne liuida facta ob colaphos.uel liuore, id est , inuidia Iudæorum.Hoc nimirum est uti iure quod accipiunt magistri nostri, cum admittuntur in eum ordinem,suo arbitratu interpretandi diuinas literas. At hoc sanè loco græca uox non admittit , nisi unicam interpretationem,etiamsi Latinis liuor πολύσημον est . Quin & apud Hebræos est חֲבוּרָה ,quæ uox illis tumorẽ ex plaga concretũ significat.In psalmis uertit, cicatricem, Computruerunt cicatrices meæ. Ambrosius eo quem modo citauimus loco, legit , Cuius uulnere plagarum sanati sumus. Et episcopum animarũ.) ποιμένα καὶ ἐπίσκοπον,pastorẽ & curatorẽ. nam episcopi dicuntur qui prospiciunt de necessarijs.

Charrensis cõpiosus.

EX CAPITE III.

Locus obscure reditus ab interprete.

PEr mulierum conuersationem.) διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀναστροφῆς . Cur nõ potius per uxorum conuersationẽ? Et hoc sanè loco ἐν φόβῳ rectius uertisset, cum reuerentia. Tum non est sanctam cõuersationem,sed ἁγνὴν,id est, puram siue castam. Quarũ non sit capillatura aut circundatio auri aut indumenti uestimẽtorum cultus.)Græcus sermo dilucidior est ὧν ἔσω , οὐχ ὁ ἔξωθεν ἐκπλοκῆς τριχῶν , καὶ περιθέσεως χρυσίων , ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος ,id est, (ut sententiam magis reddamus quam uerba) quarum sit ornatus, non externus qui situs est in crispatura siue contextu capillorũ , aut appositione auri,aut amictu uestium aut palliorũ.

Cordis homo.) Ambrosius libro epist.3.epistola.11.admonet noue expressum, cordis homo

homo,pro interno & abſtruſo homine.proinde nos periphraſi rem explicuimus.

Quieti & modeſti.) τοῦ πραέος, καὶ ἡσυχίου, id eſt, manſueti & quieti ſiue taciti.Non enim uult mulieres eſſe feroculas erga uiros. Locuplex.) πολυτελὴς. Fuſtuario dignum eſt,quod quidam pro locuples,ſcribunt locuplex per x,non per s. quanꝯ Græcis eſt πολυτελὴς, id eſt, ſumptuoſum ac ſplendidum. Referri uidetur ad ſpiritum quietum. eſt enim neutri generis,quēadmodum & ſpiritus. Aut certe ad totam orationis particulam quæ præceſſit, quod nimirum habere huiuſmodi ſpiritum,magnificus ac ſplendidus ornatus eſt mulieris in oculis dei. Cuius eſtis filiæ.) ἧς, cuius apud Græcos neceſſario refert Saram,& non Abraham. Pertimentes ullam perturbationē.) μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν, id eſt,nō territæ ullo pauore. Scire debes lector,hunc accuſatiuū perturbationem,quem uulgata habet æditio,non eſſe tranſitiuum,ſed reciprocum,iuxta proprietatem Atticorum,qui ſic loquuntur,gaudere gaudium,furere furorem,timere timorem.Nam hic πτόησιν ſignificat fœmineum illum pauorem, quo ſolent de nihili rebus exanimari, qui debet abeſſe à ſanctis mulieribus. Quod ſi intellexiſſent quidam magni nominis interpretes,ſecus,opinor, hunc locum ediſſeruiſſent,quos ego tamen in præſentia honoris cauſa non nomino. Honorem impartientes.) Honorem interpretatur diuus Hieronymus,nō ut flectantur illis genua,& gemmis auroꝯ onerentur, ut primus cedatur locus,quod nunc in pleriſqꝫ regionibus ſtultiſſime uidemus fieri,ſed abſtinētiam à coitu.ſic enim honorem haberi uaſculo muliebri,ſi non inquinetur libidine. Idꝯ indicat quod ſequitur,ut non interrumpantur orationes ueſtræ. Rurſum pudet hoc loco referre,quid interpretetur Lyranus & huiuſmodi complures interpretes, honorem exponentes,ut eis proſpiciatur de uictu & ueſtitu,eóꝯ honeſto, ſecundum ſtatum & ꝓprias facultates.Deinde de impediendis orationibus,interpretatur orationes, nō eſſe exaudibiles,niſi uir & mulier ſint bene concordes. Hoc nimirum eſt doctoraliter ac ſcientifice, ut iſti loquuntur,tractare diuinas literas. Deum immortalem, quem ſtomachum effunderem in iſtos,niſi me Chriſtianus prohiberet pudor.Sed aliorum omiſſis nugis,noſtrū agamus negocium. Tanquam cohæredibus.) ὡς καὶ συγκληρονόμοι,id eſt,tanquam & cohæredes.Addit enim hoc uelut alterum & efficacius argumentum. unde ne coniunctio quidem eſt ocioſa. Gratiæ uitæ.) χάριτος ζώσης, id eſt,gratiæ uiuæ.quanꝯ hoc loco græca uariant exemplaria.Quod ſi legis,uitæ,gratiam pro beneficio accipias neceſſe eſt. In fide autem.) τὸ δὲ τέλος,id eſt,in ſumma uero. Quantus hic diſputandi campus aperitur neotericis theologis de fide,quot modis accipiatur, cum Petrus nihil huiuſmodi neqꝫ ſcripſerit neqꝫ ſenſerit. Iam quod hic uertit,compatientes,græce eſt συμπαθεῖς, qui mutuo tangantur affectu. Sunt enim quos aliena ne tantulum quidem moueant.

Locus hactenus perperā enarratus.

Mendū manifeſtū apud nos.

Fraternitatis amatores.) φιλάδελφοι,id eſt,fratrum amatores,ſiue fraterne amantes.

Modeſti.) φιλόφρονες,quod magis ſonat affabilem & humanum, & ad uitæ conſuetudinē facilem commodumqꝫ. Et labia eius.) καὶ χεῖλη αὐτοῦ,id eſt,labia ſua,ſic enim mauult Valla. Vt non conturbemini.) μηδὲ ταραχθῆτε,id eſt,neqꝫ cōturbemini.

Dominum autem Chriſtum.) Deum eſt græce,non Chriſtum.

Ad ſatiſfactionem.) πρὸς ἀπολογίαν,id eſt,ad excuſationem ſiue defenſionem.

Quæ in uobis eſt,& ſpe & fide.) Græce tantum eſt, περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος, id eſt, de ea quæ in uobis eſt ſpe. Cum modeſtia & timore.) μετὰ πραΰτητος καὶ φόβου,id eſt, cum manſuetudine & reuerentia. Loquitur enim de his qui placide reſpondent ac reuerenter,interrogati quibuſlibet de fide Chriſti. Quod detrahunt de uobis.) Græci legunt, ἵνα ἐν ᾧ καταλαλοῦσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν,id eſt,ut in eo quod obtrectant uobis tanquam malefactoribus. Melius eſt enim ut benefacientes, ſi uoluntas dei uelit.) Conſentiunt quidem græci codices cum noſtra æditione. Cæterum mirandum eſt,quid ſecutus Auguſtinus libro aduerſus Fauſtum.22.cap. 20. referat hunc locum his uerbis, Melius eſt benefacientes,ſi uelit ſpiritus dei, pati ꝯ malefacientes. Niſi forte pro θέλημα ſcriptum habebatur in quibuſdam exemplaribus νεῦμα,atqꝫ id rurſum ſcriba mutauerit in πνεῦμα. Calumniantē.) οἱ ἐπηρεάζοντες,qui cōuiciantē Mortificatos quidē carne.) θανατωθεὶς,id eſt,mortificatus.Itē uiuificatus,nō uiuificatos ζωοποιηθεὶς,atqꝫ ita citat diuus Hieronymus in Eſaiam cap.54.Atqꝫ item Auguſtinus epiſtola.99.ad Euodium. Rurſus

Auguſtinus diuerſe legit.

sermone de uerbis Apostoli.14.de Christo dictum est,inquit,Mortificatus quidem carne,uiuificatus autem spiritu.Sic de homine dici potest,Tabefactus carne, uiuificatus spiritu. ut intelligas Christum mortuum iuxta corporis imbecillitatē, cæterum resurrexisse uirtute spiritus.Iam uero quorsum attinet hoc loco recensere,quæ somnient in hanc sententiam,qui græce nesciunt;& id tantum sequuntur, non quod scripsit Petrus, sed quod deprauauit librarius? Possem ad singula conuicijs incessere, nimis arrogantem istorum imperitiam,qui de his quæ citra linguarum peritiam,ne legi quidem emendate possunt, uelut ex oraculo pronunciant,quicquid somniarint. Quod si legas,mortificatos & uiuificatos,quomodo cohærebit quod sequitur,in quo? Atq; hic locus caute legendus est, ne quid tale sentiamus, quale nonnulli de anima Christi apud inferos passa.

Manifestum erratum interpretum recentium.

In carcere erant spiritu.) ἠχὴ τοῖς ἐμ φυλακῇ πνεύμασιμ, id est, qui in carcere erant spiritibus. Ita legit Hieronymus, eo quem modo citamus loco, Occisus est carne, uiuificatus spiritu, & prædicauit spiritibus in carcere constitutis. Carrensis admonet in nonnullis pro in carcere,scriptum fuisse,in carne.

Carrensis.

Qui increduli fuerant aliquando.) ἀπειθήσασί ποτε,id est,aliquando incredulis.

Quando expectabant dei patientiam.) ὅτε ἀπεξεδέχετο ἡ τοῦ θεοῦ μακροθυμία, id est, cum expectaretur dei lenitas. etiamsi nonnulli codices habebant ὅτι. Rursum in plerisq; erat,ἅπαξ ἐδέχετο,pro ἀπεδέχετο.

Cum fabricaretur.) κατασκευαζομένης,id est,cum appararetur.

Quod & uos nunc similis formæ saluos fecit baptisma.) Græca plus habent lucis,ὃ ἀντίτυπον νῦν ἠχὴ ἡμᾶς σώζει βάπτισμα,id est,cui nunc simile, siue respondens baptisma, nos quoq; saluos facit. Est enim σώζει præsentis temporis,seruat. Cæterum ὃ dure respondet, siue ad aquam referas,siue ad baptisma.fortasse scriptum fuit ᾧ cui.

Deest apud Græcos.

Qui est ad dexteram dei.) Hoc loco desunt in græcis codicibus,quæ subscribam. Deglutiens mortem, ut uitæ æternæ hæredes efficeremur. Ac deinde sequitur, πορευθεὶς εἰς τὸν οὐρανόν,id est,profectus in cælum.

EX CAPITE IIII.

PAsso in carne & uos.) παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ,id est, passo pro nobis carne,uos quoq; &c. Eadem cogitatione armamini.) τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε, id est, induite eandem cogitationem, uelut armantes uos,siue armate uos iuxta eandem cogitationem.

Voluptas,p uoluntas.

Sufficit enim præteritum tempus ad uoluptatem gentium consummandam.) Græca sunt magis perspicua quam latina, ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν ὁ παρελκλυθὼς χρόνος τοῦ βίου, τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι,id est,sufficiens est enim præteritum uitæ tempus, ut uoluntatem gentium perfecerimus,hoc est, satis est hactenus impie uixisse. In hunc sensum adducit Augustinus,homilia in epistolam Petri.20. Sufficit enim præteritū tempus uoluntates gentium consummasse. In luxurijs.) ἐν ἀσελγείαις,id est,in lasciuijs.

In illicitis idolorum cultibus.) ἀθεμίτοις,id est,nepharijs, quod atrocius est q̄ illicitis.

In quo admirantur.) ἐν ᾧ ξενίζονται,ad uerbum sonat in quo peregrinantur. Porrò græcis ξενίζεσθαι dicuntur,quibus aliquid nouum aut absurdum uidetur. Pertinet autem ad id quod consequitur. Augustinus epistola.99.locum hunc adducit hisce uerbis, Sufficit em̄ præteritum tempus, ad uoluntatem hominum consummatam ambulantes in libidinibus,& concupiscentijs,& ebrietate,comessationibus, potationibus, & illicitis idolorum seruitutibus.In quo stupescunt non concurrere uos, in eam luxuriæ confusionē blasphemantes. Luxuriæ confusionem.) ἀσωτίας ἀνάχυσιν,quod magis sonat,refusionem, ueluti cum mare estuans refundit sese. Finis appropinquabit.) ἤγγικε,id est, appropinquauit,præteriti temporis. Aut certe instat & imminet.

Locus uulgo parū intellectus.

Estote itaq; prudentes.) σωφρονήσατε,id est,estote temperati, siue sobrij.

Et uigilate.) ἠχὴ νήψατε,id est,estote sobrij,siue uigilate, nam νήφω græcis utrunq; significat. Peculiare est apostolis hæc tria coniungere,sobrietatem,uigiliam,& orationem, ut sobrietas opponatur luxui & crapulæ,uigilia somnolentiæ & inertiæ. Audiui qui in concionibus sacris apud populum, cum ex hoc loco thema proposuissent, multa congerebant ex Aristotelis ethicis de prudentia. Item de charitate quæ ex nobis oriatur, atq; ita demum

demum dimanat ad alios, uidelicet extra oleas, ut aiunt, currentes. Non quod huiusmodi lapsus conuiciis exagitandos existimem, sed quod nō arbitrer dissimulandos. Etiamsi, ne quid dicam dolo, fœdum per se uidetur, eum qui in frequēti plebis cœtu, eóq; ecclesiasti/co susceperit docendos omnes, hoc ipsum non intelligere, quod totius orationis suæ ba/sim ac fundamentum uult uideri. Et tamen ex his aliquot admonitionem nostram contu melióse lacerant, quid facturi, si lacessantur iniuria, cum huiusmodi gratiam referant be/nemerenti? Quos si quis diuitum aut conuiuio accipiat lautiore, aut paulo pecuniæ do/net, tantum nō adorant, homines grati, & eleemosynam uocant, suaq; benefacta, quibus abundant scilicet, uicissim impertiunt. At talibus officijs tanto melioribus qui afficit, omi contumeliarū genere prosequuntur. Nam aliquanto post quidam illius gregis κοζυφαῖος, cui credo denarrarat quispiam, quod inter amiculos deplorassem hoc illis defuisse, cum alioqui placuissent quæ dicebantur, in publica concione, cum ipse adessem, duo peccata quæ cōmittuntur in spiritum sanctum, oblique, imò satis aperte torsit in me, præsumptio/nem, sic enim illi uocant, quod non ueritus essem corrigere Pater noster, ac Magnificat. Item impugnationē cognitæ ueritatis, qui negassem sacros cōcionatores non intellexisse suum thema, quod à sacris uiris, è sacris literis depromptum esset. Ceu uero non hoc etiā fœdior esset illorum insciția, qui quod est in illis literis perperam interpretarentur.

Impudentia ingrata.

In uobismetipsis.) ἐις ἑαυτους, id est, erga uosipsos, seu potius erga uos mutuo. Hoc ali cui fortassis leuiculum admonitu uidebitur, & tamen auditus est mihi, qui in publica con cione sedulo philosopharetur ex hoc loco, quo pacto charitas primum à nobis ipsis pro/ficiscatur, & quomodo cordibus infundatur, multáq; id genus, neq; cœlum neq; terram attingentia. Et tamen isti sunt qui laborem hunc nostrum ut inanem & infrugiferū aspernantur, quibus eo maxime foret opus, si saperēt. imò quia non sapiunt, homines uere in/utiles, meritissimóq; in tertium illud Hesiodi genus reiciēdi, qui neq; per se sapiant, neq; credant recta monenti. Continuam.) ἐκτενῆ, quod ante uertit, attente, hic propen sum seu uehementem poterat dicere. Quoniam charitas operit.) καλύψει, id est, operiet siue teget, uerbum futuri temporis, ut ad iudicij diem pertineat.

In uobismet ipsis, pro inter uos.

Accepit gratiam.) χάρισμα, id est, donum. Illam administrantes.) αὐτῷ διακονοῦντες, id est, illa siue per illam, nempe gratiam ministrantes. Quanquam in non/nullis Græcorum exemplaribus scriptum erat αὐτὸ, ut referatur ad donum administran/dum. Et in alterutrum, quo uerbo sæpius impudentissime abutitur interpres, græce est ἐις ἑαυτους, id est, in uos inuicem, quod idem ualet cum eo quod modo dixit, ἐις ἀλλήλους, id est, alius in alium. Multiformis gratiæ dei.) ποικίλης, quod interpres haud ma/le expressit, cum græca uox uarium significet, ut intelligamus diuersas donorū formas.

Quasi sermones.) ὡς λόγια, id est, tanquam eloquia.

Ex uirtute.) ἐξ ἰσχύος, id est, ex ui siue robore, ut autoritas sit penes deum, non penes hominem. Quam administrat.) ἧς χορηγεῖ, id est, quam suppeditat siue submini/strat. Nam administrat, qui fungitur administratione rei cōmissæ. Subministrat, qui præ/bet ac largitur, quibus opus est. Honorificetur.) δοξάζηται, id est, glorificetur.

Nolite peregrinari.) μὴ ξενίζεσθε. Illud peregrinari, Græcis est commoueri, perinde ut re noua & insolita. nam & paulo post ξένου uertit, nouum. Et hoc loco prudens prætereo quorundam magnorum Theologorum absurdas interpretationes. Quorsum enim atti net aliorum erratis explere uolumina? In feruore.) τῇ ἐμ ὑμῖν πυρώσει, id est, exu/stione siue examinatione per ignem. Rursus enim ad aurum respexit, quod exploratur igni. Proinde nos uertimus, Ne ceu re noua perturbemini, dum per ignem exploramini.

Peregrinari, pro admirari.

Vobis sit.) Fit est græce γινομένη. Sed communicantes.) ἀλλὰ καθ' ὅ κοινωνεῖτε, id est, in hoc quod communicatis, siue quatenus communicatis. Cyprianus in epistola quarti libri sexta, locum hunc reddit ad hunc modum, Charissimi nolite mirari ardorem accidentem uobis, qui ad tentationem uestram fit, ne excidatis, tanquam nouum uobis contingat, sed quoties communicatis Christi passionibus, per omnia gaudete, ut & in re/uelatione facta claritatis eius, gaudentes exultetis. Si improperatur uobis in nomine Christi, beati estis, quia maiestatis & uirtutis domini nomen in uobis requiescit. Hacte/nus illius uerba recensuimus. Primum peregrinari, recte uertit in mirari. Cæterū ardorē

Cypriani lectio.

aptius uerti poterat incēdium. Quanquam hic græca perturbatius ille reddidit. Deinde excidatis, posuisse uidetur pro uehementer admiremini, siue obstupescatis, ceu græcam exprimens uocem ἐξίσατε, quemadmodum alibi in Paulo, siue excidimus deo. Porrò maiestatis & uirtutis domini nomen, quid sibi uelit, nescio, nisi forte pro πνεῦμα uertit, numen, aut νεῦμα legit ille, non πνεῦμα. Adducit idem hoc testimonium totidem uerbis in expositione symboli. Beati eritis.) Eritis, apud Græcos non additur, tantum est μακάριοι. Rectius autem subaudias estis, quam eritis. Quod est honoris gloriæ & uirtutis.) Græca sic habent, τὸ τῆς δόξης, καὶ τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα, id est, quod est gloriæ, & spiritus dei. Ita tamen ut spiritus accipias nominandi, non pariendi casu. Potest autem hic locus bifariam accipi, Vno modo, ut τὸ τῆς δόξης separatim legatur pro gloria, quemadmodum fecit noster interpres. Altero, ut nominatiuus τὸ πνεῦμα spiritus, adhæreat ex æquo duobus genitiuis, τὸ πνεῦμα τῆς δόξης, καὶ τοῦ θεοῦ, id est, spiritus gloriæ & dei, uelut interpretans quid dixisset, spiritum gloriæ, adiecerit, & dei.

Duplex lectio.

Requiescet.) ἀναπαύεται, id est, requiescit, præsentis temporis, siue refocillatur.

Deest apud nos.

Nemo autem uestrum pati.) Ante hæc uerba habent Græci, quæ nō reperio in latinis codicibus. Habent autē hæc uerba, κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται, id est, secundum illos quidem blasphematur, secundum uos autem glorificatur. Quæ tamen non absunt in eo loco quē modo ostendimus apud Cyprianum, legit enim. Quod quidem secūdum illos blasphematur, secundum uos autē honoratur. Vt referantur duo uerba, ad spiritum siue gloriam dei, quæ impiorum hominum iudicio dehonestabatur, supplicio & afflictione profitentium, At ipsorum opinione hoc pacto gloria dei reddebatur illustrior. Nemo autem uestrum.) μὴ γάρ τις ὑμῶν, ne quis enim uestrum.

Aut maledicus.) ἢ κακοποιὸς, id est, aut maleficus.

Alienorum appetitor.) ἀλλοτριοεπίσκοπος, id est, alienorum inspector, siue curator. Composita uox ab alieno & episcopo, hoc est, inspectore, quod qui quid appetit, inspectat. Augustinus in expositione epistolæ ad Rhomanos inchoata, legit, aut curas alienas agens. In isto nomine.) ἐν τῷ μέρει τούτῳ, id est, in parte hac.

Incipiat de domo dei.) ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ, id est, à domo dei.

Fideli creatori.) ὡς πιστῷ κτίσῃ, id est, ut fideli conditori, siue possessori.

In benefactis.) ἐν ἀγαθοποιΐα, id est, in beneficentia, siue in benefaciendo.

EX CAPITE V.

Seniores ergo.) Ergo, non est apud Græcos. Consenior.) Rectius dixisset presbyteros compresbyter. Et ita uertit Hieronymus, ut mox ostendam. Quanquam hic quoq; nōnihil offendit nomen græcum additum coniunctioni latinæ. Et haud scio an quisquam laturus sit sympresbyter.

Quæ in futuro reuelanda est.) Nihil opus erat his uerbis, in futuro, τῆς μελλούσης δόξης ἀποκαλύπτεσθαι. Quæ in uobis est.) τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον. Græcus sermo per se quidem est anceps. Mihi tamen uidetur esse sensus germanior, pascite, quantū in uobis est gregem Christi, sic enim habent græci codices, nō dei, nam ipse se pastorem appellat in literis euangelicis. Pascite eum.) Græce est ποιμάνετε, quod est pascite, sicuti pascunt pastores. Idem uerbū est in psalmo secundo, Reges eos in uirga, ποιμανεῖς, hoc est, pastoraliter reges, ut Hilarij uerbis utar. Et Homerus regem subinde uocat ποιμένα λαῶν, id est, pastorem populorum.

Pastor.

Prouidentes.) ἐπισκοποῦντες, id est, intendentes, aut episcopum agentes. Notat hanc uocem diuus Hieronymus in epistola quadam ad Euagrium, cuius initium. Legimus in Esaia, uertitq; ἐπισκοπεῖν inspicere, sed addit græce significantius dici. Nam latine inspicit, qui cupit discere quid sit. Græcis ἐπισκοπεῖ, qui curam agit & prospicit de rebus necessarijs. Porrò totum hunc locum in ea quam modo citaui epistola, uertit ad hunc modum, Presbyteros in uobis precor compresbyter, & testis passionum Christi, & futuræ gloriæ, quæ reuelanda est, particeps, regere gregem Christi, & inspicere, non ex necessitate, sed uoluntarie iuxta deum. Spontanee secundum deum.) Secundum deum, non additum

additum est in codicibus græcis. Sed uoluntarie.) προθύμως, id est, prompte, siue propensis animis. Non dominantes in cleris.) Græce est, μηδ' ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, neq; ueluti dominum exercentes aduersus cleros. Cleros autem uocat, non diaconos aut presbyteros, sed gregem, qui cuiq; sorte contigit gubernandus. Et presbyteros hic episcopos uocat, nondum enim increuerat turba sacerdotum, sed quot erant presbyteri, totidem erant episcopi. Præceptum apostolorũ principis, in omnibus omniũ episcoporum aulis, uel aureis literis oportebat inscribi. Pascite, inquit, gregem, non opprimite, non expilate. idq; non coacte, uelut ex officio, sed ex syncero affectu, tanquam patres. neq; turpis lucri gratia. quasi præsentiens ecclesiæ pestem hinc orituram. Deniq; nõ dominantes more regum, sed exemplo pascite, benefactis uincite. Nunc episcoporum uulgus nihil audit ab assentatoribus doctis, nisi dominia, ditiones, gladios, claues, potestates. atq; hinc fastus quorundam plusquam regius, sæuicia plusquam tyrannica. Iam Rhomano pontifici magnis uoluminibus adulamur, potestatẽ Christo parem tribuẽtes. Vnde fit ut orbis Christianus, aliquoties huius & Cardinaliũ dominatũ ac strepitũ uix ferat, auariciæ uix sufficiat. Scio Leoni nostro decimo hæc nec ignorari, nec placere, sed Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Supereſt in noſtris.

Sed forma facti.) τύποι γενόμενοι, id est, formæ facti, hoc est, exempla, licet numerus mutatus nihil uariet de sensu. Gregis ex animo.) Ex animo, Græci non addunt.

Supereſt apud nos.

Omnes enim inuicem humilitatem.) Græce est, ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι, id est, inuicem subiecti, hoc est, uicissim alius alij. Insinuate.) ἐγκομβώσασθε, quod perinde sonat, quasi dicas, innodate. Sentit autem humilitatem arcte retinendam in animo, ueluti nodis illigatam, ne per ullam occasionem queat extundi, quemadmodum solet frequenter usu uenire infirmioribus.

Humilibus.) ταπεινοῖς, hic certe de animi sensit modestia.

ταπεινὸς in bonã partẽ.

In tempore uisitationis.) Visitationis, redundat iuxta græcos codices.

Quærens quem deuoret.) ζητῶν τινὰ καταπιεῖν, id est, quærens aliquem deuorare. In alijs rursum habebatur, ζητῶν τίνα καταπίῃ, quemadmodum legit interpres. Interpres quem sequitur Augustinus, legisse uidetur ζητῶντι. sic enim adducit hunc locum, homilia ex quinquaginta. 35. Aduersarius uester diabolus, tanquam leo rugiens, aliquid deuorare quærens, circuit. Verum haud scio, num id acciderit uitio librariorum, nam eiusdem operis homilia. 46. legit, Aliquem deuorare quærens.

Supereſt apud nos.

Resistite fortes.) στερεοὶ, id est, firmi & solidi. Eandem passionem.) τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων, id est, easdem passiones, seu magis afflictiones.

Fraternitati fieri.) ἐπιτελεῖσθαι, id est, perfici.

Perficiet, confirmabit, solidabit.) Græce est, αὐτὸς καταρτίσαι ὑμᾶς, στηρίξει, θεμελιώσει, id est, ipse perficiat uos, fultura, confirmatione, fundatione. Quanquam equidem non ignoro hæc tria posse pro uerbis accipi, futuri temporis, fulciet, confirmabit, fundabit. In nonnullorum Græcorum exemplaribus hæc erant infinita, στηρίξαι, θεμελιῶσαι, id est, confirmet, corroboret, fundet.

Breuiter scripsi.) δι' ὀλίγων ἔγραψα, id est, paucis scripsi.

Perperam legimus.

In Babylone collecta.) ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, id est, quæ in Babylone est simul electa, hoc est, consors electionis uestræ. Atq; ita fermè adducit Hieronymus in Catalogo scriptorum illustrium in Marco. Quanquam illic nec latina Hieronymi, nec græca Sophronij carebant omnino mendis.

In osculo sancto.) ἐν φιλήματι ἀγάπης, id est, in osculo charitatis.

Gratia uobis omnibus.) εἰρήνη ὑμῖν, id est, pax uobis.

ANNOTATIONVM IN PRIOREM EPISTOLAM PETRI APOSTOLI, PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM, FINIS.

IN EPISTOLAM PETRI
APOSTOLI SECVNDAM, ANNOTATIONES
DES. ERASMI ROTERODAMI.



IMON Petrus.) συμεὼμ, id est, Symeon, quanꝯ ea uox Græcis uarie pronunciatur. Coæqualem.) ἰσότιμον, id est, parem, æqualem, siue eiusdem precij, nam hinc græca uox composita est. Quomodo omnia &c.) Græca paulo secus habent ꝯ latina, ὡς πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ, τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης, id est, ut eius diuina uirtus omnia nobis largita est, quæ ad uitam ac pietatem pertinent. Et mox, per agnitionem aptius erat ꝯ cognitionem ἐπιγνώσεως. Propria gloria & uirtute.) διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, id est, per gloriam & uirtutẽ. Hoc loco lector admonendus est, uirtutem non esse δύναμιν, quam frequenter alias legit, sed ἀρετὴν, quæ opponit uitio. Per quẽ maxima & precioſa.) δι' ὧν τὰ τίμια ἡμῖν καὶ μέγιστα ἐπαγγέλματα, id est, per quæ precioſa nobis & maxima promissa. Quanꝯ sermo græcus nonnihil habet ambiguitatis, quod articulus ὧν, referri potest ad gloriam & uirtutem, siue quod paulo superius præcessit, omnia. Donauit.) δεδώρηται, id est, donata sunt. Vt per hoc.) ἵνα διὰ τούτων, id est, ut per hæc.

Fugientes.) ἀποφυγόντες, id est, aufugientes, uel potius, si refugeritis. Concupiscentiæ.) ἐν ἐπιθυμίᾳ, id est, in cõcupiscentia. Vos autẽ curam omnẽ.) καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες ἐπιχορηγήσατε, id est, & in hoc ipsum autẽ, curam omnem cõferẽtes, ministrate. Cæterũ præpositionẽ additã nõ expressit interpres, παρεισενέγκαντες, id est, obiter, siue præterea inferẽtes, ut nostra cura accedat ad donum de quo dixit. Item ἐπιχορηγήσατε, id est, insuper suppeditate, & hoc accessionem quandam sonat.

In scientia abstinẽtiam.) ἐγκράτειαν, id est, temperantiam. Amorẽ fraternitatis.) φιλαδελφίαν. i. fraternũ amorẽ, qđ iam sæpius admonui. Porrò qđ fraternæ charitati subiicit ἀγάπην, hoc est, dilectionẽ, aut bis idem dixit. aut ueluti generalius ac latius addidit, ut φιλαδελφίαν referat ad mutuũ amorẽ Christianorũ inter se, quandoquidẽ hos fratres appellant apostoli, dilectio ad uniuersos, etiam ethnicos. aut uehementius quiddam est ἀγάπη ꝯ φιλία. aut φιλαδελφία ad affectum refert, ἀγάπη ad executionẽ. Sed media sententia mihi magis arridet. Et manu tentans.) μυοπάζων. certũ est dictionẽ esse compositam. Videt autẽ deducta metaphora à muribus, qui parietẽ aut tabulam, aut si quid aliud obuiũ fuerit, sequi solent, donec cauum nacti fuerint. Quanꝯ legit μύωψ, & muscæ genus, oculos boum infestans, unde dictum uideri possit uerbũ μυοπάζειν. Adiecit autẽ hoc Apostolus, ut profundam cæcitatẽ exprimeret. nam luscioſi magna corpora uident, ut ductu manuum non sit opus. Magis satagite.) σπουδάσατε, id est, date operã, siue studete. Nec est, satagite magis, sed magis fratres satagite, ut magis sit corrigentis, non augentis, quasi dicas, potius satagite. Vt per bona opera.) Per bona opera, apud Græcos non reperio additũ. Certam uestrã uocationẽ.) βεβαίαν, id est, firmã, siue ratam.

Magis corrigentis.

Melius autẽ uestri, ꝯ uestrã. ἀμελήσω, id est, nõ negligam. mitigat admonitionem. quoad uiuam. Propter quod incipiam.) Longe aliud est græce, διὸ οὐκ ἀμελήσω. Equidẽ scientes.) καίπερ, id est, licet, siue quanꝯ, sic emẽ Frequenter.) ἐκάστοτε, id est, semper, hoc est, non desinam Post obitum.) ἔξοδον, id est, exitum, meminerat enim tabernaculi.

Vt horum

Vt horum omnium.) Omnium, redundat. Est autem perturbatior aliquanto, & ob id obscurior huius sermonis contextus. Sic enim græca componi poterant, σπουδάσω δὲ καὶ ἑκάστοτε, ἔχειν ὑμᾶς ποιεῖσθαι μνήμην τούτων μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον, id est, Quinetiã semper operam dabo, quo possitis horum mentionẽ facere post exitum meum. Nam ἔχειν hoc loco positum est pro posse, & refertur ad uerbum infinitum ποιεῖσθαι. Ordo.

Non enim indoctas fabulas.) σεσοφισμένοις μύθοις, id est, arte conflictas fabulas. Atq; haud scio an interpres uerterit, doctas fabulas, quas Petrus opponit simplici rusticanæq; ueritati. Tales erant olim philosophorum argute magis quàm salubres disputationes, & hodie nonnullæ theologorum altercationes. Sophismata

Virtutem & præscientiam.) δύναμιν καὶ παρουσίαν, id est, uirtutem siue potentiam, & aduentum. nam ita frequenter uertit παρουσίαν. Apparet autem scriptum fuisse, præsentiam. nam sic quoq; nõnunq; uertit παρουσίαν, deinde uitio scribæ mutatum fuisse, præscientiam. Et tamen ex illius dormitantia magni theologi, quorum de numero est Lyranus, mysterium ingens parturiũt. Non quod illos insecter, qui quod potuerunt præstiterunt, sed quod miserandos existimẽ, qui coacti sint tractare sacras literas, nõ satis instructi literis, sine quibus, ut dignum est, illæ tractari non queunt.

Illius magnitudinis.) Illius, hic masculini generis est, & refertur ad deum, non ad magnitudinem.

Et habemus firmiorem.) καὶ ἔχομεν βεβαιότερον. Hoc loco uehemẽter sudant theologi recentiores, quomodo explicare possint quod Petrus dixit, prophetarum sermonem firmiorem, quàm suum aut patris. Verum Græcis mos est, subinde comparatiuũ pro positiuo usurpare. Id sensisse uidetur Augustinus, homilia ex quinquaginta, 32. locum hunc adducens, nihil offensus comparatiuo certiorem, sic enim ille legit pro firmiorem. Deinde non simpliciter dixit, prophetarum sermonem firmiorem, sed iam factum certiorem, attestante dictis illorũ uoce patris. Postremo pater ipse quodammodo filij sui propheta fuit, ac præco, prædicens palam omnia sibi placitura, quæ ille dicturus aut facturus esset. Atq; hic sermo propheticus firmior erat sermone prophetarum, quos illi uenerabantur. id quod Petrus nõ improbat, modo intelligant eas prophetias esse spiritualiter interpretandas, non more Iudaico. Atq; hunc postremum sensum, ego puto germanũ esse Petri. Lyranꝰ tota aberrãs uia.

Propria interpretatione.) ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται, id est, propriæ interpretationis non fit. Locus ante hac nõ satis intellectus.

Spiritusancto inspirati.) ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι, id est, à spiritusancto rapti, siue agitati, siue impulsi.

EX CAPITE II.

ET eum qui emit eos, deum negãt.) καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι, id est, & qui se mercatus est dominum negantes.

Eorum luxurias.) ἀπολείαις, id est, exitia siue perditiones. Interpres legisse uidetur ἀσωτίαις, tametsi Græca exemplaria, quæ sanè uiderim, consentiunt.

De uobis negociabuntur.) ὑμᾶς ἐμπορεύσονται, uos cauponabuntur & uobis ad quæstum abutẽtur. Vt autem depinxit Petrus, quod hodie uidemus, à plerisq; sacerdotibus nihil non ad quæstum trahi.

Non cessat.) οὐκ ἀργεῖ, id est, non tardat.

Angelis peccantibus.) ἁμαρτησάντων, id est, qui peccauerant.

Sed rudentibus.) σειραῖς, id est, catenis. Rudentes interpres dixit ingentes funes ac nauticis similes. Augustinus alicubi pro rudẽtibus legit, carceribus.

Inferni.) ζόφου, id est, caliginis. Quanq; ζόφος græce significat specum tartareum, & caliginem, atq; solis occasum.

In tartarum tradidit.) ταρταρώσας παρέδωκεν, id est, in tartarũ detrusos tradidit uinculis.

Cruciandos in iudicium.) εἰς κρίσιν τηρουμένους, id est, in iudicium seruatos siue seruandos. etiamsi nonnulli Græcorum codices habent τετηρημένους, id est, seruatos.

Originali mundo.) ἀρχαίου κόσμου, id est, antiquo mũdo.

Custodiuit.) ἐφύλαξεν, id est, seruauit.

Damnauit exemplũ.) Exemplũ, ad posteriora refertur appositiue.

Aspectu enim & auditu.) Græca nonnihil dissident à Latinis, βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ ὁ δίκαιος, ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν, id est, aspectu enim & auditu iustus inhabitãs inter illos, cotidie animam iustam, iniquis operibus excruciabat, siue explorabat. Significat enim illum cũ oculos haberet sanctos, & aures sanctas abhorrentes ab omni turpitudine, grauiter discruciatum fuisse, quod uiuens inter illos, cogeretur cotidie uidere & audire quæ nollet. Locus hactenus parũ intellectus.

Nouit deus.) κύριος, id est, dominus. quanquàm in his uerbis subinde aliud pro alio usurpant librarij. Seruare cruciãdos.) κολαζομένους, ut intelligas illos interim puniri dum seruantur. Interpres legisse uidetur κολασομένους. atq; ita legisse uidetur Origenes, qui putauit impios dæmones nõ ante supremũ iudicij diem subijciendos incendio. Pro Origenis opinione facit, quod in euangelio clamant dæmones, Venisti ante tempus cruciare nos. Verum hic non proprie de dæmonibus, sed animabus impiorum agit.

Magis autem eos.) μάλιστα, id est, maxime. Dominationemq;.) καὶ κυριότητος, id est, autoritatem, hoc est, legitima præditos potestate. Sibi placẽtes.) αὐθάδεις, id est, præfracti, & quod uulgo dicunt, sui sensus, suiq; capitis. Sectas non metuũt.) δόξας οὐ τρέμουσι, id est, opiniones non tremunt. quanq; hoc loco tremunt, pro metuunt positũ est. Mihi sanè uidetur longe alius esse sensus, q; theologorũ uulgus interpretat, id quod cũ omniũ pace dixerim. Agit em̃ Petrus de præfractis & intractabilibus, qui nõ obtemperãt præfectis suis & episcopis, quos αὐθάδεις appellat, & τολμητὰς καὶ κυριότητος κατα φρονοῦντας. Nec his cõtenti, nõ uerẽtur etiã maledictis incessere uiros gloria ac maiestate præditos. Nam hos, ni fallor, δόξας appellat, quemadmodum paulo superius κυριότητας. Porrò participium βλασφημοῦντες iuxta proprietatem Græcanici sermonis, infiniti uerbi loco positum est, non metuunt maledicentes, pro eo quod erat, non metuũt maledicere. Videtur autem κυριότης minus quiddam esse, quàm δόξα. nam herus quilibet in seruum habet κυριότητα, at nõ statim δόξαν. Princeps autem, aut magistratus δόξαν habet, unde lesæ maiestatis accersi solet, qui maiestatem uiolarit. Vtitur aũt ijsdem uerbis, & in eundem sensum Iudas in epistola sua, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσιν, δόξας δὲ βλασφημοῦσιν, id est, dominationem uero spernunt, glorias autem blasphemant. Non portant.) οὐ φέρουσι, id est, non ferunt. Aduersus se.) Post hæc uerba addunt Græci, παρὰ κυρίῳ, id est, apud dominum. Execrabile iudicium.) βλάσφημον κρίσιν, id est, blasphemũ iudicium, quasi abominandũ & mali ominis. Irrationabilia pecora. ἄλογα ζῶα, id est, muta animãtia.

Superest in Græcis.

Naturaliter.) γεγεννημένα, id est, nata. Diei delicias.) τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφήν, id est, diurnas delicias. Coinquinationis & maculæ.) σπῖλοι καὶ μῶμοι. utrũq; nominandi casu legendũ est, nõ paterno. Nam ipsos homines maculas uocat & inquinamẽta, quo sit oratio uehementior. In conuiuijs suis.) ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν .i. in deceptionibus suis.

Luxuriantes uobiscum.) συνευωχούμενοι ὑμῖν, id est, cõuiuantes uobiscum. quanq; potest ex his uerbis alius elici sensus, ut datiuus ὑμῖν referatur ad participiũ ἐντρυφῶντες, & συνευωχούμενοι ad illud ἐν ἀπάταις, ut hæc sit summa sententiæ, Insultãtes uobis, ac male precantes in erroribus suis, dum inter se comessantur. Plenos adulterij.) μεστοὺς μοιχαλίδος, id est, plenos adulteræ mulieris, ut intelligas lasciuos & impudẽtes. Cyprianus exponens symbolũ, legit, plenos mœchationibus, si modo non fallit scriptura.

Superbia, p superba.

Incessabiles delicti.) ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας, id est, qui nõ possint cohiberi à peccãdo.

Pellicientes.) δελεάζοντες, id est, inescantes. nam δέλεαρ esca. Ex Bosor.) βοσόρ, id est, filium Bosor. Suæ lasciuiæ.) ἰδίας παρανομίας, id est, propriæ iniquitatis.

Turbinibus.) ὑπὸ λαίλαπος, id est, à turbine siue à procella. Exagitatæ.) ἐλαυνόμεναι, id est, quæ feruntur, siue aguntur, siue impelluntur. Tenebrarum reseruatur.) εἰς αἰῶνα τετήρηται, id est, in æuũ seruata est. Superbia enim uanitatis.) ὑπέρογκα γὰρ φθεγξάμενοι. Arbitror interpretem scripsisse, superba, ut respondeat ad ὑπέρογκα, idq; librarij uitio mutatum in superbia. Verti poterat ad hunc modũ, Nam uehementer fastuosa uanitatis uerba locuti, inescant in concupiscentijs carnis, lasciuijs. Non abludit sensus ab illo Iuuenalis, Sed peiores, qui talia uerbis, Herculis inuadunt, & de uirtute locuti &c. Pelliciunt in desyderijs.) δελεάζουσιν. i. inescant. Luxurijs.) ἀσελγείαις, id est, lasciuijs. Qui paululum fugiũt.) τοὺς ὀλίγως ἀποφυγόντας, id est, qui uere aufugerunt. Qui in errore conuersati.) Conuersantur, habet sensus Græcus.

Locus aliter explanatus.

Huius & seruus est.) τούτῳ καὶ δοῦλος, id est, huic etiam in seruitutem addictus est.

Facta sunt eis &c.) τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων, id est, postrema deteriora primis.

Non cognoscere.) μὴ ἐπεγνωκέναι, id est, non cognouisse. In uolutabro luti.) εἰς κύλισμα βορβόρου, id est, ad uolutationem cœni, ut subaudías, reuersa. Hieronymus in epistola ad Furiam citat, ad uolutabrum.

Ex capite

EX CAPITE III.

HAnc ecce.) ταύτην ἤδη, id est, hanc iam. In cõmonitione.) Nonnulli codices habebant, ἐν ἐπιγνώσει, id est, in cognitione. Quæ prædixi uerborum.) τῶν προειρημένων ῥημάτων, id est, prædictorũ uerborũ, siue uerborum quæ prædicta sunt à prophetis. Vestrorũ præceptorũ.) ἐντολῆς, id est, præcepti, numero singulari. Potest aũt duplex esse sensus, quanꝯ alter ab altero minimũ deuariat, Præcepti nostri qui sum⁹ apostoli domini ac seruatoris, Ac præcepti domini & seruatoris, quod per nos illius apostolos, accepistis, ut intelligas additum τοῦ κυρίου, propter autoritatem præcepti. Nam apostolus alterius nomine refert quod refert. Duplex sensus.

In deceptione.) Apud Græcos non lego. Ab initio creaturæ.) κτίσεως, id est, conditionis siue creationis. Latet enim eos hoc uolentes.) Id est, uolentes, & sponte hoc nesciunt. Cœli erant prius.) ἐκπάλαι, id est, olim. Ille tunc mũdus.) ὁ τότε κόσμος, id est, qui tunc erat mundus, aut illorum temporum mundus. Patienter agit.) μακροθυμεῖ, id est, longanimis est, ut ad uerbum reddam. Ad pœnitentiã re.) χωρῆσαι, id est, recipere siue capere, aut complecti. Sicut fur.) Hic additum est in Græcis codicibus, ἐν νυκτὶ, id est, in nocte. Dissoluenda sunt.) λυομένων, id est, cum dissoluantur. Festinantes in aduentum.) σπεύδοντας τὴν παρουσίαν, id est, acceleranres aduentum. Per quem cœli.) Quem, ad diem refertur, non ad deum, δι' ἧς.

Ignis ardore.) καυσώμενα, id est, æstuantia. Idem uerbum paulo superius uertit, calore, καυσώμενα λυθήσονται. Tabescent.) τήκεται, id est, liquescunt, præsentis temporis.

Et promissa.) κατὰ τὸ ἐπάγγελμα, id est, iuxta promissum. In quibus iustícia.) ἐν οἷς. In quibus, referri potest uel ad cœlos ac terram, uel ad expectantes. At mihi quidem aptius referri uidetur ad nos, qui expectamus nouos cœlos ac terram nouam, si iuste uiuamus, ut mereamur frui nouitate creaturæ. Et inuiolati.) καὶ ἀμώμητοι, id est, irreprehensibiles. Deprauant.) στρεβλοῦσι, id est, detorquẽt. Custodite.) φυλάσσεσθε, id est, obseruate siue cauete. Ne insipientium &c.) τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες, id est, nefariorũ errore abducti. Augustinus libro de ciuitate dei xx. cap. xviij. totum fermè hoc caput ad hunc adducit modum. Venient in nouissimo dierum illusione illudentes, secundũ proprias concupiscentias suas euntes, & dicentes, Vbi est promissum præsentiæ ipsius? Ex quo enim patres dormierunt, sic omnia perseuerant ab initio creaturæ. Latet enim illos hoc uolentes, quia cœli erãt olim, & terra de aqua, & per aquam constituta dei uerbo, per quem qui tunc erat mundus, aqua inundatus deperijt. Qui autem nunc sunt cœli & terra, eodem uerbo repositi sunt, igni reseruandi in die iudicij, & perditionis hominum impiorum. Hoc unum uero non lateat uos fratres charissimi, quia unus dies apud dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus. Non tardat dominus promissum suum, sicut quidam tardantem existimant, sed patienter fert propter uos. nolens aliquem perire, sed omnes in pœnitentiam conuerti. Veniet autem dies domini ut fur, in quo cœli magno impetu transcurrent, elementa autẽ ardentia resoluentur, & terra & quæ in ipsa sunt opera resoluẽtur. His ergo omnibus pereuntibus, quales oportet esse uos in sanctis conuersationibus, expectantes & properantes ad præsentiam diei domini, per quam cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore decoquentur. Nouos uero cœlos, & terram nouam, secundum promissa ipsius expectamus, in quibus iustícia inhabitat. Hactenus Petri apostoli uerba retulimus, partim, ut ex collatione sensus esset dilucidior, partim, ut appareret quãtopere Augustini lectio ab hac nostra dissideat æditione. De hac quoꝯ secunda Petri epistola, cuius esset, controuersia erat. Id testatur Hieronymus in Catalogo scriptorum illustriũ, his quidẽ uerbis. Scripsit duas epistolas, quæ canonicæ nominantur, quarũ secunda à plerisqꝯ eius negatur, propter stili cum priore dissonantiam. At idem aliàs uariat, nunc uolens eam esse Petri, & stili dissonantiã reijciẽs in interpretem, quo tum Petrus sit usus, nũc negans illius esse, quod reclamet stilus. De autore huius epistolæ.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM PETRI SECVNDAM PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM, FINIS.

In epistolam

IN EPISTOLAM IOAN

NIS PRIMAM, ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.



VOD fuit.) ὃ ἦν, id quod erat. Contrectauerunt.) ἐψηλάφησαν, quod diuus Hieronymus fermè citat, palpauerunt. Potest autem hic sermo bifariam distingui. Vno modo, ut principale cõma præcedat hanc partẽ, Et manus nostræ cõtrectauerunt &c. Id quod erat ab initio, quodq; audiuimus ac uidimus ac perspeximus de sermone uitæ, idẽ etiam manibus cõtrectauimus. Altero sic, ut post hyperbaton redeat ad id quod instituerat dicere. Quod uidimus, inquã, & audiuimus, annunciamus uobis. Et societas nostra sit.) ἡ κοινωνία δὲ ἡ ἡμετέρα, id est, & societas uestro nostra. Neq; additur apud Græcos, sit. aptius autem sub audiet, est. Vt gaudeatis.) Græce tantũ est, ut gaudiũ uestrũ sit plenũ, siue impletũ.

Duplex sensus.

EX CAPITE II.



Aduocatũ habemus.) παράκλητον ἔχωμεν, id est, patronũ habeamus. quanq; hic uariant exẽplaria Græcorũ. Qui dicit se nosse deũ.) ὁ λέγων ἔγνω κα ἐμαυτὸν, id est, qui dicit, noui eũ. In Christo manere.) Græce est, in eo. Quod audistis.) Addũt Græci, ἀπ' ἀρχῆς, id est, ab initio. Et in ipso, & in uobis.) Prius &, redundat. Tenebræ transierunt.) παράγεται, id est, transeunt. Quod uerũ est.) ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ καὶ ἐν ὑμῖν, id est, id qd uerũ est in illo, idem uerũ est & in uobis. Nec em̃ apud Græcos, quod, referri potest ad mãdatũ.

Scribo uobis infantes.) παιδία, id est, pueri siue filioli. sed melius pueri. Scribo uobis patres.) Hic græce est ἔγραψα, id est, scripsi. Scribo uobis iuuenes.) ἔγραψα ὑμῖν νεανίσκοι, id est, scripsi uobis adolescentuli, quod modo uerterat, adolescentes. Superbia uitæ.) ἡ ἀλαζονία τοῦ βίου, id est, fastus siue strepitus uitæ, seu facultatum. nam βίος utrũq; significat. Quæ nõ est ex patre.) Quæ, nõ est in græcis codicibus. Substantiuum autẽ uerbum, est cõiungendũ, cum omne. Omne quod est in mundo, puta concupiscentia &c. nõ est ex patre. Antichristus uenit.) Venit, præsentis tẽporis est, ἔρχεται, aut certe futuri. Nunc Antichristi.) ἤδη νῦν, id est, & nũc. Ex nobis prodierũt.) ἐξῆλθον, id est, exierunt. Nouissima hora.) Græci horã ponũt aliquando pro tẽpore.

Noua lectio.

Quasi ignorantibus.) ὅτι οὐκ οἴδατε, id est, quod nõ cognouistis. Qui cõfitetur filium, & patrem habet.) Hæc non reperio in græco codice. Quã promisit nobis.) Rectius erat, qua promisit nobis uitam æternam. est enim idioma Atticũ, promisit promissionem. Sicut unctio eius.) ὡς τὸ αὐτοῦ χρίσμα, id est, sicut ipsa unctio.

EX CAPITE III.



Videte qualem.) ἴδετε. Anceps est, an sit uidetis, an uidete. neq; magni refert ad sententiã. Nominemur & simus.) Et simus, apud Græcos, nõ addit. Non nouit nos.) ἡμᾶς, id est, uos, secundæ personæ. Sanctificat se sicut.) ἁγνίζει, id est, purificat. Sicut & ille sanctus.) ἁγνός, id est, purus & castus. In hoc ap.) εἰς τοῦτο. i. ad hoc, siue in hoc, ut sit accusatiui casus. Omnis qui nõ est iustus.) πᾶς ὁ μὴ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην. i. omnis qui nõ facit iustitiã. Fratris autẽ eius.) Subaudiendũ, opera. τὰ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ. In hoc cognouimus charitatem dei.) Dei, redundat iuxta græcum codicem, licet addatur paulo inferius.

Si reprehen-

Si reprehenderit nos cor noſtrum.) ἐὰν καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία. Poteſt accipi, ſi condemnarit nos cor noſtrum. De ſpiritu.) ἐκ τοῦ πνεύματος, id eſt, ex ſpiritu.

EX CAPITE IIII.

IN hoc cognoſcit.) γινώσκετε, id eſt, cognoſcitis, ſiue cognoſcite. Interpres legiſſe uidetur γινώσκεται. Qui ſoluit Ieſum.) Græci ſic habent, ὃ μὴ ὁμολογεῖ ἰησοῦν χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, id eſt, qui non confitetur Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe. Et hic eſt Antichriſtus.) καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ τοῦ ἀντιχρίστου, id eſt, & hic eſt ille Antichriſti, ut ſubaudias ſpiritus. Græca diſſonāt a noſtris

Et uiciſtis eũ.) Eos eſt græce, αὐτούς. De mundo loquũtur.) ἐκ τοῦ κόσμου λαλοῦσι, id eſt, ex mundo loquũtur. Non enim eſt ſenſus, eos loqui de mundo, ſed ex affectu mundi cuius ſunt. Sicut in euangeliis annotatum eſt, Qui de terra eſt, de terra loquitur.

In hoc cognoſcimus.) ἐκ τούτου, id eſt, ex hoc. Quoniam ipſe prior.) Prior, non eſt in græco codice. Si deus dilexit nos.) εἰ οὕτως, id eſt, ſi ſic deus dilexit nos.

Et ſpirituſancto ſuo.) Sancto, redundat. Et credidimus charitati.) Græce eſt, charitatem. Nos ergo diligamus deum.) αὐτὸν, id eſt, eum, non deum.

Quoniam deus prior.) ὅτι αὐτὸς πρῶτος, id eſt, quoniam ipſe prior, ſiue primus.

Habemus à deo.) ἀπ' αὐτοῦ, id eſt, ab eo.

EX CAPITE V.

CVm deum diligamus.) Cum deum dilexerimus, ſiue diligimus.

Et mandata eius faciamus.) τηρῶμεν, id eſt, ſeruauerimus ſiue ſeruemus.

Quoniam Chriſtus eſt ueritas.) ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια, id eſt, quod ſpiritus eſt ipſa ueritas. Veritas eſt, Hebraice dixit, pro uerax eſt. Caro fallax, ſpiritus neſcit mẽtiri. In rebus uiſibilibus fucus eſt, in rebꝰ æternis ueritas eſt. Spiritus, pro deus.

Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo.) In græco codice tantum hoc reperio de teſtimonio triplici, ὅτι τρεῖς εἰσὶν οἱ μαρτυροῦντες, τὸ πνεῦμα καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα, id eſt, quoniam tres ſunt qui teſtificantur, ſpiritus, & aqua, & ſanguis.

Et hi tres unum ſunt.) Hi, redundat, niſi quod interpres adiecit explicandæ ſententiæ gratia. Neq; eſt, unum, ſed in unum, εἰς τὸ αὐτό, id eſt, in idem, ut uerbum uerbo reddam.

Hoc eſt teſtimonium dei quod maius eſt.) Quod maius eſt, hoc loco ſupereſt.

Quia teſtificatus eſt.) ὅτι μεμαρτύρηκε, id eſt, quod teſtificatus eſt. Habet teſtimonium dei in ſe.) Dei, redundat. Qui non credit filio.) Græce non eſt filio, ſed deo.

Mendacem facit.) Græce eſt, fecit, πεποίηκεν. Quia nõ credit.) ὅτι οὐ πεπίστευκεν, id eſt, quia non credidit. Hæc deſcribo.) ταῦτα ἔγραψα, id eſt, hæc ſcripſi. Hoc loco Græca diſſident à Latinis, ſed uereor ne ſint deprauata. ἔγραψα ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ἵνα εἰδῆτε, ὅτι ζωὴν αἰώνιον ἔχετε, καὶ ἵνα πιστεύητε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, id eſt, ſcripſi uobis, qui creditis in nomine filij dei, ut ſciatis quod uitam æternã habetis, & ut credatis in nomine filij dei. Græca a noſtris diuerſa

Quas poſtulamus.) ἃ ᾐτήκαμεν, id eſt, quæ poſtulauimus, præterito tempore. Qui ſcit fratrem.) ἐάν τις ἴδῃ, id eſt, ſi quis ſciat.

Petat & dabitur ei uita peccanti non ad mortẽ.) αἰτήσει καὶ δώσει αὐτῷ ζωήν, τοῖς ἁμαρτάνουσι μὴ πρὸς θάνατον, id eſt, petet & dabit ei uitam, his qui peccant non ad mortem.

Non pro illo.) οὐ περὶ ἐκείνης. Illo, referendum eſt ad peccatum, non ad hominẽ. Locus hic in ſpeciem, adimere uidetur ſpem ueniæ, relapſis in culpam gratuẽ. Neq; me dum eſt, quibus rationibus ſeſe hinc explicent theologi. Sed mihi uidetur & alius exitus aperiri poſſe. Venialia delicta, ſine quibus nõ uiuitur, cotidiana precatione delentur, remitte nobis debita noſtra, quẽadmodum interpretatur & Auguſtinus. Cæterum atrocia flagicia, non ſanantur eodem modo, ſed olim ejiciebantur è contubernio eccleſiæ, tradebanturq; ſatanæ. nec recipiebantur, niſi ieiunio, lachrymis, multiſq; remediis duris deleta culpa. Locus difficilis, noua ratione explicatus.

Sed generatio dei.) ἀλλ' ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ θεοῦ, τηρεῖ ἑαυτὸν, id eſt, ſed genitus ex deo ſeruat ſeipſum. Non tanget.) οὐχ ἅπτεται, id eſt, non tangit, tempore præſenti.

Dedit nobis ſenſum.) διάνοιαν, id eſt, mentem, ſiue cogitationem. Deum uerũ.) Deum, apud Græcos non eſt, ſed τὸν ἀληθινόν, id eſt, eum qui uerus eſt. In uero filio eius.) ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ, id eſt, in eo qui uerus eſt, in filio eius.

In epiſtolam

IN EPISTOLAM IOANNIS SECVNDAM, ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.

ET natis.) καὶ τοῖς τέκνοις. Cur non potius filijs? sequitur enim, οὓς, id est, quos, masculino genere, cum τέκνα sit neutri generis. Poterat uertere, liberis, potius quàm natis, quæ uox poetarum magis est.

In eo ambuletis.) ἵνα ἐν αὐτῇ περιπατῆτε, id est, ut in eo ambuletis. sed ut eo, referat mandatum, non deum. Exierunt.) ἐισῆλθον, id est, introierunt. Mercedem plenam accipiatis.) ἀπολάβωμεν, id est, accipiamus. Qui recedit.) ὁ παραβαίνων, id est, qui præterit.

Deest græcis Ecce prædixi uobis, ut in die domini non confundamini.) Hæc uerba non inuenio in græco codice.

IN EPISTOLAM IOANNIS TERTIAM, ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.

RationẽFacio.) εὐχομαι, id est, opto. Maiorem horũ gratiam.) μειζοτέραν τούτων οὐκ ἔχω χαράν, id est, maius his non habeo gaudiũ.

Fideliter facis.) πιστὸν ποιεῖς ὃ ἐὰν ἐργάσῃ. Potest & hic sensus accipi, tutũ reddis, siue in tuto collocas. Et hoc in peregrinos.) Hoc, redundat, iuxta Græcorum codices. Cooperatores simus ueritatis.) τῇ ἀληθείᾳ, id est, ueritati. Scripsissem forsitan.) Græce ἔγραψα, id est, scripsi. Nec additum est, forsitan. Suspicor aliquẽ castigatorem addidisse in margine, scripsissem, pro scripsi, & adiecisse, forsitan, ne uideretẽ arrogantior. deinde per imperitum librarium, utrunq; translatum fuisse in contextum.

Et quasi nõ ei ista sufficiãt.) καὶ μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις, id est, & nõ contentus his.

Et eos qui suscipiunt.) καὶ τοὺς βουλομένους, id est, eos qui uolunt. Testimonium

De autore redditur.) μεμαρτύρηται, id est, testimoniũ perhibitum est. Constat inter autores, primã epistolarũ, Ioannis epistolam, eius esse Ioannis, quem Iesus dilexit plurimum. Cæterum duas posteriores, Ioannes presbyter scripsit, non Ioannes apostolus. Qua quidem de re prodidit Hieronymus in Catalogo scriptorum illustrium, his quidem uerbis. Scripsit aũt & unã epistolã, cuius exordiũ est, Quod fuit ab initio &c. quæ ab uniuersis ecclesiasticis & eruditis uiris probatur. Reliquæ aũt duæ, quarum principiũ est, Senior electæ dominæ. Et, senior Gaio charissimo, Ioannis presbyteri asserũtur, cuius & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur. Idem in Papia, demonstrat Ioannem seniorem fuisse diuersum ab Ioanne apostolo & euangelista. Ac seniori, non apostolo ascribi duas posteriores epistolas.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAS IOANNIS PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM, FINIS.

In epistolam

IN EPISTOLAM IVDAE

ANNOTATIONES DES. ERASMI ROTERODAMI.



N deo patre dilectis.) ἡγιασμένοις .i. ſanctificatis. Interpres legiſſe uidetur ἠγαπημένοις. Et uocatis.) Et, copula redundat. Rurſum uocatis, hic nomen eſt, non participium.

Adimpleatur.) πληθυνθείη, id eſt, multiplicetur.

Omnem ſollicitudinem.) πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος γρά φειν ὑμῖν περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας, ἀνάγκην ἔσχον γράψαι ὑμῖν. Bifariam hic locus poteſt accipi. Prior ſenſus hic erat, Nō ſolū mihi fuit ſummū ſtudium ſcribendi ad eos de cōmuni ſalute, uerūetiā neceſſitas ſcribendi fuit, propter inimicos Chriſti. Alter hic, Cum eſſet mihi mirum ſtudium ſcribendi uobis de cōmuni ſalute, non potui non ſcribere, hoc eſt, non potui non obſequi deſyderio animi mei. Deprecans ſupercertare ſemel traditæ fidei.) παρακαλῶν ἐπαγωνίζεσθαι, τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ πίστει τοῖς ἁγίοις. Quæ, ſi quis ſententiam uelit, ita uerti poterant, Adhortans, ut in fide quæ ſemel tradita eſt, adlaboretis ſanctis. Senſus duplex.

Dominatorē & dominum.) δεσπότην θεὸν καὶ κύριον ἡμῶν. i. herum deum, & dominum.

Scientes ſemel omnia.) Non eſt Græce omnia, ſed τοῦτο, id eſt, hoc.

Quoniā Ieſus.) ὅτι ὁ κύριος .i. quod dominus. Saluans, ſecundo eos &c.) σώσας, τὸ δεύτερον .i. cum ſeruaſſet, poſtea perdidit. Suum principatū.) τὴν ἑαυτῶν ἀρχήν, id eſt, ſuam originem. ſignificat autem primam illam in qua conditi fuerant naturam.

In iudicium magni dei.) μεγάλης ἡμέρας .i. magni diei. Atq; ita citatur ab Hieronymo in epiſtola aduerſus Ioannem epiſcopum Hieroſolymitanum, atteſtātibus peruetuſtis exemplaribus. Facti ſunt exemplum.) πρόκεινται δεῖγμα .i. propoſiti ſunt exemplum. Dei pro diei.

Et hi qui carnem.) καὶ οὗτοι ἐνυπνιαζόμενοι. Græci non ſimpliciter habent, hi, ſed addunt ſomniantes, ſiue inſomnijs deluſi. Maieſtatem autem.) δόξας δὲ .i. glorias autem, quod Hieronymus aduerſus Iouinianum uertit dominatiōes. Porrò dominationē, uocat ipſos dominos. & glorias, principes publica præditos poteſtate. ſicut admonuimus & ante in epiſtola Petri. Michael archangelus.) ὁ δὲ μιχαὴλ .i. Michael autem, ſiue at Michael.

Cum diabolo diſputans.) Videtur deeſſe alterum, cum, aduerbium temporis, ut Græci ſermonis ſententia reddatur. Imperet tibi deus.) ἐπιτιμήσαί σοι κύριος .i. increpet te dominus. Hieronymus aduerſus Ruffinum legit, increpet tibi dominus, Græcum imitatus ſermonem. Similis locus eſt apud Zachariam prophetam capite tertio, Increpet in te dominus ſatan, & increpet in te dominus, qui elegit Hieruſalem. Porrò locus quem hic citat Iudas, ſumptus eſt ex apocryphis Hebræorum. & ut diuus Hieronymus indicat in cōmentarijs in epiſtolam ad Titum, ex libro qui illis inſcribitur Enoch. unde & ipſa epiſtola non caruit ſuſpicione. Imperet pro increpet. Citatur locus ex apocryphis.

Qui in uia.) ὅτι, id eſt, quia, ſiue quoniam.

Mercede effuſi ſunt.) μισθοῦ ἐξεχύθησαν. Senſus obſcurior eſt, καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν. Cæterum ordo Græci ſermonis ſic habet, καὶ ἐξεχύθησαν τῇ πλάνῃ, τοῦ μισθοῦ Βαλαὰμ .i. effuſi ſunt deceptione mercedis Balaam. Effuſos uocat in omne facinus abductos ac prolapſos, cum iam non temperant ſibi, nec abſtinent ab ullo ſcelere. Deinde deceptionem mercedis, uocat corruptelam, qua data mercede, Balaam conductus fuit, ut male-

 lediceret

ledíceret populo Iſraelítico. In epulís ſuis.) ἐν ἀγάπαις ὑμῶν, id eſt, in dílectionibus ueſtris. Mirum eſt autem, unde uox epularum inuaſerít, quæ níhil habet affine cum ἀγάπαις, níſi forte & hoc ſignificat Græcis ἀγάπη geniale conuíuium. Porrò ἀγάπας, ni fallor, uocat íllorum benefacta, quæ Chriſtiana charitate non deſinebant in omnes exhíbere. At illi hoc erant fœdiores, & inſignius mali, quod inter honeſta pietatis exempla, dedecoroſam agerent uítam, unde & maculas uocat.

Sine timore.) Sine timore aduerbium eſt Græcis, ἀφόβως, d eſt, intrepíde, ſiue ſecure, & refertur ad partícipium paſcentes.

Paſcentes.) ποιμαίνοντες, id eſt, paſcentes, hoc eſt, paſtorum in modum ſeipſos agentes ac ducentes, & ſibíjpſis paſtores. Sentit enim íllos nullius parere ímperio, ſed ſuo arbitratu uíuere. Arbores autumnales.) δένδρα φθινοπωρινά. Quod fermè ſonat, quaſi dícas, arbores autumno marceſcentes, ſiue fructíbus marcidis, aut quod interpres ſecutus uídetur, arbores extremi autumni. Solent enim nonnullæ arbores extremo autumno præter temporis rationem florere, idq; agrícolis índicat eas mox emorituras.

Fluctus ferí maris.) Ferí epitheton eſt fluctus, non maris, κύματα ἄγρια θαλάσσης.

Quibus procella.) οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους. Caligo tenebrarum, ſiue ſpecus tenebrarum.

Apocrypha rurſum.

Enoch dicens.) Id ex apocryphis adductum eſt, ut & íllud de Michaele.

Ecce ueníet.) ἰδοὺ ἦλθε κύριος. i. uenit, præteriti temporis. Quíbus impie) ὧν ἠσέβησαν, quæ ímpie patrarunt. De omnibus duris.) σκληρῶν.

Contra deum.) κατ' αὐτοῦ, id eſt, contra eum.

Et os.) τὰ στόματα, id eſt, ora. Quanq; hic exempla uariant Græcorum.

Superbiam.) ὑπέρογκα, id eſt, ſuperba.

Quæſtus cauſa.) ὠφελείας χάριν, id eſt, utilitatis gratia.

Quí dicebat.) ὅτι ἔλεγεν, id eſt, quía dixit.

Et impietatibus.) τῶν ἀσεβειῶν, id eſt, ímpietatum. Et copula & redundat.

Segregant ſemetipſos.) Græce tantum eſt, qui ſegregant, ἀποδιορίζοντες.

Noſtræ fidei.) ὑμῶν πίστει, id eſt, ueſtræ fidei.

Et hos quidem arguite.) ἐλεεῖτε, id eſt, commíſeramini.

Iudicatos.) διακρινόμενοι, id eſt, dijudicantes, ſiue cum dijudicamini.

Saluate de igne.) ἐν φόβῳ σώζετε, id eſt, in timore ſeruate, ſiue per timorem.

De igne rapient.) ἐκ πυρός, id eſt, ex incendio. Totus hic locus nonnihil diuerſus eſt à Græcis exemplaríbus. Ea ſic habent, Ⓒ οὓς μὲν ἐλεεῖτε, διακρινόμενοι, οὓς δὲ ἐν φόβῳ σώζετε, ἐκ πυρὸς ἁρπάζοντες, μισοῦντες Ⓒ &c. id eſt, Et hos quídem commíſeramini dijudicantes, ſiue cum dijudicamini, íllos uero in timore ſeruate, ex incendio rapientes, odío habentes etiam &c. Porrò ſenſus alioqui ſubobſcurus hic eſt, Vt alios manſuetudine trahant ad Chriſtum, habita ratione perſonarum, alios metu deterreant à peccando, & oderint non ipſos homines, ſed turpeis affectus, quos hic ueſtem carnis maculatam uocat. Níſi mauis in hunc interpretarí ſenſum, odío habentes, non ſolum ípſa turpia facta carnis, uerumetiam ueſtem à carne contaminatam, hoc eſt, quícquid ullo modo ad turpitudinem pertinet. Ad hanc interpretationem facit Græca coniunctío, Ⓒ, tamen prior magis quadrat cũ his quæ mox ſequuntur, Ei uero qui poteſt, Habete odio uitia non homines, & gloriã ne uobis uſurpetis, ſed deo tribuatis, qui poteſt illos ex malis reddere bonos.

Quæ carnalis eſt.) τὸν ἀπὸ σαρκὸς ἐπιλόμενον χιτῶνα, id eſt, à carne ſordidatam tunicam.

Immaculatos.) ἀμώμους, id eſt, irreprehenſibiles.

In aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti.) Hæc non leguntur in Græcis codicibus.

Rurſus additum ſapienti & coronis eſt.

Soli deo.) μόνῳ σοφῷ θεῷ, id eſt, ſoli ſapienti deo.

Per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.) Nec iſta leguntur in Græcis codicibus.

Ante omnia ſecula.) Abſunt à Græcis libris hæc quoq;.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM IVDAE PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM, EINIS.

IN LIBRVM APOCALY

PSEOS IOANNIS ANNOTATIONES DES.

ERASMI ROTERODAMI.



POCALYPSIS) Demiratur Valla, cur hic interpres græcam uocem reliquerit, cum antehac sæpe uerterit. Nam Græca uox est Apocalypsis, quam latine possis dicere reuelationem. Indicauimus aliàs ex autoritate diui Hieronymi, dictionem hanc nouam à Septuaginta fuisse repertã, quò sermonis Hebraici proprietatem exprimerent. Siquidem illi גלה uocant, quoties res abdita prius, aperitur. Hebræorum more librum auspicatus est, quisquis fuit huius operis autor, nẽpe à titulo. Palam facere.) δεῖξαι, id est, ut ostenderet, siue demonstraret, & refertur ad sequentia, ut ostenderet per hanc reuelationem Iesu, seruis illius, quid mox futurũ sit. Mittens per angelum.) ἀποστείλας διὰ τοῦ ἀγγέλου, id est, misso mandato. Alioqui cum angelum miserit, quid erat quod mittebat per angelum?

Apocalypsis noua uox.

Qui testimonium perhibuit uerbo dei, & testimonium Iesu Christi.) ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἰησοῦ χριστοῦ, id est, qui testificatus est uerbum dei, & testimonium Iesu Christi. Nam Græcis uerbum & testimonium eiusdem casus sunt.

Quæcunq; uidit.) Interpres addere debuit & quæcunq; uidit ὅσα τε εἶδε, ut hic sit tertius accusatiuus, pendens à uerbo testatus est. Quin hoc loco quiddam additum comperio in Græcis codicibus, quod in latinis penitus non inuenitur, καὶ ἅτινά ἐισι, καὶ ἅτινα χρὴ γενέσθαι μετὰ ταῦτα, hoc est, Et quæcunq; sunt, & quæcunq; oportet fieri post hæc.

In Græcis supereſt.

Beatus qui legit & qui audit.) Græce diuersus est numerus, μακάριος ὁ ἀναγινώσκων καὶ οἱ ἀκούοντες, id est, beatus qui legerit, & qui audierint uerba prophetiæ. Nam huius addidit nescio quis de suo, uolens opinor exprimere uim articuli Græci.

Ab eo qui est, qui erat, & qui uenturus est.) Ingenue fatẽdum est, Græcum sermonem nihil omnino significare quomodocunq; legas, ἀπὸ τοῦ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. Nã finge poni uerba ipsa, uelut absoluta, tolerabile est ὁ ἐρχόμενος, sed quid tandẽ significat ὁ ἦν, siue ὁ ὤν? Ad uerbum ita sonat, si tamen exprimi potest, ab ens, ab id quod erat, & ab is qui uenturus est. Valla putat hac nouitate sermonis significatam immutabilem in deo proprietatem, præsertim cum in spiritibus inflexerit casum, καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων. Cæterum illud ἐρχόμενος, participium est uerbi, quod ad utrunq; tempus anceps est. At hoc sanè loco magis conueniebat futurum, cum præcessissent duo tempora.

Græca plane ſolœca.

Qui dilexit nos.) τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, id est, ei qui dilexit nos, ut referatur ad patrem, litq; sensus, Christum fuisse testem fidelem patri, qui dilexit nos, & lauit à peccatis per sanguinem eius. Nam suo, uertendum erat, aut ipsius, non eius, si pertinebat ad Christum. Quanq; mox necesse est mutare personam. Et fecit nos reges & sacerdotes. Sic em est in Græcis exemplaribus, βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς. i. reges & sacerdotes.

Etiam amen.) ναὶ ἀμήν. Etiam, non est coniunctio, sed aduerbium confirmandi, ut sit gemina confirmatio, altera Græca, altera Hebraica.

Ego sum alpha & ò.) τὸ α καὶ τὸ ω. Qui primus est in re quapiam, etiam prouerbio

Alpha & o.

Græcis dicitur Alpha, ut apud Martialem, alpha penulatorum, et ω μέγα extrema est in ordine literarum. Qua de re copiosius aliquanto diximus in Chiliadibus nostris. Et rursum, Qui est, qui erat, & qui uenturus est, totidem syllabis Græce scriptū est hic, ut paulo ante. Vestitum podere.) Podere penultima producta pronunciandum est. Est enim græca uox ποδήρης, quæ significat uestem ad pedes usque demissam, à pos, inquit Lyranus: Lyranus, quod est pes, & hæreo hæres, quod adhæreat talis. imò ab ἀρῶ, quod est adapto, quod ad pedes usq; congruat. Quorsum enim attinebat eandem uocem, ex græco, latinóq; conflare? Pedes eius similes aurichalco.) Græce est, χαλκολίβανῳ, dictio composita ex ære & thure. Suidas indicat esse genus electri preciosius auro, id conflari dicit, ex uitro & lapide, testans eius temperatura fuisse mensam sanctam magnæ ut ipse uocat ecclesiæ. Sicut in camino ardēti.) Non erat nobis par exemplarium copia in hoc opere, quod Apocalypsis uix reperiatur addita in ullis Græcorum uoluminibus. In his sanè quos uiderim codicibus scriptum erat, ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι, id est, uelut in forma ce ardentes, siue igniti, ut ad pedes pertineat participium.

χαλκολίβανον.

Et facies eius.) ἡ ὄψις, id est, aspectus.

EX CAPITE II.

ET inueniisti eos mendaces.) Hoc loco additum reperi, καὶ ἐβάπτισας, id est & baptizasti, sed mendose, ni fallor, quandoquidem in commentariolis græcanicis nihil erat quod ad baptismum pertineret. Suspicor scriptum fuisse, ἀπέπεμψας, id est, abiecisti siue ablegasti.

Sin autem.) εἰδὲ μή. sin minus. Id paulo post transtulit, si quo minus.

Angelo Smyrnæ ecclesiæ.) Smyrnensium est Græce σμυρναίων. Et item paulo post, Et angelo Pergami ecclesiæ, Græce est, Pergamensis ecclesiæ, τῇ ἐν περγάμῳ, ut paulo superius, τῇ ἐφεσίνης ἐκκλησίας.

Doctrinam balam qui docebat in balac.) Recte admonet Valla, paulo ante illic dictū pro istic. Nam Græci carent hac pronominum differentia. Cæterum historiā de Balac rege, & Balaam propheta, habes Numerorum capite uicesimoquinto.

Calculum candidum.) ψῆφον λευκὴν. Olim calculis ferebant suffragia. Vnde albo lapillo notari dicuntur quæ probantur. atro quæ damnantur. Et in suffragijs comitiorum, nomen eius, cui fauebatur, calculo inscribebant.

Thyatiræ ecclesiæ.) Θυατείρων, id est, Thyatirensium.

Pedes eius similes aurichalco.) Rursus est, χαλκολιβάνῳ, de quo modo diximus.

Et manducare de idoloticis.) De Idolothytis legendū est, hoc est, simulacro immolatis.

Vt ageret pœnitentiam.) ἵνα μετανοήσῃ, id est, ut resipisceret, quod tamen ad hunc modum ferè uertit. Tanq; uas figuli.) ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ, id est, tanq; uasa fictilia.

EX CAPITE III.

ET angelo ecclesiæ Sardis.) τῇ ἐν σάρδεσιν, id est, ecclesiæ Sardensis. Et item aliquanto inferius, Angelo Philadelphiæ, τῇ ἐν φιλαδελφείᾳ, id est, Philadelphiensis ecclesiæ. Qui aperit & nemo claudit.) Laurentius legit, claudet & aperiet, futuro tempore. Et addit, κλείσει αὐτῷ εἰμὴ ὁ ἀνοίγων, id est, Claudet eum, nisi qui aperit. Verū nostrum exemplar consentiebat cum æditione nostra. Angelo Laodiceæ ecclesiæ.) τῇ ἐκκλησίας λαοδικέων. i. ecclesiæ Laodicensiū.

Neq; frigidus es, neq; calidus.) οὔτε ζεστός, id est, neq; feruidus, à ζέω ferueo.

Incipiam te euomere.) μέλλω σε ἐμέσαι, id est, euomam te. Quod tamen interpres ad hunc modum gaudet uertere.

Dicis quod diues sum.) Ex his uerbis nullus alius sensus percipi potest, nisi quod ille dicat, Christū esse diuitem. proinde omittenda erat coniunctio quod, quæ hoc loco latine loquentibus nullum habet usum. Coniunctio perperam addita. Aurum ignitum probatum.) Græca secus habent, πεπυρωμένον ἐκ πυρός, id est, ignitum ex igni, ad eum fermè modum interpretantur & græcanica scholia. Fortassis interpres legit, πεπεφωμένον, unde addiderit probatum.

Confusio nuditatis.) αἰσχύνη, id est, turpitudo siue probrum aut pudor.

Collyrio inunge oculos.) κολλύριον. collurium, quam uocem dictam putāt ab ijs, quæ truncatam habent caudam. est hoc loco pharmaci genus. Collyriū.

Ego quos

Ego quos amo.) ὅσους ἐὰν φιλῶ, id est, quoscunq; amo.

EX CAPITE QVARTO.



Imilis erat aspectui lapidis iaspidis.) ὅμοιος ὁράσει, λίθῳ ἰάσπιδι, id est, similis aspectu, lapidi iaspidi.

Similis uisioni smaragdinæ.) id est, similis aspectu smaragdino, ut subaudias lapidi. Nam ita modo dixit σαρδίνῳ, id est, Sardensi lapidi.

Et requiem non habebant.) οὐκ ἔχουσιν, id est, non habent. ac mire subito mutauit genus, cum dixisset animantia, subiecit λέγοντες dicentes.

Sanctus sanctus sanctus.) In Laurentianis codicibus, ut ipse indicat, sanctus nouies repetitur. At in meis ter duntaxat positum erat. ac nusq; maior uarietas q; in hoc uolumine, quod Græcis hic liber propemodum inter apocrypha habebatur.

Qui erat & qui est.) Eadem sunt uerba, de quibus ante iam dictum est.

Propter uoluntatem tuam erant.) Græce est, εἰσὶ sunt, non erant.

EX CAPITE QVINTO



Ntus & foris.) ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν, id est, intus & in tergo, hoc est, utraq; parte membranæ.

Leo de tribu Iuda.) ὁ λέων ὁ ὢν ἐκ τῆς φυλῆς ἰούδα, id est, leo ille qui est è tribu Iuda. Et cantabant canticum.) ᾠδὴν ἄδουσιν, id est, canunt.

Et fecisti nos.) ἡμᾶς. Laurentius legit αὐτοὺς, id est, eos. Deinde non est, regnum, sed βασιλεῖς, reges, ut superius indicauimus.

Et erat numerus eorum milia milium.) Laurentius legit, μυριάδες μυριάδων, χιλιάδες χιλιάδων. Myrias significat decem milia. Chilias mille. Nostrum exemplar magis consentiebat cum uulgata latinorum æditione.

EX CAPITE SEXTO.



T audiui unum de quatuor animalibus tanq; uocem tonitrui.) Valla legit, ὡς φωνὴ. Nostri codices habebant φωνῆς. Alioqui dicens, erat dicendum nō dicentem. Bilibris tritici.) Græce est, Chœnix, id est, mensura tritici, aut leguminis, quæ satis sit in cibū diurnū. Et denario tantum est, nec additur uno.

Equus pallidus.) Græce est, χλωρὸς uiridis, atq; ita uertit ipse paulo pōst. Et omne fœnum uiride.

Sicut ficus mittit grossos.) βάλλει, id est, abijcit. Et grossos est ὀλύνθους.

Sicut liber inuolutus.) ὡς βιβλίον εἱλισσόμενον, id est, ut liber qui uoluitur, siue conuolui- Liber inuolutus.
tur. Eadem uox est in psalmis de cœlis immutatis.

EX CAPITE SEPTIMO.



Vodecim milia signati.) Græcis signati, non repetitur, nisi in initio & fine. Nec additur ad singulas tribus, ut admonet Valla, quanquam in nostris exemplaribus addebatur. Et signati, est participium à uerbo sigillo, ac si dicas sigillati, & sigillo obsignati.

Salus ei qui sedet.) σωτηρία, quod magis sonat saluationem. Alioqui quid opus erat precari salutem Christo?

Et lauerunt stolas suas.) καὶ ἐπλάτυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, id est, dilatauerunt stolas suas. Interpres legisse uidetur, ἔπλυναν. Et deducet, ποιμανεῖ, id est, pascet, siue reget more pastorum.

Ad uitæ fontes.) ἐπὶ ζώσας πηγὰς, id est, ad uiuos fontes.

EX CAPITE OCTAVO.



Abens thuribulum.) λιβανωτὸν, quod alias thus significat.

Dicitur absinthium.) ἄψινθος, id est, apsinthus. Alluſit ad etymologiã Græcæ dictionis, quæ inde dicta est, quod bibi non possit, quasi dicas apinthon. Agit enim de aquis uersis in amaritudinem.

Væ uæ.) Laurentianus codex addidit, τρίς, id est, ter, meus habebat τοῖς, & bis tantum habebat uæ.

EX CAPITE NONO.

ET habebant loricas.) θώρακας, id est, thoraces.

Nomen illi Hebraice Abaddon.) ἀββαδδών, Hebræis אָבַד perdere est, inde אַבַדּוֹן quasi dicas perditor, aut perdens. Latine nomen habet exterminans.) Hoc interpres adiecit de suo. Quandoquidem Ioannes, aut quisquis fuit alius, Græce scripsit, contentus ab ijs intelligi, qui Græce scirēt. Nec tamē est, cur tantopere stomachetur Valla, si interpres uoluit & latinos scire, quid sit apollyon. Excusatus interpres.

Vicies milies dena milia.) δύο μυριάδες μυριάδων, id est, duæ myriades myriadum, hoc est, uicies mille myriades. Myrias, ut modo diximus, decē milia complectitur.

Loricas igneas.) θώρακας, id est, thoraces.

EX CAPITE DECIMO.

PEdes eius ut columna ignis.) ὡς στῦλοι, id est, ut columnæ.

Quemadmodum leo cum rugit.) Græce est, μυκᾶται, id est, mugit. fortasse quod Græci non habeant eam differentiam quam latini.

Signa quæ locuta sunt septē ton.) σφράγισον. i. obsigna uelut occultanda.

EX CAPITE VNDECIMO.

SImilis uirgæ, & dictum est mihi.) λέγων, dicens, quasi uirga loqueretur. Nisi nominatiuus positus est absolute loco genitiui.

Et accepisti uirtutem tuam magnam & regnasti.) ἐβασίλευσας. aptius hic uertisset, & regnū adeptus es. Regnauit enim latinis qui regnare desijt, sicut uixerūt, qui uiuere desierūt. Apud Græcos secus in his duntaxat uerbis.

EX CAPITE DVODECIMO.

ET clamabat parturiens.) κράζει, id est, clamat. Id arguit quod mox sequitur, & cruciatur ut pariat. Iam quam apte hæc conueniant in diuam Iesu matrem Mariam, uiderint ipsi qui quod de ecclesia dictum est, ad illā detorquent. Imò quod de sapientia dictum est. hoc est, de Christo, ad Mariā detorquent, præter ueterum omnium interpretationem. Atq; hic atroces excitamus tragœdias, quasi gratum sit illi, sua causa committi inter se Christianos, pro quibus conciliandis, mortuus est filius. Multa coacte detorqueri ad Christi matrem.

Vt eam faceret trahi à flumine.) ἵνα ποταμοφόρητον ποιήσῃ, id est, ut efficeret, ut illam auferret flumen, siue ut raperetur flumine. Græce iucundius dixit uoce composita.

EX CAPITE DECIMOTERTIO.

ET admirata est uniuersa terra post bestiā.) ἠλθε ἐθαυμάσθη ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ὀπίσω τοῦ θηρίου, id est, admiratio fuit in tota terra post bestiam.

Qui in captiuitatem duxerat.) εἴτις αἰχμαλωσίαν συνάγει, εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει, id est, qui captiuitatem contrahit, in captiuitatem abit. Laurentius secus legit. Characterem in dextera.) χάραγμα, id est, notam impressam, siue insculptam.

EX CAPITE DECIMOQVARTO.

QVod mixtum est mero.) τοῦ κεκεραμμένου ἀκράτου, ut mero sit ablatiui casus, & referatur ad uino. Nam Græcis κεράννυσθαι dicitur, quod infunditur in calicem bibituro, etiam si non diluatur aqua, aut alio potus genere.

Amodo iam dicit spiritus.) Græci sic distingunt, ut amodo sit finis sententiæ, ut sit sensus, post hac fore beatos, qui in domino fuerint mortui. Deinde sequitur, ναὶ λέγει τὸ πνεῦμα, etiam dicit spiritus. Et hic etiam, confirmantis est.

In lacum iræ dei.) εἰς ληνόν, qui est lacus, in quem exprimitur uuarum liquor. Lacus uinarius.

EX CAPITE DECIMOQVINTO.

QVia solus pius es.) ὅσιος. Laurentius legit, ἅγιος, id est, sanctus.

Vestiti lapide mundo & candido.) Græce est, λίνον, id est, lino mundo. Interpres legisse uidetur, λίθον. prior dictio una duntaxat literula differt a lapide. Et splendido magis est quam candido, λαμπρόν.

Ex capite

EX CAPITE DECIMO SEXTO.

VInus sæuum ac pessimum.) κακὸν κακὸν πονηρόν, id est, malum ac malum, Græce enim bis idem dixit. nisi mauis miserum ac malum.

Qui es, & qui eras.) Quanctę interpres mutauit personam, tamẽ totidẽ syllabis dictũ est, quibus superius, Qui est, qui erat, qui uenturus est, ὁ ὢν, ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος.

Etiam domine.) ναὶ κύριε. Etiam confirmantis est. Grando magna sicut talentum.) ὡς ταλαντιαία, id est, talentaris, & magnitudine talenti. Talentum magnũ antiquis dicebatur, unde quicquid ingens esset, id ταλαντιαῖον uocabant. ταλαντιαῖον

EX CAPITE DECIMOSEPTIMO.

VIpra bestiam coccineam.) κόκκινον, id est, coccinam, purpuram regũ indicans. Et hic est sensus.) ὧδε ὁ νοῦς, id est, hic est mens, siue intellectus. Nam hic aduerbium est.

EX CAPITE DECIMOOCTAVO.

ET in delitijs fuit.) καὶ ἐστρηνίασε. Idem uerbum quo composito usus est Paulus in epistola ad Corinthios. Cum autem luxuriatæ fuerint in Christo, uolunt nubere, De quo pluribus suo dictũ est loco. Item paulo post, μὴ στρηνιάσαντες, id est, & lasciuierunt. στρηνιάω.

Lignum tinium.) θύϊνον, Thyinon ab arbore Thyo.

Et similæ.) καὶ σεμίδαλιν.

Lapidem molarem magnum.) λίθον ὡς μύλον, id est, lapidem tanctę molam.

Hoc impetu mittetur.) οὕτως ὁρμήματι, id est, sic impetu mittetur.

EX CAPITE DECIMONONO.

QVasi uocem magnam tubarum multarum.) ἤκουσα φωνὴν ὄχλου πολλοῦ, id est, audiui uocem turbæ multæ. Proinde consentaneum est, interpretem scripsisse turbarum, non tubarum. Tubæ pro turbæ.

Alleluia.) Quod Hebræis sonat, laudate dominum. Siquidem הַלְלוּ laudate est, יָהּ dominus. Ea uox crebra est in psalmis, Laudate dominũ. Vide ne feceris.) ὅρα μή, id est, uide ne. Feceris addidit interpres, quo magis explanaret sententiam.

Et calcat torcular uini.) ληνόν, quod ante uertit lacum.

Gog & magog.) Accusatiui casus est utrunctę, & generis masculini, quod articulus Græcus declarat, τὸν γὼγ καὶ τὸν μαγώγ, siue pro hominibus accipienda sunt, siue pro gente. Nec est congregabit, sed συναγαγεῖν, id est, ad congregandum, aut ut congreget eos. Porrò eos, nõ refertur ad angulos, aut gentes, sed ad Gog & Magog. Ego sum alpha & ω.) γέγονα τὸ ἄλφα, καὶ τὸ ω. Noster codex consentiebat cũ uulgata horum temporũ æditiõe.

EX CAPITE XXI. ET XXII.

ASpidi sicut crystallum.) κρυσταλλίζοντι, id est, crystallizanti, ut referatur ad lapidem. Qui nocet noceat.) ὁ ἀδικῶν, id est, qui male agit, siue qui iniustus est. Et adhuc, positum est pro amplius.

Beati qui lauant stolas suas.) Longe aliud Græci, μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτου, id est, beati qui faciunt mandata eius. Interpres legisse uidetur, οἱ πλύνοντες τὰς στολὰς. Sed unde quod sequitur, in sanguine agni? Nam id quidẽ apud Græcos prorsus non legitur. Etiam uenio cito.) ναὶ ἔρχομαι ταχύ. Næ, est confirmantis. At idem aduerbium mox repetitur Græcis, ναὶ ἔρχου κύριε ἰησοῦ, id est, etiam ueni dñe Iesu. Testatur diuus Hieronymus Apocalypsim, ne sua quidẽ ætate fuisse receptã a Græcis, Ad hæc quosdã eruditissimos uiros, totũ hoc argumentũ, ceu fictũ multis conuitijs insectatos fuisse, quasi nihil haberet apostolicæ grauitatis, sed uulgatã tantũ rerum historiã, figurarum inuolucris adumbratam. Deinde nec in sententijs esse quod apostolica maiestate dignũ uideatur. Vt de his interim nihil dicã, me nõnihil mouerũt cũ aliæ cõiecturæ, tũ illæ, quod reuelatiões scribẽs, tã sollicite suũ inculcat nomẽ, Ego Ioannes, ego Ioannes, Perinde quasi syngraphã scriberet, non librũ, Idcę non solum præter morem aliorum apostolorũ, uerum multomagis præter suũ morẽ, qui in euangelio modestiora narrans, non exprimit tamẽ uspę suũ uocabulũ, sed notulis indicat, Discipulus ille, quem diligebat Iesus. De Apocalypsi ueterũ iudicium.

Et Paulus

Et Paulus coactus referre de uisionibus suis, rem sub alterius exponit persona. At hic tam arcana cum angelis colloquia describens, quot locis inculcat, ego Ioannes. Ad hæc in Græcis, quos ego uiderim, codicibus, nō erat titulus Ioānis euangelistæ, sed Ioannis theologi, ut ne commemorē stilū non parū dissonantē ab eo qui est in euangelio & epistola. Nam de locis, quos quidam calumniati sunt, uelut hæreticorum quorundam dogmata redolentes, non magni negocij sit diluere. Hæc inquam, me nōnihil mouerent, quo minus crederem esse Ioannis euangelistæ, nisi me consensus orbis aliò uocaret, præcipue uero autoritas ecclesiæ, si tamen hoc opus, hoc animo comprobat ecclesia, ut Ioannis euangelistæ uelit haberi, & pari esse pondere, cum cæteris canonicis libris. Iam Dorotheus Tyri episcopus ac martyr in cōpendio uitarum, prodidit Ioannem euangelium suum scripsisse in insula Patmo. cæterum de Apocalypsi, nullam omnino facit mentionem. Ne Anastasius quidem Græcus, in suo catalogo audet affirmare, opus hoc illius esse, tantum ait receptum a quibusdam, tanquam illius opus. Equidem uideo ueteres theologos magis ornādæ rei gratia, hinc adducere testimonia, quam ut rem seriam euincant. Quandoquidem inter gemmas etiam nonnihil est discriminis, & aurum est auro purius ac probatius. In sacris quoque rebus, aliud est alio sacratius. Qui spiritualis est, ut inquit Paulus, omnia dijudicat, & a nemine dijudicatur.

Dorotheus.

ANNOTATIONVM LOCVPLETATARVM ERASMI Roterodami in nouum testamentum ab eodem denuo recognitum, idq; ad Græcorum codicum fidem. deinde ad uetustissima & emendata utriusque linguæ exemplaria. postremo ad probatorum autorum citationes & interpretationes, finis. Basileæ. Anno salutis humanæ. M. D. XVIII. X. Calend. Septemb.

τῷ χριστῷ χάρις.

INDEX RERVM AC VOCABVLORVM IN ANNOTATIONES NOVI TESTAMENTI, PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM COMPOSITVS.

ABba pater.109. in medio. Item.273.m. Item.406.m.
Abdicamus, pro abdicauimus. 366.in principio.
Abrahæ duo.262.in fine.
Abram Abraham.261.f.
Abrahã post Sarã,genuit ex Cethura.263.f.
A Ccentus dictionis quantum ualeat. 191.p.
Accipite & manducate.79.f.
Aceldema quid Syris.83.m.
Acetum maturat mortem uulneratis. 86.p.
Achesarim qui Hebræis. 129.m.
Acolythi ministri græce.6.f.
Acquieui, προσανεθέμην.394.m.
Ακρογωνιαῖος.419.m.
Ακροθίνια,spolia opima.505.f. Item.285.f.
Acta apud Græcos deprauata.199.m.
Actorum historia, pars est euangelij.199.p.
Actus,acta ,gesta.199.p.
Actus sine temporis ratione. 74.p.
A Dam,homo.355.p.
Adaperire, aperire.100.f.
Ad archisynagogum , pro ab archisynagogo.96.f. Item.137.p.
Ad Caipham, pro à Caiapha.193.f.
Addidit interpres de suo. Scriptura.282.m. deducere.
Additum apud Græcos. 26.p. Item.65.f. & baptismate quo &c.
Adiectum in precatione dominica. 29.m.
Additũ potus.31.p. Item.34.m. Item.84.p. Qui eum tradidit eis. Eis redundat,testibus & uetustis exẽplaribus. Item.84.f.ut implereť &c. Item.102.p. Item.36.p. Iesus additur. Item.37.p.addunť quatuor uerba,& dixit puellæ:surge. Itẽ.52.p.dederũt.
Additũ aquæ.40.m. Item.54.m. Item paulo post. Itẽ.57.m. Iesus additũ . Itẽ.66.p. dare uobis. Item.68.f.forte. Item.130.f.
Additũ in nostris exemplaribus.141.p. Item 141.f. Item.322.m. Item.200.m. Itẽ.203.p.
Additum aliquid in nostris.281.p.
Additum uidetur,deus.471.m.
Adducit, pro inuitat aut prouocat.257.p.
Adduxistis,pro addixistis.522.f.
A deo legendum,non ab angelis,autore Fabro.493.m.
Adhuc modicum lumen in uobis est,uulgo non intellectum.187.f.
Αδημονεῖν.436.p.
Adiuuat,non βοηθεῖ, sed συναντιλαμβάνεται. 275.p.
Adiuuare, συναγωνίσασθαι.300.f.
Ad manducandum,pro in edendo.342.m.
Adnominatio iucunda.288.m.
Ad terram prosternere,ἐδαφίζειν.153.p.
Aduenæ, προσήλυτοι, ἐπιδημοῦντες, πάροικοι. 202.f.
Adulterantes, pro cauponantes, καπηλεύοντες. 364.p.
Adulterantes, δολοῦντες.366.p.
Adulteri, p adulterini.514.f. Ergo adulteri.
A Edificationem fidei. 425.m.
Aedificare,prodesse apud Paulum.296.m.
Aegiali.240.m.
Aemulari pro ambire, affectare,& laborare zelotypia.407.m.
Aemulatio,pro studio.282.p.
Aemulari , pro prouocare ridicule uersum. 340.m.
Aenigma apud Ecclesiasten.154.f.
Aequalia,pro idonea.110.p.
Aequitas in iudice.453.f.
AFfectibus cognatorũ minimum tribuendum est in negocio reip. ac fidei.47.f.
Affectus uerba Græcis habent catachresin temporis.85.p.
Affluenter,pro ἁπλῶς.518.f.
Afrorum lingua uicina Hebrææ.31.p.
Αγαπητὸς, ἠγαπημένος.490.p.
Agere perperam περιπερεύεσθαι,quid.346.m.
Agnoscimus ante uisa.52.f.
Αγχαφα Iudæorum.83.p.
A Labastrus unguenti.79.p.
Αλαλος, κωφὸς quid differant.101.p.
Aldina æditio deprauata. 223.f.

Alexander tercius. 328. m.
Alia die, pro postridie. 105. f.
Aliena, pro alia. 341. p.
Aliter, p diuerse, aut secus ꝙ oportet 438. p.
Alius Christus. Alius Iesus. 385. p.
Alma quid sit Hebræis. 9. m.
Alpha & o. 543. f.
Alta paupertas, pro ingens. 375. p.
Altera, pro diuersa. 138. p.
Altum sapere. 286. p.
À Malo quomodo accipiendum. 29. m.
Amant pro solent Græcis. 27. m.
Ambrosij noua lectio. 410. f.
Ambrosij noua opinio. 396. p.
Ambrosij interpretatio expensa, 447. m.
Ambrosij de duobus gladijs interpretatio. 156. m.
Ambrosij sentẽtia expensa. 245. p. Itẽ. 295. p. Itẽ 303. f.
Ambrosius à seipso dissentiens. 314. m.
Ambrosius diuersa legens. 261. m. Itẽ. 318. m. Item. 366. f. Item. 374. m. Item. 444. m.
Ambrosius uiro facit ius ducendi alterã uxorem, post unam repudiatam. 325. f.
Ambrosius etiã uxori uidetur facere ius nubẽdi alteri uiro à diuortio prioris. 326. p.
Ambrosius à Græcis dissentiens. 345. f.
Ambrosius diuerse legẽs. 410. m. Huiusmodi instruite. Item 431. p. Item 469. m. Itẽ 488. p.
Ambrosius à nostra discrepans æditione. 424. p.
Ambrosius cum Græcis consentiẽs. 456. m. ministrũ dei. Item. 458. m. Et pacẽ hab.
Ambrosius & à nobis & a Græcis dissentiens. 490. m.
Amen quid. 29. f.
Amorbacchij. 454. f.
Annius ex philone. 128. m.
Amissio, pro abiectio ἀποβολή. 285. m.
Amo ἀγαπῶ. Amo φιλῶ. 196. f.
Amphibologia interpretis. 3. p. Item. 4. f. in generatione pro natiuitate. Item. 9. p. per prophetam dicentem. Item. 15. f. Itẽ 17. f. fructus dignos pœnitẽtiæ. Itẽ. 126. p. Item. 18. p. Ne uelitis dicere. Itẽ. 36. p. Item 37. f. Potestas spirituum. Itẽ. 45. p. templo maior est hic. Itẽ 56. p. Itẽ. 57. p. Non prævalebunt aduersus eam. Itẽ. 58. de hic stãtibus. m. Item. 64. f. Foramen acus. Item. 65. m. facere horã. Item. 69. p. Factum est istud caput uel angulus. Item. 106. m. Item. 83. m. Ad ullum uerbum. Item. 90. p. Item. 120. f. Illuminare his, qui &c. Item. 121. m. Item. 125. f.
Amphibologia. 142. m. Item. 165. p. Item 166. p. Item. 172. m. Item. 173. m. Item 174. m. quid. Item. 177. m. Scrutamini. Item. 189. p. Item. 200. p. Item. 201. p. Item. 204. f. Item. 209. p. Item. 218. m. Item. 226. f. Item. 248. m. Item. 249. p. Item. 254. p. Item. 262. f. Item. 263. p. Itẽ 269. p. Item. 287. f. Reformamini. Item 289. m. Honore. Item. 304. p. Item. 306. m. Item ibidem. f. uidete &c. Item. 318. p. καθίζετε. Item. 334. p. Item. 344. m. Itẽ 366. f. Item. 376. m. Item. 378. f. confidentia multa. Item. 417. m. Cum essetis. Item. 419. p. Inimicitias in semetipso. Itẽ 421. m. Itẽ. 427. p. Omne enim. Itẽ 435. p. φαίνεσθε. Ite. 442. f. Qui est principiũ. Item. 443. m. Inimici sensu. Itẽ. 449. m. Christo seruite. Itẽ. 488. m. Magni dei & sal. Item. 490. m. Item. 493. p. Item. 515. p. Ne eis fieret. Item. 525. p.
Amphibologia ex ordine 275. m. Item paulo inferius.
Amphibologia quæ facit ut ex eisdẽ uerbis triplex sensus possit accipi. 365. f.
Amphibologia uitata. 460. p. quia creditum est.
AN ἄλυσις, resolutio uel reditus. 483. f.
ἀναλογία, proportio seu modus. 289. p.
ἀναμάρτητος, impeccabilis. 181. p.
Anathema. 153. f. Item. 278. p.
A Nazareth, pro Nazareus. 171. m.
An expediat uni cõmitti summã rerũ. 121. m.
Angariare, Persicum uerbum. 84. m.
Angelus nuncius. 89. m.
Angelus Politianus. 115. f.
Anima, pro uita. 31. p.
An omnes morituri. 457. f.
Ανωθεν ab initio. 237. f.
Ανωθεν tria significat, desursum, ab integro, siue denuo & ordine. 116. m.
Ante me factus est, quomodo accipiendum. 166. f.
ἀνθρωπάρεσκοι. 429. p.
Anxia diligẽtia in noibus cõgestis. 254. m.
Απ απᾶν, quid proprie. 49. p.
ἀφθαρσία, immortalitas. 257. m.
ἄφθαρτος, immortalis. 466. m.
Apocalypsis noua uox. 543. p.
Apocrypha Hieremiæ. 83. p.

Apocrypha Heliæ. ibidem.
Apollos. 227. p. Item. 310. m.
Aporiari ἀπορεῖσθαι. 367. m.
Aposiopesis. 409. f.
ἀπροσδοκία, uehemẽs expectatio. 274. m.
ἀποστάσιον, libellus repudij. 24. m.
ἀποστέλλω, mitto nuncium. ἐπιστέλλω, mitto epistolam. 15. m.
Apostolica maiestas uera. 208. p.
Apostolicus sermo. 305. f.
Apostoli non sanabant pharmacis. 21. m.
Apostoli & citra miraculum scire poterant. 215. m.
Apostoli lux. Christus lux. 165. p.
Apostoli homines erant. 215. p.
ἀποσοβεῖν, ore addere. 143. m.
Apostoli quatenus errare ꝓmissi sunt. 13. p.
Apostolorum decreta quædam antiquata. 327. m.
Apostolorum ordo. 38. p.
Apostolorũ sermo an è spiritu sancto. 214. f.
Apostolorum sermo obscurus & perturbatus. 215. f.
Appij forum. 241. m.
Apponetur, pro inuadet. 226. m.
Apprehendat, pro apprehendit. 339. f.
Appropinquabit, pro appropinquauit. 16. f.
sicut præcedent, pro præcedunt. 68. f. Itẽ 81. p.
ἀπροσωπολήπτως. 526. p.
Apud Græcos duodecim, apud nos undecim. 352. p.
A puero, παιδιόθεν. 104. p.
ARati uersus. 224. f.
Arbor fici, pro ficu. 76. p.
Arca Noe, typus ecclesiæ. 35. p.
Archiepiscopus Cantuariensis. 452. f.
Argentarius aurifex. 228. p.
Argumentatio ab impossibili. 401. m.
Argumentum, pro signo. 200. p.
Arrianorum error. 163. f.
Aristophanis prouerbium. 455. p.
Aristotelicus ordo in bonis. 71. p.
Articuli paucis annotati, in quibus Faber impetit Erasmum. 494. m.
Articuli Parisienses. 400. p.
Articulus à suo uerbo discrepans. 485. p.
Articulus rem certam designat. Virgo cõcipiet, id est, uirgo illa. 9. f.
Articulus ubi non possit apponi. Dentẽ pro dente. 25. m.
Articulus omissus quid ualeat. 40. m.
Articuli uis. 58. m. Item. 90. f. Sanctus. Item 365. m. Dominus autem.
Articulus uice pronominis. 212. p.
Articulus cur non addatur alicubi. 163. p. Item. 164. f. Item. 165. f. Item. 167. m. Item. 176. f.
Articuli uis. 148. m. Item. 150. f. Item. 159. p. Item. 159. f. Item. 162. m. Copiose. Item 168. p. 168. f. Item. 178. p. Item. 183. m. Item. 184. f. Item. 189. m. Item. 288. p. Item. 305. m. Item. 352. p. 374. m. in omnibus.
Articulus postpositiuus, uice præpositiui. 345. m.
ASCendit, pro ascenderunt. 308. m.
Asia minor. 221. m.
Asiæ, pro Achaiæ. 301. m.
Asyncritus. 301. f. Item. 230. p.
Assos quæ. 239. m.
ἀσωτία, luxus. 427. m.
Aspirationem Hæbream Græci exprimunt per χ. 2. m.
ἄσωνδοι, fœdifragi. 482. m.
Assaron. 213. p.
Assecutus uertit pro assectatus. 472. p. Itẽ 483. p.
Assistentes, pro adorti. 222. f.
Assumere, pro adiungere. 293. m.
AVaricia, πλεονεξία. 254. m.
Audemus, pro sustinemus. 383. p.
Audire deprauatum, pro adire. 136. m.
Audierant, pro adierant. 223. m.
Audit exaudit. 184. m.
Auditus ἀκοή, pro fama. 403. p.
Auditus, pro sermone. 283. m.
Augebat pro addebat. 204. m.
Augustini diuersa lectio. 201. f. item 202. p. Item. 352. m. & annumeratus est.
Augustini & Cypriani frigida annotatio de nomine Adam. 172. p.
Augustini expensa sententia. 273. f.
Augustini interpretatio expensa. 437. f. Itẽ 445. p.
Augustini interpretatio coactior. 409. m.
Augustini interpretatio excussa. 446. f.
Augustini lectio excussa. 520. m.
Augustini opinio excussa. 336. p.
Augustini opinio. 356. p.
Augustini pensitata sententia. 169. m. Item 193. f.
Augustini rationes excussæ. 331. p. Itẽ. 399. p.
Augustini sentẽtia excussa. 53. f. Item. 318. p.

Item. 60. p. Item. 62. m. Item. 109. m. Abba pater.
Auguſtini ſententia perpenſa. 294. p.
Auguſtin⁹ ab Hieronymo diſſentiẽs. 320. f.
Auguſtinus à Græcis diſſentiens. 403. m.
Auguſtinus aliàs deteſtatus bellum, aliàs probat. 157. m.
Auguſtinus aliter atque nos legens. 537. m. Ne inſipientium.
Auguſtinus bello æquior, tamen hæc noſtra non probaſſet. 127. p.
Auguſtinus defenſus aduerſũ Vallã. 197. f.
Auguſtinus diuerſe legit. 321. m. Item. 529. f.
Auguſtinus ex Græcis & latinis æſtimat Hebræa, non ex fontibus. 67. m.
Auguſtinus in repudio par ius facit uxori & uiro. Item in uſu matrimonij. 333. m.
Auguſtinus ſenex redijt ad ſacras literas. 67. m.
Auguſtinus uidetur tribuere Mariæ leuem de Chriſto diffidentiam. 123. f.
αὐτοδίδακτος. 179. p.
Autori nulli oportet eſſe addictum. 124. m.
Autoritas remittendi peccata, data Apoſtolis, ſed prius dato ſpiritu ſancto. 196. p.
αὐτάρκεια. 380. f.
AZotum. 212. p.
Azymi infermentati. 79. m.

BAal idolum. 284. p.
Βαΐον palma unde Græcis dicta. 186. f.
Baptiſma, lotio. 99. f.
Baptiſmũ hoc, taxatum à Valla. 106. p.
Baptizatus, pro lotus. 142. p.
Baptizat & homo. 169. f.
Barbari qui. 348. m.
Barieu. 217. m.
Bariona quid Hebræis. 56. m. Itẽ. 171. p.
Bartimæus quid. 105. m.
βασανίζειν uarie uerſum. 52. m.
Battologia quid. 27. m.
BEatus Rhenanus Sleſtadienſis. 115. p.
Bedæ collectanea ex Auguſtino. 339. m. In figura facta.
Beelzebub quid ſonet Hebræis. 39. m. Item 94. p.
Belial, ſiue ut Græci, beliar, quid ſit. 372. f.
Bella Chriſtianorum inſana. 156. f.
Bellare ut licitum ſit, non eſt tamen Euangelicæ puritatis. 158. p.
Bella pontificum. 382. p.
Belli deteſtatio. 126. f.
Bellum Iudæorum, ibidem.
Benedicere, pro bene precari. 289. f.
Benedictio & maledictio, Theologorum uocabula. 403, m.
Benedictio, pro blandiloquentia. 301. f.
Benedictus, laudandus. 253. f.
Benedictus, laudatus. 67. f. Item. 118. p.
Benefacere, pro beneficio afficere. 93. m.
Benigni, χρηστοὶ. 425. m.
Bernardi expenſa interpretatio. 118. p.
Berſabeæ nomen cur nõ ponatur in genealogia. 2. f.
Bethania, Betphage. 105. f.
Bethania, pro Bethabara. 168. m.
Bethlehem duæ. 11. p.
Bethlehem quomodo minima dicta, & non minima. 14. p.
Bethſaida, pro Bethſeda. 175. m.
BIlibaldus Birchemerus Germaniæ decus. 116. p.
Binomines in genealogia Chriſti. 128. f.
BOanerges. 93. f.
Bolis, βολίς. 240. p.
Boni portus. 239. p:
Bonitas, pro benignitate. 256. f.
Bonitas, pro humanitate. 286. p.
Bono & optimo. 136. p.
Bonum pro commodo, non pro honeſto. 320. m.
Bonus ſolus deus. 63. f.
Brabion unde dictum. 338. m. Item. 446. p.
Britanniæ laus. 453. f.
BVccella offula. 188. f.
Budæus in Gallia. 116. p.

CAdus & batus mẽſuræ. 149. p.
Cæcus, pro mendicus. 184. p
καιρὸς χρόνος. 200. f.
καιρῷ δ' ἀληθεμ. 289. m.
Cæſarea. 231. m.
Cæſareæ duæ. 56. p.
Cæſaris imago. 70. p.
Cæſar Chriſto uelut ignotus. 107. p.
Cæterorum, pro cæterum. 521. p.
Calefacimini. 520. m.
Calepinus taxatus. 81. f.
Caliga, pro ſandalijs. 216. f.
Calix poculi ſpecies, non genus. 65. f.
Calix pro poculo. 343. p.
Camelus per foramen acus. 64. m.

Camelus

Camelus ſaltans. 426. p.
Cancer morbus. 481. m.
Canæ duæ. 171. m.
Cantus eccleſiaſticus. 350. p.
Capere ζωγρεῖμ. 131. f.
Capere χωρεῖμ, ut uas capit. 63. m.
Capere παγιδεύειμ. 69. f.
Capite, pro capaces eſtote. 373. m.
Capitis & membrorum uidetur eadem reſurrectio. 246. m.
Capit, pro poſſibile eſt. 147. p.
Capnion. 213. m. Item. 494. p.
Captatores teſtamentorum. 485. f.
Captio, pro uenatu. 285. p.
Carbones ignis, pro igneos. 290. f.
Carnis, pro carne. 323. m.
Caro, pro homine. 62. f. Item. 104. f. Item 165. f.
Carolus rex catholicus. 87. f.
Carrenſis. 373. p. Item. 467. m. item. 472. f. Item. 474. p. Item. 478. p. Item. 482. m. Item. 485. m. Item. 520. p. Item. 521. m. Item. 530. p. Item. 240. f. Itē. 241. p.
Carrenſis nugatur. 365. p.
Carrenſis notatus. 85. m. Item. 108. m. Item 236. m. Ibidem. f. Item. 238. m. nauim ad ru. Item. 132. f.
Carrenſis ridicula interpretatio. 148. Item 155. m.
Carrenſis ſtultiſſima etymologia. 175. m.
Carrenſis taxatus. 185. p.
Carrenſis & Lyranus. 235. m.
Carrenſis interpretatio. 316. p.
Carrenſis copioſus. 528. m.
Caſtigo, pro ſuggillo 339. p.
Caſtigo, μαστιγῶ 514. m.
καταβολὴ quid. 50. p.
καταναθεματίζειμ. 82. p.
Catechumeni unde dicti. 114. f.
Cathedra Moyſi quomodo accipiēda. 71. p.
Catholicon. 229. f.
Catholicon opus inſulſum. 513. f.
κατηχημένοι. 227. p.
Cauſa diuortij à iure conceſſa. 330. m.
Cauſa pro crimine. 85. p. Item. 159. p.
Cauteriati. 471. f.
κεκεράζονται μετ. ὀλι. μ. 152. m.
Celeſtinus. 327. f.
Cenchreæ. 301. p.
Centeſimum, pro centuplū. 47. f. Itē. 94. m.
Centurio an idem. 33. f.
Cephas petra. 401. p.
Cephas Syrum uerbum. 171. p.
Cephæ duo. 398. f.
Ceremoniæ. 487. p.
Ceſſabant docentes, pro docere. 208. f.
χαλκολίβανομ. 544. p.
χάρις χαρὰ. 490. f.
χάρισμα donum, χάρις gratia. 250. m.
Chariſmata uocem Græcam reliquit interpres oſcitans. 346. p.
Charitas ſemper debetur. 292. p.
Charitas Paulo eſt ſtudium bene merendi. 347. m.
Charitas nunq; excidit, quomodo intelligēdum. 347. m.
Charitatis uotum. 325. m.
Chriſtianorum quorundam præpoſtera ſuperſtitio. 291. p.
Chriſtianorum eſt, benefactis obruere hoſtem. 290. f.
χρηſμὸς quid proprie. 16. p.
Chriſtianorum impia uita facit, ut Turcæ de Chriſto male ſentiant. 259. m.
Chriſtianorum nota peculiaris. 188. f.
Chriſtianorum cognomen primum Antiochiæ ortum. 216. m. ita ut.
Chriſti doctrina pura. 225. p. Item 305. f.
Chriſti doctrina ſuppreſſa. 44. m.
Chriſti, pro dei. 307. m.
Chriſti unius ſumma & indubitata autoritas. 58. f.
Chriſtus Græce, unctus latine, idem ſonat Hebræis meſſiah. 3. f.
Chriſtus parum blandus matri. 47. m. Item 125. m.
Chriſtus pauper quidem, at non mendicus ut uulgo ſunt. 121. f.
Chriſtus in ſolos hipocritas & feroces ſæuus. 72. p.
Chriſtus omnium maxime cōmunis. 75. m.
Chriſtus qua lingua ſit uſus. 85. f. Itē 97. m.
Chriſtus raro dictus deus in Apoſtolicis literis. 89. p.
Chriſtus faber. 97. f.
Chriſtus quibus uerbis conſecrarit. 109. p.
Chriſtus & ſermo dictus nō ſolum uerbum 113. f.
Chriſtus parum tribuit affectui cognationis. 141. f.
Chriſtus non niſi ſumma docuit. 157. p.
Chriſtus de facie ignotus cognato ſuo. 170. m.

Chriſtus nihil diligentius docuit, quàm concordiam. 195. f.
Chriſtus aperte dictus deus. 196. m. Item 278. m. Item 279. p. licet Cyprianus dei cognomen non addat.
Chriſtus an recte dicatur ſeruus. 206. f.
Chriſtus primitiæ dormientium. 247. p
Chriſtus olim raro dictus deus ob infirmos. 278. m.
Chriſtus repudiauit ſynagogã, autore Origene. 331. f.
Chriſtus exemplar Archetypum. 341. m.
Chriſtus dictus maledictio. 404. m.
Chriſtus quomodo Paulo dictus in forma dei eſſe. 433. m.
Chriſtus nõ ſtatim prædicat⁹ deus. 467. m.
Chriſtus aliquo modo fuit minor angelis. 492. f.
Chryſoſtomi rationes excuſſæ de diuortio. 332. p.
Chryſoſtomus Mariæ tribuit humanum quiddam. 124. p.
Chryſoſtomus ab Auguſtino diſſentiens. 176. f.
Chryſoſtomus fidei gradus ponit in Maria. 170. m.
CIbi nomine continetur & potus. 31. p.
Ciborum ſuperſtitio. 44. p.
Ciborum ſuperſtitio apud Chriſtianos. 335. f. Eſca autem &c.
Circulus Chriſto proximus, ac pure Chriſtianus. 329. m.
Circumueniamur πλεονεκτηθῶμεν. 363. m. ut non.
Ciuilitas Pauli. 491. f.
CLaritas, pro gloria. 177. m.
Clauda inſula, Ptolomæo claudos. 240. p.
Claudius abigit Iudæos à Rhoma. 301. m.
CO enaculum quid. 108. f.
Cœnaculum, ὑπερῶον. 201. p.
Cœperunt ingredi, quomodo accipiẽdum. 93. p.
Cœteri hominum. 151. f.
Cognati, οἱ παρ' ἑαυτοῦ. 94. p.
Cognoſcere, agnoſcore qd differãt. 254. m.
Cognoſcere, pro honorẽ habere. 358. m.
Cognoſco & agnoſco differunt. 114. m.
Cognouiſtis, pro cognouiſti. 189. m.
Cohors Græce σπεῖρα. 84. p.
κοινοῦν, prophanare Hebræis. 54. f.
Coitus cum uxore quando peccatum. 321. f.
Colentes, pro religioſis. 222. m. Item. 223. m.
Collaborare, συναληθεῦειν. 432. f.
Collurium. 544. f.
Color ſermonis Hebræi. 426. f.
Coloſſæ, ciuitas Phrygiæ nõ Rhodi. 441. p.
Commodare, pro mutuum dare. 141. p.
Commẽtarij in Marcum falſo inſcripti Hieronymo. 88. m.
Cõmendare παρατίθεσθαι & παρίστάναι. 160. p.
Commentarij in epiſtolas Pauli falſo inſcripti Hieronymo. 356. m.
Comminari uarie. 37. p.
Commorientes, qui. 373. m.
Communicare uerbo, quid ſit. 412. p.
Comopolis ruſticanum oppidulum. 91. m.
Comos deus, unde comeſſari. 293. p.
Comparatiuum uice ſuperlatiui. 34. p. Item 60. m. Item 199. f. Item 352. f.
Compellebantur, pro complebãtur. 136. m.
Complecti, ἐναγκαλίζεσθαι. 104. m.
Compoſitio loci, perpenſa ab Auguſtino. 293. p.
Comprehendo, nõ καταλαμβάνω, ſed δρᾶσθαι. 311. f.
Compunxerunt, pro inſultarunt. 195. p.
Conceptio beatæ uirginis. 327. m.
Concertatio nobilis inter Auguſtinum & Hieronymum. 397. f.
Conduplicatio Hebræorum. 33. p. Item 72. m. Item 98. p. Item 99. p. conuiuia, cõuiuia. Item 99. m. Item 206. m. commemur. Item 241. f. Item 368. m.
Conduplicatio comparatiui, 432. m.
Confertam & coagitatam quid. 134. p.
Confeſſionis onus in immenſum adauctũ. 44. p.
Confeſſio qualis olim fuerit, & unde hæc nata. 227. f.
Confeſſus, pro confuſus deprauatũ. 103. m.
Confundere, pro pudefacere. 313. m. Item 342. m.
Confundi, ἀποξεῖσθαι uertit. 407. m.
Confuſio, ἀποξία non ἀιχώνη deſperatio. 154. p.
Conſequente eos. 339. m.
Conſtitutionum humanarum onus. 43, f.
Conſilium Pauli. 243. p.
Conſentire, pro probare. 461. m.
Conſolatio, pro gaudio. 250. f.
Conſtructa, pro coagmentata, 419. m.
Conſũmare ciuitates, pro omnes obire ciuitates. 39. m.
Conſummari, pro conſummare, 500. m.

decebat

decebat eum.
Conquirere,pro disceptare. 104. p.
Consolabatur,pro admonebat. 239. p.
Couti,pro cõmercium habere mutuũ.173.f.
Contuli ἀνεθέμην. 395.m.& contuli cũ illis.
Contulerunt,pro communicarunt.397.p.
Contumeliosus ὑβριστής. 466. p.
Contumelia nõ est,diuersum sentire. 325.p.
Conualuerunt,non à morbo. 513. p.
Conuersi,pro conuersus. 363. f.
Conuiuium, δοχή. 132. p.
Cophinus mensuræ genus. 52. p.
κωφὸς & surdus & mutus Græcis. 46. m. Item 117. m,
Coram deo,sermo iurantis. 374. f.
Cordis sui. 119. f.
Coronides in Paulo. 421. f.
Coronis Paulinæ epistolæ. 302. m. Ei autẽ.
Coronis epistolæ Pauli ad Romanos quæ nõ eodem loco habetur in exemplaribus in quibusdã omnino non habetur.296.f.
Coronis in qua multa uarietas. 542. f.
Corpus,cadauer, σῶμα πτῶμα. 151. p.
Corpus humilitatis, pro corpore humili. 438. f.
Corpus mortis,quid. 271. m.
Corpꝰ Christi quomodo dicat frãgi.343.p.
Cotidianum & περιούσιον,quid Græcis.28.f.
κοσμοκράτως noua uox. 429. f.
Creatura Græcis ambigua uox,κτίσις.252.m.
Credidi,pro credo. 186. p.
Credit manducare,male redditum. 293. m.
Cristæ, pro christe turpiter uulgo pronunciare. 4. p. Item 190. f.
CVltrix νεωκόρος. 228. m.
Cultus dei superstitiosus .349. f.
Custodia,pro manu custodum. 86. f.
Custodiat,pro custodiet. 439. m.
Cur fornicatio potissimum excipitur in diuortio.329.f.
Cypriani lectio. 531. f.
Cyprianus diuersa legens.338.m.ut comprehendatis. Item 347. p.
κύριε ἐλέησον. 190. f.
Cyrillus contaminatus. 187. m.
Cyrino,pro Cyrenio. 121. p.

DAbit,pro det. 480.p.
Dæmonia,pro dijs.224.p.
Dæmonij diuini. 471. f.
Dalmanutha.101. m.
Daniel à Christo citatus. 74. f.
Danielis hebdomadæ.525.p.
Data δόματα. 32. f.
Dauid cur solus rex cognominetur. 2.f.
δὲ coniunctio omissa totam sententiam uariat. 410. f.
De Apocalypsi quæ Ioanni inscribitur, ueterum iudicium. 547. f.
Debeo,pro opus habeo. 18. f.
Debilis quid proprie. 60. f.
Debitum reddere. 321. m.
Decaluata, pro rasa. 341. f. Item 342.p.
Decapolis. 100. m.
Decernitis,pro decretis tenemini. 446.f.
De cætero, pro posthac, est apud probos autores. 370. p.
Decimare,pro decimas dare. 142. m.
Decimarum exactores. 300. m.
Decimæ exactæ. 231. p.
Decipiat, pro deprædetur.444. f.
Declinare non ἐκκλίνειν, sed ἐκνεύειν. 176.p.
Decollare apud Suetonium. 51. f.
δὲ coniunctio nõnunquam corrigentis uim habet. 361. f.
Decreta dogmata. 222. f.
Decurio βουλευτὴς. 111. m.
Deest apud nos. 344 m. Item 404. f. Itẽ 532. p.
Deest aliquid. 288. f.
Deest apud Ambrosium. 335. m. Itẽ 340.f.
Deest in nostris à deo. 307. m. Item deest in nostris ἀυτῶν horum. 348. m.
Deest in nostris codicibus. 15. f.
Deest &. 456. m. Nonne uos.
Deest in nostris. 178. f. Nonne hic est. Item 337. p. Item 420. p. promissionis. Item mihi. 435. m.ad gloriam.Item 490.f.Itẽ 492.f. purgationem pecc.Item 509. f.Itẽ 512. m. Item 526. m.
Deest in Græcis.235. f.Itẽ 530. m.Itẽ 540.p.
Deest ὅς apud Græcos. 349. f.
Defendentes,pro ulciscentes. 290. m,
Deficiemus,pro deficimus. 366. p.
Definienda temere non sunt quæ probari non possunt. 124. m.
Dei, pro deo. 338. p.
Dei, pro diei. 541. m.
δέησις, προσευχὴ, ἔντευξις, quomodo differant. 468. p.
Delius natator. 315. m.
Denarius quid Latinis.65. p.
Deprauatũ imperauit pro increpauit. 35. p.
Deo gratias,pro deo gratia quoties.363.f.

Deseruire προσκαρτερεῖν. 93. m.
Desperantes ἀπηλγηκότες. 424. p. qui desperantes.
Destruimus καταργοῦμεν, quod ante uertit euacuare. 261. m.
Desyderium φρόνημα; quod ante uertit prudentia 275. m.
Detegulare. 92. p.
De terra loqui, quid. 173. p.
Deturpat, pro dedecorat. 341. f.
Deuita παραιτοῦ, id est, reijce. 472. m.
Deuouere quid. 235. m.
Deus deus meus. 110. f.
Dextra & siniſtra, pro una & altera. 25. f.
Diabolica, pro dæmoniaca. 521. f.
Diabolus quomodo dictus deus. 366. m.
Diabolus male citans iuxa Hieronymum, sed defensus. 19. f.
διαφέρειν, differre, & excellere. 258. m. Item 354. f.
διαφέροντα, pro συμφέροντα. 431. p.
διχάσαι, quid proprie. 40. m.
Dicentes, pro putantes more Græco. 253. p.
Dico, pro iubeo. 288. p.
DIes, pro iudicio. 314. m. Item 361. p.
Diffamare, pro diuulgare. 91. f.
Diffamatus, pro delatus. 149. p.
Digamus habetur, qui corruptam uel insciens duxerit. 469. f.
Dilecto, pro γυναίῳ. 485. p.
Dilectio proximi non dei. 410. p.
Dilecto, pro germano. 463. m.
Diligenter, pro exacte siue certo. 458. p. diligenter scitis.
Dimittere pro repudiare. 8. m.
Dimittere non ἀπολύειν, aut ἀφιέναι, sed ἀποτάσσεσθαι. 99. m.
Dimitto, pro remitto. 29. p. Item 134. p.
Dionysius non meminit de sacramento matrimonij. 331. m.
Dionysius quis. 225. m.
διοπετές. 228. f.
Dirupta, pro diruta. 220. m.
Discedit, pro discedat. 481. m.
Discessio ἀποστασία. 460. f.
Discipuli septuaginta. 139. m. Item 140. p.
Disputator, συζητητής. 306. p.
Dissensio, pro seditio. 351. m.
Dissensio inter Paulum & Barnabã. 221. p.
Dissidia Christianorũ ex ceremonijs. 310. f.
Dissimulanda ethnicorum uitia. 316. m.
Dissonantia Euangelistarũ in uerbis. 89. p.
Distinctio uaria. 89. m. item 91. p. Quia in potestate. item 260. m. item 261. m. itẽ 109. m. At ille magis. item 111. f. itẽ 256. m. item 264. f. item 120. m. Daturum se &c. item 131. uenirent &c. m. itẽ 265. p. item 270. m. item 271. f. Lex enim. item 314. m. item 323. m. Tempus &c. item 366. m. item 373. m. item 405. f. item 415. m. In quo & uos. item 432. p. item 488. p.
Distinctio quantum habeat momenti. 163. f. item 177. p. Ibidem. Ea ipsa. m. item 180. m. qui credit in me.
Distinctio uitiosa. 145. m. Vapulabit multis. Ibidem rursum. f. itẽ 150. p. itẽ 205. f.
Distinctio Hieronymi. 394. f.
Distinctio diuersa Origenis & Augustini. 277. p.
Distinctio uariat sensum. 279. p.
Distinctio duplex. 342. m. item 344. f. In uno spiritu. item 460. p. in quo etiam oramus.
Distinctio noua. 404. p.
Distinctio. 405. p. item 408. f. item 467. f. item 473. m. item 285. f. item 310. p. item 322. m. item 340. m. Quid ergo.
Distinctio & lectio diuersa. 420. p.
Distinctio perperam apud Græcos. 501. p.
Distinctio diuersa. 374. f.
Dithalassus. 240. m.
Distributio, schema rethoricum. 292. p.
Diuites qui dicti Christo. 64. f. item 105. p.
Diuortium nomine tantum, à nobis repertum. 62. m.
Diuortium nouum à nobis inuẽtum. 329. p.
Diuortij ius. 269. m.
Diuortium inter quos non est necessarium. 329. m.
Diuortium nomine tantum non re. 330. m. item 329. p.
Dixit, pro iussit. 367. p.
DOceo, pro ordino. 323. p.
Docibilem, διδακτικόν. 481. f.
Doctrina quomodo aggrauata. 43. m.
Doctrina spiritus &. 309. p.
Dominamur fidei uestræ, quomodo intelligendum. 362. m.
Domos, pro domus. 527. p.
Domus & familia quid differant. 117. m.
Domus filia Abrahæ. 152. p.
Donare, pro damnare. 237. m.
Donatistæ ui grassantes. 157. m.

Donec quomodo accipiendum. 10. f.
Dormierunt pro ante dormierunt. 457. m. non præueniemus.
Dorotheus martyr. 139. m. item 548. p.
δόλεία, λατρεία.. 426. m.
δόξα claritas, gloria, maiestas, & alijs modis uertit interpres. 354. f.
Duas tunicas, pro binas. 137. f.
Dubitatũ de posterioribus capitulis. 302. m.
Duces, po præsides. 528. p.
Duodecim horæ quid in Euangelio. 185. f.
Duodecim tribus δωδεκάφυλον. 238. p.
Duo una caro. 319. m.
Duplex lectio. 36. m. item 532. p.
Dynastæ præfecti. 211. m.
Dyscolus quid. 528. m.

EAdem uox trifariam reddita. 501. m. Infensus fui.
Ea Græcis, sine, aut, eia. 90. f.
Ebionitæ. 399. m.
ἑκατόνταρχος Hilario tribunus, nobis centurio. 33. f. Item 111. p.
ECclesia basis ueri. 471. p.
Ecclesia familia domestica. 490. p.
Ecclesia mutat aliquando sua decreta. 62. f.
Ecclesia nõ est fundata super Petrum. 57. p.
Ecclesia persecutrix, non persecutionem patiens. 44. f.
Ecclesia, pro concione. 229. p.
Ecclesia quæuis congregatio. 450. p.
Ecclesiæ priscæ dotes. 344. p.
ἐχθρὰ, pro ἔχθρα. 272. f.
Eclipsim solis in passione negat Origenes, contra Dionysium. 85. m.
Effunditur, frangitur. 79. f. item 109. p.
ἐγκρατὴς, continens, 486. p.
Egressus, pro regressus. 130. p.
ἔιτις, pro ὅτις. 381. p.
Eius additur ex proprietate sermonis Hebraici. 89. f.
Eius, pro omnis. 484. m. & fratres.
Eleemosyna sex syllabis. 26. f.
Elementa mundi, quæ Paulo. 406. p.
Eloim Hebræis multa significat. 493. f.
Emanuel quid sonet Hebræis. 10. m.
Emendatus in Hieronymi commentarijs locus. 10. p.
ἐμέτρησεν, pro ἐμέρισεν. 383. f.
Emortuum νενεκρωμένον. 263. f.
Emphasis unius pronominis. 299. m.
Enallage temporis. 144. m. Repetent. item 168. m.
ἐναργὴς, ἐνεργὴς. 358. p. item 502. p.
ἐναργὴς, pro ἐνεργὴς. 490. m.
ἐγκαίνια 185. p.
ἐντελέχεια. 397. m.
ἐπενδύτης, uestis exterior. 368. f.
ἐπῳδή. 488. f.
Episcopalis gloriatio. 373. m. Circũuenim⁹.
Episcopi dispensatores doctrinæ mysticæ. 312. p.
Episcopatum eius accipiat alter, quomodo interpretentur Hebræi. 202. p.
ἐπισκοπεῖν quid. 532. f.
Episcoporum uxores. 470. f. nullũ crimen.
Episcoporũ summa in gregẽ charitas. 197. p.
Episcoporum supercilium. 371. p.
Episcopus quo maior hoc debet minus onerare populum. 337. p.
Episcopus idem doctor. 422. m.
ἐπισκήπτω. 521. m.
Epistola falsò inscripta Paulo. 450. m.
Epistola secunda Petro inscripta, cuius sit. 537. f.
Epistolam suam uocat noue, non quam scripserit, sed qua commendetur alijs. 364. m. Epistola nostra.
Epistolæ ad Ephesios, sermo perturbatissimus. 413. m.
Epistola ad Hebræos an sit Pauli. 517. p.
Epistolæ Iacobo inscriptæ quis autor. 523. f.
Epistolæ secunda & tertia Ioanni inscriptæ, cuius sint. 540. f.
ἐπισομίζεται. 486. m. item 143. f.
Epitasis. 250. p. item 456. f.
Epulari ἐυφραίνεσθαι. 144. m.
Erasmi opinio. 295. p.
Eritis addidit interpres, pro estis. 360. m.
Error existimantium Paulum Rhomanis latine scripsisse. 248. f.
Error aliquis esse potest, citra periculum fidei, aut bonorum morum. 327. m.
Error etiam in uerbis periculosus est. 489. f.
Error in catalogo locorum qui Hieronymo asscribitur. 241. m.
Error manifestus etiam in uerbis, non est ferendus. 198. p.
Erubesco hos an latine. 251. m.
Erubescit fortunæ apud Q. Curtiũ. 251. m.
Esca uentri &, pro, esca ad uentrem pertinet, sicut annotauim⁹ in epistola ad Rhomanos: Si fuerit alteri uiro. 319. m.

Eſca pro eſcæ. 319.m.
ἐσκυλμϐίοι, ἐκλελυμϐίοι. 37. m.
Eſſe dicuntur, quæ in precio ſunt. 307.p.
Eſt eſt, non non. 24. f. item 523. p.
Eſt pro eſto. 260.p.
Eſt pro ſunt. 309. m.
Eſt & non, pro inconſtans & uarius. 362.p.
Et coniunctio apud Lucam aliquoties uide
tur ocioſa. 131. f.
Et coniunctio omiſſa. 18. p. iã enim ſecuris.
Et coniunctio deeſt in noſtris. 167. p.
ἐθελοθρησκεία, quid. 447. f.
Et hoc, per ἐπίτασιμ. 318. m.
Et omiſſum. 91.p. Quia in poteſtate & ſpiri
tibus imperat.
Et pro quoq;. 251.p.
Etymologiæ, & anagogæ frigidæ. 395.p.
EVacuare, pro abrogare καταργῆμ. 260.p.
Euangelium quid Græce. 1. m.
Euãgeliũ Matthæi an Hebraice ſcriptũ. 2.p.
Euangelia apocrypha. 112. p.
Euangelium nazarenorum. 34.f. itẽ an He/
braice ſcriptũ. 34.f. itẽ 45.m. item 64. m.
Euangeliũ Pauli, euangeliũ dei. 169.f.
Euangeliſtæ an alicubi memoria lapſi. 12.f.
Euangeliſta citans iuxta ſeptuaginta. 48. p.
Euangeliſtarum autoritas. 246. f.
Euãgelizo te, Græce non Latine. 41.p. item
134.f.
Euanuerunt, pro fruſtrati ſunt. 252.f.
Euchitæ pſalliani. 28. p.
εὐδοκῆμ peculiare uerbum. 19.p. item 90. m.
Euertit, pro euerrit. 148.p.
Eunuchus unde dictus. 63. f.
EXactor πράκτωρ. 146.p. Tradat te.
Excedimus, pro excidimus. 369.f.
Exceſſus, pro obitu. 138. p.
Excidit, irritum factum eſt. 279. p.
Ecidet̃, & mittet̃, pro excidit̃ & mittit̃. 18.p.
Ex cõtentione, pro contentioſi. 257.f.
Excommunicatio. 316. f.
Excuſatio πρόφασις. 192. m.
Exẽplaria uetuſtiſſima quæ ſecut⁹ ſum. 4.f.
Exhibeamus, pro commendantes. 371.m.
Exhortatio toties pro conſolatione poſuit
oſcitans interpres. 360. p. item 359.f.
Ex illo & de illo an differant. 5.f. item 8.f
Ex ipſo, per ipſum, in ipſo. 287. p.
Exire, pro diuulgari apud Suetoniũ. 198. m.
Exiſtimante, pro expectante. 127. m.
Exordium propheticum. 1. m.
ἐξουσία & δύναμις differunt. 33. m.
Expers, pro rudis aut imperitus. 503.f.
Explicatur nodus quem Hieronymus non
explicuit. 13. f.
Expugnare πορθῆμ. 394. p.
Exquiro, requiro. 260. f.
Exterminare quid Græce. 29. f. item 30.p.
Extra uineam, pro è uinea. 69.p.
Extremi iudicij dies omnibus incert⁹ & ſem
per expectatus. 77. p.
Ex uno peccato, nõ ex uno homine. 267.m.
εὐδοκία. 282. p. item. 414. m.
εὐδοκῆμ. 300. p.
εὐλογία, pro liberalitate. 380.p.
εὐτραπελία. 425. f.

EAber ab Eraſmo diſſentiens.
494.p.
Faber. 246.p. itẽ 264.p. item
268.f. itẽ 269.p. item 270.p.
item 270.f. itẽ 276.f. item 279.
f. itẽ 285.m. item 336.f. itẽ 345.m. itẽ 348.
p. item 354.f. item 367.p. itẽ 367. f. item
369. p. item 370.f. itẽ 371.f. item 376.f. itẽ
379. p. item 381. m. item 284.p. itẽ 400.f.
item 422.m. κυβεία. item 427.m. itẽ 429.
f. item 436.p. item 441.f. ibidem in extre
mo. item 444.p. item 447.p. itẽ 445.f.
itẽ 450.p. item 454.m. itẽ 461.p. itẽ 463.
m. item 465.f. item 468.m. itẽ 474.m.
itẽ 484.f. item 486.f. itẽ 488.m. itẽ 493.
m. item 500. m. item 509.m. item 513.m.
item 516.m. item 512.p. Ac mox ibidem.
Faber lapidarius. 50. f.
Faber uidetur deſignari. 281. f.
Fabiola publice pœnitẽtiã cõfeſſa eſt, quod
relicto uiro flagitioſo, alteri nupſiſſet. 333.f.
Fabiolæ oratio ad Paulum æquiſſimum iu/
dicem. 334.p.
Fabri excuſſa annotatio. 318.f.
Fabri opinio excuſſa. 318.m. item 323. m.
Fabri ſententia expenſa. 46. f. item 102. m.
item 128.m. item 314. m.
Fabri laus. 248. m.
Fabrum uidetur deſignare. 434. m.
Fabula conficta de Thoma Aquinate. 337.f.
Fabula ridicula de ſacerdote indocto. 214.p.
Facere illũ Græce, p facere illi. 68.p. itẽ 83.f.
Facerem, pro faciam. 338. m.
Faciatis, pro exigatis. 126. m.
Facies pro perſona. 106. f.
Facilius ſemel diſcitur lingua Latina, & mul
tæ balbutiendi ſpecies. 167. f.

Facta eſt,pro extitit. 167.m.
Factor legis. 258. p.
Factum,pro natum.406.m.
Factus eſt,pro cœpit eſſe. 244. p.
Fallacia ξαδιϖργία. 217. f.
Familia,pro famulitio. 145.m.
Familiæ ϖατριαι. 205. f.
Faſcinare. 401.f.
FEſta in immenſum multiplicata. 44.p.
Feſtorum dierũ multitudo noxia.294.m.
FIculnea pro ficu an latinum. 68. m.
Ficus aridæ allegoria perperã accepta.68.m.
Fidei,pro opportunitatis. 425.m.
Fidelis,pro fido,latine. 361. m.
Fidelis certus. 466.m. item 469. m.
Fides quomodo aggrauata. 43. m.
Fidei definitio. 511. p.
Fides,pro fiducia. 511. m.
Figuræ grammaticæ in diuinis literis.102.m.
Filius hominis,pro filio Adæ.34.m. itẽ 42. m. item 56. m.
Filius gehennæ duplo, quomodo accipiendus. 72. f.
Filius dei quomodo dictus eſt nõ noſſe diẽ extremi iudicij. 76. m.item 108.m.
Filius hominis quomodo dictꝰ fuiſſe in cœlo priuſq; aſcenderet in cœlum. 172.f.
Filius quomodo dicatur principium.182.f.
Filiꝰ ꝓditiõis,& ſimilia more hebraico.193.p.
Finis,pro perfectione. 282.p.
Flagelliferi ridiculi apud Italos.448. p.
Fectetur,pro flectet. 295. f.
FOede lapſus Vulgarij interpres. 447. p.
Fœnerare δανίζειν. 133. m.
Fœnerator,pro creditore. 135. m.
Fœnum,pro gramine. 145. p.
Foras portam. 221. m.
Formoſi decreta reſciſſa 327. f. Refert ſimile quiddã Ioannes Gerſon in ſermone paſchali, Rhomani Pontificis ſentẽtiã fuiſſe publice damnatã à ſchola Pariſiẽſi,etiã tubæ præconio . Et quod tamen definijt ea ſchola,hodie ſequitur eccleſia Rhomana.
Forma μόρφωσις. 258. f.
Forma futuri,quomodo intelligẽdũ. 266.f.
Forma ſerui,eſt falſa ſpecies peccatoris.433.f.
Fornicarij an latina uox. 315. p.
Forſitan,ꝑ utiq;.174.p.itẽ 177.m.ſi emꝫ &c.
Forte pro utiq;,non recte. 42.m.
Forum bifariam accipitur. 42. p.
Fratres qui Hebræis. 50. f.
Fratres Iudæis,qui eiuſdem gentis.210. p.
Fraudare quid proprie. 321. m.
Fraus,pro damno. 318. m.
Fretum,mare,lacus. 95. f.
Fuit ad terram. 178. p.

GAdareni. 134. m.
Galatæ,qui. 401. f.
Galeam ſpem ſalutis appoſitiue. 458. m.
γαμεῖν Græcis cõmune uiro & fœminæ. 63.m. item 76.f.
Gaudere,pro gaudete. 290. p.
Gaza ciuitas. 211. m.
GEhenna quid Hebræis. 23.f. item 39. f.
Genealogia Chriſti uariat. 127. f.
Genealogia Chriſti. 1.f.
Genealogiæ Iudaicæ cuiuſmodi. 463.f.
Generatio pro ætate hominum. 76. m.
Genezareth quid Hebræis. 52. f.
Gentilis quid proprie latinis, 26.m.
Geraſeni,Gadareni. 96. p. item 136. m. f.
Gergeſſa eadem quæ Gadara 35. m.
Gerion triplex 453. p.
Getſemani 80.m.item 109. m.
Gignit & mulier 3.m.
Gladij duo. 156. p.
Gladio perire , qui gladio percuſſerit, quomodo accipiendum 81.p.
Gladium portare ridicule iubemur,ſi non licet uti 157. m.
Gladiũ quo cõſilio iuſſerit emi Chriſtꝰ 157.f.
Gloria καύχησις 298. f.
Gloria patri, ſimilesq; coronides 278.f.
Gloriatur,pro glorificatur 345.p.
Gnidus 239. p.
Golgotha & golgoltha 84.m.
Grabatum unde dictum 176. p.
Græci gentiles 187. p. Quidam.
Græca à noſtris diſſonant 380.f.itẽ 385. f. In omnibus aũt.itẽ 523.m.itẽ 539.p.ibidẽ m.
Græca lucidiora noſtris 368. p. item autore Hieronymo 422. f.
Græcã figuram expreſſit interpres 40.f.
Græca planè ſolœca 543. m.
Græci diuerſe legunt 341. m.
Græci à nobis diſſident 236.f.itẽ 310.m.item 338. m.ut omnes facerem &c. item 431.f.
Græci & barbari 251. p.
Græcis longe diuerſa ſententia 524. f.
Græcus interpres ad Hebræos epiſtolæ incertus 493. f.
Græcus pro ethnico 251. f.

Gratia cooperans 362. m.
Gratiã pro beneficio 376.p.ibidem m.& in hac gratia.
Gratia pro gaudio, χάρις pro χαρὰ 361.m.
Gratia,pro dono 250.m.
Gratia plena 117.f.
Gratia χάρις quid ſonet Græcis 246.p.
Gratiæ,pro donis 344.p.
Gregorius primus 328.p.
Guilhelmus Budæus 65. p. item 115.p. item 146.m.item 150.m.
Guilhelmus Copus medicus 454.m.
Guilhelmus Grocinus 225.f.
Guilhelmus Monteiouius 454.m.
Guilhelmus Vuaramus archiepiſcopꝰ Cantuarienſis,totius Angliæ primas, & regni totius Cancellarius 88.p.
Habere,pro poſſe 147.m.item 179.m.item 377.m.
Habetis,pro,habebitis 79.p.
Habitus, ἕξις 503.f.
Hæc deeſt in noſtris codicibus 131.p.
Hæreſis in bonam partem 237.f.
Hæreſis occulta 156.m.
ἁμαρτία παράπτωμα quid differant 266.p.
Hebræa,Syra, & Chaldaica lingua quid differant 97.m.
HEluidianorum error 5.p.
Henricus à Bergis epiſcopus Cameracenſis 454.p.
Henricus Glareanus 454.f.
Herodes quis 16.p.item 51.m.
Herodes tres 98.m.
Herodiani qui 70.p.item 101.f.
ἑτερόγλωσσοι 350.f.
HIc & heic,qui differant 47.p.
Hieronymi annotatio pugnat cum epiſtola ad Hebræos 512.f.
Hieronymi annotatio expenſa 420.f.
Hieronymi annotatio minuta 428.p.
Hieronymi noua interpretatio 424.m. itẽ 510.f.
Hieronymi commentaria decurtata uideri in Matthæum 46.p. Eiuſdem commentarij in pſalmos ab impoſtore cõfuſi 50.p.
Hieronymi annotatio excuſſa 9.f. itẽ 10.m. item 13.p.
Hieron y.opinio excuſſa 412.f.item 425.m.
Hieronymi expenſa ſentẽtia 11.m. rurſum f. item 12.m. item perpenſa ſentẽtia 288.m. rurſum 23.f. itẽ 41.p.itẽ 51.p. itẽ 457.p.
item 485.f.item 59.f.rurſus 80.p.
Hieronymi rõnes excuſſæ de diuortio 331.p
Hieronymꝰ memoria lapſus 88.f.itẽ 384.m. deſpondi.
Hieronymus Origenis interpres quædam de ſuo admiſcuit 278.m.
Hieronymus detorquens nõnihil uerba ſcripturæ 320.m.
Hieronymus à ſeipſo diſſentiens 323.f.
Hieronymus ſibi non conſtans 385.f.
Hieronymus attactus.395.f.
Hieronymus ab Auguſtino longe diſſentiens. 398.m.
Hieronymus emendans in commentarijs, hanc quam habemus æditionẽ. 416.m. in redemptionem.
Hieronymꝰ ſibi alicubi parũ cõſtans.416.f.
Hieronymus quod ſe teſtatur emendaſſe in noſtris codicibus,non habetur.425.m.
Hieronymus contaminatus. 450.m.
Hieronymus taxat noſtrã æditionẽ.470.p.
Hieroſolyma,orum . & Hieroſolyma , mæ. utrunq; dici. 11.f.
Hieroſolyma multis dicta noĩbus.408.m.
Hilarij lapſus in Oſanna.67.p.
Hilarij diſtinctio. 164.f.
Hilario Septuaginta ſancta autoritas.67.p.
Hilarius leuiter græce doctus.ibidem.
Hiſtoria de muliere adultera, in multis non eſt. 180.f.
HOmerus mendicus. 115.f.
Hominum,pro, nominum. 101.m.
o μούσιον eiuſdem eſſentiæ. 163.m.
Honorare quid Hebræis. 53.m.
Honor pro ſubſidio. 289.m.item 475.m.
Honor pro abſtinentia à coitu. 529.p.
ὅσον ὅσον. 510.m.
Hora,pro tempore. 192.m.item 491.p.
ὁρίζειν declarare,& definire. 245.p.
ὁρίζειν,& προορίζειν, quatenus differant.414.p
ὡς ἔπος εἰπεῖν apud Paulum nuſquam aliàs reperitur.506.m.
ὅτι omiſſum recte ab interprete . 260.f. Faciamus,& mox male additum, quia non eſt iuſtus.
HVius mundi, id eſt , Græciæ. 315.p.
Humana exempla. 341.m.
Humiles abiecti. 290.m.
Humilitas Mariæ, ταπείνωσις non ſonat uirtutem. 119.p.
Huttenus. 455.p.
HYemare,pro,hybernare. 357.f.

Hymber nymbus 146.p.
Hymno dicto 80.p.
Hyperbaton longum. 248.f. item restitutũ. 250.f. item 416.f.
Hyperbaton 366.m.
Hyperbole autore Origene 249.m.
Hyperbole 198.f. item 443.m.
Hyperbole in euãgelio 14.p. item 23.p. item 25.m. præbe ei maxillam.
Hypocrita Græcis histrio, siue actor 27.p.



Iacobus, cognomento iustus. 395.p.
Iacobus qui scripsit epistolas, nõ est de numero duodecim 518.f.
Iacobus Sturmus 454.f.
Iambres, Mambres, de quibus nihil legitur usquam 483.p.
Iam, pro, posthac 176.m.
Iconia duo 219.p.
ἰδὲ, ἐι δὲ 258.m.
Idem dicere, pro, consentire 304.m.
Idioma Hebræum 442.p.
Idipsum sapere, pro, concordes esse 438.f.
Idioma sermonis hebraici 363.p. itẽ 374.m.
Idoleum quid 335.f.
Idololatria & hæresis, fornicatio est secundũ Augustinum 330.m.
Idolotica, pro, idolothyta 336 p.
IE iuniorum onus 44.p.
Iesu infantia fabulosa 169.f.
Iesu innocentia omnium testimonio comprobata 83.f.
Iesu, ꝑ, Iesum 343.f. ibidem dominus Iesus, pro, dominum Iesum.
Iesu seruatoris nomẽ idẽ esse cũ noie Iosue ducis, aduersus calumnias Iudæorum 8.f.
Iesus filius Ioseph 171.m.
Iesus incipiens annorum triginta 127.f.
Iesus quomodo dictus est profeciſſe 125.m.
IM itatores, pro, coimitatores 438.m.
Immolaticia 220.f.
Impar coniugium 439.p.
Imperauit, pro, increpauit 35.p. 131.m.
Imperator nullus adhuc tenuit totum orbem 121.p.
Imperet deprauate, pro, increpet 541.f.
Implere, pro, perficere Hebræis 9.m.
Impudens ingratitudo 531.p.
IN, alijs linguis 202.m.
Inanis, pro, paupere, siue egeno 352.m.
Incẽtrices, διάβολοι 487.m. nõ crimiatrices.
In carnem, sicut in patrem 428.p.
In carne, pro, in carnem 63.p.
In catalogis nominum, frequens error scribarum 410.p.
Incipere μέλλειν 204.m.
Incipientes μέλλοντες 240.m. item 520.p.
In cõcupiscẽtijs, ꝑ, per cõcupiscẽtias 253.m.
Inconsistens 155.f.
Incredibiles, pro, increduli 487.p.
Inde sperantes ἀπελπίζοντες 133.f.
Indignari uertit χολᾶν 180.p.
Ineptas uertit βεβήλους 472.p.
In faciem, id est, palam, siue ficte 397.f.
Infantes νήπιοι, quod uertere solet paruuli 258.f.
Infensus fui προσώχθισα 501.m.
In figura, pro, figuræ 339.m.
Infirmitas ferenda, non alenda 293.m.
In genealogijs non anxie digladiandum est 129.f.
Ingenium, pro, ingenuo 376.m.
In his omnibus, pro, super hæc omnia 150.p.
In idipsum, pro, in unum 321.m.
In illo, pro, in illum 335.m.
In ipso, pro, per ipsum 442.m.
Iniusticia, quæuis improbitas 317.p.
Iniquitatem, pro, impietates 286.p.
In mendacio, pro, per mendacium 253.m.
In Mose, pro, in Mosen 339.p.
Innocentij tertij causa excussa 332.p.
Innocentius tertius 327.f.
In omni prætorio, ꝑ, in toto prætorio 431.m.
In palam 179.f.
In, pro, per apud Hebræos 59.m.
In, pro, per siue cum apud Hebræos 147.f. item 307.f.
In, pro, per, more Hebræo 250.p.
In quem, pro, in quæ 525.f.
In quibus, pro, inter quos 248.f.
Inquiunt, pro, inquit 383.p.
In quo omnes peccauerunt, uarie expositum 265.f.
In remissione, pro, per remissionem 120.f.
In sanctificationem, deprauate 524.m.
Insigne Castorum 240.f.
In similitudine, pro, per assimulationem. 253.m.
Insinuans, pro, allegans 222.m.
Insitio, & insertus, pro, insitus 285.f.
In sublime tolli 145.p.
Instauratur, pro, recapitulatur. Apparet interpretem legisse ἀνακαινοῦται. 292.m.

Inſtaurari,pro recapitulari 415. p.
Inſtitæ faſciæ ſepulchrales 186.m.
Inſtitutus ſum μεμύημαι 439. f.
Intellecta conſpiciuntur 252. m.
Intētator,pro,qui nō tētat,aut tentaī.519.p.
Interficere διαχειρίζεσθαι 238. m.
Interpres altum dormiens 505. m.
Interpres male uertit 53. p.itē 66.p.dominā tur eorum. ibidem,non uenit miniſtrari.
Interpretis inconſtantia 68.p.
Interpres ſolœciſſans 69. f.
Interpres Græcam uocem reliquit 111. p.
Interpres oſcitabundus 117. p.
Interpres auſus addere de ſuo 131.f.
Interpres auſus mutare Græca 135. f.
Interpres copiæ affectator 519.f.
Interpres dormitans 155.p.itē Immemor ſui 165.m.item 230.f.item 258.p.item 300.m. item 361. m. item 501.p.
Interpres excuſatus 546. p.
Interpretis uarietas inepta 170.f. item 211.p.
Interpres σολοικίζω 189.f.itē 192.p.item 191. f. item 207.f.
Interpres latinam uocem Græce interpretatur 236. m.
Interpres dormitans & σολοικίζω 237.m.
Interpres σολοικίζω 238.m. in modico.
Interpretis inepta copiæ affectatio 262.p.
Interpres male reddidit 263. p.
Interpres collaudat 312.f.itē 424.p.itē 456. p. aſpectu non corde. itē 509. p. itē 511. f.
Interrogant,pro dīiudicant 336.m.
Intrare & exire,pro conuerſari 202.p.
Inuenire,reperire,deprehendere, quid differant 5.m.
Inuenire gratiam 118. f.
Inuentus,pro compertus 151. p.
Inueſtigabilem,pro inueſtigabiles 287. p.
Inueſtigabiles,pro inſcrutabiles 420.m.
In uno ſpiritu,pro in unum ſpiritum 344. f.
In uobiſmetipſis,pro inter uos inuicē 531. p.
IOannes Andreæ 327. p.
Ioannes quædam ignorauit 170.f.
Ioannes quomodo Chriſtū neſciſſe dictus, quem ante digito oſtenderit 169.m.
Ioanni Euangeliſtæ quædam in ſermone peculiaria 171. m.
Ioannes uigeſimusſecundus 327. f.
Ioas non erat filius Ozochiæ iuxta Philonem 129. m.
Ioci inſulſi 425. f.
Iocus ex mimo Athenæi 5.m.
Ioſeph cur uoluerit Mariā dimittere 7.f. atq; inibi reiecta quorundam opinio.
Ioſeph dictus pater Ieſu 123.m.
Ioſeph Arimathæus 111. p.
Ioſes non Ioſeph 51.p.itē 86.m.item 111. m.
Ioſes 207. m.
Iota & apex quid ſit in Euangelio 23.p
IPſe,pro ultro 192.f.
Ipſis,pro ipſdem 306. m.
Ipſo,pro eodem 307. m.
IRacundia παροργισμός 425. p.
Iraſci uetitum à Chriſto, à nobis excuſatur. 329. p.
Ironia aliquo modo in ſermone Chriſti 80.f. Dormite & requieſcite. item 317. f.
ISchariotes 38.m. item 79.m.
Iſidorus notatus 6. f.
ITa,pro etiam 142.f.
Ita quomodo affirmat 25.p.
Iter ſabbati 75.p.
IVbemur benefactis penſare iniuriam, nos ultionem probamus 329. m.
Iudas trinominis 38. p.
Iudæi baptizati 72. f.
Iudæi natura 401. m.
Iudæi ſubditi Cæſari 194.f.
Iudicare Hebræis,pro condemnare 32.p.itē 317. m.
Iudicare,pro ſtatuere 296. p.
Iugū dñi ſuaue 43. p. quō aggrauatū inibi.
Iunctura ἀφή 423. m.
Iunior,pro contempto 155. p.
Iurare quatenus uetemur excuſſum, præter ueterum opinionem 25. p.
Iurat Paulus 395.p.
Iuſiurandū à Chriſto prohibitū,à nobis recipitur 329. p.
Iuſiurandum quatenus licitum 353. f.
Iuſtus pro bono quocunq; modo 5.f.
Iuſtus ex fide uicturus eſt 251.f.

Καί, apud Græcos aliquoties habet tacitam uim ratiocinandi 353.p.
καίτοι, quanq; 502. p.
καταβολή, fundatio 413.f.
κακία & κάκωσις, quid differant 32.p.
κακία, κάκωσις,& πονηρία qd differāt 254.f.
καταβραβεύειν quid 445.f.
καταργεῖσθαι, uarie uerſum ab interprete, quid ſit 408. f.
κατατομή, περιτομή 436. m.

κατηχεῖν 349. f.
κατασκηνῶσαι 474. p.
κατεργάζεσθαι, ἐνεργεῖν 434. f. Salutē uestrā.
κομᾶν comatum esse 342. p.
κυλλοὶ qui Græcis 55. m. item 104. m.
κυρία, nonnunq; concionem sonat 363. p.

Abi & cadere quid differant. 285. p. Nunquid.
Lac rationale 526. m.
Lacus uinarius 546. f.
Languens νοσῶν 476. m.
Languor pro morbo 91. m.
Lapis molaris ὀνικός 60. m. item 150. m.
Lapsus recentium Theologorum 501. p.
Lassæa 239. p.
Latina uoce usus Euāgelista 24. p. item 171. f. itē 188. p. linteum. item 195. p. itē 195. m.
Latina uoce usus est Lucas 221. m. item 232. p. Et Sicariorum &c.
Latro pro κακοῦργος 480. m.
Laus in exhortando 376. p.
Lazarus quid Hebræis 149. f.
LEctio contraria, cessimus, non cessimus. 396. m.
Lectio diuersa 407. m.
Lectio latina præfertur 355. p.
Lectio noua 538. m.
Lectio triplex eiusdem loci 246. m.
Lectio dūplex 270. p. itē 427. m. itē 445. m.
Lectio prorsus diuersa, olim tum apud græcos, tum apud latinos. Omnes quidē resurg. 355. m.
Leges humanæ ut pharmaca pro morbis mutantur 325. m.
Legio uox Rhomana usurpata Euāgelistæ, scribenti Græce 96. p.
Legistis & cognouistis, deprauate, pro legitis & cognoscitis 361. p.
Lenitas ac mansuetudo Pauli 363. p.
Leo decimus 454. m.
Lex pro iure 271. f.
LIber inuolut⁹, pro libro qui uoluit̄ 545. m.
Librum de Hebraicis nominibus non esse Hieronymi 505. f.
Lictores ῥαβδοῦχοι 222. p.
Lignum, fœnum, stipula, quomodo intelligenda 311. p.
Linguarū miraculū raro legitur 215. p.
Linguæ donū non erat perpetuum 215. m.
Linguæ tres præcipuæ 159. f.
Lithostrotus unde dictum 194. m.
Litigare μάχεσθαι 179. p.
Litera, pro literæ & spiritus 364. f.
Loca apud Paulum, quæ diuortium prohibent 332. m.
Loca in literis sacris, quæ uidentur prohibere diuortium 328. f.
Locuplex 529. p.
Locus ad testimonij pondus facit 168. m.
Locus aliter explanatus 536. p.
Locus anceps 265. p.
Loc⁹ antehac nō satis intellect⁹ 535. m. ibid. f.
Loc⁹ antehac paucis intellect⁹ 500. f. & ten.
Locus apud Paulum, qui maxime aduersatur diuortio, solutus 333. p.
Locus apud nos corruptus 419. p. itē 459. f. item 533. f.
Locus apud nos quoq; diuersus 436. m. Erga meum obsequium.
Locus apud nos obscur⁹ ac deprauat⁹ 378. f.
Locus bifariā explicat⁹ simul cōsolari 250. m.
Locus citatus ex apocryphis 541. f.
Locus correctus in Ambrosio 458. p.
Locus deprauatus 462. m.
Locus deprauatus, ut coniectādū est 231. m.
Locus deprauatus apud nos 282. m. itē 296. f. item 407. m. bonum autem &c. item 429. f. item 434. f. item 444. p. Quam operatur &c.
Locus difficilis noua ratiōe explicatus 539. f.
Locus & uarius & obscurus 383. m.
Locus ex apocryphis 542. m.
Locus falsatus apud latinos 436. f.
Locus hactenus perperā enarratus 520. p.
Locus hactenus parum apte citatus à Theologorum uulgo 287. m.
Locus impeditior explanatus 479. f. laborantem agricolam.
Loc⁹ incōmode redditus 237. m. nullā causā.
Loc⁹ insulsissime à quibusdā enarrat⁹ 529. m.
Locus inuolutior 312. m. item 343. m.
Locus inuolutus & uarie explicatus 265. m.
Locus inuolutus & diuersus 542. m. de igne rapient.
Locus in Ambrosio deprauatus 437. p.
Locus multifariam expositus 476. p.
Locus noue expositus 70. m. item 216. p. item 307. f.
Locus mutilus in Euangelio 267.
Locus noue, & præter communem citationem explanatus 433. m.
Locus obscurus & uarie expositus, Honora patrem &c. 53. m. item 100. p.

Locus obſcurus enodatus 73.f. item 180.m. item 432.p. & quid eligam . item 205.m. item 297.m. item 471.m. item 503.p. itē 504.p. baptiſmatū. item 502.p. in ipſum.
Locus obſcurus 296.p. itē 304.p. item 315.f. debueratis. item 361.f. item 374.m.
Locus obſcurus apud nos 282.m.
Locus obſcurus & inuolutus 359.f. qua con/ ſolamur.
Locus obſcure redditus 368.m. qđ in præ/ ſenti. item 528.f.
Locus obſcurus & male redditus 370.m. ſi qua ergo in Chriſto.
Locus obſcurus & uarie lectus 408.p.
Locus obſcurior 372.m. item 412.p. com/ municet.
Locus olim quibuſdam ſuſpectus in epiſto la ad Hebræos 504.m.
Locus olim ſuſpectus quibuſdā 508.f. item 510.p.
Locus olim notatus de Iephthe 513.p.
Locus olim notatus 515.m.
Locus palam deprauatus 279.m.
Locus perperam expoſitus 448.f.
Locus per ſe obſcurus, obſcurus ab interpre te redditus 360.f.
Locus qui olim in latinis codicib⁹ erat omiſ/ ſus autore Hieronymo 324.m.
Locus ridicule redditus 210.f. item 230.m.
Locuſta, quid in Euangelio 17.m.
Locus uarius & inuolutus excuſſus 233.p.
Locus uarie uerſus 294.p.
Locus uarie lectus & expoſitus 515.f.
Locus uarie intellectus 437.m.
Locus uarie expoſitus à diuerſis doctori/ bus 299.p.
Locus uarie expoſitus 317.f.
Locus uerſum pro argumento 211.f.
Locus unde quidam colligunt confeſſionē ſacramentalem 523.m.
Locus uulgo non intellectus 309.m. item 417.p. item 445.p. item 530.f.
Locus uulgo perperam citatus . Olus man/ ducet 293.m.
Λογομαχία 476.m.
Λογομαχεῖν 480.m.
Λόγος multa declarat 162.p.
LVcas audita ſcripſit, non uiſa 113.p.
Lucas cuius laus in Euangelio 378.p.
Lucas magis Græce quàm Hebraice do/ ctus 48.m. item 112.p.
Lucas medicus 449.f.
Lucas unus totam uitæ Ieſu ſeriem proſequi tur 112.m.
Lucas ſequitur Septuaginta 130.f.
Lucæ duo libri, unum opus 161.f.
Lucrifacere, pro, accerſere 240.p.
Lunatici, qui 21.f.
Luſcus quid proprie 104.m.
LYranus notatus 259.f.
Lyranus taxatus 108.m. item 225.p. itē 230.f. item 315.m. item 465.m. item 529.m.
Lyranus tota aberrans uia 535.m.
Lyranus & Carrēſis taxati 123.m. itē 194.m.
Lyran⁹ 423.f. itē 521.p. itē 527.m. itē 544.p.
Μακαρισμὸς μακαριότης 407.p.
Μακροθυμεῖν leni eſſe animo, & lento ad uindictam 346.m.
Μακροθυμία 421.f.
Mageda magdala 55.f.
Magi qui ſint 11.m.
Magis corrigentis 534.f.
Magis, pro, potius 101.p.
Magis pluris, Solœcon 31.m.
Magnates quomodo monendi 449.f.
Maieſtas, pro, gloria 65.p.
Maior horū, pro, maxima ex his 347.m.
Maior, minor 279.f.
Maius Ioanne noue dictum 177.p.
Maledictum, pro, maledictione, ſine cauſa dixit interpres 404.p.
Malignitas, pro, aſperitate morum 254.f. Græcis κακοήθεια.
Mali, pro, miſeri 427.m.
Mammona Syrum uerbum quid 31.p.
Mandauit, pro, mandabit 19.f.
Manat deprauatum in manet 262.m.
Manicare, pro, mane uenire 154.m.
Manichæis etiam ſaxa uiuunt 164.m.
Manifeſta deprauatio apud nos 257.m.
Manifeſtus error interpretū recentiū 530.p.
Maranatha 358.f.
Marci caput extremum à pleriſq; non rece/ ptum 111.m.
Marci coronis apocrypha 111.f.
Marcus abbreuiator Matthæi, autore Au/ guſtino 19.p.
Maria & Mariam 117.f.
Maria quid ſonet Syris 4.f.
Maria quædam neſciuit 125.m.
Mariæ imperfectum aliquid tribuit Chry/ ſoſtomus 47.p.
Maſſa, pro, conſperſione 409.m.
Matrimonia paria & imparia 322.p.

Matrimonia olim ab episcopis dirempta. 325.m.
Matrimonij uinculum astrictissimũ 44.p.
Matrimonij ius adimere immerito non solũ inhumanũ est,uerũetiã periculosum 326.f.
Matrimonium sacramentum 331.p. item septimum sacramentum 428. m.
Matrimonium nemo contrahit,nisi hoc animo,ut sit perpetuum 331. f.
Matrimonium temere initur apud Christianos cum sit indissolubile 334.p.
Matrimoniũ interdictũ sacerdotib⁹ 469.m.
Mediator, μεσίτης uerbũ theologicũ 405.p.
Megistanes,Magnates 98. m.
Melite insula 240. f.
Melius,pro suauius 132. p.
Melius,pro meliora 515. f.
μέλος, pro μέρος 423.f.
Memorare,pro meminisse 119. f.
Memoria,non μνήμη sed μνημόσυνον 79. m. item 108. f.
Memoria,pro mentione 250. p.
Menandri senarius 354. m.
Mendacium in quo situm 399. f.
Mendax & mendacij pater 183. p.
Mendax non qui mentiatur,sed qui nõ præstet quod promittit 260.m.
Mendicitas ociosa improbanda 122.p.
Mendum manifestum apud nos 529. m.
Mentiri inuicem inepte redditum 448.m.
Mentiri spiritum sanctum 207 .f.
Merces ἀντιμισθία 254. p.
μετὰ præpositio uarie usurpata 102.f.
Metreta cadus 171. f.
μετριοπαθῶν 502. f.
Metropolis unde dicatur 6. f.
MIhi uindictam,pro uindicta 290. m.item 510. p.
Minister,pro administrator 507. p.
Minorauit,pro minus habuit,parum latine. 377. m.
Minores,Franciscani 78. f.
Misericordia,pro miserationes 287.m.
Mittere,pro proijcere 55. m.
Mittere,pro ejicere,siue proijcere 192.p.
μνημόσυνον 79. m. item 108. f.
MOdestia in principe summæ laudis 453.p. modestia pro humanitate 439.m.
Modicum pro pusillo 192. f.
Modo pro nunc 81. m.
Modus,pro modo uerbi 473.m.
Molestia ac tedium huius operis 88. m.
Mortale,pro mortalitate, more Græcorum. 369. p.
Morus arbor 150. f.
MVlti,pro omnes 267. p.
Mundus pro summa 521. p.
Mutabis,pro uolues ἑλίξεις 493.p.
Mutata persona 509. m. tunc dixi &c.
Mutatum,pro eius,Iesu 4.f. item uocabitur pro uocabunt 10. m.
MYra 238. f.
Myrij pro innumeris 313. m.

NAsci denuo,bifariam acceptũ 172. m.
Nathan non fuisse prophetam 128.p.
Natum pro conceptũ.8. m.
Natura positum,pro omnino 417. f.
Nauicula πλοιάριον non πλοῖον 178.m.
Nazaræus quid Hebræis 16.m.
Nazianzenus 128. m.
NEapolis 221. m.
Necessariora,pro necessaria 344.f.
Necessitas pro autoritate,interprete Augustino 292. p.
Negationes tres,pro una 75. m.
Negatio conduplicata 105. p.item 109.m.itẽ 151. f. nolebat.
Negatio eadem trifariam accepta 159.f.
Ne gustaueris μιμητικῶς 447.m.
N. ἐφελκτικὸν 2. m.
Neophytus,quis & unde dictus 470. m.
νέος & καινὸς quid differant 37.p. item 92.f.
Nequam pro facinorosus 159.m.
Nequam pro malus 30.m.item 100. m.
Nequando,pro siquando 482.p.
Nequitia,pro astutia κυβεῖα 422.m.
Nequitia,pro improbitate 254. m.
νεῖκος νίκος 357. m.
Nihil . i. peccatum. 164. p.
νήφειν, duo declarat uigilare,& sobrium esse. 483. f.
νήφειν uerbum anceps 487. p.
Nisi ἢ μὴν aduerbium confirmandi 505.m.
Nodus bifariam explicatus 102.f.
Nodus explicatus 209. m.
Nomen pro nomine in Euangelio 49.f. itẽ 74. p. item 82. f. item 83. m. item 93. p. Abiathar pro Achimelech.
Non anxie numeranda, quæ recensentur à Paulo 410. m.
Non intellexerunt additum apud nos 255.f.

Non pro nondum 55. p.
Non aſcendo, pro nondum aſcendo 179. f.
Non eſſe dicũtur Hebræis cõtempta 263. m.
Non eſſe dicuntur contemptiſſima 307. p.
Non omnes morientur 355. f.
Non ſolum 264. m.
Non ſolũ οὐ μόνον Paulo peculiare 274. f.
Non quiſquis præſcitus, idem & prædeſtinatus 276. p.
νοσφίζειν, ſuffurari 488. m.
Notatus interpres Chryſoſtomi 506. p.
Notatus quidam de etymologia nominis Melchizedec 505. f.
Nouiſſime, pro nouiſſima 353. m.
Nubere γαμεῖν 322. p.
Nubes, pro multitudine 514. p.
Nubuntur 151. p.
Numeri ἐτέρωσις 218. f.
numeri diſcordia ĩ euãgeliſtis 58. m. itẽ 103. m.
Numerus certus pro incerto 48. f.
Numerus repente mutatus 26. p.
Numerus pro numero 288. m.
Numerus ſubito mutatus 411. m. conſyderans. item 465. m.
Numerus pro numero deprauate 202. m. dies pentecoſtes.
Nunc̃ꝫ, pro nequac̃ꝫ 308. m.
Nutrientes, pro lactantes 108. p.
Nutrire, pro lactare 154. p.
νυμφὼν quid 36. f. item 92. f.

OB duo uerba olim totus orbis ſectus 492. m.
Obedientia fidei 248. m.
Obſcura interpretatio 206. p. item 285. m.
Obſcure uertit unum & unum 30. f.
Obſcure redditus locus 290. p.
Obſcurus ſermo Pauli 267. p.
Obſequium pro cultu 278. m.
Obſequium, pro cultu ſacro 287. m.
Occulta, pro occulta mentis, ſicut bonũ, pro bonitate 366. p.
Ocioſi, & curioſi 457. m.
Odibiles θεοσυγεῖς 255. p.
Odientes, pro abhorrentes 289. p.
Offendicula quatenus uitanda 336. p.
Offendiculum pro impedimento 337. m.
O homo, pro. Atqui homo, μενοῦνγε 280. p.
οἰκοδεσποτεῖν 475. p.
οἰκουρὸς, qui ſeruat domum 487. m.
Olea, oleaſter 286. p.
ὁλολύζειν ἀλαλάζειν 97. p.
Omiſſa μὴν coniunctio 320. m.
Omiſſa præpoſitio 247. f.
Omiſſa coniunctio 288. f.
Omiſſum aliquid in euãgelio 45. f. itẽ 135. m.
ὃις pro ἃ 418. m.
Oneſimus Græce utilis 491. m.
Opera duplicia 520. f.
Operans pro agens ἐνεργούμενον 408. f.
Operari, non ἐργάζεσθαι, ſed ἐνεργεῖν 270. p.
Operatio ἐνέργεια 423. m. ſecũdũ operatio. &c.
Operatur ἐνεργεῖ 344. m.
Operatur ἐνεργοῦσης 360. p.
Opinio pro fama 21. m.
Opinio ſtultiſſima de gradibus fructuum Euangelicorum 49. p.
Opinio belli, pro rumore 74. m.
ὀφθαλμοδουλεία, 429. p.
Optimam, pro bonam 140. m.
Optimus, pro κράτιστος 114. m. item 235. f.
Oratio rhetorica, non apoſtolica 235. f.
Orbis cõditi & redempti ſimile initiũ 162. p.
Ordo autore Hieronymo 406. f.
Ordo difficilis 417. m.
Ordo diuerſus 396. m. item 431. f.
Ordo duplex 268. m.
Ordo indicatus 449. p. docentes & com.
Ordo lectionis deprauatus 127. m.
Ordo 89. f. itẽ ibidẽ. itẽ 352. f. item 535. p. item 424. f. item 480. m.
Ordo perturbati ſermonis 418. p.
Ordo pturbatior 141. m. itẽ 214. m. itẽ 256. p.
Ordo uarius 201. m. item 245. f. item 280. m. item 291. m. item 316. m.
Ordo ſermonis 279. f. itẽ 369. m. item 381. f.
Ordo partium expenſus 294. f.
Ordo lectionis uariat ſenſũ 308. p. itẽ 367. p.
Ordo ſermonis triplex 445. m.
Oriẽs ex alto, nomẽ nõ participiũ oriẽs 120. f.
Origenes Mariæ tribuit ſcandalũ ex morte filij 124. p.
Origenes & Chryſoſtomus non ſcribunt in ultimum Matthæi caput 87. m.
Origenis diuerſa lectio 410. f.
Origenis ne ſint in Lucam homeliæ. 113. p.
Origenes diſputat aduerſus ſuum ipſius dogma 278. m.
Origenis noua opinio 325. m.
Orig. falſò inſcribũt homeliæ in Ioan. 164. m.
Origenes uiolẽtior interpres alicubi 243. m.
Origenes adducens teſtimonia Latinorum uoluminum 244. m.

Origenis expensa sententia 244.f.itē 291.p.
Origenis & Ambrosij interpretatio 252.f.
Origenis citatio 355.f.
Originale pctm̄ negant Pelagiani 266.m.
ὀρμάω quid 35.f.
Ornato, pro, modesto, siue decenti 468.m. In habitu.
ὄρνις, auis & gallina 147.p.
ὀρθοποδῆμ non claudicare 400.f.
ὀρθοτομῆμ 480.f.
Osanna quid 67.f.
Os gladij 502.m.
Os opprimere, an recte ἀποσομίζειν 143.p.
Ostendere, pro, facere 432.f.item 484.m.
Oues agni 197.p.
Oues occisionis 277.m.
Ouile ouium περισσολογία 184.f.
Ouilli mores 37.f.
Pacifici, qui conciliant 22.p.
παιδεία νουθεσία 429.p.
παιδεύω & μαθητεύω 50.m.
παιδεύμ anceps uerbū 514.m.
πάλιμ Græcis bifariam accipitur 20.p.
Palma diuersa à buxo 187.p.
Panis quem frangimus 340.p.
Panis dicitur & post cōsecrationē 343.m.
πανοπλία 429.m.
Paphus in Cypro 217.m.
Parabola nō semp quadrat p omnia 269.m.
Parabola, collatio 95.p.
Parabola græcis, similitudinis collatio 508.p.
Parabola nō est necesse, ut in omnibus partibus respondeat 69.p.item 332.m.
παραδειματίζειν hic uertit, ostentui habere. 504.f.
παρακολουθῆμ quid Græcis 113.m.item.114.m.
παρακούειν 61.p.
Paraphrasis 422.f.
Paracletus 189.f.item 190.m.
παραδιατριβαί, ociosæ disputationes 476.m.
Parere, pro, apparere 30.p.
Paropsis unde dicta 73.m.
παροξυσμὸς 223.m.
Particeps, & comparticeps 426.f.
Paruula quid propriè Hebræis 14.p.
Paruulus, pro, puero 60.p. item 63.f.
Passeres, pro, passerculi 40.p.
Passio Christi quomodo impletur 443.f.
Passiones παθήματα 269.f.
Passiones πάθη 253.f.
Passiones ignominiæ, p, ignominiosis more Hebræorum 253.f.
Passio, pro, afflictione 360.p.
Pastinare, pro, plantare 106.m.
Pastor qualis 532.f.
Paternitas πατριὰ 421.p.
Pater quomodo dicatur solus deus 467.p.
Pater seruator, nō solum Christus 463.p.
Patientia Christi, p expectatione qua Christus expectatur 461.f.
Patiens ἀνεξίκακος 481.f.
Patrē dicebat deum, quō accipiēdum 182.f.
Patria, cognati domus 98.p.
Patri & deo, pro, patrio deo 236.f.
πατροπαράδοτα 526.p.
Pauli citatio cum uulgari Hieronymi æditione 282.f.
Pauli supellex 484.p.
Pauli sermo figuratus 372.p.
Pauli sermo parū integer 270.f.item 272.p.
Pauli sermo peregrinus 293.f.
Pauli consilium 245.m.item 305.m.
Pauli constitutio de episcopis abrogata. 327.m.
Pauli narratio multis modis dissentire uidetur à narratione Lucæ 394.f.
Pauli nomine 242.p.
Pauli ciuilitas 385.p.item 224.m.
Pauli uafricies pia 224.m.item 234.f.
Pauli sermo parum absolutus 288.f. item 297.p.
Pauli stigmata quæ 413.m.
Pauli artificium 297.f.
Pauli ambitio 299.m.
Pauli uxor 439.p.
Paulus coniugatus 321.f.
Paulus opifex 97.f.
Paulus apostolus sutor coriarius 226.m.
Paulus pedes uiator 230.p.
Paulus pharisæus 243.f.
Paulus ex ꝓphetia omittit pronomē 252.p.
Paulus abusus præpositiōe ἐμ 267.f.ut sicut.
Paulus alienā personā in se transfert 270.m.
Paulus græce balbutiens 271.p. item impolitus in lingua græca 312.p. itē imperitus. 314.p.item 411.m.itē 418.m. item 421.p. item parum peritus 385.m.
Paulus citans iuxta ueritatē hebraicā 283.p.
Paulus sequēs interpretationem Lxx.281.f. Item 283.m.item 283.f.item 286.m.
Paulus imprecatur uindictam 484.m.
Paulus σολοικίζωμ 382.m.
Paulus sententiam prophetæ reddens, non

uerba 283.m.item 284.m.ſicut ſcriptũ eſt. rurſum ibidem in calce paginæ.itẽ 298.p.
Paulus in Actis Hebræis loquens,tamen ſequitur Septuaginta 284.f.
Paulus grãmaticam alicubi negligẽs 286.m.
Paulus ex hebraica ueritate citat 308.f. Iterũ ibidem.
Paulus à Septuaginta diſſentiens 350.f.
Paulus nulla re inferior Petro 385.m.
Paulus torquens ſcripturas in argumẽtum. 404.f.
Paulus balbutiens in aliena lingua 419.m.
Paulus mutauit aliquid ab Hebræis 422.p.
Paulus quod citat, nuſquam legitur 427.p.
Paulus gratis docuit 462.p.
Paulus citat iuxta Septuaginta 507.m.
Pauperes ſpiritu,nõ egeni, ſed modeſti 21.f.
Pauper,p manſueto apud Hebræos 66.f.
Pax cum omnibus , dilectio cum fratribus. 292.p.
Pax tibi uulgaris Hebræorũ ſalutatio 39.p.
PEccans peccatum 270.m.
Peccata ueſtra,id eſt,leuia:noua interpretatio Auguſtini 106.p.
Peccata,pro, peccatum 168.f.
Peccatrix peccatum 270.m.
παθαρχεῖμ 208.m.
παθαρχᾶμ quid proprie 489.p.
Pelagius pontifex 328.p.
Pentecoſte , quinquageſimus dies , non feſtum,quod notum nondum erat 358.p.
Penula quid 484.p.
Pera & tunica Euangelica 158.m.
Per ciuitates, κατὰ πόλιμ 135.f.
Percuſſor Paulo dictus , qui lingua ſæuiat. 470.p.item 485.m.
Percutiet te deus 234.m.
Perfecti,nõ πεπλεσμλύοι , ſed κατηρτισμλύοι, quaſi dicas,integri corporis 304.m.
Perfectio noſtra , eſt imitatio uitæ Chriſti. 134.p.Si ſit ſicut &c.
Perge ciuitas 218.p.
περϊαστεύεμ tranſitiue 414.f.
περϊασόμ, ſuperuacuum,& eximium,aut exuberans 259.f.
Periodus 292.m.
περιούσιος nouum uocabulum 488.f.
περιφρονῶ & καταφρονῶ quid differant 489.p.
Pericula,pro,morte 360.m.
Peripſema quid Græcis 313.p.
Per ipſum, id eſt, per uerbum 163.m.
Per ipſum,pro,per ſe 296.p.
περιέχειμ quid 527.m.
Perottus & Calepinus notati 17.m.
Per,pro propter 366.f.
Perſona aliena in Paulo 312.m.
Perſona ſubito mutata 79.p.
Perſona mutata 167.m.item 340.f.
Perſonarum acceptio 257.f.
Perſona mutata in Paulo 271.m.
Perſonæ diuerſæ 295.f.
Per ter σόλοικομ 214.p.
Per , uim habet obteſtandi 460.m. per aduentum.
Peruenit ἔφθησε affecutus eſt 281.f.
Petri Comeſtoris annotatio ex Hieronymo 110.f.item 121.m.item 132.f.
Petri facundia 205.p.
Petrus an peccarit,diſſimulans ſe ueſci cibis communibus 400.p.
Petrus apoſtolus hoſpes coriarij 213.m.
Petrus Comeſtor taxatus 63.f.
Petrus Lombardus notatus 6.p. itẽ 326.m.
Petrus Græce,Syriace Cephas 56.m.
Petrus apoſtolus mutauit ſentẽtiam 328.m.
Phariſæorũ ſuperſtitioſa hypocriſis 70. m.
φιλαδελφία 289.p.item 457.m.de charitate fraternitatis.
Philemon Phryx 491.m.
Philippus Maximiliani Cæſaris filius 88.p.
Philoſophia Chriſti peculiaris 22.m , item 133.p.
Phœnix portus Cretæ 239.m.
φονεύετε ,pro,φθονεῖτε 521.f.
φωτίσαι ,pro,in lucem proferre 420.m.
φρεναπατᾶμ 411.f.
Phylacteria quæ 71.m.
Pignus ἀῤῥαβὼμ 369.p.
Pignus,& arra 416.p.
Philetus,pro,phygellus 479.p.
Piſces ὀψάρϊα 177.m.
Piſtica nardus 108.m.
Placere ſibi,noue poſitum , pro eo quod eſt non efferri,ſuo ſeruire commodo 297.p.
Placuerunt,pro,latuerunt 516.m.
Plagiarij qui 465.m.
Plangere quid 76.p.
πλάνη,μεθοδεία 423.p.
Platyna notatus 17.m.
Plebis,pro,plebi 120.m.plebis ſuæ Iſrael.
Plenitudo πληροφορία 444.m.
Plenitudo eius, ἀυτῆς, id eſt,terræ 340.m.
Plenum gratiæ, Vtrum ad Chriſtum an ad Ioannem referendum 166. m.

πλεονεκτεῖμ

πλεονεκτῆμ etiam ad libidinem pertinens. 456. f. Ne quis.
πλεονεξία, 380. m.
πλεονεξία detorquetur & ad stuprũ 426.m.
πληροφορία, 505. p. item 509. f.
πληροφορεῖσθαι quid 112. f.
Plurimos, pro complures 379. m.
πνεῦμα, & πνοὴ quid differant 19. m.
Pœnitemini, pro resipiscite 205. m.
Pœnitentia quid Græcis 374. p.
Pœnitentia triplex 374.p.
ποῖος & ποταπὸς differunt 35. m.
Pollentius defendit diuortia 325.f.
Pontificum decreta inter se pugnãtia 327. f.
Pontifices mutant sua decreta 327. p.
Pontifex an possit aliquid statuere aduersus Apostolorum decreta 327. p.
Pontifex Rhomanus an errare possit errore iudiciario 327. f.
Pontifex nihil potest, nisi, ut prosit 382.f.
Porphirius Bataneotes 398.m.
Porphirius calumniator 394.m.
Portans, pro moderans 492. m.
Possedit pro parauit 201. f.
Post dies 92. p.
Post triduum .i. post tertiũ diẽ exortũ 103.p.
Post me additur apud Lucam contra Origenis annotationem 130.m.
Potestas ἐξουσία non δύναμις 68.m.
Potestas, pro autoritate 131. p.
Potestas ἐξουσία, quam ante uertit licentiam 337. m.
Potestas, pro uelamine 342.p.
Potati spiritu, pro hausimus spiritum 344.f.
Praua, pro distorta aut tortuosa 126.p.
Præbere maxillã quomodo intelligendum. 25. m.
Precatio dñica apud Lucã decurtata 140.f.
Preces publicas conuenit moderatas esse, & sanctas 28. p.
Preces hypocritarum prolixæ 107.m.
Preces non intellectæ 350. m.
Preces prolixæ 153. m.
Præcessit, pro processit 292. f.
Præcepta consilia 329. m.
Precios⁹ noue, pro charus 134.m.
Prædestinare & destinare qd differãt 244.f.
Prædestinare, uocare, iustificare, glorificare. 276. p.
Prædestinatio, campus ingeniorũ 276.m.
Prædicare Iesum, & prædicare Christum. 75.m.
Prædicator humana docens non quæ sunt Christi 73. p.
Præfatio in Lucam falsò inscripta Hieronymo 128. p.
Præfecti templo tuendo 154.f. item 158.f.
Præiudicium aliud apud Paulũ, & apud Latinos 475. p.
Præmitte, pro deducito 489. f.
Presbyteri, ꝑ presbiterij deprauatũ 472.m.
Presbyteri olim ijdem qui episcopi 472.m.
Presbyter honoris uocabulum, Senior ætatis 220. p.
Præscientia 415. m.
Præscientia, pro prædestinatione 524. p.
Præscriptus προεγγράφη 402.p.
Præteriens, pro pertransiens 300. p.
Primum, pro principio, aduerbium 249.m.
Primus, pro prior 283. m.
Principe malo obedire, est ferre, ne grauiora concitet mala 291. f.
Principium qui & loquor 181. m.
Principes seculi, qui sint 308.m.
Prior, pro potior 167. p.
Priusq; quomodo accipiendum 5. p.
Probare δοκιμάζειν 458.f. omia aũt probate.
Probatica quid 175.p.
προσκαρτερεῖν, uarie uertit interpres, deseruire, instare, adherere 292. p.
Produxerũt fructum προβάλλωσι. i. protruserunt gemmas 154. m.
Professio, descriptio, census 208. f.
Promptum, pro promptitudine 251.p.
Pronunciatio uaria 382.m. Quæ secũdum.
Pronũciatio uitiosa facit sensum hæreticum 276. f.
Pronunciatio indicata 281. m.
προορισμὸς & πρόθεσις quomodo differant. 414. f.
Prophetia quid apud Paulum 347. m.
Propicius tibi ẽsto 57. f.
Propior nostra, pro propior nobis 292.f.
Propter, pro per 286.f. item 353.f. mendose. item 376. m.
προσκυνεῖν unde dictum 130.p.
προσονομασία 154. p. item 255.p. item 319. m. item apud Græcos 364. m.
προσονομασία in ἐκδικμεῖν & ἐνδικμεῖν 369.m.
προσονομασία non reddita 256. f.
προσονομασία in cõtrarijs nõ reddita 280.m.
προσωπολημψία 519. f.
πρωτεύειν, tenere primas 442. f.
Prouentus, pro euentus 339. f.

Prouerbium Euangelicum 42.p.
Prouerbium 212.m.
Prouerbium,aerem uerberans 338.f.
Prouerbium , Ne in Melampygum 346.f.
Prouerbium in Cretenſes 486.m.
Proximas,pro, circumiacentes 99.p.
Prudentes, pro, elati φρόνιμοι 290.m.
Prudentia , pro affectu φρόνημα 272.f. poſt uertit deſyderium.
Prudentiũ dictum quõ accipiẽdum.163.m.
Prurientes auribus qui 483.m.
Pſalmus ſecundus pro primo 218.m.
Pſeudopropheta qui 33.p.
ψωμίζειν quid proprie 290.f.
PVblicani apud Iudæos infames, apud nos honeſti 26.m.
Pudica σεμνὰ 439.m.
Pudicitia σεμνότης 470.m.
Puella,pro,ancilla 221.f.
Puerile eſt tantum ſonare linguis 350.f.
Pueros nõ recte pellici ad laqueos uitæ monaſticæ.73.p.
Pugillares 120.p.
Pugno,pro,pugilum more certo 338.f.
Pulmentarium προσφάγιον 196.m.
Purificatus dicitur & Chriſtus 122.f.
PYthò 221.f.

QVam apud Græcos ſubauditur aliquoties 24.m.
Quàm celeriter,pro,quàm celerrime 223.m. Vt quàm.
Quacunq; de cauſa,id eſt,quãlibet leui 62.p.
Quæſtio curioſa 513.m.
Quæſtiones anxiæ 481.p.
Quæſtiones Theologorũ curioſæ 464.p.
Quæſtiones penè impiæ de deo 464.m.
Quæſtiones pene blaſphemæ, de poteſtate Pontificis 465.p.
Quæſtiuncularum examina 463.f.
Quales ποταποὶ,non ποῖοι 107.f.
Quanta,pro,quæcunq; ὅσα 131.p.
Quantus,pro,paruus 521.p.
Quare conducat indicaſſe quorundam errata 175.m.
Quaſi,pro,ſicut 505.m. quaſi ancoram.
Quaſi,pro,tanquam 166.p.
Quaſi,pro,fermè 170.f.
Quaſlibet τυχούσας 227.m.
Quæ circa ſunt,pro, circumiacentes 138.p.
Queri conqueri 279.f.
Qui apud Italos fouerint ſtudia 454.m.
Quia,p,qđ 368.p.item 397.m.cũ uidiſſent.
Quia, ſupereſt compluribus locis , ut 120.p. item 235.p.
Quibus de cauſis non admittitur uerum diuortium 330.f.
Quibus uerbis conſecrarit Chriſtus 342.f.
Quid nobis & tibi,Soloecon 35.f.
Quid factus eſſet 217.p.
Quid inſanitis? pro,quod inſanitis 351.p.
Qui intingit,pro, qui intinxit 79.m. cum in Marco habeatur,qui intingit 109.p.
Qui,pro,quia 184.m.item 279.p.
Qui,pro,quod 160.p.
Qui uos ſpernit, me ſpernit , quomodo intelligendum 139.f.
Qui uidet,pro,uidit 189.m.
Qui uidebantur aliquid 395.m.
Quis,pro,qui mendoſe 349.m.
Qui ſubigunt Turcas , ne ſpectent dominium, aut prædam 362.m.
Quod canitur,αὐλούμενον, quod tibia canitur 348.m.
Quod,coniunctio perperam addita 544.f.
Quod deus coniunxit, ſolutum 330.p.
Quod dixerat,pro,qui dixerat 82.p.
Quod prima fronte abſurdius , id maxime deprauatur 356.f.
Quod ſupereſt τὰ ἐνόντα 142.p.
Quod εἰδικῶς poſitum 264.p.
Quod uiuo, ὃ ,pro, ὅτι 401.m.
Quod pro uobis frangitur 342.f.
Quoniam, pro, quod.368.f. Scimus enim.
Quos præſciuit , locus noue expoſitꝰ 275.f.

RAbbi quid Hebræis 72.m.
Rabboni quid 105.m.
Racha quid ſit Hebræis 23. m.
Rama quid Hebræis ex Hieronymo 15.f.
Rationabile obſequium 287.m.
REcentium exploſa interpretatio 155.m.
Receptaculum, pro primitijs apud Ambroſium 274.f.
Reconciliare,pro,reconciliari 443.p.
Recumbo, accumbo, decumbo 91.m.
Redẽptionẽ ἀντίλυτρον 468.p.ſemetipſum.
Redemptio λύτρον ranſona 66.m.
Redundat a ,& ſenſum peruertit 452.m.ut crederetur.
Redundat apud nos 290.m. item 313.m. itẽ 345. f. item 358. m . ibidem . item 362. f.

Triſticiam.item 377.m. item 502.p. item 409.p.ibidē mox.f.item 450.f. itē 456.f. item 468.p. cuius teſtimoniū.item 501.f. item 516.p.item 533.m.
Redundare uidetur ſapienti. 466.f.
Redundat apud Ambroſium. 483. m. Ad corripiendum.
Redundat apud nos,noſtrorum . Item habentes.372.m. item excidant. 384.f.
Redundat dei. 252.p. item 273.m. ſpiritum adoptionis . item 503.m. item deo. 511.m. item deo. 479.m. item niſi. 480.m. item ſpem.481.f.fidem,ſpem. itē cæci. 482.m. item diaboli.477.p.
Redundat,detis.409.f.item ſancto.419.m. in ſpiritu.item em̄.439.m. Dominus em̄. item 481.m.item habete.448.f.item me, pronomen. 362.f. ſi quis. item tam. 363.f. item in. 365. p. item 466. p. item forte. 348.m.item honor,nec addit̄ apud Ambroſium.287.m.item ſeculorum.ibidem. item & copula.500.f.Et tentatus.ibidem. & eis.item ei.244.p. item fratres. 268.p. item fortitudo.277.f. item eam. 274.m. qui ſubiicit. item domini. 311.m. itē prius. 354.m.niſi prius mor.item magno.319.f.
Redundat neq; apud nos.147.m.neq; diuites.item Et.442.m.item boues. 150.f.paſcentem. item quia . 174. p. quia ui. n.h.
Redundat. 175.f.item 178. m. uerus. item 180.m. item 187.p. item 192.p. item 213.f. item 298. f. item 402. f. item & pacem. 419.p.Et pacem.
Redundat &.Accipite,edite.342.f.
Redundat mihi,in noſtris.283.f.
Redundat in utriſq;.184.f.
Redundat in noſtris,in uobis.351.f.
Redundat,in.269.p.itē 287.f. item 414.m.
Redundat in Græcis.65.p. & quodcunq; iuſtum fuerit &c. item 353.p. item aliquid. 355.m.item 81.m.& non inuenerunt.item 90.p.& igni.item 98.m. item 105.m. item 108.p.item 476.f.queſtum eſſe.itē 110.p. item 138.f. item 147.m. itē 183.f. itē 203.f. Iureiur. itē 219.m. itē 224.f. item 284.m. item 310. m. item 314.p. item 314.f. item 320.p.item 340.f.conſcientiā. item 451.p. item 475.p.item 485.p. gratia & pax. itē 515.m.item 536.m.item 543.m.
Redundat tui,in noſtris.30.m.
Redundat.443.p,item 459.m.Ibidē mox. item 299.m.
Redundat apud Græcos. 415.p. quæ in ter.
Regaliter inſanire.133.p.
Regere bifariam dicitur.14.m.
Reges πολυώνυμοι in genealogia Chriſti. 129.p.
Regulus βασιλικὸς .174.f.
Relegat ad Vallam.321.p.
Remigius à Valla taxatus.337.m. itē 451.f.
Renatus,pro,natus.172.p.
Renunciare quid ſit.139.p.
Reprehenſibilis,pro,reprehenſus.400.m.
Repudiandi ius immodicū apud Hebræos. 61.f.
Repudij ius cur potiſſimum datur ob adulterium.62.p.
Reſcindere ἀκυροῦν.100.p.
Reſipiſcere latinius,& pœnitētiā agere.16.f.
Reſiſtere malo uetat Chriſtus , nos probamus.329.m.
Reſiſtere malo quatenus ꝓhibeamur.25.m.
Reſpice ἀνάβλεψον. 233.f.
Reſponſum,pro,oracuło.14.f.
Reſpōdere nō ſimpliciter , ſed ἀπολογεῖσθαι. 144.m.
Reſtituet,pro,reſtituit.103.f.
Reſurrectio & regnum cœlorum apud nos eſt.70.f.
Reſurrectio actiue,q̄ erigit̄ aliquis.248.p.
Reſurrexerunt,pro,reuixerunt.86.p.
Retinere,pro,meminiſſe.460.f.
Reuelabitur,pro,reuelatur.311.m.
Reuelat̄, quod antea tectum aperit̄. 252.p.
Reuixerunt ne aliqui ante reſurrectionem Chriſti.247.p.
Rhacos & rudis quid.36.f.
Ridicula dep̄uatio in libris Badianis.226.p.
Ridiculū quiddā de loco deprauato. 375.m.
ξὺπὴ ξοπὴ .357.p.
Ruffinus calumniator.415.f.
Rumor eius, pro fama non recte.91.p.
Sabbatū ſecundoprimū. 44.f. Item 132.m.
Sacerdotes ocioſi.337.m.
Sacerdotes quidā nihil aliud, & decimatores. 475.m.
Sacerdotum auaricia fœda. 53.m.
Sacramēti uox aliqñ ꝓ typo ponitur.331.m.
Sacramentū uerbum dei μυϛήριον .443.f.
Sagena.50.m.
Salamis in Cypro.217.m.
Sal fatuus. 22.f.
Samaritani abominabiles Iudæis.174.f.

Samaritanorum libri.403.f.
Samothrace.221.m.
Sanctificare,pro,illustrare.28.m.
Sanctificare,pro ἱεροuργεῖμ.298.f.
Sancto ἱεροπρεπεῖ q deceat sanctos. 487.m.
In habitu sancto.
Sanguínibus præter morem latinum 165.f.
Sanitas pro sanatione 345.f.
Sanũ & ægrotare,quid apud Græcos 479. p. item 486.f.
Sapientia,pro eruditione 305.m.
σάρκινον & σαρκικὸν qui differant 364. f.
Saronas 213. p.
Satan Hebræis quid sit 20.m.
Sata,cabus,batus mensuræ. 49. m.
Sata nō participiũ,sed mẽsuræ genus 146.f.
Satagebat,pro distrahebatur 140.m.
Saul 212. m.
Saul quid Hebræis 242. f.
Scandalum unde dictum Græcis 58. p.
Scenopegia,quid & unde 179. f.
Schema non redditum 372.m. ut nihil habentes. item 378.m.
Schemata in Euangelijs 74. f.pestilentiæ & fames &c.
Scientia,pro sententia deprauatum 304.f.
Scientia inflat, uulgo male citatum aduersus honestas disciplinas,cum magis inflet inscitia 334. f.
Scire & scita 283. f.
Scissura,pro dissidio 342. m.
Scytha & barbarus 448.m.
Scopus quid sit 438. p.
Scribæ qui Iudæis 59. p.
Scriba quis apud Hebræos 306.p.
Scripta,pro ante scripta 297.p.
Scriptura detorta in argumentando 157.f.
Σεβάσματα 224. m.
Sectæ Iudæorum uariæ 243.f.
Seculare uertit pro mundano 488.m.
Secularia βἰωτικὰ, id est,quæ ad uitæ necessitatem attinent. 317. f.
Secundum duos,pro bini 351.m.
Secũdum uirtutem,pro,pro uiribus 375.m.
Sedere,p habitare,sedes,p habitatiõe 21.p.
Seductor, πλάνος .i. impositor 86. m.
Segregatus 243.f.
Semel & bis,pro semel atq; iterum 440.p.
Semen actus est 456. p.
Sempiternum ἀπαράβατον 506.m.
Sẽsus lõge aliꝰ apud græcos 528.m.tradebat.
Sensus obscurior explanatus 481. p.
Sensus anceps 317.m.
Sensus explanatus 479. p.
Sensus uarius 134.p. item 336.f.item 382.m. Quæ secundum.itẽ 417.p. & plenitudo.
Sensus duplex 309.m.item 341.p.item 377. p.item 379.p. item 402. m. item 471.m. item 511.f.item 538.p. item 541. p.
Sensus νοῦς, pro mente 254. m. item 304.f. item 310. p. item 423.f. item 443.m.
Sensus loci excussus 435.m.
Sensus triplex 409.m.item 420. m.
Sentite,pro sitis affecti 433. m.
Sensus quadruplex 525. m.
Septuaginta ab Hebraica ueritate dissentiunt 15.p.
Septuagiessepties,quomodo accipiendum. 61. p.
Sermo conturbatus 396. f.
Sermo in speciem absurdior 310.m.
Sermo mutilus 267. m.
Sermo minime grammaticus 428. f.
Sermo inabsolutꝰ 14.p.itẽ 78.p.itẽ 109.f.sed ut adimpleãt.itẽ 236.f.itẽ 265.m.itẽ 460.f.
Sermonem quem 190. p.
Sermo imperfectus 310.f.item 320.p.
Sermo imperfectus in Paulo 370. p.
Sermo mire ambiguus 525. m.
Serotinum,uox parum latina,autore Augustino 523. p.
Seruire,pro colere 249.f.
Seruitus inter Christianos fœda 429.m.
Si abiurantis 101. m. item 501.
Sí pro an 61.f.
Si cognouisses & tu 152.f.
Sicera quid Hebræis 116. f.
Sic eum uolo manere,pro si 197. m.
Sic pro hic 209. f.
Sic pro adeo,siue siccine 318. m.
Sicut columba 18.f.
Sicut &,quid apud Græcos ualeat 28. m.
Sicut teipsum quomodo accipiendũ 70.f.
Signat,pro obsignat 173.m.item 178.m.
Signaculum σφραγὶς 262. m.
Signaculum,pro confirmatione 336.m.
Signare,pro confirmare fidem 362. p.
Signati,pro obsignati 416. p.
Signum non σημεῖον, sed σύσσημον 109.f.
Síloe missus 184.p.
Síluerunt,pro quieuerunt 160.m.
Si manserit,pro si manserint 468.f.
Similitudo,falsa species 272.m.
Sine affectione ἄσοργοι 255.m.

Sine sumptu

Sine sumptu ἀδ' ἄπανομ.338.p.
Sine deo ἄθεοι.418.f.
Sine uxore ἄγαμος periphrasis ociosa. 323.f.
Sine causa additum.23.m.
Sine crimine, ἀνέγκλητοι.304.p.item 485.m.
Sine fœdere, ἄσπονδοι.255.m.
Sine querela, ἄμεμπτοι.435.p.
Sine lege, ἀνόμως & ἄνομος.258.p.
Singularis, pro, solitarius.94.m.
Sinistra, εὐώνυμα.65.f.
Sinite usq; huc.158.f.
Sinite, pro, sine.186.f.
Sinite hos abire, quomõ intelligendũ.193.m.
Si, pro, an.61.f.
Si qua uiscera, pro, si quis uiscera. 433.p.
Si quis, pro, si qua.473.f.
Si uult eum. Eum, deest in nostris.85.p.
Sobrietas in episcopo pulchra. 453.m.
Sobrij sumus uertit, p, sani sumus.369.f.
Σωφρονεῖν.288.m.
Solenni die, pro pascha, periphrasis affectata.125.p.
Solœcismus interpretis. Alia duo.26.p.
Soluere, pro, explicare.185.m.
Σῶμα, πῶμα.75.f.
Somnus episcoporum.95.m.
Sonituum, pro, sonis.348.m.
Sophismata.535.p.
Σοφοὶ docti, ἀνόητοι rudes.251.p.
Σωφρονίζειν transitiue.487.m.
Σωφροσώνη.469.p.
Σώφρων.487.p.
Sororẽ uocat uxorẽ Christianam.336.m.
Sorte exijt, pro, sors exijt.116.f.
Σωτὴρ, σωτηρία.120.m.
Spania, pro, Hispania.299.f.
Speculãtes nõ à specula, sed à speculo.365.f.
Sperare, pro, expectare.77.m.
Σπερμολόγος nugator.223.f.
Species, μόρφωσις.482.f.speciem pietatis.
Spiritualia quæ uoce sonantur. 343.m.
Spiritui, pro, spiritu.363.m.Non habeo.
Spiritus blasphemia legendum.46.m.
Spiritu & igni baptizari.18.m.
Spiritus, pro uento seu aere.172.m.
Spiritus à patre procedens. 192.m.
Spũs sanctificatiõis, hebræũ idioma.246.p.
Spiritu, p, spiritus. Spũs autẽ loquit.347.f.
Spiritus pro uoce.349.p.
Spiritus ubiq; opponit ceremonijs.249.f.
Spiritus, pro, deus.539.m.
Sponso, & sponsa.77.f.Item 78.p.
Stabimus, pro, sistemur, siue exhibebimur. 295.f.
Stabulum, pro, diuersorio.140.m.
Stantes olim orabant. Stans à longe publicanus.106.p.
Stater quid.59.f.
Statuimus legem, pro, stabilimus.261.m.
Stephani narratio dissonare uidetur cum Genesi.209.m.Ibidem.f.
Stephani oratio prolixa, & tamen inabsoluta.210.m.
Stetit, pro, stat.168.p.
Stilus certissimum argumentum. 517.f.
Stipendia, ὀψώνια.269.p.
Στόμα, à τέμνω.513.p.
Σχηνιάω, quo uerbo usus est Paulus.547.m.
Stulti cognomen in literis sacris.42.f.
Stulticia dei.306.m.
Stulticia Christi quomodo accipiẽda.307.f.
Suadere, pro, persuadere. 231.m.
Suam, pro, tuam.148.f.
Sublimitas uertit, p psuasibilitate.444.m. In sublimitate.
Subsannare, μυκτηρίζειν.149.f.
Subtrahere, pro, detrahere.230.m.
Subditus, pro, obnoxius.261.p.
Sufficientiam uertit, αὐτάρκειαν.476.f.
Suffocabat, pro, trahebat.61.m.
Suffocantur euntes.136.p.
Suffoderunt, pro, subuerterunt.284.p.
Suffossa, non suffusa.220.m.
Suggero, doceo.191.m.
Suggillare quid. 151.m.Item 339.p.
Superadulta, ὑπέρακμος.324.f.
Superamus, ὑπερνικῶμεν.277.m.
Superba imperitia.4.p.
Superba insciti a & non ferenda.191.m.
Superbia, pro, superba.536.f.
Superbꝰ, p, præfractus.485.m. nõ superbũ.
Supercorrigere, ἐπιδιορθοῦν.485.m.
Super hanc petram fun. ec.m. Locus uarie explicatus.56.f.
Superlatiuum loco comparatiui.59.p.
Super, nõ item auget apud Latinos, ut ὑπὲρ apud Græcos.373.f.
Superstitio quorundam in precibus.27.f.
Superstitio quorundã Christianorũ.70.f.
Superstitiosa reliquiarũ ostentatio.71.f.
Superuestiri ἐπενδύσασθαι.368.f.
Supplantare & suggillare, quid, pprie.339.p.
Supra uirtutẽ, pro, supra uires.375.m.
Surrexit, pro, surgit.186.m.

Suſcipere, pro, approbare. 236. p.
Suſcipite, quod aliàs aſſumite. 297. m.
Suſpiciens, pro, ſuſcipiens. 140. p.
Sycophantæ, pro hierophantis. 29. p.
Sycomorus. 152. p.
Συμπαθεῖμ, ſocium eſſe mali. 274. p.
Synagoga conciliabulum. 27. p.
Συνέκδημος. 378. p.
Synecdoche, explicans nodum. 352. m.
Synecdoche aut eclipſis. 363. p.
Σὺμ, pro, πρὸς, ſiue ἐπὶ. 161. p.
Syria olim græce loquens. 242. m.
Syri & Hebræi affines in lingua. 359. p.
Syrophœniſſa. 100. m.
Σύσωμον. 420. p.



Αλαντιαῖον, ingens. 547. p.
Talitha Syris puella. 97. p.
Ταμίας, promus, cōdus. 27. m.
Ταμεῖα, penetralia. 144. p.
Τῆ ὅμως dure uerſum. 348. p.
Tamen ὅμως noue poſitum. 404. m.
Tamē nō recte additū ab interprete. 424. f.
Tanta, pro, tam multa. 187. f. Item 196. f.
Tanti, pro, tot, non recte. 55. m.
Tantum loco non ſuo poſitum. 262. m.
Ταπεινὸς in bonam partem. 533. m.
Ταπεινοφροσώνη. 421. f.
Tarſus Ciliciæ. 232. m.
Tædere, pro, deſperare. 360. m.
Telonium quid. 92. m.
Τεκνογονεῖμ. 475. p.
Τεκνοτροφεῖμ. 473. f.
Tempus, pro tempore. 91. p. Item 141. m. deſolabitur &c.
Tempus præſens aliquando actionem ſignificat ſine tempore. 191. f.
Tempus, καιρὸς. 292. m.
Tenebræ ſuper uniuerſam terram, quomodo accipiendum. 85. m.
Tentatio ueſtri & ueſtra. 407. p.
Tentatus quadraginta dies. 130. p.
Teſtamentum Hebræis, potius ſonat pactum. 404. f. Item 508. m.
Teſtimonium ab Euangeliſta citatum, nec ad hebraicam ueritatem, nec ad Septuaginta ſatis reſpondens. 82. m.
Teſtimonium idem ex diuerſis locis conflatum. 373. p.
Teſtimonium prophetæ non citatū ad uerbum. 117. p.
Teſtimonium apud Paulum ex uarijs locis contextum. 260. f.
Teſtimonij citatio perpenſa. 309. m. f.
Teſtimoniū citatū qđ nuſq; inuenit. 522. p.
Thabia Chaldæis capra. 213. m.
Theodas. 208. m.
Θεοδίδακτοι. 178. f. Item 457. m. A deo didiciſtis.
Theodorus Gaza. 115. f.
Θεομαχεῖμ. 235. p.
Theophylactus, qui uulgari⁹ uulgo. 143. p.
Theſaurizo, recondo. 257. p.
Θηριομαχεῖμ. 354. p.
Thomas Aquinas laudatus. 244. m.
Thomas Aquinas. 447. m.
Thomas attactus. 297. f. Itē 305. p. Itē 315. f. Itē 335. p. Itē 337. f. Itē 346. m. Itē 421. p. Itē 478. f. Itē 503. m. Itē 514. p. Itē 515. m.
Thomas. 302. f. Item 356. m. Itē 379. p. Item 379. m. Itē 394. m. Itē 434. m. Itē 472. f. itē 484. f. itē 489. m. itē 493. m. itē 516. m.
Thomas Cantuarienſis. 453. m.
Thomas cenſor inter Auguſtinum & Hieronymum. 398. f.
Thomas cū quadruplicē inducat expoſitionem, uerū tamē ſenſum nō attigit. 285. m.
Thomas & Carrenſis attacti. 394. m.
Thomas fruſtra ſe torquens. 370. f.
Thomas fruſtra philoſophans in loco deprauato. 376. f.
Thomas græcis commētarijs uidetur adiutus. 363. m.
Thomas interpretans traducere. 445. m.
Thomas lapſus. 468. f.
Thomæ ac Lyrani expenſa opinio. 259. p.
Thomæ annotatio. 263. p. Item 524. p.
Thomæ Aquinatis annotatio ridicula, aut alterius ſub Aquinatis nomine. 348. f.
Thomæ citatio. 351. m.
Thomæ commentū ſuffrigidum. 349. m.
Thomæ excuſſa ſententia. 442. f. Itē 473. f. Fidem abnegauit.
Thomæ lapſus miſerandus. 513. m.
Thomæ lapſus. 305. p. Itē 338. f. Item 378. m.
Thomæ lectio excuſſa. 359. f.
Thomæ opinio. 304. p.
Thomæ opinio excuſſa. 347. f. Itē 358. p.
Thomæ rationes excuſſæ. 399. m.
Thyatira. 221. f.
Thymiamata in ſacris. 440. f.
Θρησκεία unde dicta. 447. f.
Θυμομαχεῖμ. 217. p.
Timemus, pro, timebant. 106. m.
Titulus ignoti dei. 224. m.

Tormina,

Tormina,pro tormentis.21.m.
Torrens Cedron. 193.m.
Tradetur,pro, traditur.109.f.
Traditio,pro, institutio.53.p.
Traducere quid sit Latinis.7.p.
Traduci non recte accipi, pro consentire ad cohabitandum.6.m.
Tragica interpretatio. 313.p.
Transmigratio,pro exilio.3.p.
Transubstantiatio.327.m.
Tres dies. 86.f.
Tres tabernæ. 241.m.
Tres hominis partes iuxta Paulum. 309.m. Item 459.p.
Tribuni χιλίαρχοι .98.f.
Triclinių à tribus lectis accubitoriis.171.f.
Triduum in sepulchro.46.f. Item 102.p.
Tristegum.229.f.
Tritici mensura, σιτομέτριον .145.m.
Triumphat,quomõ intelligendum.363.f.
Triuncius & teruncius.24.p.
Troas.221.m.
Tropi in Euangelio. 85.m.
Tropus hebraicus.269.f. Item 527.m.
Tuam ipsius animam.123.m.
Tuba & uoce,secus cẽ Græci.76.p.
Tubæ,pro,turbæ.547.m.
Turci quomodo uincendi.73.p.
Tyrannis sacerdotum. 138.f.
Tyranni schola.227.m.
Typhonicus uentus.239.m.
Typus nõ semper ad omnia respõdet. 331.f.
Tyrus,ciuitas.231.m.

Vade, & uade post me. 20.p. Item 57.f.
Vado & ucnio.191.m.
Valla aduersus Theologos de latria.20.m.
Valla.516.m.
Valla taxatus.45.m. Itẽ 80.f. Itẽ 98.f. Item 134.f. Itẽ 141.m. Itẽ 144.f. Itẽ 186.p. Item 361.f. Item 380.m. Item 512.m.
Valla non satisfacit. 143.m.
Vallæ reiecta annotatio. 113.m. Item 120.p. Item 189.m.
Vallæ annotatio expensa. 137.m.
Vallæ diligentia.233.p.
Vallæ excussa annotatio.268.m. Item 319.p.
Vallæ argutatio reiecta. 336.m. Item 510.m.
Vallæ minutulæ annotationes.3.m.
Varia lectio apud græcos.184.m. Itẽ 200.m. σωαυλίζεσθαι . Itẽ 228.m. Itẽ 95.p. Itẽ 101.f. Itẽ 118.m. Itẽ 119.m. Itẽ 122.p. Itẽ 124.f. Itẽ 135.m. Itẽ 255.m. Itẽ 289.m. Dño seruientes &c. Item 292.m. Item 321.m.
Varia lectio.138.m. Itẽ 140.p. Itẽ 141.m. Itẽ 145.f. Itẽ 146.p. trahat te. Itẽ 151.m. Item 160.p. cõmẽdabo. Itẽ 322.m. Itẽ 161.m. Itẽ 177.f. quantũ uolebant. Itẽ 369.m. Item 378.m. Itẽ 180.m. nondum erat. Itẽ 183.m. quinquaginta. Itẽ 185.m. Itẽ 187.m. Item 323.f. Et diuisus est. Itẽ 189.m. nõ creditis. Itẽ 262.p. secundũ propositũ. Itẽ 264.m. Itẽ 266.p. Itẽ 273.m. Itẽ 279.m. Itẽ 286.f. Itẽ 287.f. quæ sit uol. Itẽ 289.m. Itẽ 295.m. Itẽ 296.m. Itẽ 305.m. ἐβάπτισα. Itẽ 310.m. Itẽ 312.p. Itẽ 336.p. Itẽ 339.m. Item 341.m. Itẽ 351.f. Itẽ 352.m. Itẽ 406.m. Item 411.p. Itẽ 423.m. Crescamus in illo. Item 438.p. Itẽ 461.m. Itẽ 471.p. Item 473.p. Item 475.f. Item 477.f. Itẽ 479.f. Itẽ 487.f. Item 489.m. Item 520.m.
Varietas lectionis. 33.p. Itẽ 133.m. Itẽ 40.p. Itẽ 42.m. Nunquid usqꝫ in cœlum. Item 110.m. Itẽ 58.m. Nix & lumẽ. Itẽ 61.m. Itẽ 63.f. quid me interrogas ? Item 65.m. An oculus tuus &c. Itẽ 66.m. dimittit, dimittet. Itẽ 68.f. Ego,uel eo domine. Itẽ 73.m. de Catinis pharisæor. Item 90.m.
Varia lectio,etiã apud ueteres.369.p.
Varia lectio,id est,triplex unius loci.356.m.
Varia lectio excussa. 422.p.
Varia lectio diuersorum.303.m.
Varietas nihil adferens incõmodi.12.p. Item 35.f. Item 36.m.
Varia lectio, tum apud Græcos, tum apud Latinos.365.m.
Varia lectio,& interpretatio. 446.m.
Varietas interpretum.89.p.
Varia lectio Origenis.515.p.
Varia pronunciatio.171.m. Item 2.f. 9.f.
Varij sensus eiusdem loci.181.m. Item 189.p. Item 272.m.
Variant Græci à nobis,sed nostra lectio præfertur.298.m.
Variant à nobis Græci. 229.m. Item 230.p. Item 294.m. Item 349.m.
Vasa, σκεύη .280.f.
Vaticinium nonnihil deflexum. 34.p.
Veniet,pro,ueniat.39.p.
Venit,pro,uenditur.340.m.
Ventres quæ,pro,qui. 159.m.
Ventris,pro,uentres.486.f.

Verba duo faciunt hæretici.163.p.
Verba quæ ad perſonam & ad rem referun tur.49.p.ſeminatus.
Verbum conſummans, quomodo accipien dum.281.m.
Verbum,pro dicto.54.f. Item 119.p.
Verbum pro re geſta.113.m. Item 114.p. Itē 214.m.Item 122.m.
Verbum quō uita in rebus creatis.164.m.
Verſutia,pro hypocriſi. 106.f.
Veſcens & non ueſcens , uterq; tamen edit. 294.f.
Veſci & edere,quid differant.295.m.
Veſtiendi ſuperſtitio.43.f.
Veſtrum,pro,uerum.149.m.
Via maris,pro,iuxta uiam maris. 20.f.
Vicus,pars urbis.212.m.
Victus nomine comprehenditur, quicquid ad uitæ uſum pertinet. 479.f.
Videbis eiicere,Soloecon.32.m.
Videbitis,pro,uidetis.192.f.Et iam.
Videre, ἰσοφῆσαι . 395.p.
Videre,pro,cauere.56.p.Item 107.f.
Vidi, ἀνέβλεψα.184.m.
Vidua,pro Iudæa.221.m.
Vidua unde dicta.473.p.
Vidua octoginta annorum.124.f.
Vigilantes, ἀγραυλοῦντες .121.f.
Villa pro rure,ſiue domo ruri.69.m.
Villicus, οἰκονόμος . 148.f.
Villicus iniquitatis,pro iniquo.149.m.
Vim patitur,quid. 41.m.
Vinci à malo,quid.291.p.
Vinum myrrhatum acetum.84.f.
Vindictam curare inhumanius eſt , quàm uictum.156.p.
Virgo,pro uirginitate.324.m.
Virtutes Hebræis potenter facta.33.m.
Virtutem quæ exierat.96.f. Item 137.p.
Virtus, ἀρετή .439.m.
Virtus,pro robore.107.p.
Virtus, δύναμις .251.m.
Virum nō cognoſco,Ambroſius legit,Non cognoui.118.f.
Vis tacita huius coniunctionis ἠχὴ . 483.m. Item 418.p.
Vitata occaſio Arrianorum.76.f.
Vita eſt,pro uiuit.273.p.
Vna,pro prima.357.m.Item 87.p.
Vnigeniti à patre, quomodo accipiendum. 166.p.
Vnus,pro,unum.405.m.
Vnus,pro,quidam,Hebræorū more.96.m.
Vocati ſancti , non nati.249.p.Item 303.m.
Vocatus apoſtolus non modeſtiæ cauſa dictum.243.p.
Voces quædam ſic receptæ, ut tolli uix poſſent.31.f.
Vocum nouitates , κενοφωνίας , inanitates uocum.477.f.
Vocum ſonitus maris.346.p.
Volebat,pro ualebat,deprauatum.179.m.
Volens,pro,affectator.446.p.
Voluptas,pro,uoluntas. 530.m.
Votorum noua aſtrictio.44.p.
Vri, πυροῦσθαι .322.p.
Vtentes,pro abutentes.323.m.
Vt,modo finem,modo ſequelam ſignificat. 252.f.
Vt,ſequelam ſignificans,non finem.26.f.
Vulgarius.10.m. Item 516.f.
Vulgata Theologorum interpretatio reiecta.435.m.
Vultus in herba.519.p.
Vulua Latinis non eſt obſcœnum uocabulum ,non magis quàm matrix.122.f.
Vuluam adapertam in partu, quidam & ad Mariam referunt.123.p.
Vxor Ioſeph , Maria.8.m.

ξενίζεσθαι .530.f.Item 531.f.

Ὑδροποτῆμ. 475.f.
ὑπομονὴ. 510.m.
ὑπόσασις,pro materia, ſeu argumēto. 379.f.
ὑπὲρ auget Græcis.267.f.

ZAbulus,pro diabolo. 19.m.
Zacharias filius Barachiæ quis. 73.f.
ζηλοῦμ ,zelotypum eſſe. 384.m.
Zona,pro crumena.38.m.
Zuthum, Ceruiſia, Coelia.116.f.

INDICIS FINIS.

IOANNES OECOLAM PADIVS PIO LECTORI S.

QVamq̃ Erasmus noster literarum omnium decus ac delitiæ, pro insigni modestia sua, in hoc opere, præter minutias & merendam, nihil exhibiturum se, alicubi præfatus sit, tamen has minutias tam decenter tractauit, tam feliciter expoliuit, hanc merendam tam dapsiliter instruxit, tanta mundicie apparauit, tam festiuis, denique ac bonis uultibus protulit, ut nemo nõ, nisi nel ægerrimi, uel emortui prorsus stomachi, ab hac merẽda & eruditione & pietate saginatior discessurus sit, si quis modo abscedere possit, & non magis, instar Lotophagorum indiuiduus uelit esse conuiua, cum iam id constet Erasmicas escas, doctissimos quosque, addo & optimos quosq; ardenter sectari, arridenti ne allectos nitore, an splendore lauticiarum inescatos, incertum. Vtrunq; sanè, siue magnifice, siue splendide literarium epulum instruendum sit, perinde ei præsentissimum est ac peculiare. Id quod cum nusquàm non, tum hic maxime, ac beatissime. Quod & teipsum lector optime iamdudum testari non ambigo, si modo utcunq; spectaris, quàm splendidis dapibus euangelicæ doctrinæ, quàm delicatis embãmatis & prosphagijs doctissimarum suarum annotationum mensam onerarit. Quis enim uetuerit Euangelicam philosophiam, panem appellare, à Christo ipso sic dictam? Si uero nitorẽ quoque animaduertas, non testabere modo, sed & obstupesces, cum nihil usquàm, uel submucidum, uel cibarium appareat. Omnia tanta uenustate uernant, omnia tanto fulgore radiant, omnia tanta maiestate exurgunt, ut planè recens (sicut olim ab Apostolis) germanissime è cœlesti penuario deprompta credas. Ea enim in re, non solum clarissimo cuiq; architriclinio & interpreti nõ cedit, uerum & pleroscq; longo interuallo post se relinquit, nedum iam illum triuialibus conferamus. Hæc quidem tute ipse, lector candide, plenis, ut aiũt, buccis testaberis. Ego uero, cui hac hyeme Theologiæ alioqui apud Basilienses uacaturo, felicissima magni Erasmi consuetudo contigit, non possum non testari, infatigabilem hominis strenuitatem, uix credendam in tractando fidem, ut planè sicut raritate eruditionis Phœnicem uolucrem, ita & inuicto animi robore Phœnicem arborem hoc est palmã referat. Admirabile enim spectaculum mihi erat, imò spectandum miraculum, dictantem recognoscentemq;, quantum tria præla exciperent, uidere, ac nihilo secius interim Græcã, latinãq; exemplaria, eãq; uaria & uetustissima consulentem, Græcos latinosq; interpretes conferentem, priscos ac recentiores, primæ simul ac infimæ classis scriptores perpendentẽ. Hinc est quod non sensa modo aperuerit, quibus plericq; interpretum clarissimorum contenti sunt (nam apud uulgares uix ἅλς ἄναλον ad panem apponetur) sed nec uerbula minima articulosq; ipsos & apiculos minutissimos præterierit. Ob eam sedulitatem plurimum Erasmo debebimus, si uel tenuissimam & parcissimam cœnulam afferret. Quantum igitur? tantas lauticias inferenti? Et uel hoc nomine potissimum, quod super omnia uultus, minime uultuosi, imò boni, ut poeta ait, imò optimi, ad tam regales, saliaresq; luxus accedunt, Singula equidem hilari fronte, obuijs manibus, promptissima sedulitate profert. Nihil quod ad rem, nitoremq; pertineat, abdit, nihil parcius expendit, ut auari, nihil cunctantius affert, ut liuidi, nihil lentius adducit, ut segnes, nihil obijcit impetu, ut fastuosi. Solus candor, sola beniuolentia, sola liberalitas, curæ illi est. Hinc est singularis illa, miráq; ingenuitas, qua seipsum non agnoscit, suáq; semper eleuat. Et cum summa proferat, minutias uocet, cum nihil officij prætermittat, nihil præstare se fateatur, cum nihil alienius sit illi, quàm aliena ostentare se gloria, suarum etiam laudum partem in alios reijcit. Quale & illud exemplum, cum me subsidiariam solam in castigandis formulis operam, accersitum à Frobenio illo chalcographorũ omnium diligentissimo, perinde ac non asymbolum, Thesea etiam suum uocare dignatus sit, planè tanto Heroi mea opera alioqui ne tãtillum quidem uel opus fuerit, uel profuerim. Quanquàm nonnihil tædij dispendijq; libenter suscepimus, facilécq; decoximus, ne quatenus possemus, tam pio deessemus operi. Nimirum Erasmicum imitati exemplum, qui & ipse

ipſe hic, cæteris rebus omiſſis bonam temporis partem, in hoc collocauit negocium. Qui & ubiubi noctes diesq; deditiſſimam nauat operam, ut ſeculum noſtrum, nō tam cultioribus quàm ſacratioribus eniteſcat literis, quarum ipſe antiſtes, ut eſt incomparabilis, ita & munificentiſſimus. Quid nunc igitur reliqui, lector, niſi ne in ingratitudinis ſcopulum impingamus, né ue hoſpitalitatis ſacratiſſimum ius prophanemus, ſed hunc uerum Theologum uero honore, quo Apoſtolus preſbyteros coli uult, certatim adornemus, ſed & amore perpetuo hunc φανεράσμιον Eraſmum proſequamur, & eo potiſſimum, quem ille maximopere & ſanctiſſime, tanq; fructum è nobis expectat, nempe, ut ſalubres illas ſuas præceptiones, tam opere quàm ingenio complectamur. Vale.

ANNOTATIO EORVM QVAE, VT FERÈ FIT, OPERARUM incuria ſunt commiſſa. Ea perpauca ſunt, in nullo enim opere aduigilatum eſt diligentius.

Pagina 14. uerſu 10. ueuire. lege uenire. pag. 24. uerſ. 5. annotatio marginalis ex alio loco tranſlata, ſuperuacua eſt. Eadem, uerſ. 19. pro diſſimilem. lege diſſimulem. pag. 25. in ſecunda annotatione marginali, pro expoſitionum, lege expoſitionem. pag. 28. uerſ. ultimo, deſunt aliquot uerba. qui pater es cœ. pro. qui pater es cœleſtis, & pater ſpirituum. uerum hac de re nonnihil dicemus et aliâs. pag. 33. in penultima annotatione marginali, pro, trinus, lege tribunus. pag. 35. prima annotatio marginalis ad ſuperiorem pertinet paginam. pag. 37. uerſ. 11. pro, hæc quinq;, lege, hæc quatuor. pag. 38. uerſ. à fine 21. pro, ſed præteri, lege, ſed præteriti. pag. 40. uerſ. à fine 22. pro, interpretatur, lege, interpretatur. pag. 43. uerſu ultimo, pro huiuſmodi, lege, huiuſmodi. pag. 45. uer. 41. pro, aſſummam, lege aſſumā. pag. 46. uerſ. 10. pro iterciderunt, lege interciderūt. pag. 51. à capite 14. uer. 11. lege Tetrarchæ. pag. 55. annotatione 4. pro adijcere, lege abijcere. pag. 84. uer. 8. pro Non eſt in Græcis, lege, Eis non eſt in Græcis. pag. 84. uerſu 32. lege Chaldaicum. pag. 87. uer. ab ultimo 4. lege famulitium. pag. 89. uerſ. à fine 25. lege pro deſero, deſerto. Ibidem, uerſ. 17. lege, fuit Ioannes. pag. 97. uer. ab ultimo 22. pro, tantum eſt, lege tanta eſt. pag. 101. uerſ. 31. lege, ſceleratiſſimi. pag. 113. uerſ. 37. pro nerbi, lege uerbi. pag. 114. uer. 21. pro daclarat, lege declarat. pag. 119. uerſ. 11. pro uon, lege nō. pag. 121. uer. 11. pro nertit, lege uertit. pag. 122. annotatione marginali ultima, pro obſcurum, lege obſcœnum. pag. 125. uer. 22. ab ultimo, pro, præ gradus, lege, per gradus. pag. 144. uerſu ab ultimo. 18. hæc uerba, Auferent, ſiue rapient, repetunt, planè ſubditicia ſunt, & à neſcio quo ſine mente ſunt addita. pag. 156. uer. 28. pro niſi fore, lege, niſi forte. Ac mox uerſ. ab hinc nono, pro, hnnc, lege hunc. pag. 174. uer. ab ultimo 13. pro, ut perficiam uoluntatē eius qui miſit me. lege, ut perficiam opus eius. pag. 192. uerſ. 6. pro eū. lege ea. pag. 209. uer. 3. lege ἐπιπνιſῶμ. pag. 223. uer. 35. pro uerbilegus. lege, ſeminilegus. pag. 233. uer. primo. lege, nō poſſum nō uehementer probare. pag. 249. uerſ. ab ultimo 14. id eſt eſtis, eſtis ſupereſt. pag. 265. uer. 21. lege, propterea. pag. 279. uerſ. 30. pro poſt. lege poteſt. pag. 283. uer. 2. pro faciam, lege facias. pag. 287. uerſ. 37 pro, cultum. lege obſequium. pag. 292. uerſ. 40. pro ὑμῶμ, lege, ἡμῶμ. pagina. 295. uerſu. 9. à fine. lege aliquot. pag. 313. uer. 43. pro haud ſcio, ut. lege haud ſcio, an. pag. 320. in annotatione marginali ſecunda, pro ἢ coniunctio. lege μὲν cōiunctio. pag. 325. uerſ. penultimo, pro, dicens de muliere. lege, ſicut de muliere. pag. 328. in annotatione marginali penultima. lege, Petrus mutauit. pag. 348. uerſ. 13. à fine. lege pro ſic noſtrate, ſit noſtrate. pag. 355. uerſ. 12. pro, atq; nos. lege æque atq; nos. pag. 360. uer. 30. pro, Eripuit & eruit. lege, eripuit & eruet. pag. 400. uerſ. 16. lege Pariſienſes. pag. 425. in annotatione marginali ultima. lege ioci inſulſi. pag. 461. uer. 13. pro, & in hoc. lege, aut in hoc. pag. 489. annotatione marginali penultima, pro, ex uerbis. lege & in uerbis. pag. 512. uerſ. à fine 11. lege temporariam. pag. 513. uerſ. à fine 22. pro, non poſſum non ridere. lege, nō poſſum ridere. Poſt paginā 33. & 124. & 132. & 143. & 154. erratū eſt in numero paginarū.

à à
DES. ERASMI
IN ANNOTA.
toritatem
a
IN NOVVM
ex his
Priusq;
qui
b
eis
apparet
Certe
more
c
ita
habebitis
Et dimitte
Et mammonæ
d
additum
Latino
Pauperes
sed
e
esse
ror, cur
Tunc
admonuimus
f
Hæc
bro huius
Sentit
opinor
g
alios
desolationis
illum
EX CAPITE
h
Causam
In prima
tientibus,
dilucidius
i
Admisit
αὐτὸμ
paratiuum
bis complecti
k
Qui
bitauimus
in alijs
catechumenus
l
lit ad
bulum, aut
ne respond.
gimus
m
Insipientia
ἐμ σοφύᾳ
Et contigit
saluare
n
Si autem
interrogant
nator est
Non est
o
principes
EX CAPITE
monui
monijs
p
omnium
narrationis
natur
magistratu
q
lium com
uocant
adiectitium
deprimentis
r
Ecce uenit
uniuersum
Pasce
DES. ERASMI
s
Mihi
subditus
Crescente
in laudibus
t
Quid nam
synagoga
tem Silæ
Qui cum
u
Contradici
his fundam.
mecum
præberet
x
ranus &
mus ad
sponsam
magis
y
Qui lat.
Deo
Quod
agunt
z
interpretans
genus
durius
desyderat
A
qua
Quanq;
non
ad nos
B
Differentes
tus iniuria
dorem
queat
C
ἡ διακονία
Missa
profertur
militudinem
D
una
aut
Et audet
uitari
E
Nam qui
conuello
modis
omnem
F
pus, hoc
mus non
est terra
quod
G
Nota
exaudient
bus, quando
so hominis
H
passiue
tantum
credamus
Qui dixit
I
Sicut
Abundantius
consilio
ria Christi
K
aliquot
non
Siue
Vt præsens
L
est, in
fuisse
tarit
An ex
M
ex hoc
Cum
μόιον
propositum
N
dum nos
cognitus
Hebræi
cit, &
O
Si qua
Sine
Habeam
Etiam
P
personæ
cretum est
endum hoc
IN EPISTO.
Q
indicauimus
Sanctificet
Vt reueletur
IN EPISTO.
R
Saluabitur
Hæc tibi
tare, &
mas ind.
S
id est, nouitates
id est, Iannes
Demiror
uerbis
T
filius
Fabri
Cum
constaret
V
laboris
Capitulum
Non ipsam
Subtractionis
X
Promeretur
Non ergo
Cum mag.
serotinam
Y
homo
demum
additum
Vt horum
Z
In deo
Apocalypsis
Ego quos
a A
NDEXI
Apocrypha
Camelus
decebat
Donec
bB
Matrimonia
Origenis
πλεονεκτᾶμ
Tristiciam
Sine sumptu.

B S B
MÜNCHEN

γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις,



Prudens simplicitas amorq; recti.

ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.

BASILEAE APVD IOANNEM
FROBENIVM MENSE
MARTIO. M. D. XIX.

Cat 1st Ends: 11 Sm. 14

Compl

163
2 Bdle

679

30292

Cat Int Books 11 Sm 14

Compl

30292

10196289

Cat 1st Ends: Items 14

Compl

30292

10196269

Cat Int Encl: 11 Sm. 14

Compl

30292

γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις,



Prudens simplicitas amorq; recti.

ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.

BASILEAE APVD IOANNEM
FROBENIVM MENSE
MARTIO. M. D. XIX.

10196269

Cat Int Encls: 1 Item. 12

Compl.

30292

10196259

10196259